EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ

AB IPSO MVNDO CONDITO,


PER FIGVRAS LEGIS NATVRÆ DEPICTÆ, ET ENARRATÆ;

TVM CATHOLICIS, TVM HÆRETICIS,
tum obcæcatis Iudaizantibus, & perquammaximè Sacerdotio
obſtrictis, ac conſpicuis, nec non Verbi Dei præconibus
futuræ magno vſui, & nil minori vtilitati;

A. FR. ANTONIO SERPENSI, LVSITANO, SERAPHICÆ
familiæ, ſtrictioris obſeruantiæ, & Prouinciæ Pietatis Concionatore, alumnoque, & Niſenſis
Marchionis Architalaſſi maris Indici, Legati ad Regem Gallum, in Legatione Confeſſario;

TOMVS SECVNDVS.

CVM DVPLICI, DEI ET HOMINVM ELOQVIORVM LATO INDICE,
ad calcem ſubligato, & tertio ad Conciones breuiſſimè indicato.



PARISIIS,

Apud { SEBASTIANVM CRAMOISY, Regis & Reginæ Regentis Archytipographum, ET GABRIELEM CRAMOISY. } viâ Iacobæâ, ſub Ciconiis.

M. DC. XLVIII.

CVM PRIVILEGIO ET APPROBATIONIBVS.

Digitized by Google

Digitized by Google

SVMMA PRIVILEGII A CHRISTIANISSIMO Galliarum Rege conceſſi.

LVOOVICI XIV. Galliæ & Naoarræ Regis auctoritate ſancitum eſt, ac patentibus literis cautom, ne quis in regno ſuo, aliiſve locis ditioni ſuæ ſubiectis, intra proximos quindecim aonos, à primæ impreſſionis die vltima inchoandos & nomerandos, excudst, vendat, ſeu excudendum vel diuendendum curet librum, cui *Euchariſtica Chronologia ab ipſo mundo condito*; eſt titults inſcriptos; à P. Fr. Antonio de Serpa Luſitano ex Seraphica Familia & Prouineia Pietitis ſtrictiotis obſeruantiæ, io regno Luſitano, elucubrstum, & diuulgatum; præter eum, ſiue eos, quibus ipſe pro re dicta conceſſerit facultatem. Idque ſub confiſcatione librorum, aliiſque pœnis Origioali diplomate contra delinquentes expreſſis. Datum Pariſiis decima ſeptima die Septembris, anno gratiæ 1646.

Ego præfatus Fr. Antonius de Serpa virtute dicti Priuilegij conſenſum meum præbeo, vt hoc volumen Euchariſticæ Chronologiæ *imprimant Sebaſtianus & Gabriel Cramoiſy Bibliopolæ Pariſienſes: quibus totum ius meum transfero. Pariſiis. Aprilis. 13. anno Chriſti, & mundi vitæ. 1648.*

FR. ANTONIVS DE SERPA.

Finis volumini impoſitus eſt, die ſecunda meoſis Maij. 1648.

LICENTIA REVERENDISSIMI PATRIS GENERALIS totius Ordinis Seraphici.

FR. Ioanoes à Neapoli totius Ordinis Sersphici P. N. S. Franciſci Miniſter Generalis & ſeruus, Dilecto nobis plurimùm in Chriſto filio, P. Fr. Antooio de Serpa Prouinciæ noſtræ Pietatis in regno Portugalliæ Prædicatoti & Confeſſario, Salutem in Domino Sempiternam.

Cum nobis ſignificaueris te librum quendam, cui titolus eſt, *Euchariſtica Chronologia ab ipſo mundo condito initium, & prima pars*; prælo mandara velle, noſtramque circa hoc licentiam poſtulaueris, ſimúlque in aliquo ooſtræ Religionis Conuentu Ciuitatis Pariſienſ. tibi grsto commorandi, donec præfatus liber ſit impreſſus. Tois iuſtis petitionibes anooeotes, tibi facultatem impartimur harum ſerie, quatenus prænominstum librum prælo mandare poſſis, & valeas; ſi priùs Patrum Cayon & Franciſci Faore, Doctorum in facultate Pariſ. habeas apptobationem; & aliunde ſerues quò ad hoc Decreta Sacro-ſancti Conc. Trideotini, & alias conſtitutiones in regno Galliæ præſcriptas. Harum etiam virtute tibi concedimus, vt in aliquo eiuſdem Ciuitatis Pariſienſis conuentu tibi grato ad effectum præmiſſorum commorari queas. In quorum fidem his ſubſcipſimus, Romæ in Conoenta Aracælitano, hac die 26. Februarij 1646.

FR. IOANNES DE NEAPOLI, Miniſter Geoeralis.

LICENTIA R. P. F. HIERONYMI DO SARDOAL, Miniſtri Prouincialis Prouinciæ Pietatis, in Regnō Luſitaniæ.

FR. Hieronymus do Sardoal Miniſter Prooincialis, & ſeruus Prouinciæ Pietatis ex Diſcalceatis S. Franeiſci in regno Luſitaniæ, dilecto admodum filio & Prędicatori eiuſdem Prouinciæ, Fr. Antouio de Serpa, S. in Domino Sempiternam. Cum muneris ſit noſtri, non tantùm eos amore proſequi, qui ex noſtratibus pro Dei Eccleſia & Religione literariis ſudoribus ſe traduot, ſed & ipſis modis omnibos faoorem non negare; Per pręſentes tuis literis efflagitatam facultatem libenter impertimur, vt à te librum elaboratum, cui ritulus eſt talis, *Euchariſtica Chronologia ab ipſo mundo condito*; mandare typis poſſis; iis tamen præcedentibus, quæ de iore ad excuſſionem librorum requiruntur. Quem pro mea de te frugi concepta opinione, ſpero fore vt Chriſtiadis omnigenis perutilis euadat, & cunctis gratus ſit. Datum Eboræ in ooſtro Coouentu; deeimo Kalend. Martij; anno N. Redamptionis 1644.

FR. HIERONYMVS DO SARDOAL, Miniſter Prouiocialis.

APPROBATIO DOCTORVM ALMÆ Facultatis Pariſienſis.

NOs infraſcripti in Sacra Facultate Pariſienſi Theologiæ Doctores fidem facimus legiſſe librum, cui nomen eſt *Chronologia Euchariſtica*, compoſitum à R. P. Antonio Serpenſi, alumno & Concionatore Prou. Pietatis in regno Loſitano; in quo quidem quamplura ſcitu digniſſima ſont; vtpote congeſta tum ex Diuina Scriptura, tum ex Sanctiſſimis Patribus; tum ex Concilijs Oecumenicis, tum ex vtroque iure, tam Canonico quàm Ciuili; tum denique ex vtraque Theologia, tam Scholaſtica, quàm poſitiua, ſiue morali; quæ certè aſſiduam Authoris lectionem, continuas lucubrationes, & ſelectum eiuſdem ingenium mirum in modum teſtantur. In hac tamen diuerſarum rerum congerie ſicut & in toto opere nihil eſt quod à Fide Catholica & orthodoxa vel etiam à bonis moribus tantillùm deflectat; quinimo eo opere Theologi inſtruentur, curioſi reficientur, Concionatores denique varijs & præclaris meditationibus cumulabuntur. Quapropter iudicauimus prædictum librum non ſub modio occultandum, ſed dignum eſſe, qui in lucem prodeat; & in publicum exponatur. Datum in noſtro Conuentu Fratrum Minorum Pariſienſium, anno Domini 1648. die menſis Martij vigeſimo ſecundo.

F. LVDOVICVS CAYON,
Lector Iubilatus.

F. FRANCISCVS FAVRE,
Chriſtianiſſ. Reginæ Concionator.

IVDICIVM R. P. IOANNIS DE LA HAYE VTRIVSQVE Maieſtatis Chriſtianiſſimæ à Concionibus; Lectoris iubilati; in curia regia Commiſſarij, & in Gallia F. Minorum Procuratoris generalis.

R. Admodum P. F. Antonij de Serpa eruditiſſimi in Theologia Profeſſoris, Religioſiſſimi Prouinciæ Pietatis Minorum in Luſitania alumni, argutiſſimi ingenij Scriptoris, *Chronologiam Euchariſticam ab ipſo mundo condito per Figuras Legis Naturæ depictam & enarratam* ex commiſſione Reuerendiſſimi totius Ordinis noſtri Seraphici Miniſtri Generalis euolui, & maxima cum animi voluptate perlegi; opus ſanè tanta ingenij dexteritate elaboratum, tam incomparabili, incredibilique ſapientia repletum, vt iure merito elogia poſtulet, non criſim, aut cenſuram expectet. Sed quid elogia profero! Reddenda certè forent, cum illi debeantur, ſicut & admiratio. Sed modeſtia illius primùm concedente, mirabor ipſius eruditiſſimum opus, non laudabo. Quæ enim dictionis venuſtas? quales ad peregrinas facultates amœni excurſus? quod Theologiæ robur? quæ abſtruſæ cogitationes Diuinorum arcanorum? quàm intrita Patrum lectio? Radiant in eo ſtudia indefeſſa, ſplendent verba fœcunda, fulgent ſententiæ ponderoſæ, illucent lucubrationes acutiſſimæ. Alij ſplendida verba proferunt; alij præbent acumen; eruditionem alij; ſed noſter Auctor diuiſam in ſua Chronologiam coniungit gloriam; vnde ſi clarorum qui in hanc ſcripſere materiam Doctorum ſpiritum eum appellem, non eum offendam, nec illos. Vbique enim in eo occurrit aut Theologia Auguſtini, aut interpretatio Hieronymi, aut inſtructio Gregorij, aut eloquentia Cypriani, aut neruus Chryſoſtomi, aut deuotio Bernardi. Hoc miror, volui laudare, cur non mirarer? Alij enim de Sacra in ſcribendo Euchariſtia libarunt, noſter Antonius plenis buccis hauſit & exhauſit, nobis exhibens deuotionis ipſius mel; ſanctitatis animam, dulcedinis veræ verum fontem, diuini amoris delicias, & vt omnia claudam, omnis boni ſummum, atque compendium, Deumque ipſum ſub paupere tegmine, non pauperem, non iam inuolutum ſub Figuris Naturæ, & Legis. Cur inquam non mirarer? Sicut enim liber hic omnibus numeris eſt abſolutus, ſingularique, ac noua methodo diſtributus, per Myſteria etiam ab ipſa mundi conditione nobis tradita, ita non ſolùm ad omnium eruditionem & emolumentum ſufficiet, ſed in ſtuporem, ſed in miraculum vſque procedet. In Auctore enim illius mera eruditio iis militat auſpiciis, & vix vnquam felicioribus; quippe in tot nodis ſoluendis, & veritate è quarumuis difficultatum inuolucris, eruenda, mentis acumen cum mira dexteritate, inaudita fœcunditas cum ſtupenda eruditione contendit, ita vt nullum in hoc genere ſcriptorem ampliùs deſiderare debeamus, cum omnibus hic ſemper ſuperior futurus ſit; nec hactenus vlli pares prodiere. Hoc doctiſſimo Chronologiæ Euchariſticæ Auctori ſuffragium, non cenſuram aſſero. Datum in regio Sanctæ Claræ Monaſterio in ſuburbio Pariſienſi Sancti Marcelli; die 10. menſis Martij, anni Dom. 1648.

Fr. IOANNES DE LA HAYE,
qui ſupra.

EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ

ENARRATIO VIGESIMA-PRIMA;

DE PARADISOQVE SVPREMA; ATQVE tertia de extraordinariis & ſeptenariis Enarrationibus, in Figura Virginis, reſarcientis nempe ſecum mulieris incommoda.

Super Gen. verba Cap. 3. n. 20. *Et vocauit Adam nomen vxoris ſuæ Eua, eo quod mater eſſet cunctorum viuentium.* Et Luc. 1. n 28. *Aue gratia plena Dominus tecum; Benedicta tu in mulieribus.* Quæ mox copulabuntur.

De continuatione Numerus I.

IN hominis, ac mundi lachrymabilis tragœdia. Benedictus verò Deus, qui non amouit miſericordiam, & pietatem ſuam magnam à genere mortali; vt nec hominem ſine remedio; nec ſerpentem ſine ſupplicio; nec mulierem ſine decore manere paſſus fuerit. Et vt mulieris quæ hîc ſcopus noſter eſt, iam cauſam aggrediamur, bene homo pœnis ſeptus, hanc mortis viam planam & portam morientium, viuentium matrem dixit, quia voluit per mulierem in mulieris alterius acerbitate reſpirare. Fuit enim prima illa figura Matris Dei, & Eua *Aue Mariæ*; vt paulò ſupra tetigi, inuerſa Prophetia; cui ideo inter ſopplicia hoc indidit vocabulum, vt illo poſſet ipſas inflictas ſibi pœnas plus ægras temperare. Quod & mihi in iſto opere laborioſo ſatis, accidit, dum in medio ſeptenarum & extrauagantium Enarrat. hanc aliter diſpoſitam, & aliò deſtinatam, hîc contigit inſerere, vt tam Lector, qoàm Scriptor huius Virginis dulcore remoueant à ſe tædium, in illáque ex magni itineris labore, tantiſper requieſcant; & veniam ab intermedio accipiat totum opus; auctori cuius valde, mutatis paucis verbis, ſententia ſemper placuit Abbatis Clareuallis;

Adamus vt in medio pœnarum conſtitutus reſpirauerit per Mariam.

A *Aridus eſt omnis animæ cibus, ſi nomini Mariæ non infunditur. Inſipidus in ſummo ſi non hoc ſale conditur. Si ſcribas, non ſapit mihi, niſi legero ibi* Mariam; *ſi diſputes aut conferas, non ſapit mihi, niſi ſonuerit ibi* Maria. Qood de nomine Ieſu cum ipſo non inficior, ſed de nomine *Mariæ* confiteor, & agnoſco; ac eandemmet virtutem diuulgo lubentiſſimè.

Mariæ matris Dei vocabulum quam dulce.

Vtroque verò themate iam inuicem connexo, ſecundum huic loco aptiùs pro nunc accipiamus; quod explicans Bonauentura Annuntiationis in ſermone, quadrifariam tantam Dominam in illo prędicari prudenter aſſeuerat. nimirum de omnis *Vah* carentia conſummata; hoc enim valet *Aue*, id eſt, à *Vah* ſelecta, immunis, atque libera. B De gratiæ nihil minus omnimoda affluentia, ex verbis *Gratia plena* manante naturaliter; nam ſi plenum priùs vas de nooo repleatur, vel liquida re aliqua repleri à quouis velit, omnis liquor ſuperueniens ad extra redundabit. Et ſic Virgo, quæ Dei gratia perpetuò fuit plena, repleta noua gratia ab Angelo explicata, *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*, ad omnes fudit gratiam; & ideo ſuperplena, *vt de eius plenitudine accipiant vniuerſi*; qoemadmodum Bernardus illius ſeruus ait. De præſentia modo intimo, ſingularíqoe cum Deo; *Dominus tecum*; Et de excellentia ſuper omnes humanas creaturas; *Benedicta tu in mulieribus*; Videlicet,

S Bonau.

Maria in verbo *Aue* repleta donis quatuor, & iis longè maximis.

Luc. 1. 35.

S Bernard.

inter omnes à [m]ulieribus progenitos; ac proinde ſuper [A]ngelos quibus homines abſolutè & ſim[p]liciter loquendo, vt 2. Enarr. A abunde dictum fuit, maiores reputantur. Sed iam Euæ inuerſionem, & oppoſitionem cum Maria minutiùs videamus.

DE VIRGINIS CVM EVA OPPOSITIONE ad verbum Aue.

2. VIRAGO ante peccatum vocata fuit mulier, & poſt peccatum Eua, iumentiſque inferior in nomine mutato: iumentis cum nomina defixa permanſere; *Omne quod vocauit Adam ipsum eſt nomeneius.* Eua verò cum dedecore obtinuit nomen variium, vt varietas interior exteriùs tranſluceret. Præſertim, quòd vtrumque videtur per ludibrium impoſitum illi nomen. Nam in ſtatu fraglitatis, ſeu quo fragilis & labilis, ſi vellet, eſſe poſſet, virum agens ſeu *Virago* cum ſtupore nominatur; & in ſtatu mortalitatis viuentium mater alma, hoc quippe ſonat Eua. Quam veriùs, atque meliùs Deus multò nuncupauit; & mulierem ante culpam, *Ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem*; quia mollis ex ſe eſt, ac ad hominem demoliendum ſuapte accommodata; & poſt culpam C non viuentium ſed dolentium triſtem matrem, *In dolore paries.* Quapropter vtrobique propheticè à marito exiſtimo vocatam; *& Viraginem* ante lapſum, in virum nanque agit, & ipſum valde exercet, ac inſuper exagitat; & Euam poſt ruinam. Eſt enim nomen Eua, interiectionibus duabus, videlicet *heu he*, è quibus coaleſcit, doloris aggregatio, quaſi matrem plùs dolentium & morientium voce iſta, quam viuentium nominarit diſertus mundi parens; vt Innocentius Papa tertius de mundi contemptu cap. 6. ſcribit in hunc modum; *Omnes naſcimur eiulantes, vt noſtram miſeriam exprimamus. Miſellus enim recenter natus dicit, A; fæmina verò, E: dicentes A, vel E, quotquot naſcuntur ex Eua. Quid eſt igitur Eua, niſi heu, ha? Vtrumque dolentis eſt interiectio, dolentium exprimens magnitudinem.* At Maria non *Virago*, D ſed *Virgo* dicta meliùs; quòd *Virago* ſine A, & ſine Adami litera eſt Virgo ſtrenuiſſima, quæ prima carnem vicit, ac de Adamica putredine nil penitus contraxit. Et pro *Eua* dicitur *Aue*, quod libera eſt à *veh*, vt ſupra inſinuauimus. Mariáque ſupremò, virtutum tanquam maria; cui forſan Deus alludens in mundi natalitiis, *Congregationeſque aquarum appellauit maria.* Ad maria nanque aquæ ex omni parte confluunt, & ad Virginem Mariam quęcunque fluunt gratiæ; quę multis verbis poterunt à quouis explicari, & fusè dilatari. Bonauentura de eius laudibus ſic ait ſexto cap. *Sicut in mari aquarum, ſic in Maria ſunt congregationes omnium gratiarum. Tanta nanque profunditas & magnitudo fuit in Maria, vt benè mare dici poſſit.* Sed Euæ atque Mariæ ſub iſta voce *Aue* contrarietatem & diuerſitatem innatam inſpiciamus.

Gen 2.19.
Cur Eua multinomia, & bruta vnico nomine extiterint donata:
Gen 2.22.
Gen.3.16.
Euæ nominum moralis, & optima explicatio.
Innocen.3.
Quid plorent cum naſcuntur tam maſculi, quàm fœminæ.
Gen.1.10.
S Bonau.
Maria multa maria cunctarum gratiarum.

B 3. Vſſuna 1. p. ad cap. quinquageſimum in ſuo *Miſſus eſt*, huiuſmodi ſe habet; *Aue dixit ei Angelus, vt mutaret nomen Eua, quoniam B. Virgo totaliter Euæ fuit contraria. Et quia res contraria contrario nomine appellanda eſt, ideo illi dixit* Aue. *Aue denotat omnimodam à væ immunitatem. Maria quippe immunis fuit à triplici væ, de quo Ioannes ait; Væ, Væ, Væ, habitantibus in terra. Væ in peccato conceptis; Væ in peccato natis; Væ in peccato inueteratis. Euæ nomen transmiſſum eſt ad poſteros, & regnauit ab Eua vſque ad Mariam. Maria verò nomen Euæ reformauit & mutauit. Vnde in veteri teſtamento non inuenitur vnum* Aue. *Sed ſeparatim, a, a, a, & iterum, væ, væ, væ, Congruenter dicebatur, a, a, a, propter triplicem incommoditatem peccati originalis in Adamo comparati; infirmitatem in iraſcibili; prauitatem in concupiſcibili; cæcitatem in rationali. Væ autem, væ, & væ, propter triplicem ſcaturiginem peccati actualis cordis, oris,* C *& operis. Maria igitur originaliter prima poſſedit* Aue; *& iſtud verbum ſalutis ipſa pro nobis attulit, Euæ nomine reformato: in ſignum quod per Mariam futura eſſet totius mundi vniuerſalis reformatio.* Hęc ille, ex Bonauenturæ ſpeculo deſumpta, vbi cap. 2. de re pręſenti multa; & in ſerm. Annuntiationis ſuperiùs allegato, quo loci ſic pro nobis. *Aue dicitur ſine vah, & eſt contrarium nomini Eua. Nam ſi præpoſtere legatur, ex Eua fit* Aue; *Et meritò Maria contrariatur Euæ, quia cum multiplici vah nos generauit Eua; dum facta eſt nobis mater malitiæ, mater diſcordiæ, mater ignorantiæ, mater miſeriæ; & ideo quilibet poteſt dicere illud Ieremiæ; Vah mihi mater mea; quare genuiſti me virum rixæ, virum diſcordiæ in vniuerſa terra. Sed B. Virgo facta eſt mater dilectionis, contra vah malitiæ, mater timoris contra vah diſcordiæ; mater cognitionis contra vah ignorantiæ; & mater ſan-* D *ctæ ſpei, contra vah miſeriæ; vnde dicitur in Eccleſ.* Ego mater pulchtæ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei. *Hinc verificatur dictum Gregory: Contraria contrariis curantur* Quod illic ſatis latè.

4. Quare oppoſitè cum Eua loquutus ſerpens eſt, quàm Angelus eſt poſtmodum loquutus cum Maria. Ad iſtam nanque dixit; *Aue gratia plena Dominus tecum.* At ſerpens ad mulierem, vt eam plenam gratia bac dirè ſpoliaret, contiario dixit modo; *Cur præcepit vobis Deus, ne comederetis de omni ligno?* Quemadmodum ſi diceret. Væh tibi, quia gratia nec plena tu es Deo, id eſt, accepta & grata; nec ille tecum eſt, amore, quo non tibi prohibeat vllum fructum, ſed liberam te linquat in tanto viridario, vt poſſis quæque velis ad libitum ſeligere, vel etiam reprobare. Quocirca ſic Chryſologus ſerm. 142. *Agit cum Maria Angelus de ſalute, quia cum*

Eua

Vſſuna.
Maria re & nomine quam Euæ contropoſita.
Apoc.8 13.
Væ triplex, à quo nos Dei Mater liberauit.
Ioan.1 6.
A triplici, a, Maria Adami nos eripuit.
Maria quãtò Aue pro nobis ſit repleta.
S.Bonau.
Maria quater mater eſt animæ fidelis, aduerſus matrem Euam.
Ierem.15.10
Eccl.24 24.
Vt Angelus ad Mariam, & Euam verbis moreem aduerſis ſit loqoutus.

Eua Angelus egerat de ruina; vt noſtra perditionis initio, conueniens noſtra reparationis initium reſponderet. Et Fulgentius in ſerm. de dupli-

S.Fulgent.

ci Natiuit. *Attendite fratres, medicinalis gratiæ lineas, Diuina nobis benignitate monſtratas. Tunc ad Euam Angelus malus acceſſit, vt per Euam homo quem Deus fecerat, à Deo ſepararetur. Nunc autem ad Mariam bonus Angelus venit, vt in ea humana natura Dei vnigenitus vniretur. Venit ad Euam diabolus, vt vitam nobis maligno auferret; venit ad Mariam Gabriel, vt vitam reddendam hominibus nuntiaret.* Nec non Bernardus ſanctus in verba Apocal.

S.Bernard.

Crudelis nimium Eua, per quam ſerpens antiquus peſtiferum viro virus infudit; ſed fidelis Maria, quæ ſalutis antidotum & viris & mulieribus propinauit. Illa miniſtra fuit ſeductionis, hæc propitiationis; illa ſugeſſit præuaricationem, hæc interiecit redemptionem. Quibus habent perſimilia quamplures PP. alij.

Sed vnde tam perutilis B. Virgo Mater; ex eo quia Virgo, & fortis eſt *Virago*, in qua Deus Creationis correxit priſcum opus, vt indicat Chryſologus ſerm. 57. *Soporatus eſt Adam, vt de viro virgo ſumeretur; nunc ſtupuit Virgo, vt vir repararetur ex Virgine.* Tunc enim ex viro mulier, ſeu mollis creatura proceſſit malo omine, nunc verò vice verſa ex muliere vir prodit, cui virtus eſt immenſa, & qui etiam electus viros in brachio ſuo eruit à dæmonis imperio. Tum ex oſſe viri ſumpta in carnem tandem deſiit; ſicut etiam vir illius his verbis indicauit; *Os de oſſibus meis, & caro de carne mea.* Nunc autem ex carne Virginis progenitus vir nouus, in os robuſtum finiit, cui demum in fine vitæ *Non fregerunt eius crura*, nec licitum confringere illius Agni oſſa, qui extra vitam morte contriuit ſatanam mutrem; qui oſſeus & infractus, vel mortuus, perdurauit. Hoc verò quia natus de Virgine Maria, de qua bene loco vltimo Chryſologus aſſeruit; *vt vir repararetur ex Virgine*; Ergo vir atque virilitas ex Matre intemerata, quæ mulier fuit fortis optata à Salomone; *Mulierem fortem quis inueniet?* Quamtumuis fortis fuerit ob filium, quem progenuit; dum Mater propter Filium, non Filius propter Matrem in vitæ lucem venerit. Nam ſi S. Bonauent. in 2. Sent. d. 22. Adamo non peccanti poſt lapſum ſuæ fœminæ, affirmat fore aliam de nouo procreandam, & ipſi à pio Domino in Matrimonium collocandam; nec enim virum optimum decebat niſi mulier æqualis bonitatis: Chriſtus certè re & numine ſecundus Adam eſt, ob gratiam cuius viri ei fuit talis Domina diuinitus formata, ſeu diuinitus liberata à culpa originali, & poſtmodum exaltata in Matrem Patris omnium; in fontem maris ſummi; in cauſam primæ cauſæ, in lucem veræ lucis; in vitam ipſius vitæ; in ortum illius viri, qui ortus rei eſt omnis, & Oriens propter hoc vocatus in Oraculis; quæ quidem noua eſt Eua, tam hærens primæ & veteri, quàm illi nihil debens; vt & mater vindicata per filiam remaneret, & Filius tantæ Virginis ab illa fortitudinem reciperet quodammodo; Quod Se-

Chryſolog.
Quam Euæ ſit oppoſita Mariæ fortitudo.
Gen 2. 23.
Ioan. 19. 33.
Exod. 12. 46
Maria mulier fortis vel etiam Dei reſpectu.
S Bonau.
Prou. 31. 10. Fœmina ſola delinquens an vxor viro foret.
Zachar. 6. 12

A dulius lib. 1. attingit hiſce verſibus.

Et veluti è ſpinis mollis roſa ſurgit acutis,
Nil quod lædat, habens; matremque obſcurat honore.
Sic, Eua de ſtirpe ſacra veniente Maria
Virginis antiqua facinus noua Virgo piaret.

Sedulius.
Maria qualis roſa.

Et Aratus per Suarez relatus in vita Chriſti diſp. 3. ſect. 5. in eo quod ſit filia eiuſdem Filij ſui, & tamen matris Euæ eximia reſtauratrix; nam illa mollem & fragilem conſtituit primum hominem; hæc fortem & inuictiſſimum (vel iure naturali manante ab innocentia qua ipſa fortis erat) ſecundum mundi Patrem. Aratus ſic intonat.

Maria vt naturaliter Dei Filio vires dederit, tam corporis, quàm gratiæ.
Aratus.

A Nato formata ſuo, mala criminis Euæ
Virgo ſecunda fugat, nulla eſt iniuria ſexus,
Reſtituit quod prima tulit.

B At verò quantùm roſa extiterit Maria, & Eua ſpina fuerit, in ſermone ab iſtis verbis *Aue Maria* incipiente, peroptimè Bernardus.

De Virginis cum Eua oppoſitione ad verbum proximum; nimirum; Gratia plena.

5. MVlta equidem de gratia Dei Matris euulgantur, è quibus tantùm aliqua oppoſitioni de qua hîc fauentia ſalutabimus; Bernardus, ſic eloquitur ſerm. in *ſignum magnum. Vehementer nobis dilectiſſimi vir vnus (inquit ille) & mulier vna nocuere. Sed gratias Deo, per vnum nihilominus virum &* C *mulierem vnam omnia reſtaurantur, nec ſine magno fœnore gratiarum. Neque enim ſicut delictum, ita & donum, ſed excedit damni æſtimationem beneficij magnitudo. Nimirum prudentiſſimus & clementiſſimus artifex, quod quaſſatum fuerat non confregit, ſed vtilius omnino refecit, vt nobis nouum formaret Adam ex veteri, & Euam transfunderet in Mariam.* Et ſimiliter in *Miſſus eſt*, humilia ſic ſecunda; *Cæleſti rore aream rigaturus, totum vellus prius infudit, & mundum Dei Filius redempturus, totum pretium contulit in Mariam. Vt quid hoc? Vt excuſaretur Eua per filiam, & querela viri aduerſus mulierem deinde ſopiretur; ne diceret vltra Adam, Mulier quam dediſti mihi, dedit mihi de ligno vetito; ſed mulier quam dediſti mihi, cibauit me fructu benedicto.* Quid pulchrius? Quid germanius? vel etiam ad præcedentem D oppoſitionem confirmandam?

S.Bernard.
Maria materia gratiæ, & gratiæ grandioris, quàm fuerat per Euã deperdita in principio.
Maria velut gratiæ, quo omnes conſolantur, reguntur, veſtiuntur.

Hinc vocatur in Pſalterio Seraphici Doctoris *Flos, gemmáque mulierum* per cuius gratiam aliæ à dedecore prioris mulieris ſunt erutæ. Et in Epiphanio de eius laudibus; *Reſtauratrix fœminarum, & Eua reformatrix, quæ illius contumelias in melius commutauit.* Nec non inuentrix gratiæ in verbis Dei ipſius; *Inueniſti gratiam apud Deum.* Quocirca noluit eam Angelicus Legatus ex proprio illius nomine, ſed ex gratiæ cognomento ſublimiori ſalutare; quia in ipſa ſola gratia propemodum lucebat, natura verò quaſi ſopita videbatur; & etiam quia negotium Incarnationis pertractabat, quæ ſicut de condigno à gratia tantùm Dei, de congruo ſic

Epitheta & præconia de Virgine Maria.
Luc. 1. 30.

A

prouenit à gratia tantæ Virginis, hanc precibusquærendo, ac ſimul impetraodo. Et ideo *gratia plena* à Nuntio Dei vocatur; ſed taliter hac plena, vt appareat modo aliquo non poſſe plus repleri; cum gratiam in Filio Dei receperit immenſam, & immenſum ac infinitum noo valeat augmentari; & tamen haece gratia aſſiduè in vita ſoa repleta magis fuerit, per actus ooo remiſſos, ſed alios ſemper alios tranſactos tranſcendentes, vt latè in Vita Chriſti & doctè fert Suarez; at gratiſſima deductione ex Angeli colloquio Vſſuna per hæc verba; 1. p. in *Miſſus eſt* cap. 57. *Quanta gratia plenitudo extiterit in Virgine, ex eo quod hac Mater Dei fuerit, pateſcit. Nam Deum qua recepit, quid magnum non recipiet? Recipit infinitum; & hinc veluti infinita ad Dei gratiam recipiendam omnino facta eſt; quia Deus eſt infinitus ad gratiam largiendam, & anima paßiuè infinita naturaliter ad illam accipiendam, vt dicitur in Luc.* Habenti dabitur, & abundabit magis. *Et ſic gratia plenitudine capacitas fit amplior ad gratiam accipiendam. Quamobrem S. Angelus hoc fecit cum Maria, quod nos facere ſolemus cum ſaccum quem frumento frequenter adimplemus. Nam ſaccum plenum iam à terra ſubleuamus, vt magis impleatur. Angelus verò plenam gratia frumento videns Virginem, tribus vicibus vt gratia plus caperet eleuauit. Nam poſtquam ad illa verba* Aue gratia plena Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus; *expauit Virgo humilis, & in huiuſmodi ſermone eſt valde conturbata, adiecit Gabriel inclytus;* Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud Deum; Ecce concipies in vtero, &c. *Et poſtquam de hoc facto dubitauit Virgo fortis, qua verbis Dei credebat, ſed modum neſciebat miraculi eam magni, concluſit cali Nuntius;* Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi, &c. *Quibus gratia iam poßibilis vt eſſet Mater Dei repleta & praparata, ſe terra dedit inquiens;* Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum; *Vt per ſui calcationem reciperet maiora. In quo ſacco virginitate admirabili inconſutili, fuit panis Angelorum hominibus locatus, ne dicerent plorantes;* Vbi eſt triticum, & vinum? *Propterea gratia plenam vocauit eam Angelus, vt omnes pergerent ad illam, beneficia recepturi: captiuus redemptionem, ager curationem, triſtis conſolationem peccator veniam, iuſtus gratiam; Angeli lætitiam; Filius Dei humana natura ſubſtantiam, & tota Trinitas gloriam. Maria namque ait;* Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me, & à generationibus meis implemini. *Quid habes in te Domina quod nobis dare poſſis? Quacunque volueritis.* In me omnis gratia vitæ & veritatis; in me omnis ſpes vitæ & virtutis. Quapropter adimplemini.

Vt infinitè gratia Dei repleta illius Mater; & tamen ſemper magis repleta illius gratia.

Suarez. Vſſuna.

Infinitæ capax gratiæ paſſiuè quãtum anima.

Luc. 19. 20.

Luc. 1. 28.

N. 30. & 31.

N. 35.

N. 38.

Maria ſaccus plenus pecuniis gratiarũ & Euchariſtico fermento.

Tren. 2. 12.

Eccl. 24. 26 & 25.

De tertia oppoſitione ad verba, Dominus tecum.

6. MVltifariam, multiſque modis eſt Dominus cum Virgine, de quibus Bonauentura in ſpeculo cap. 8. Et Scribonius Recollectus in ſua Creologia, peritè notans ibi, ad Virginem tantummodo hoc elogium *Dominus tecum* ſuapte pertinere. Per gratiam nanque Deus tam originalẽ, quàm actualem, quod aliis non conceſſum cuio illa ſemper fuit. Sed nullibi tam bene, ac pariter tam proprie quàm in Incarnatione & inſtitutione Sanctiſſimæ Euchariſtiæ; & quia vtramque meruit, & quia caro Chriſti, à carne nata Virginis vtrobi reperitur. Vnde extenſio Incarnationis à cunctis cum Chryſoſtomo vocatur hoc Myſterium; ac etiam panis Virginis in libris Salomonis. Nam vbi ſic de illo, *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miſcui vobis*; ibi etiam in fine libri hæc verba inueniuntur; *Facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longe portans panem ſuum.*

B

Quæ ad Virginem Deiparam Richardus S. Laurent. in ſuo lib. 11. de laudibus Mariæ conciliat in huncmodum: *De longe portans panem ſuum, quo ſcilicet ipſa digniùs, & ineffabiliùs in præſenti omnis creatura fruebatur. Vel panem ſuum, quia totus fuit ſuus, de quo ipſa ait;* Venite comedite panem meum, *Quoniam non poſſumus eum habere; niſi ab ea, & per eam; & dicendum eſt ei tota deuotione; Mater noſtra, quæ es in calis, panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* A quo tempore hiece panis Mariæ credi debeat, Lectori operæpretium exiſtimo futurum, ſi bene enucleetur. Hoc autem ſeptempliciter ſic puto verum eſſe.

Deiparæ Conceptio à verbis Annuntiationis illius explicatur.

Dominus tecum in Euchariſtia Mariæ dici poteſt

Prou. 9. 5.

Prou. 31. 14.

Richardus à S. Laurent. Euchariſtia panis Virginis, cui dicere debemus; *Mater noſtra, quæ es in calis panem noſtrum da nobis hodie.*

7. Primò quidem à tranſgreſſione mulieris prioris, & ab illa figuratione, quam Virginis tunc geſſit.

C

Nam ſi contraria medicari contrariis ſolent rebus, & *Ipſe lignum tunc notauit, damna ligni vt ſolueret*; Ipſa Eua tunc ſignauit, vt mulier *Aue* dicta illius mala demeret, in bonáque mutaret; vt ſicut illa virum cibauit fructo vetito, & in effectu maledicto; ſic iſta viros fructu nutriret benedicto; de quo fructu ſic Antipater de laudibus Baptiſtæ; *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, ex quo cum comederet Adam* (in voto ſubintellige) *vicit inimicum. Benedictus fructus, qui fuit mundi cibus, & amictus.* Vt in amictu quo poſt culpam Adamus ſe contexit, abundè patefecimus.

A præceptũ tranſgreſſione Mariæ panis iſte.

Antipater.

De Mariæ figuratione in Eua per antiqua ſic præſul Rauennatum ſerm. 99. *Mulier accepit à Deo fermentum Fidei, qua acceperat à diabolo perfidia fermentum; vt mulier qua*

D

confecerat panem gemitus, & ſudoris, panem vita coqueret & ſalutis; & eſſet omnium viuentium Mater vera *per Chriſtum, qua erat in Adam omnium mater mortuorum.* Et P. Damianus in Natiuit. iſtius Virginis; *Per cibum ſumus à paradiſi amœnitate deiecti, per cibum quoque ad paradiſi gaudia reparati. Cibum comedit Eua, per quem nos æterni ieiunij pœna multauit. Cibum Maria edidit, qui nobis caleſtis Conuiuij aditum patefecit.* Nec non Pater ſemper pondere cogitationum ſatis grauis Rupertus ſup. Gen. *Malus fructus quo Adam per Euam vitam perdidit, & mortem inuenit. Bonus fructus quo genus humanum per Mariam mortem perdit, & vitam inuenit. Quis fructus? Hoc eſt corpus meum.*

Chryſolog: Cibi & vitæ melioris matria reparatrix.

P. Damian.

Rupertus.

meum. Non videt hîc oculus carnis & ſanguinis ſpeciem. Profectò nec Eua videbat promiſſam ſibi à ſerpente Dei ſimilitudinem. Iuſta ergo lege, vt expietur iſte reatus mala crudelitatis, exigitur Fides, vt credatis quod non videtis. Credite ergo Deo dicenti, Hoc eſt corpus meum: Hic eſt ſanguis meus; magis quam ſerpenti, qui per hæreticos dicit; Non eſt caro; non eſt ſanguis.

At verò de Mariæ figura quò ad fructum, ac per conſequens de fructu per fructum reſtituto, fructu videlicet maledicto per fructum benedictum, nimirũ, ventris Virginis; & de arbore per arborem meliorem reparata, Vſſuna luculenter in Trilogij t. p. cap. 5. & 95. mulierem iuxta arborem necantem totum orbem, & mulierem iuxta Crucem eundemmet ſaluantem, ad illa verba textus *Stabat iuxta Crucem.* Ioan. cap. 19. in iſtum modum comparat. *Ad quid autem iuxta Crucem? Vt viam faceret ad lignum vitæ quam Eua mundo clauſit, & Mater Dei aperuit. Quis nanque Crucifixo auderet adhærere, niſi tantùm per Mariam ſtantem iuxta Crucem, dicente eodem Chriſto; Ecce mater tua. Atque pariter vt arbori eius fructum reſtitueret, quia non dimittitur peccatũ, niſi reſtituatur ablatum. Eua fructum decerpit ab arbore prohibita, peccatum verò admiſſum & ad poſteros tranſmiſſum, non dimittitur, donec arbori reſtituatur fructus melior. Arbor vetita Crux eſt, per illud maledicta, Maledictus homo qui pependit in ligno. Hunc Maria quæ non rapuit tunc temporis exoluit, quando Cruci ventris ſui benedictum fructum reddidit; Ec hominibus per illam dimittitur peccatum, vt quemadmodum à muliere initium pœna ſumpſerat, ſic à Virgine B. hoc ſumat indulgentia. Quod beneficium Chriſti Matri quotidie gratulamur, dum illud recitamus,* Benedictus fructus ventris tui. *Arbor quæuis naturalis in fructũ ſuum tranſit, ſed fructm hic Mariæ in arborem tranſiuit; & ideo fructus dicitur benedictus ventris eius; vt fructus, cunctis patulus; & vt fructus benedictus, maledicti fructus mors, ſolutio, reſtitutio.*

Ioan. 19. 25.
Ioan. 19. 27.
Mariæ iuxta Crucem deſcriptio perquam optima.
Deut. 22. 23.

Hæc Virgo iuxta Crucem; non ſolùm in Sacrificio cruento Filij ſui, ſed etiam in incruento, quod fuit prope Crucem; *Priùs quam pateretur:* & Crucis repetitio; quantumuis tunc amore feruenti antecipatio; præſentialiſque memoria; quæ præſentia Chriſti corporis & mortem repræſentat, & ipſum ſimul nobis præſentem verè facit. In qua Chriſtus eſt amore, vt clauis olim fuit, defixus Crucis arbori.

Crucifixus vt ſit Chriſtus in Euchariſtiæ Sacramento.

8. Secundò ab Incarnatione hic fructus Euchariſticus, Mariæ fuit Virginis, Bernardo ſic dicente in Domini Natali ſerm. 2. *Felix mulier; Benedicta in mulieribus, in cuius caſtis viſceribus ſuperueniente igne Spiritus Sancti panis vitæ coctus eſt.* Vnde opuſc. 58. cap. 13. Angelicus Scriptor peroptime conciliat interrogationem Matris Dei, *Quomodo fiet iſtud?* cum interrogatione Iudæorum, *Quomodo poteſt hic?* ex Angelica reſponſione Iudaicam obiectionem diſſoluens huiuſcemodi: *Quomodo fiet iſtud* (B. dixit Virgo) *quoniam virum non cognoſco? Reſpondit ei Angelus;* Spiritus Sanctus ſuperueniet in te; *& ipſe faciet. Et tu quæris, quomodo panis*

Ab Incarnatione Filij Dei Mariæ panis idem.
S. Bernard.
Luc. 1. 34.
Ioan. 6. 52.
D. Thom.
Euchariſtia ab Incarnationis Myſterio confirmata.

A *fiat corpus Chriſti, & ego dico tibi;* Spiritus Sanctus ſuperueniet, & virtus Altiſſimi obumbrabit, *& quod ibi conficitur erit corpus Chriſti.* Quamobtem ab Epiphanio de laudibus Mariæ bene *Clibanus intellectualis* vocatur hæcce Domina; & inibi *Sacerdos* quæ Chriſtum conſecrauit. Sacerdos nanque ait; *Hoc eſt enim corpus meum.* Et ita Virgo poſſet, cum Chriſtum in ſe concepit veriſſimè proferre; *Hoc corpus meum eſt;* Hic panis, meis verbis perfectè conſecratus. *Virginem appello Sacerdotem & altare* (ait Epiphanius) *quæ quidem menſam ferens dedit nobis cæleſtem cibum in remiſſionem peccatorum.* De quo celenſis lib. de panibus cap. 4. viſu dignus. Hoc autem cunctis accidit, qui Chriſtum bene hoſpitant, vt ait Damianus ſuperiùs B allegatus: *Mirabile quidem fuit Chriſtum concipi in vtero carnis, ſed non eſt inferiùs, ſi deferatur in ergaſtulo pectoris.*

Maria panis, clibanus, Sacerdos, menſa, altare.
Epiphanius
Mater Chriſti quiſquis redditur, qui Chriſtum bene recipit.

9. Tertiò à bina nutritione, in ventre & extra ventrem; in ventre, quia in eo à matre viuit filius, & quantùm Chriſti corpus tunc habuit incrementi, tantùm citra quoduis dubium accepit à Mar[…]. E[…]tra ventrem, quia vt Mater, ſic eius fuit altrix, & lacte ſuo nutrix. Fuit enim natus eius in Moyſe figuratus, qui à muliere Ægyptiaca lactari recuſauit; quapropter fuit alia Hebræa conquæſita, nimirum mater propria. Ita S. Bonauent. explanans Lucæ verba; *Beatus venter, qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti;* quæ nimis huc conueniunt; dum portationem & lactationem Diuini panis Chriſti, attri- C buunt tantùm Virgini; cuius ideo à nutritione in ventre & extra ventrem hic panis verè eſt. Hinc S. Auguſtinus in Annuntiatione Matris Dei, ad illam ſic profatur; *Lacta ô Virgo panem tuum.* Quia ſuus planè erat hac bina ratione. A quibus panis iſte mirificè lacteſcens, vt ait idem Sanctus in Pſal. 33. Conc. 1. id eſt, in modum lactis dulciſſimus eſt factus. A prima in ventre Matris, quia valde Chriſto quadrant afflicti Sancti verba; *Ab vtero matris meæ creuit mecum miſeratio, & de ventre matris meæ egreſſa eſt mecum.* Nam miſeratio Matris Virginis, & Filio ſuo profuit; vt ipſa Lucæ verba, *Beatus venter qui te portauit;* id eſt cum laude ſua ac beata celebritate, & cum tua vtilitate, indigitant non male. A ſecunda verò in vlnis, & Virginis vberibus, quia in ipſo D lacte ab eis miſericordiam naturaliter exſorit orbis ſalus; vt aſſerit meus Sanctus Antonius Luſitanus Domini 3. in Quadrag. ad illud Canticor. *Bibi vinum meum cum lacte meo;* interrogans, cur dixerit *Bibi vinum* & non acetum; cum guſtauerit & hoc in brachiis ſuæ Crucis, ac etiam ſuæ Matris, Mariæ clementiſſimæ, vbi vel etiam à natalitiis Crux Chriſto nunquam defuit, iuxta illud eiuſdem Chriſti illuſtre teſtimonium; *In laboribus à iuuentute mea.* Quod quæſitum ſic proponit ſplendor Luſitaniæ: *Quare non dixiſti Domine Ieſu, Bibi acetum meum cum lacte meo?* Reſpondet verò ſic. *Virginalibus enim vberibus lactabatur.* Dulcorant nanque omnia vel etiam diræ Crucis tormenta aceto-

Maria Filiũ ſuum tantummodo lactauit.
Luc. 11. 27.
S. Auguſt.
Vt Dei Matris miſericordia miſericordiæ Filij Dei profuerit ſuapte.
Iob. 31. 18.
Cant. 5. 1.
Ab vberibus Mariæ tormenta Crucis dulcia.
Pſal. 87. 16.
S. Antonius

Richardus à S. Laur.

ſiſſima tam dulcia cæli vbera; cui fortſitan reſpexit de laudibus Mariæ Richardus ſic ſe habens in lib. 12. *Sicut cibus ſolidus maſticatur a nutrice, & redigitur in liquidam ſubſtantiam, vt tranſeat ad nutrimentum pueri. Ita B. Virgo nutrix noſtra Deum nobis emolliuit, eſibilémque fecit.*

Vt Maria Deum nobis reddiderit ſuauẽ, manducabilem, & potabilem.

Bene inquit emolliuit, quia à lacte iſtius Virginis Dei Filius factus mollis, ſeu mitis; qui immitis non rarò priſcis fuerat. Et benè nobis fecit eſibilé huncce Dominum, quia maſticatione fiunt mollia edulia ſæpe dura, vt ab infantulis ineptis hæc poſſint manducari; & Maria Deum homini aptauit, maſticauit, digeſſit, pium reddidit; & manducabilem non tantùm, ſed ſimul & potabilem, qui à Fidelibus quotidie in Miſſæ Sacrificio iucundè ſurbilatur; vt de Miſ-

B

ſa lib. 4. cap. 44. ſcribit Innocentius. Nec abeſt à te iſta quod lib. 1. cap. 6. in Clement.

Innocent. Clemen. Alexand.

Alexandr. inuenies pædag. à nutricibus nimirum vocari manna lac, quod illę primùm infundunt filiolis dilectis; puellulis tenerrimis. Quod enim manna poteſt huic lacti comparari, à cælo tantæ Matris dilapſum ſuis paruulis, & liberis liberalitate Diuina valde egenis? A cælo ſolùm aërio pluebat manna vetus, hoc autem à vero cælo, de quo Prophetæ gemitus; *Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum*; & à cælo ſummi cæli faſtigia tranſcendente; *Quia quem cæli capere non poterant, tuo gremio contuliſti.* Cui cælo valde congruit, quod Christus in oppoſitum antiqui mannæ dixit; *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi.* Nam quamuis Iudæi illico murmurauerint dicentes; *Nonne hic eſt Ieſus, filius Ioſeph, cuius nouimus patrem & matrem?* eo ipſo à cælo panis deſcendens iſte erat, & manna à cælo Matris dulciſſimè dimanans; Ambroſ. lib. 8. epiſtol. 61. *Perfectum manna, paniſque de cælo corpus eſt ex Virgine, quod qui manducauerit, viuet in æternum.*

Lac primũ infuſum pueris à quibus Mãna dictum.

Iſai. 45. 8.

Maria quale cælum à quo deſcẽdit cibus in vetari ſignatus.

Ioan. 6. 41. N. 42.

S. Ambroſ.

10. Quartò etiam à Chriſti corporis portatione quoque duplici, in viſceribus & brachiis; de quarum vtraque poteſt intelligi Epiphanius ſuperiùs allegatus; dum Virgo *Ferens menſam*, ab ipſo nuncupatur; Et à Gregorio Nicomedien. de Virginit. oblatione. *Menſa qua portat vitam*; & à Methodio in Hypapanté, *Animata panis menſa.* Vbi pietas hanc menſam portantis obſeruatur; ſeu magis menſæ pietas, ſe nobis importantis; nam cum portans, & animata Virginea menſa ſit, ab homine non quæritur, ſed ipſa quærit homines, quos cibat vitæ cibis, deliciiſque, ne dum ſubſidiis neceſſariis. Hæc quæritat egenos, hæc reficit famelicos, & eoſmet inueſtigat.

Gregor. Nicom.

Methodius

D

Maria Menſa animata, & plus quęrens quàm quæſita à ſuis iouitatis.

Aliæ vita deſtitutæ, immotæ ſolum poſſunt conuiuas expectare, hæc verò quærit illos ſolertia demiranda. Sed quid eloquor de menſis? cum arbores quæ menſæ viuentes ſimul ſunt, liberalitatiſque exemplar, non ſibi ſuos fructos ſed aliis largè offerant; quos Virgo fert & affert, dulciſſimóſque batula remedij noſtri profert: quo forſitan reſpexit. qui Angelus de fructu generoſi

A

D. Thom.

ventris Virginis huiuſmodi cantauit;

Pange lingua glorioſi
Corporis Myſterium,
Sanguiniſque pretioſi,
Quem in mundi pretium
Fructus ventris generoſi
Rex effudit gentium.

Maria iam in nuptus expoſcit Euchariſtiam.

11. Quintò à panis Euchariſtici affectione & effectione per manus huius Dominæ. Nam & noſtrum panem illa ſummopere affectauit, & ſuis ipſum manibus ad cænam præparauit. De primo ſatis ſit in nuptiis illa vini, non adeo materialis, quàm potiùs Sacramentalis Virginea poſtulatio, *Vinum non habent.* Reſponſum nanque illud, *Non dum venit hora mea*; & miraculum per conuerſionem ex aqua in vinum factum, cum poſſet fieri aliter, hoc indicant non malè. Ad quid etenim negatiuè reſpondet pius Dominus, *Non dum venit hora mea*, ſi mox erat conceſſurus maternis poſtulatis? Si non venit, cur id præſtat? at ſi præſtat, cur non venit præſtandi vini hora? Venit ſanè ad concedendum materiale ſupplicatum, quod de vino conuiuarum agebat literaliter; *Et deficiente vino dixit mater Ieſu ad eum, vinum non habent*; ſed non venit ad Spiritualem Euchariſtię poſtulationem ſub literali latitantem; quam equidem de vino Euchariſtico fuiſſe, reſponſio reſerauit. Chriſtus autem ſic exaudiit deprecationem Matris ſuæ, vt miraculum inter vtrámque petitionem condiuiſerit, & vtrique deſiderio materno ſatisfecetit; dum pro altero mox vinũ donauit præſtantiſſimum, & pro altero ex conuerſione hoc aquę miniſtrauit: quę conuerſio tam perſpicuè ſubſeruit Euchariſtię, vt patet ex re ipſa. Quocirca non tantummodo illius figuratio, ſed & ſimul prelibatio in feſto Epiphanię à Maximo vocatur. *Quod aqua nouo ſunt ordine in vina mutata, noui nobis poculi prælibatum eſt Sacramentum.*

Ioan. 2. 3. N. 4.

B

C

Conuerſio in vinum aquæ Euchariſtiæ prælibatio.

S. Maximus.

De ſecundo ſic colligitur ex Chriſti iuſſione, & illa aſſertione, *Et ipſe oſtendet vobis cænaculum magnum ſtratum, & ibi parate.* Si enim ſtratum erat, cur iterum paratur? ſi verò preparatur, vt erat illud prius ſtratum, atque paratum? Sed erat preparatum à Virgine Sanctiſſima pro noſtro Sacramento in eo inſtituendo, imparatum verò econtra pro Agno ſolemniſſimo ibidem manducando: hoc enim à viris ſolis parari lex ſinebat; vt latè, & ſatis doctè oſtendit Nouarinus in Euchariſtico ſuo aggo, non procul à principio. Hoc autem Virgo Mater legalium obſeruantiſſima, nullatenus peregit; ſed omni attentione ſolummodo proſpexit illam celebrem atque vltimam figuram Filij ſui donandi in Euchariſtia, attentione nanque magna digniſsima ex ſe erant myſteria tam eximia; & tam finis quàm initium inuitationis tam optatę. Nam quis eſt qui non finitum, inceptum ve videre ſummopere deſideret, quod ipſi, vel communi vtilitati ſummè refert? Marcus Viguerius chorda. 7. cap. 11. ſic eloquitur; *In hac cæna vidit Maria agnum pelle nudatum, aſſum, lacerum deuoratum; figuram mente reuoluebat, & in Filio*

Luc. 22. 12.

Maria vt Euchariſtiã pararit & cęnaculum.

Nouarinus cap. 3.

In agni cæna vltima Mosaquidę nã fecerit.

Marcus Viguerius.

figurata

figurato quid ea ſibi vellent, examinabat. At reliqua Mariam feciſſe non ambigitur.

Lipomanus Metaphraſtes. Vſſuna. Maria pro Euchariſtia priori panem fecit. B Fernandez.

Ait enim Lipomanus & Metaphraſtes apud Hoſium cap. 40. & Vſſuna 1. p. Trilogij cap. 20. *Chriſtus duodecim tantum diſcipulos accumbentes habuit, matrem autem iuſſit eorum gerere miniſterium.* Ad quas panem cum attineat ſubigere & conficere, nil dubij quòd Maria illarum primiceria hoc ipſamet præſtiterit, & optimè perfecerit. Addit P. Fernandez ad 3. cap. Gen. ſect. 5. n. 7. vino aquam manu ſua idoneam miſcuiſſe, vt fecit in Prouerb. inſignis Sapientia;

Prouer. 9. 2. Maria prior omnibus adorauit Euchariſtiam; & ſibi ter Chriſtum.

Sapientia ædificauit ſibi domum, miſcuit vinum, & propoſuit menſam ſuam. Quod ſolet de Diuina & Mariana ſapientia communiter intelligi, vt ſicut carnem ſola donauit Redemptori, ſic daret & ſpecies pro primo Sacramento. Ego primam eam fuiſſe, quæ illud adorauit, hinc mihi perſuadeor; quia quamuis à cænaculo abfuerit ob legem, non abfuit à conſpectu. Vt ergo prima in omnibus officiis pietatis, ſic etiam prima Chriſtum in cibo Sacroſancto piiſſime adorauit. Iuuat, primam adorauiſſe in viſceribus ſuis propriis hunc Dominum Incarnatum; & primam in Bethlem natum; & primam in Crucem actum; vt dicitur ab Vſſuna & aliis viris doctis.

12. Sextò à panis Conſecrati Communione frequentiſſima, quæ in Virgine quotidiana aſſeritur fuiſſe, & ob illam ſpecialiter hoc ferculum inſtitutum, ex bina ratione, quam offert Salazar Prouer. cap. 9. verſ. 5. cum ſequenti.

Salazar. Euchariſtiæ inſtitutionis Maria cauſa prima.

Prima, *Vt poſt Chriſti Paſſionem moras ſuæ beatitudinis hac eſca confirmata facilius ferre poſſet* In qua habuit ſibi prævios S. P. Damianum in Natiuit. iſtius Virginis, & Angelicum Doctorem opuſcu. 57.

Quotidie Virgo mater communicabat Chriſti corpus, & Chriſtus ſuam Matrem. Metaphaſt.

Secunda, *Vt Chriſtus hocce modo excogitaret rationem, qua hoſpitium Virginale, quod ſibi valde placuit, ſæpiſſimè repeteret* Vnde & Virgo quò rependeret amorem tam eximium, quotidie Sacræ menſæ accedere ſolebat; vt ait Metaphraſtes, ibidem memoratus. *Ad Diuina myſteria quotidie accedebat, & Filij corpus quod prius in vtero geſtauerat, ſæpius viſceribus inferebat.* Et addit perquammeritò prædictus Salazar, gratiores Chriſto eſſe, præ cæteris hos cibos; nimirum lac quod ſuxit Virgineis ex vberibus; & panem, vinúmquequę dedit conſecrata. Quo fit, vt quamuis ipſe in omnibus qui dignè veſcuntur hoc edulio, dicatur lubens veſci, in illis tamen dicitur lubentiùs manducare, qui Matris ſuę obſequio impenſi ſunt & dediti; illos verò cunctis meliùs communicare frequentiſſimè, qui eidem Chriſti Matri ſunt prorſus deditiſſimi.

Maria ad Communicandum cum fructu, valde vtilis.

Nam & ipſa ſuis precibus obtinere ſolet gratiam, deuotionisque feruorem; & ſicut mater Eua ad eſum malum virum commouit infelicem, ſic promouet hæc Virgo ad fructum Sacroſanctum. Hæc fere Salazar, cui in feſto Annuntiationis ſic fauet vir Seraphicus;

S. Bonau.

Redditur fæmina pro fæmina; humilis pro ſuperba, prudens pro fatua, quæ pro ligno mortis porrigit tibi lignum vitæ, & veritatis.

Nyſſenus.

. Rectè in vita S. Moyſis Nyſſenus ita fatur; *Huius corporis panem non aratio, non ſatio, non agricolarum opus effecit, ſed terra intacta permanſit; & tamen pane plena fuit, quo fameſcentes myſterium Virginis perdocti ſaturantur.*

Vt Fides Virgo ſit.

Ecce Virginis myſterium vocatū, quod eſt Fidei myſterium conſummatum. At benè, quia Virgini Communiones Chriſti corporis, quæcúnque tandem ſint, vt Matri Filij ſui, directè collimantur, & Virgo Fidéſque ad inuicem nectuntur. Nam Virgo immaculata Concepta quando fuit, & ita Fides eſt cum primùm, prout decet, concipitur in mente.

Cur myſterium Fidei noſtræ myſterium virginis dicatur.

Illa Virgo intemerata, hęc planè inuiolata, vt Fides eſſe poſſit. Nam Fides quæ non integra non vera Fides eſt, ſed potiùs infidelitas. Illa Virgo & Mater Chriſti; hæc Virgo & Mater propria Chriſtianorum vniuerſorum. Illa cunctis ex ſe ipſa miniſtrans Euchariſtiam; hæc illam ſecum ferens, & obſtruſas quaſque vias in illam ſecum reſerans; vt Enarrat. de hac virtute abunde ſatis diximus.

Maria vt prima noſtri cuſtodia Sacramenti.

13. Septimò tandem à panis noſtri cuſtodia vigilanti, dum prima eius cuſtodia hæc Virgo Mater fuit, in vrna quidem aurea, quę in arca teſtamenti prædulce manna habuit, antiquitus ſignata.

Hebræ. 9. 4.

Etſi non ſolùm aurea, ſed aurea tanquam vitrea; & vitrea tanquam aurea, vt ciuitas cæleſtis de qua Ioannes ait;

Apoc. 21. 28.

Ipſa verò ciuitas aurum mundum, ſimile vitro mundo; hæc Domina agnoſcatur. Quibus illa certè manet veriſſima cuſtodia. Cuſtodiæ nanque ex auro & vitro domus inſtar, cum parietibus & feneſtris, qui parietes ſunt aurei, feneſtræ verò vitreæ, de more elaborantur. Sed quare ex iſtis Virgo Deipara compoſita, cum valde ſint diuerſa. Vnum ſanè nec rubiginis nec ignis cedens viribus, aliud autem ſine vi, fracturæ tam obtemperans, vt ad flammę vris minimum comminui ſit paratum, & naturaliter ad ictum vel caſum qualemcúnque quotidiè diſſoluatur.

Cur vitrum in Apocal. cum auro comparetur, & ipſi aſſimiletur.

Vnum rarum, & denegatum maiori parti hominum, terrarum, & regionum, metalli ſemper fului hiantium deſideriis; aliud verò in cunctis locis poſſeſſum & circunlatum. Illud ſublime & magni habitum; hoc vile & aſpernatum.

Maternitas & Virginitas Mariæ elucidātur.

Sed tamen non eſt vitrum materia contemptibilis, ſi decur eius benè à quouis ſpectetur; imò certat pulchritudine cum auri ſummo pretio; quapropter hæcce duo à Iobo aſſimilantur, vel potiùs adæquantur.

Iob. 28 17.

Non adæquabitur ei aurum, vel vitrum. Ergo aurea, & ſimul vitrea cuſtodia Dei eſt Mater: quia aurum maternitatis figura eſt pretioſæ, à cunctis mundi rebus, quæ fœcundari & multiplicari exoptant naturaliter, ſummoperè exoptatæ; dum omnia fiunt auro; & facillimo negotio ad partum perducuntur.

Maternitas vt auro, & Virginitas vt vitro perbellè cōparentur.

Vnde etiā facultates iuxta Oſorium & Tiraquellum de nobilitate conſcribentes, diuitiæ nuncupantur; nam facilis diuitibus facultas ſemper ineſt ad omnia facienda, paranda, & conſequenda.

Oſorius. Tiraquell^o.

Diuitiæ cur Latinè dicantur facultates.

Sicut vitrum virginitatis pulcherrima eſt imago, quæ etiam vel corporibus conciliat venu-

ſtatem; & poſtquam ſemel frangitur, non poteſt, velut vitrum, vlterius reparari; vt aſſerit cum Hieronymo Angelicus Præceptor 1. p. q. 25. art. 4. ad. 3. & 2.2. q. 152. art. 3. ad. 3. Sicque Virginis virginitas fuit vitrea ſicot autum, quod nullo modo frangitur, imò mallei, ſeu malleorú cunctorum tunſionibus, ne vllatenus frangatur, in lamioas diffuſiſſimas, vi ſcimus, dilatatur; quemadmodum Maria ſic fuit dilatata, vt Deum verè caperet: & Maternitas illius fuit aurea ſicut vitrum, quod peruaditur à luce & ingenitè tranſlucet; ac quidqoid intus habet, læſura ſine aliqua, ad oculos tráſmittit; ad extra iacit facilè. Et ſic Virgo iotemeratè enixa Chriſtum eſt, quia triticum geſtabat æterna luce pleoum; *Quid bonum eius & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Qood frumentum per Ioannem *lux vera nuncupatur*; & poſtea *Verbum caro*: & quod, vt verbom Dei, immeoſa vi dotatum, abſqoe carnis læſiooe emitti foras potuit; cum & Verbum ſioe meotis corruptione vel exigua io humana treatura quotidiæ prodocatur; D. Tho. 3. p. q. 16. ar. 5. & q. 17. ar. 1. Quare dicitur de ea in lib. Canticor. *Venter eius ſicut aceruus tritici, vallatus liliis.* Vbi lilia tanquam ſymbolum munditiæ virginalis emphaticè locata, & triticum pro auto maternitatis fœcuodiſſimæ, ac filiis perquàm diuitis.

D. Thom. — Quàm verè vitrum & aurum extiterit Dei genitrix. — Zachar. 9. 17 — Ioan. 1. 9. & 14. — D. Thom. — Cant. 7. 2.

14. Ad quid verò venter Virginis aceruus ſicut tritici, ſi aceruus naturaliter ex multis granis conſtat, & Filius eius Chriſtus ſingulare granum fuit, ex millibus electom? Quia omnia ſimul grana prædeſtinata ad cæli horteum, & ad Beatitudinem ſelecta, hæc Virgo in veotre ſoæ pietatis largè portat; ptimum tamen vt reliquorum granorum cauſam primam, intra ſuum verè vterum, alios verò circumcirca. Vnde venter huius Virginis circundatus eſt liliis; quæ equidem pro ſpei vernanti & pulchro ſymbolo fuere ſemper ſumpta, vt in nommis vſque hodie Aotouini Pij viſitur; his verbis *ſpei publica* lo orbem circunſcolptis; quemadmodum de lilio Pietius lib. 5. graoiſſimus eſt teſtis; & Virgilius lib. 6. Marcellum Romæ florem quàm cita morte marcidum in iſtum modum plangens.

Cant. 5. 10. — Cur tritici ſit plenus aceruus, venter Virginis, & liliis circunſeptus. — Spei figura lilium, & noſtra ſpes Maria. — Virgilius.

Heu miſerande puer, ſi qua fata aſpera rumpas,
Tu Marcellus eris, manibus date lilia plenis.

Nam Virgo Mater Dei à fructus ventris ſui ſpe nos portat pendulos; ne pereamus ſui tritici egeni Chriſtiani, vt tangit noſter Sanctus Antonios Luſitaous Domin. 3. in Quadrag. *Venter glorioſa Virginis fuit ſicut aceruus tritici, aceruus quia in eo aceruata fuerunt omnes prarogatiua meritorum, & pramiorum; tritici, quia in ea, quaſi in cellario, induſtria veri Ioſeph, repoſitum fuit triticum, ne tota Ægyptus fame periret.* Et inſuper fiduciam permagnam nobis ingerit vt Chriſti, velut ea poſsimus eſſe matres: omnis etenim qui Chriſtum in pura meote concipit, nedum in pectus excipit, illius mater fit; vt ſpeculo in Virgineo cap. 15. teſtis eſt Seraphicus

Antonius Luſitanus.

Præceptor. *Fructus iſte non ſolum eſt fructus ventris Maria, ſed etiam mentis cuiuſlibet fidelis anima; in altera per carnem; in altera per Fidem; vnde Ambroſius ait; Secundum carnem vna eſt Mater Chriſti, at verò ſecundum mentem, omnium Chriſtus fructus eſt: omnis enim anima concipit Dei Verbum immaculata à vitiis. Igitur ſecundum Ambroſium, quacúnque mens hunc fructum ſibi voluerit adeſſe, debet à vitiis immunis eſſe.* Sed ſit immaculata pto viribus humanis, vt poſtulat Ambroſius, huiuſmodi conceptio. Tuuc enim verè congruet Euchariſtiæ Sacramento, non aliter quàm conuenit Deiparæ Conceptio, quæ fuit ſine maculæ fermento qualicúnque, & Eochariſtia iuxta ritum Eccleſię meliorem in pane ſine aliquo fermento conſecrata. D. Tho. 3. p. q. 74. art. 4. Hioc Papa Xixtus IV. indulgeotias protſus ipſas Conceptioois feſto tribuit; quas Vrbanus Pap. IV. conceſſerat iam feſto Euchariſtiæ Sacramenti. *Quia caro & corpus Chriſti, iam tunc in corpore & carne Matris conſecrabatur.* Ita Authent. *Cum pra excelſa*, in tt. de *reliquiis venerationéque Sanctorum.*

S. Bonau. — Mater Chriſti quæuis anima quæ benè Chriſtũ excipit. — D. Thom. — Euchariſtia & matris Dei Cõceptio, quàm perſimiles, vnde eiſdẽ hæc duo feſta fruuntur indulgentiis.

De vltima oppoſitione ad iſta verba vltima, Benedicta tu in mulieribus.

15. EVæ equidẽ præpoſterè recitari benè poteſt Dei Nootij ſalutatio. *Eua gratia Dei pernacua; & à Domino deſerta, maledicta tu in mulieribus, & maledictus fructus ventris tui Cain. Eua maledicta tu mortis nos dediſti, & nunc & poſtea in hora mortis noſtra.* At verò Matri Dei directè quantum qoadret hæc fauſta deprecatio, ex multis dictum manet, nunc enim ſolùm aliquid de froctu ventris eius dicendum nobis ſopereſt, vt mulieris iſtius triumphus cotooetur, cum filij patrum gloria in textu ſint Diuino, vt arborom ſunt fructus. De quo fructu multa noſter Seraphicus Antiſtes io Virginis ſpeculo à cap. 14. & cap. fin. ſcribens in hunc modum; *Lignum vita Maria mater vita eſt, qua per ſingulos menſes reddit fructum ſuum, & folia eius ad ſanitatem Gentium. Huius folia ſanatiua ſunt exempla & documenta. fructus autem ſalus ipſa, & ſalutare mundi Chriſtus. Si autem folia ſanatiua, quantò magis fructus erit? Vt ergo per hunc fructum ſanemur, accedamus ad arborem eius, accedamus, inquam, ad Mariam, orantes cum Anſelmo. Exaudi me Domina, ſana animam ſerui tui peccatoris, per virtutem benedicti fructus ventris tui, qui ſedet in dextra Omnipotentis Patris ſui.*

Salutatione quanam Eua promereat ſalutari. — Mariæ vitæ arbor, & quantum ſalutaris.

O fructus vitæ meæ! ô arbor benedicta, cuius opem ſuper opes, deliciáſque omnigenas deſiderat cor meum! ô felix noſtrum cor, ſi tanti fructus aliquam dulcedinem percipiat, & deuotione ad eius arborem aliquaotula ſe conferat; vt Filij & piæ Matris turgentia poma legat, participet obſonia, obtineat beneficia, & vitis bottos gratiis madentes ſummis colligat; ac in plantam Deo ipſo pleniſſimam ſic tranſeat. Quicunque nanque carnẽ hîc edit Chriſti Domini, &

Mariæ caro editur in Euchariſtiæ Sacramento

& Matris edit carnem; à qua munera tunc poteſt omnimoda, & omnimoda fiducia præſtolari; cum in vnaquáque Communione Chriſtianis tantùm tribuat, quantùm Chriſto Filio tribuit per totam illius vitam; quæ etenim per partes ſubſtantiæ ipſius addidit, hìc donat vno hauſtu, & præbet vno morſu. Sentencia Pozæ eſt in ſuo Elucidario lib. 3. tract. 18. cap. 4. & tract. 19. cap. 1. & tract. 21. cap. 3. hoc etiam ſuperaddens: Capillos nunquam Chriſtum propterea totondiſſe, ne ſanguinis materni in noſtro Sacramento aliquando largiendam deperderet materiam, theſaurum diſſiparet.

Poza.

Cur capillos capitis ſui Redemptor non totondent.

Capilli ſanè è capite humano egredientes cogitationum ſunt figuræ, quas Mariæ nullo tempore præſcindere debemus, ſed in eiuſmet obſequium diligentiſſimè nutrire, ſpargere, diffundere, curare, pectinare. Nam ſi Chriſtus ſuum corpus plus ab anima, quam à ſe ſpoliari paſſus eſt, vt carni à Matre ſumptæ honorem conſeruaret; dum Diuinitas hanc ipſam nullatenus deſeruit, vt cum S. Damaſceno obſeruat ipſe auctor; ſic Virgini nos etiam in eſu fructus eius, & vtriuſque famulatu, debemus mancipari; vt nec à Matre, nec à Filio, nec ab arbore, nec à fructu, quantùm fuerit fas nobis, vtcunque ſeparemur.

De Maria quantùm nobis ſit ſemper cogitandum.

A Ad quod iterum Bonauentura ſuperiùs ſic inducit, compellat, atque prouocat: *Hæc eſt terra ferens fructum panis, vini, olei, & mellis Dominum Ieſum Chriſtum. Ipſe nanque nobis eſt fructus panis robuſti contra defectum confortantis; fructus vini ad perfectionem & profectum exhilarantis; fructus olei ad intelligendum perbellè illuminantis, & inſuper fructus mellis affectum dulcerantis. Benedicta terra fructus huius, benedictus fructus ipſe, vnde Anſelmus ait. Quid digne referam Genitrici Dei, & Domini mei, per cuius fœcunditatem captiuus ſum redemptus; per cuius partum de morte æterna ſum exemptus, per cuius prolem perditus ſum reſtitutus, & de exilio miſeriæ ad patriam ſum reductus?* Hæc miracula

S. Bonau.

Mariæ ventris fructus hominibus quam vtilis.

B quæque alia Euchariſtica nunc pellunt, quę ideo miſſa facio, & finio cum eodem Seraphico Doctore. *Hi duodecim fructus* (de quibus ibi latè) *per duodecim Apoc. deſignari poſſunt cap. 22. Adiuua ergo nos ô benedicta in mulieribus, vt per benedictum fructum ventris tui, horum fructuum duodecim benedictionem conſequamur. Adiuua ô Virgo fructifera vt per fructum tuum ita fructuoſi efficiamur, quòd per hos fructus fructu tuo frui perpetuo mereamur. Adiuua ô dulciſſima, vt nobis concedat dulcedine ſua frui ille liberaliſſimus communicator ſui, benedictus fructus ventris tui. Qui cum Patre & Spiritu Sancto viuit & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.*



EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ ENARRATIO VIGESIMA-SECVNDA;

QVÆ EST PRIMA DE ABELE; IN FIGVRA NATALITII PRIORIS SACRIFICII.

Super Gen. verba cap. 4. n. 3. *Factum eſt autem poſt multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum.* Et Matth 26. num. 26. *Accipite & comedite, Hoc eſt corpus meum.* Quæ n. 29. ad inuicem nectuntur.

De continuatione Numerus I.

Alligatura ſalutaris ſũt plagæ, & Chriſti vulnera.

IAM homo multis plagis peccati vulneratus, & à terræ viridario eximio relegatus, ſua volnera vulneribus mederi & alligare procurat Crucifixi; ſunt enim illius vulnera, & vnà ipſius vincula alligatura ſalutaris in lib. Eccleſ. Quæ vulnera medicantia Sactificia & Sacramenta exiſtere ne dubites; hæc quidẽ dum à Chriſti cruore dimanarunt, illa verò dum eundem pro miſeris hominibus Sacrificatum denotarunt. Iſta igitur ſunt noſtræ ſalutis medicamina. Sacrificia, quia noſtri remedij ſcaturiginem, Paſſionem nempe Chriſti, infiniti prætij mortem ſufficientem pro delicto infinito ſatisfacere, & morti mortem dare, egregiè deſignabant. Sic de Miſſæ prępar. cap. 6. vir Seraphicus; *Cum peccatis exigentibus eſſemus rei mortis, pro recompenſatione tanti debiti miſerans Deus humanæ miſeriæ, & parcens noſtræ morti, prioribus conceſsit pro morte hominum mortem fieri animalium, & offerri ſibi Hoſtias, & Sacrificia placationis; vt quoties quis peccaret, toties eſſet neceſſarium pro eo Hoſtias immolari. Quæ omnia Figuræ erant & vmbra, donec Chriſtus caput humani generis mitteretur, viua & rationalis Hoſtia abſque peccato; qui pro omnibus hominibus ſe ipſum ex amore offerret ad mortem, pro noſtra mortis Redemptione.* Sactamenta, quia gratiæ Diuinæ vaſa ſunt, ab ipſa morte Chriſti ſalute redundan-

Eccleſ. 6. 31.

Sacrificia & Sacramenta hæc bona alligatura.

S. Bonau.

Morte Chriſti & animalium ſuppleta mors mortalium.

A tia; ac ideo vtrumque bonum ad hominum læſuras ſanandas peraccommodum, idoneum, & valde proprium.

Sed à nobis quid iſtorum eſt priùs indadagandum, & aptè pertractandum? Sacrificia, quia ad Deum placandum & venerandum primariò ſunt creata, vt ait idem Sanctus in verbis allegatis *Sacrificia placationis*, Et etiam eodem lib. explanans illud Canonis, *Rationabilem, acceptabilem*, Quo loci propter hoc eleuari Sacram Hoſtiam in Miſſæ Sacrificio teſtatur per hæc verba. *Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti mult[is] de cauſis eleuatur à Sacerdote in Miſſa. Quarum prima & præcipua eſt, ad gratiam Dei Patris, quam peccatis noſtris perdimus, obtinendam. Solo enim* B *peccato offenditur & irritatur, ſicut dicit Pſalmiſta*; Et irritauerunt Deum in adinuentionibus ſuis. *Sacerdos igitur eleuat in altari corpus Chriſti quaſi dicat. O Pater cæleſtis, peccauimus, & te ad iracundiam prouocauimus; ſed nunc reſpice in faciem Chriſti Filij tui, quem tibi præſentamus, & te per eum ab ira ad miſericordiã reuocamus. Ne ergo auertas faciem tuam à puero tuo, ſcilicet à Filio tuo.* Hic eſt Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. *Corrige ergo in nobis miſericorditer propter eum quidquid inueneris corrigendum, & conuerte nos ad te, & auerte iram tuam à nobis.* Sacramenta verò ad homines ſanandos primùm condita, vt infra demonſtrabitur; & quantò Dei reſpectus humanum ſupergreditur, tantò quidem

Sacrificia primùm condita ad Deum mitigandum.

S. Bonau.

Pſal. 105 29.

Hoſtia quare in Sacrificio Altaris eleuetur.

Matth. 17 5.

Sacrificia rebus cunctis priora naturaliter.

Digitized by Google

dem Sacrificia excedunt Sacramenta, & illis præferuntur. Vnde iſta vel Gentiles rei cuiuis præmittebant, vt teſtis eſt, Ouidius de Ponto lib. 3.

Ouidius.

Lux etiam facito captis bona talibus adſit
Horáque conueniens, auſpiciúmque fauens.
Sed prius impoſito ſanctis Altaribus igni
Thura fer ad magnos vináque pura Deos.

Sacrificia qua de cauſa priora Sacramentis.

Præterea quòd cum Deum Sacrificia verè placent, propitiúmque conſtituant, & Sacramenta hominem ſanent; priùs numen eſt placandũ, quàm homo medicandus, vt poſſit Deo auſpice ſuſcipere medelã. Quapropter A ipſe ait Faſtor lib. 5. diffusè de hoc agens.

Sæpe Deos aliquis peccando fecit iniquos,
Et pro delictis Hoſtia blanda fuit.
Sæpe Iouem vidi, cum iam ſua mittere vellet
Fulmina, thure dato ſuſtinuiſſe manum.

Hic prior eſt exceſſus Sacrificiorum ad Sacramenta, vt aſſerit Suarez tom. 3. in 3. p. diſp. 76. ſect. 3. Et hæc ratio cur & ego de Sacrificiis primum ago, & in ſequentem Enarrationem reiicio Sacramenta. Vltra alias ſuperioritatis & dignitatis rationes, quibus equidem Sacrificia præſtate Sacramentis inferiùs palam faciam.

Suarez.

DE ETHYMOLOGIA, DEFINITIONE & Sacrificij ratione.

2. DE Sacrificiis quæ fuiſſent ſi Innocentia perdurаſſet, in loco conſentaneo Enarratione nempe 10. ante hominis peccatum à nobis actum eſt. Nunc de hominis collapſi, & naturæ legis temporis Sacrificiis inſpectandis occaſio ſeſe offert; & primùm illorum nomen, ac definitio meditanda; è quibus nomen valde cohæret rei & operi; nam quaſi *Sacrum factum* Sacrificiũ ſic vocatur; quemadmodum Iſidorus in ethymologiis auctor eſt; ita vt *facere & ſacrificare* (vt infra notum fiet) tam in Diuinis quàm in humanis ſit idem prorſus literis. Definitio verò ipſi ethymologiæ valde accedit, quia à facto & operatione externa pendet *Sacrum* & ſubſtantia *Sacrificij*, cuius etiã definitio in idem planè recidens, huiuſmodi ſe habet; *Sacrificium ſacra res in cultum Dei oblata, externum ſignum eſt*. Seu vt eius proprietates moroſiùs explicemus; *Sacrificium rei externæ, non ſpiritualis & internæ; — Voluntariæ, non naturalis; — Permanentis, non tranſeuntis; — Conſecratæ, & conſecratione in melius tranſmutatæ, non autem rei communis ſæcularis, & prophanæ; — A debito Miniſtro non verò à quouis homine. — Et Creatori non creaturæ vllatenus oblatæ, — Qua venimus in cognitionem humanæ infirmitatis, ac Diuinæ maieſtati (per conſumptionem eiuſdem rei) ſubmiſſionem profitemur, oblatio vera eſt.* Ex mente D. Tho. 2. 2. q. 85. ar. 1. 2. 3. In qua quidem definitione apparent ſeptem membra, quæ nonnullis ſuper additis explicatione ſic donantur.

Sacrificij quodnam ethymon. Iſidorus.

Sacrificij definitio.

D. Tho.

Primum ſanè, vt hæc oblatio pro victima atque Hoſtia Sacrificij non ſumatur, tunc enim à Sacrificio diuerſa res exiſtit, diſcreta, & ſeparata; ſed pro ipſa Sacrificandi tantùmodo actione; qua via res oblata à Sacrificio nihil differt, ſed potiùs eſt illius principium & fundamentum. Sicque dicitur in Gen. *Abel obtulit de primogenitis gregis. Noë obtulit holocauſta*, & clariùs in Apoſtolo; *Omnis namque Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in iis quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & Sacrificia pro peccatis.* Scies autem eum Suarez ſuperiùs allegato diſp. 73. ſect. 1. oblationem Sacri-

Oblatio in Sacrificio non pro illius re oblata, ſed pro actu oblationis accipitur, & quare.
Gen. 4. 4.
Gen 8, 20.
Hebr. 5. 1.
Suarez.

B ficij illius ſignum eſſe, viſibile, & externum. Sunt enim Sacrificia (vt etiam Sacramenta) in ſignis nobis data; in generéque ſigni, vt dicunt, conſtituta; ex doctrina D. Tho. hìc proximè citati; illa ſola differẽtia vtrinque interiacente, quòd Sacramentum definitur, *Rei Sacræ externum ſignum, ſanctificantis hominem* Et *Sacrificium ſacræ rei externum quoque ſignum reſpicientis cultum Dei, ac ipſum venerantis*; cuiuſmodi ipſum hìc ſpeciatim elucidamus. Debet verò prorſus eſſe exterior hæc oblatio, vt fiat Sacrificium: quocirca in Euchariſtico, quantumuis hoc conſiſtat in vero Chriſti corpore, ſub panis atque vini ſpeciebus latitante; quò ad ſignum plùs conſiſtit (vt etiam Sacramentum) in C ſpeciebus viſibilibus. Quo medio à Sacrificio virtutes diſcernuntur: nam iſtæ metaphoricè & analogicè dumtaxat non autem verè & propriè, vt martyrium & mortificatio, dicuntur Sacrificia; & cor hominis altare, cui victimæ patientiæ & fortitudinis humanæ interiùs imponuntur.

Sacrificia & Sacramenta in genere ſunt ſigna, & quali differentia.

Sacramenti definitio.

Virtutes quonam modo dicantur Sacrificia, & a Sacrificiis diſtinguantur.

Secundum, vt ſignum hoc externę oblationis, ſit voluntarium, non naturale: ſignum enim naturale, vt ignis fumus eſt, non hominem iuſtificat; cum naturalia nullo modo iuſtificare poſsint hominem, ſed tantùm Dei voluntas, à cuius voluntate cum iſta ſigna pendeant, & data ſint mortalibus, vocantur voluntaria. Sed ita voluntariè ab D ipſo deſignata, vt ſignent quod efficiunt; ſecus etenim non eſſent in ſigni quouis genere, ſi genericè non depingerent quod intus operantur.

Sacrificia cur nam ſigna debeãt eſſe voluntaria; ſed naturaliter ſignificantia item ipſam quam efficiunt.

Tertium, vt doni permanentis non autem tranſeuntis, vt orationum, genuflexionum, & rerum perſimilium, prædicta ſit oblatio; nam aliter non realis perſiſtentis & apparentis fuiſſet rei hęc actio, ſed ſpiritualis, diſparentis, volantis, inuiſibilis. Quę omnia ſolemnitatem & maieſtatem Sacrificiorum non decent vllo modo: ideo enim Sacrificia ſunt taliter ſolemnia in cunctis circunſtantiis, externę rei, & patulę; voluntarię, per voluntatẽ Diuinam deputatę; permanentis; conſecratę; à Sacerdote, non ab aliis, & Deo, non creaturę cuicúnque preſentatę, vt de tali conſtet actu, ſuper

Actiones tranſeuntes orationum & genuflexionum Sacrificia cur non ſint.

Sacrificia cur notabili ſolemnitate ſint donata.

omnia mundi huius negotia neceſſario; & ideo res illius oportet quòd ſit permanens.

D. Tho.

Cur Sacrificia efficiantur ex rebus conſecratis; & Sacrificia quondam fuerint oblationes & decimationes.

D. Tho.

Quartum, vt rei ſit conſecratę, & in munus Deo Sacrum conſecratione tranſmutatę. Hoc eſt enim ſacrificare, vt monet D. Tho. 2. 2. q. 85. art. 3. nimirum rem prophanam & ſecularem Sacram facere; quę conſecratio vel fiebat eleuatione rei in altum, vel manuum impoſitione ſuper materiam Sacrificij; à quo exulant hac via tam oblationes nullo modo conſecrationi initiatę, quàm decimationes fructuum terrę; quamuis iſta vt figuralia, Sacrificia quondam fuerint; ex mente D. Tho. 3. p. q. 65. art. 1. ad 7. Nam conſecrabantur à figura futuri Redemptoris, modò viri Sacerdotes obtulerint hæc duo; ne caderent exinde à ratione Sacrificij.

Oblationes priuatorum Sacrificia cur non ſint.

Quintum, vt Deo præſentetur à debito Miniſtro oblatio Sacrificij, non enim cuiuſcunque, ſed hominis eſt publici, Sacerdotes quales ſunt, ob id tantum munus. Quo capite excluduntur à ratione Sacrificij oblationes priuatorum.

Sacrificia ſoli Deo, vel iis qui voluere haberi tanquam Dij immolata, & qua de cauſa.

Sextum, vt Deo ſoli oblatio Sacrificij dirigatur, nemini enim pręter Deum tribuitur hic honos. Quare homines rationis fulgure manuducti, pauci ſibi Sacrificia litari permiſerunt, quamuis poſſent ſuos ſubditos impunè ad hoc compellere: quique verò hoc voluere (vt dæmones ſæpiſſime) ij quidem velut Dij haberi geſtiere; Deo etenim ſolummodo hæc poſſunt immolari, vt dicitur in Exod. cap. 22. *Qui immolat Dijs occidetur, praterquam Deo ſoli*, & in S. Auguſt. lib. 10. cap. 4. de Ciuit. Dei; nec non in D. Tho. 1. 2. q. 102. & 3. p. q. 48. art. 3. ac in Baronio ſatis latè ad annum Chriſti 58. n. 99. Vnde cadunt eleemoſynæ à natura Sacrificij; quia hominibus & Deo æqualiter donantur. Non verò Miſſæ cadunt pro Sanctis celebratæ; indirectè nanque in eis nos Diuos inuocamus, vt Moyſes quos ſuos in Exod. inuocabat, quò facilius ſicut ille Dei aures inclinemus. Nec ſanè in Miſſa dicimus. *Offero tibi ſancte Petre*; ſed *Offero tibi ſancte Pater, &c.* Præterea quòd ſi Reges & alij inferiores in Miſſa nominantur, cur in ea non inuocabuntur in cælo iam Beati?

Exod. 22. 21.

Auguſtinus.

D. Tho.

Baronius.

Exod. 32. 13

Pro Sanctorum cur nam Miſſæ honore celebrentur, & ipſi in Sacrificio eodem nominentur.

Septimum, vt homo recognoſcat humilitatem ſuam propriam, & ſublimitatis ac Maieſtatis Diuinæ magnitudinem, exteriùs fateatur; quod finis Sacrificij ſupremus tandem eſt, vt ait D. Tho. 1. 2. q. 102. art. 3. Quapropter ſummo in loco definitionis quoque ponitur, & iure collocatur. Id autem non diuiſim, licet hominis & Dei reſpectus hic cernatur; nã ab alio venit alius, & ab hominis humiliatione Dei ſumma contemplatio, dicente Rege Vate; *Accedet homo ad cor altum*, id eſt, profundum valde; *Et exaltabitur Deus*; mirabili altitudine; quæ ex hominis depreſſione procedit naturaliter. Fit verò in Sacrificiis exterior hęc profeſſio, vt ſupra in definitione maiori iam libaui, per ipſius rei oblatę conſumptionem conſentaneam. Significamus enim ſic à

D Tho.

Sacrificiorum finis vltimus Dei honor, atq; hominis profunda humiliatio.

Pſal. 63. 7.

Sacrificiorum cur nam proprium conſumi res illorum.

A Deo cuncta fluere, & in eum met refluere, conſumi, & terminari ęqualiter debere; ac omnia vitæ bona, à Deo ſicut veniunt, in Deum ſic redire, cum vita ipſarum rerum, omnino decens eſſe. Quod maximè ſplendebat in Holocauſti Sacrificio; totum enim in reuerentiam Diuinam cremabatur, & in fumum reſolutum ad ſignificationem pręcedentem, ac ad mortẽ Redemptoris, amoris igne actam, nil minus expreſſandam, in cęlum ferebatur. Dixi autem per rei oblatę conſumptionem conſentaneam, quia omnia conſumuntur, ſed tamen modo vario; vnde antiqua Sacrificia deſtruebantur quidem omnia; ſed ſingula iuxta ſuæ naturæ qualitates; videlicet Viuentia, occiſione & comeſtione, vel ab homine, vel ab igne, nam B & ignis flammis ſuis ac linguis res manducat, & vorat ardentiſſimè; vnde & vorax valde proprio epitheto vocatur. Inanimia, eáque ſolida, vt ſal, incenſum, ſimila, contuſione, & combuſtione. Liquida verò effuſione, vel rei potatione; vt omnia bona vitæ cum ipſa rerum vita, ad Deum vnde deuenerant, reuerti monſtraretur; quò iterum per refluxum venirent gratitudinis; dicente Sapiente; *Ad mare vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant.* Eccleſ. 1. 7.

Quàm varia Sacrificiorum cõſumptio quondam fuerit, & ipſis quam cohærens.

3. Quæ tamen Sacrificij neceſſariæ partes ſeptem, ad tres illarum, nempe, Conſecrationem rei oblatæ, Oblationem, & Conſumptionem completè reducuntur: quæ integrales & eſſentiales ſunt partes Sacrificij; vt bene Henriquez docet lib. 9. cap. 1. §. 3. C & cap. 2. §. 1. atque cap. 9. §. 11. de Miſſæ Sacrificio, quas operæ erit pretium, & legentibus iucundum, hoc loco memorare. Eſt autem Conſecratio illa actio, per quam res ex prophana Sacra fit operatione ſacerdotis; quæ Conſecratio modo vno ex relatis quarto membro fiebat ante Miſſam, at in Miſſa per Conſecrationis reſultat tantùm verba, quę conſecrant & tranſmutant rem prorſus naturalem in aliam tam Diuinam. Oblatio immediatè Conſecrationi ſubſtituitur, quæ precibus humilibus conſtabat apud priſcos, id autem connexione tam neceſſaria Sacrificij, vt Sacrificium voce alia oblatio nuncupetur; in Miſſa verò conſtat Oratione Conſecrationi viciniori, quæ ſic incipit; *Vnde & memores Domine nos ſerui tui, ſed & plebs tua ſancta eiuſdem Chriſti Filij tui* D *Domini noſtri Ieſu Chriſti tam beata Paſſionis, nec non ab inferis Reſurrectionis, ſed & in cælos glorioſa Aſcenſionis;—Offerimus præclaræ maieſtati tuæ de tuis donis ac datis, Hoſtiam purã, Hoſtiam ſanctam. Hoſtiam immaculatam, &c.* Et paucis interiectis; *Supra quæ propitio ac ſereno vultu reſpicere digneris, & accepta habere, ſicut accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel, &c.* Sed iterum poſt pauca; *Supplices te rogamus Omnipotens Deus iube hæc perferri per manus Sancti Angeli tui in ſublime altare tuum; &c* Conſumptio eſt abſolutio & finis Sacramenti, quæ per modos membro ſeptimo relatos contingebat, & in Miſſa per manducationem, potationémque patratam ab homine Sacrifico; nam quod comeditur

Sacrificium tribus partibus, Conſecratione, oblatione, & conſumptione conſummatur.

Conſecratio quid nam ſit.

Oblatio quid exiſtat.

Conſumptio, quid importet.

ab

ab aliis, quantumuis Sacerdotibus, ad Sacrificium nihil pertinet.

Vt hæ partes ſint ad inuicem excedētes, & exceſſæ.

Hæ igitur ſont partes eſſentiales Sacrificij, quarum quæuis ſuo modo eſt reliquis ſuperior; Prima cauſæ materialis (quæ materiam ſubminiſtrat) ratione fundamentali, & valde priocipali. Secunda verò cauſæ formalis ratione, quæ formam Sacrificio, qua conſtat, planè confert. Tertia tandem cauſæ finalis quæ finem rei imponit & ipſammet coronat, ſuprema ratione. Vel ſecus hæcce tria principij, medij, & finis reſpectu ſatis vario; in quibus vnumqoódqoe pro qualitatibus dioerſis eſt maius, atque minus. Vt etiam in Chriſti vita, Incarnatio quæ ſuppeditaoit ſubſtantiam Sacrificio, præfertur Paſſioni;

Pſal. 39. 7.

oblationem & Sacrificium noluiſti (videlicet formaliter concurrendo ad mortem meam) *corpus autem aptaſti mihi*; hoc volens primò primùm. Paſſio autem Incarnationi, quia oblationem ſe-

Iſai 53. 7.

Ioan. 19. 30

eum attulit; *Oblatus eſt, quia ipſe voluit*; Et Conſumptio iſtis duobus, quia vtrumque cnnſummauit, in Cruce quando dixit Sacerdos io æternom ſecundum ordinē Melchiſedech, *Conſummatum eſt*: Licet ibi non ſit functus Melchiſedechiano Sacerdotio, ſed priùs io Cænaculo; vbi etiam cnnſummauit Chriſtianom Sacrificiom; & verbis diſſimilibus, vt diximus in Centro, hane ipſam vncem dedit *Conſummatum eſt*. In qoibus ſi eſt aliqnid quod reliquis præponderet, in Miſſa eſt Conſecratio; quia reqoirit Caractcrem in Sacrum faciente, & per eam Chriſtus adeſt, vt fiat res oblata, ac tota inde reſultet eſſentia Sacrificij. Vnde venit quòd Sacerdos Euchariſtiam renouando, ſi Hoſtiam ibi conſumat ab alio Conſecratam, à ſe verò Cnnſecratam reponat in Sacrario, verum faciet atque integrum hoc caſo Sacrificium, eoquòd in illo Celebrans expleuerit hæc tria; tam conſecrans, quàm offerens, quàm ſumens Chriſti corpus.

Quæ maior ex his partibus, ſi maior datur aliqua.

Suarez.

Nonnolli è quibus vnus Suarez verum putant, tom. 3. in 3. p. diſp. 75. ſect. 3. cum alia ſubſequenti; Conſecrationē ſatis eſſe, vt detur Sacrificium; ſi caſu quouis reliqua non poſſint adimpleri; per eam nanqoe res omnino Sacra fit, quod ſonat Sacrificium. At verò ſi Sacrificium oblatio ſimul dicitur, vt erit Deo oblatum, quod Deo non offertur? præſertim, cum in lege offerri priùs agnom, quàm edi iuſſum fuerit; vt notat noſter Caſtro verbo Miſſa hær. 2. ex Exodi ſententia: *Immolabitque eum multitudo filiorum Iſraël ad veſperam Paſchæ.* Alij ſolam oblationem ſufficere contendoot; quia Sacerdos conſtituitur vt offerat dnoaria ad Hebr. 5. Vnde & illi io Conſecratione Sacerdotali enontiatur; *Accipe poteſtatem offerendi, &c.* Alij tandem conſumptionem pro Sacrificio redundare; nam ſi feſtum Annuntiationis in feriam ſextam incidat hebdomadæ maioris, officio illius Dei præceptum Miſſæ impletur; cum tamen ſolum conſtet Conſumptione Sacrificij, & Sacrificium nuncupetur, in verbis quæ Sacerdos ad populum tunc dicit, ac dicit in Altaris

Conſecratio ad perfectionem an ſatis Sacrificij.

Caſtro.

Exod. 12. 6.

Hebræ. 5. 1.

Oblatio atque conſumptio an etiam per ſe ſatis.

A complemento Sacrificij, *Orate fratres, vt meum ac veſtrum Sacrificium, &c.* Pro quo facit mos Græcorum in Quadrageſ. Præſanctificatorum habentiū Sacrificiom, quod ex moltis aſſeruatis particulis conſtabat; quæ per dies ſubſequentes à Sacerdotibus ſine nouo conſumebantur Sacrificio. Sed iſta tantùm latè vocatā Sacrificia. Nec Officium feriæ Sanctæ adimplet locum Miſſæ, ſed potiùs repræſentatio primarij Sacrificij in Cruce conſummati, ſecundariū Miſſæ tollit. Vnde in lege eodem die, quo in anno ſemel tantùm Sancta Sanctorum ingrediebatur Iudæorū ſommus Pontifex, nullo modo tuoc minores ſacrificabant Sacerdotes; vt adnotat Rabanus de inſtitut. Clericor. cap. 67. Gloſſa in cap. *Viſſum eſt* de *Conſecr.* d. 1. & B in cap. *Sabbatho* de *Conſecr.* d. 3. Quapropter in his tribos conſiſtit Sacrificium.

Præſanctificatorum penes Græcos quod genus Sacrificij.

An feria ſexta ſancta vel Miſſa dici poſſit; vel feſto Annuntiationis concurrente eodem die Officium audiri debeat.

De Sacrificiorum varietate à mundi rudimentis.

4. EX viuentium, ſolidorum, & liquidorum differentia libata paulò ſupra, Sacrificiorum quoque variæ ſpecies colliguntur; non ſolùm ſerò Moyſi in monte reſeratæ, ſed etiam patri noſtro Adamo, & filio eius Abeli in primo mane, ab orbe conſtituto, ſufficienter reuelatæ. Ab Adamo nanque Abel ſtylum & diſciplinam Sacrificandi comparaoit; vt infra demonſtrabimus; Abel autem hoc peregiſſe Moſaycum C iuxta ritum in lib. ſoper verba *Omnia mihi tradita ſunt*; teſtatur Athanaſius; & Hugo ſup. Gen. nec non ipſius iuſti Abelis Sacrificium, quod de primogenitis & adipibus ſecundum Moyſis normam, à Deo poſt inductam, præſcriptam, & ordinatam fuiſſe comperimus; & in Noëmi non obſcurè videmus factum Sacro. Nam vigente lege prima, nimirum naturali, Holocauſta in lege Moyſis celeberrima immolauit. Quare ordinem non perturbans, ſed dirigens, & ordinans, de Sacrificandi quouis genere bno loco verba faciam. Ergo Sanctæ Trinitati iodiuiſibiliter, vt ſemper, oblata Sacrificia, in tria ſimul genera, vt etiam trina ipſa exiſterent omnino, & obiecto correſponderent ſubiecta Sacrificia, tam materiæ, quam D & formæ ratione ſunt diuiſa à mundi natalitiis.

Sacrificia quæ fuerūt per Deum data Moyſi, an fuerint reuelata Adamo, & primis Patribus.

Athanaſius.

Hugo Vict.

Gen. 8. 20.

Trinitati ſemper trinæ Sacrificiorum differentiæ à mundi natalitiis.

Materiæ, quia fiebant ex animantibus necis, pecudibus, & volucribus. Vel ex rebus ſine anima, natura ſua ſolidis; nimirum, ex pane, ſale, farina, thure, & aliis eſculentis, & medicamentis, ac fœtibus terrenis; de quibus D. Tho. 1. 2. q. 102. art. 3. ad. 13. Vel ex liqoidis & fluentibus ac rebus poculentis, vt aquæ, vini, & olei cum aliis huiuſcemodi. Quæ quidem in conſideratione materiæ trina erant. Vlteriùs quòd priora & nobiliora Sacrificia; oblata ex animantibus, trinitatem in animantibus eiſdem continebant, & Triadem Sanctiſſimam, vel etiam in ſpeciebos & animantium diſcriminibos non parum referebant. Vel etenim fiebant

D. Thom.

Quo ad materiam de quot rebus antiqua Sacrificia.

De animalium quos generibus legalia Sacrificia.

omnia mundi huius negotia neceſſario; & ideo res illius oportet quòd ſit permanens.

D. Tho.

Cur Sacrificia efficiantur ex rebus conſecratis; & Sacrificia quondam fuerint oblationes & decimationes.

D. Tho.

Quartum, vt rei ſit conſecratę, & in munus Deo Sacrum conſecratione tranſmutatę. Hoc eſt enim ſacrificare, vt monet D. Tho. 2. 2. q. 85. art. 3. nimirum rem prophanam & ſęcularem Sacram facere; quę conſecratio vel fiebat eleuatione rei in altum, vel manuum impoſitione ſuper materiam Sacrificij; à quo exulant hac via tam oblationes nullo modo conſecrationi initiatę, quàm decimationes fructuum terrę; quamuis iſta vt figuralia, Sacrificia quondam fuerint; ex mente D. Tho. 3. p. q. 65. art. 1. ad 7. Nam conſectabantur à figura futuri Redemptoris, modò viri Sacerdotes obtulerint hæc duo; ne caderent exinde à ratione Sacrificij.

Oblationes priuatorum Sacrificia cur non ſiot.

Quintom, vt Deo præſentetur à debito Miniſtro oblatio Sacrificij, non enim cuiuſcunque, ſed hominis eſt publici, Sacerdotes quales ſunt, obire tantum monus. Quo capite excluduntur à ratione Sacrificij oblationes priuatorum.

Sacrificia ſoli Deo, vel iis qui voluere haberi tanquam Dij immolata, & qua de cauſa.

Sextum, vt Deo ſoli oblatio Sacrificij dirigatur, nemini eoim prꝫter Deum tribuitur hic honos. Quare homines rationis fulgure manuducti, pauci ſibi Sacrificia litari permiſerunt, quamuis poſſeot ſuos ſubditos impunè ad hoc compellere: quique verò hoc voloete (vt dæmones ſæpiſſime) ij quidem velut Dij haberi geſticre; Deo etenim ſolummodo hæc poſſunt immolari, vt dicitur in Exod. cap. 22. *Qui immolat Dijs occidetur, præterquam Deo ſoli*, & in S. Auguſt. lib. 10. cap. 4. de Ciuit. Dei; nec non in D. Tho. 1. 2. q. 102. & 3. p. q. 48. art. 3. ac in Batonio ſatis latè ad aonum Chriſti 58. n. 99. Vnde cadunt eleemoſynæ à natura Sacrificij; quia hominibus & Deo æqualiter donantur. Non verò Miſſæ cadunt pro Sanctis celebratæ; indirectè naoque in eis nos Diuos inuocamus, vt Moyſes quos ſuos in Exod. inuocabat, quò faciliùs ſicut ille Dei aures incliuemus. Nec ſanè in Miſſa dicimus. *Offero tibi ſancte Petre*; ſed *Offero tibi ſancte Pater, &c.* Præterea quòd ſi Reges & alij inferiores in Miſſa nominantur, cur io ea non inoocabuntur in cælo iam Beati?

Exod. 22. 20.

Auguſtinus.

D. Tho.

Baronius.

Exod. 32. 13

Pro Sanctorũ cur nam Miſſæ honore celebrentur, & ipſi in Sacrificio eodem nominentur.

Septimum, vt homo recognoſcat humilitatem ſuam propriam, & ſublimitatis ac Maieſtatis Diuinæ magnitudinem, exteriùs fateatur; quod finis Sacrificij ſupremus tandem eſt, vt ait D. Tho. 1. 2. q. 102. art. 3. Quapropter ſummo in loco definitionis quoque ponitur, & iure collocatur. Id autem non diuiſim, licet hominis & Dei reſpectus hic cernatur; nã ab alio venit alius, & ab hominis humiliatione Dei ſumma contemplatio, dicente Rege Vate; *Accedet homo ad cor altum*, id eſt, profundum valde; *Et exaltabitur Deus*: mirabili altitudine; quæ ex hominis depreſſione procedit naturaliter. Fit verò in Sacrificiis exterior hęc profeſſio, vt ſupra in definitione maiori iam libaui, per ipſius rei oblatę conſumptionem conſentaneam. Significamus enim ſic à

D Tho.

Sacrificiorum finis vltimus Dei honor, atq; hominis profunda humiliatio:

Pſal. 63. 7.

Sacrificiorum cur nam proprium conſumi rea illorum.

A Deo cuncta fluere, & in eum met refluere, conſumi, & terminari ęqualiter debere; ac omnia vitæ bona, à Deo ſicut veniunt, in Deum ſic redire, cum vita ipſarum rerum, omnino decens eſſe. Quod maximè ſplendebat in Holocauſti Sacrificio; totum enim in reuerentiam Diuinam cremabatur, & in fumum reſolutum ad ſignificationem pręcedentem, ac ad mortẽ Redemptoris, amoris igne actam, nil minus expreſſandam, in cęlum ferebatur. Dixi aotem per rei oblatę conſumptionem conſentaneam, quia omnia conſumuntur, ſed tamen modo vario; vnde antiqua Sacrificia deſtruebantur quidem omnia; ſed ſingula iuxta ſuæ naturæ qualitates; videlicet Viuentia, occiſione & comeſtione, vel ab homine, vel ab igne, nam B & ignis flammis ſuis ac linguis res manducat, & vorat ardentiſſimè; vnde & vorax valde proprio epithero vocatur. Inaoimia, eáque ſolida, vt ſal, incenſum, ſimila, contuſione, & combuſtione. Liquida verò effuſione, vel rei potatione; vt omnia bona vitæ cum ipſa rerum vita, ad Deum vnde deuenerant, reuerti monſtraretur; quò iterum per refluxum venirent gratitudinis; dicente Sapiente; *Ad mare vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant.*

Quàm varia Sacrificiorum cõſumptio quondam fuerit, & ipſis quam cohærens.

Eccleſ. 1. 7.

3. Quæ tamen Sacrificij neceſſariæ partes ſeptem, ad tres illarum, nempe, Conſecrationem rei oblatæ, Oblationem, & Conſumptionem completè reducuntur: quæ integrales & eſſentiales ſunt partes Sacrificij; vt bene Henriquez docet lib. 9. cap. 1. §. 3. C & cap. 2. §. 1. atque cap. 9. §. 11. de Miſſæ Sacrificio, quas operæ erit pretium, & legentibus iucundum, hoc loco memorare.

Sacrificium tribus partibus, Conſecratione, oblatione, & conſumptione conſummatur.

Eſt autem Conſecratio illa actio, per quam res ex prophana Sacra fit operatione ſacerdotis; quæ Conſecratio modo vno ex relatis quarto membro fiebat ante Miſſam, at in Miſſa per Conſecrationis reſultat tantùm verba, quę conſecrant & tranſmutant rem prorſus naturalem in aliam tam Diuinam.

Conſecratio quid nam ſit.

Oblatio immediatè Conſecrationi ſubſtituitur, quæ precibus humilibus conſtabat apud priſcos, id autem connexiooe tam neceſſaria Sacrificij, vt Sacrificium voce alia oblatio nuncupetur; in Miſſa verò conſtat Oratione Conſecrationi viciniori, quæ ſic incipit; *Vnde & memores Domine nos ſerui tui, ſed & plebs tua ſancta eiuſdem Chriſti Filij tui* D *Domini noſtri Ieſu Chriſti tam beatæ Paſſionis, nec non ab inferis Reſurrectionis, ſed & in cælos glorioſæ Aſcenſionis,—Offerimus præclaræ maieſtati tuæ de tuis donis ac datis, Hoſtiam purã, Hoſtiam ſanctam, Hoſtiam immaculatam, &c.* Et paucis interiectis; *Supra quæ propitio ac ſereno vultu reſpicere digneris, & accepta habere, ſicut accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel, &c.* Sed iterum poſt pauca; *Supplices te rogamus Omnipotens Deus iube hæc perferri per manus Sancti Angeli tui in ſublime altare tuum; &c* Conſumptio eſt abſolutio & finis Sacramenti, quæ per modos membro ſeptimo relatos contingebat, & in Miſſa per manducationem, potationémque patratam ab homine Sacrifico; nam quod comeditur

Oblatio quid exiſtat.

Conſumptio quid importet.

ab aliis, quantumuis Sacerdotibus, ad Sacrificium nihil pettinet.

Vt hæ partes ſint ad inuicem excedẽtes, & exceſſæ.

Hæ igitur ſunt partes eſſentiales Sacrificij, quarum quæuis ſuo modo eſt reliquis ſuperior; Prima cauſæ materialis (quæ materiam ſubminiſtrat) ratione fundamentali, & valde principali. Secunda verò cauſæ formalis ratione, quæ formam Sacrificio, qua conſtat, planè confert. Tertia tandem cauſæ finalis quæ finem rei imponit & ipſammet coronat, ſuprema ratione. Vel ſecus hæcce tria principij, medij, & finis reſpectu ſatis vario; in quibus vnumquódque pro qualitatibus diuerſis eſt maius, atque minus. Vt etiam in Chriſti vita, Incarnatio quæ ſuppeditauit ſubſtantiam Sacrificio, præfertur Paſſioni; *Oblationem & Sacrificium noluiſti* (videlicet formaliter concurrendo ad mortem meam) *corpus autem aptaſti mihi*; hoc volens primò primùm. Paſſio autem Incarnationi, quia oblationem ſecum attulit; *Oblatus eſt, quia ipſe voluit*; Et Conſumptio iſtis duobus, quia vtrumque conſummauit, in Cruce quando dixit Sacerdos in æternum ſecundum ordinẽ Melchiſedech, *Conſummatum eſt*: Licet ibi non ſit functus Melchiſedechiano Sacerdotio, ſed priùs in Cænaculo; vbi etiam conſummauit Chriſtianum Sacrificium; & verbis diſſimilibus, vt diximus in Centro, hanc ipſam vocem dedit *Conſummatum eſt*. In quibus ſi eſt aliquid quod reliquis præponderet, in Miſſa eſt Conſecratio; quia requirit Characterem in Sacrum faciente, & per eam Chriſtus adeſt, vt fiat res oblata, ac tota inde reſultet eſſentia Sacrificij. Vnde venit quòd Sacerdos Euchariſtiam renouando, ſi Hoſtiam ibi conſumat ab alio Conſecratàm, à ſe verò Conſecratam reponat in Sacrario, verum faciet atque integrum hoc caſu Sacrificium, eo quòd in illo Celebrans expleuerit hæc tria; tam conſecrans, quàm offerens, quàm ſumens Chriſti corpus.

Pſal. 39. 7.

Iſai 53. 7.

Ioan. 19. 30

Quæ maior ex his partibus, ſi maior datur aliqua.

Nonnulli è quibus vnus Suarez verum putant, tom. 3. in 3. p. diſp. 75. ſect. 3. cum alia ſubſequenti; Conſecrationẽ ſatis eſſe, vt detur Sacrificium; ſi caſu quouis reliqua non poſſint adimpleri; per eam nanque res omnino Sacra fit, quod ſonat Sacrificium. At verò ſi Sacrificium oblatio ſimul dicitur, vt erit Deo oblatum, quod Deo non offertur? præſertim, cum in lege offerri priùs agnum, quàm edi iuſſum fuerit; vt notat noſter Caſtro verbo Miſſa hær. a. ex Exodi ſententia: *Immolabitque eum multitudo filiorum Iſrail ad veſperam Paſchæ.* Alij ſolam oblationem ſufficere contendunt; quia Sacerdos conſtituitur vt offerat donaria ad Hebr. 5. Vnde & illi in Conſecratione Sacerdotali enuntiatur; *Accipe poteſtatem offerendi, &c.* Alij tandem conſumptionem pro Sacrificio redundare; nam ſi feſtum Annuntiationis in feriam ſextam incidat hebdomadæ maioris, officin illius Dei præceptum Miſſæ impletur; cum tamen ſolum conſtet Conſumptione Sacrificij, & Sacrificium nuncupetur, in verbis quæ Sacerdos ad populum tunc dicit, ac dicit in Altaris

Suarez.

Conſecratio ad perfectionem an ſatis Sacrificij.

Caſtro.

Exod. 12. 6.

Hebræ. 5. 1.

Oblatio atque conſumptio an etiam per ſe ſatis.

A completo Sacrificio, *Orate fratres, vt meum ac veſtrum Sacrificium, &c.* Pro quo facit mos Græcorum in Quadrageſ. Præſanctificatorum habentiũ Sacrificium, quod ex multis aſſeruatis particulis conſtabat; quæ per dies ſubſequentes à Sacerdotibus ſine nouo conſumebantur Sacrificio. Sed iſta tantùm latè vocata Sacrificia. Nec Officium feriæ Sanctæ adimplet locum Miſſæ, ſed potiùs repræſentatio primarij Sacrificij in Cruce conſummati, ſecundariũ Miſſæ tollit. Vnde in lege eodem die, quo in anno ſemel tantùm Sancta Sanctorum ingrediebatur Iudæorũ ſummus Pontifex, nullo modo tunc minores ſacrificabant Sacerdotes; vt adnotat Rabanus de inſtitut. Clericor. cap. 67. Gloſſa in cap. *Viſſum eſt* de *Conſecr.* d. 1. & B in cap. *Sabbatho* de *Conſecr.* d. 3. Quapropter in his tribus conſiſtit Sacrificium.

Præſanctificatorum penes Græcos quod genus Sacrificij.

An feria ſexta ſancta vel Miſſa dici poſſit, vel feſto Annuntiationis concurrente eodem die Officium audiri debeat.

De Sacrificiorum varietate à mundi rudimentis.

4. EX viuentium, ſolidorum, & liquidorum differentia libata paulò ſupra, Sacrificiorum quoque variæ ſpecies colliguntur; non ſolùm ſerò Moyſi in monte reſeratæ, ſed etiam patri noſtro Adamo, & filio eius Abeli in primo mane, ab orbe conſtituto, ſufficienter reuelatæ. Ab Adamo nanque Abel ſtylum & diſciplinam Sacrificandi comparauit; vt infra demonſtrabimus; Abel autem hoc peregiſſe Muſaycum C iuxta ritum in lib. ſuper verba *Omnia mihi tradita ſunt*; teſtatur Athanaſius; & Hugo ſup. Gen. nec non ipſius iuſti Abelis Sacrificium, quod de primogenitis & adipibus ſecundum Moyſis normam, à Deo poſt inductam, præſcriptam, & ordinatam fuiſſe comperimus; & in Noëmi non obſcurè videmus factum Sacro. Nam vigente lege prima, nimirum naturali, Holocauſta in lege Moyſis celeberrima immolauit. Quare ordinem non perturbans, ſed dirigens, & ordinans, de Sacrificandi quouis genere hoc loco verba faciam. Ergo Sanctæ Trinitati indiuiſibiliter, vt ſemper, oblata Sacrificia, in tria ſimul genera, vt etiam trina ipſa exiſterent omnino, & obiecto correſponderent ſubiecta Sacrificia, tam materiæ, quam D & formæ ratione ſunt diuiſa à mundi natalitiis.

Sacrificia quæ fuerũt per Deum data Moyſi, an fuerint reuelata Adamo, & primis Patribus.

Athanaſius.

Hugo Vict.

Gen. 8. 20.

Trinitati ſemper trinæ Sacrificiorum differentiæ à mundi natalitiis.

Materiæ, quia fiebant ex animantibus occiſis, pecudibus, & volucribus. Vel ex rebus ſine anima, natura ſua ſolidis; nimirum, ex pane, ſale, farina, thure, & aliis eſculentis, & medicamentis, ac fœtibus terrenis; de quibus D. Tho. 1.2. q. 102. art. 3. ad. 13. Vel ex liquidis & fluentibus ac rebus poculentis, vt aquæ, vini, & olei cum aliis huiuſcemodi. Quæ quidem in conſideratione materiæ trina erant. Vlteriùs quòd priora & nobiliora Sacrificia; oblata ex animantibus, trinitatem in animantibus eiſdem continebant, & Triadem Sanctiſſimam, vel etiam in ſpeciebus & animantium diſcriminibus non parum referebant. Vel etenim fiebant

D. Thom.

Quæ ad materiam de quot rebus antiqua Sacrificia.

De animalibus quot generibus legalia Sacrificia.

ex tribus quadrupedibus bobus, ouibus, vel capris; vel ex tribus volatilibus, columbis & turturibus, ac viliſſimis paſſeribus; qui vbique, ſed præcipuè in ditionibus Iudæę, vt Lyra teſtis eſt, ad illa Matthæi verba; *Non ne duo paſſeres aſſe veneunt?* in copia ſunt ampliſſima; quare paupetū & leproſorum de ipſis Sacrificia, vt ipſe fert ibidem, & alibi ſuper Gen. cap. 15. verſ. 9. dumtaxat lex iubebat; Pauperum quidē quia in contemptu leproſis ſunt perſimiles; de quorum Sacrificiis videatur D. Thom. 1. 2. q. 102. art. 3. ad. 12. At verò leproſorum, vt mihi in mentem venit, quia paſſeres ſalaces & Veneri dicati à priſcis putabantur, lib. 4. cap. 13. Natal. Com. Philoſoph. Hæc autem lepra eſt, vt peſſima animabus, ſic digna vt Sacrificiis cunctorum frequentiſſimis, aſſiduitate diligentiſſima ab illis emunderat.

Lyra. Matt. 10. 29. D. Thom. Pauperes quomodo leproſi, & de vtroruque Sacrificiis.

Sacrificiorum quorum nomina iuxta illorum met materiam, ne quid maneat in confuſo; nunc reſtant euulganda; quæ quidem valde appoſitè ſecundum illorum res impoſita ipſis erant. Nam viuentium Sacrificia vel *Victima* vel *Hoſtia* ſolebant nuncupari; *Victima* ſanè, quia vinctę ne nimium reluctarent, ad aram ducebantur. *Hoſtiæ* verò à deuincendis, vel hoſtibus iam victis; diuerſo quippe modo, vel pro gratiis vel pro præcibus victorię aduerſus hoſtes, hę hoſtię mactabantur. Vnde ab ipſis quoque victis, & *Victimas* ſic dictas crediderim, nec deuiè; dicente voce Ouidij de vtroque cognomento Faſtorum lib. 1.

Sacrificiorum quò ad materiam quæ nomina, & vocabula. Cur Victima ſic dicta. Cur Hoſtia ſic vocata.

Ouidius.

Victima, quæ dextra cecidit victrice vocatur;
Hoſtibus à domitis, Hoſtia nomen habet.

Nam certè victrix dextra plus ad hominem refertur Sacrificantem pro victoria; quàm ad pecudem cadentē mactantis manus ictu: quæ etenim victoria ferire vinctū bouem, & ouem, cui ſe Chriſtus obedienſcō parauit? At verò *Solidorum* inanimia Sacrificia à molendo, ſeu à mola qua ipſa molebantur *Immolationes* dicebantur. Et *Liquidorum. Libamenta*; ſeu aliter *Libamina* à libando & propinando, quia per libationem, & potationem, vel rei profuſionem, quod libare Deo erat, hæc ipſi offerebantur. Nec putes hæc non vera fuiſſe Sacrificia ex rebus ſine anima oblata, & ſine ſanguine; cum tam Abelis, quàm Caini quæ cruenta & incruenta fuere, voce æquali vocentur Sacrificia; imò incruenta, & principaliter ad triticum attinentia, antiquiora & nobiliora fuerunt naturaliter, tàm ex re ſignificata in noſtro Sacrificio, quam ex materię nobilitate, qua nulla frumentatię ſubſtantię eſt comparabilis. Sed infra de hoc latiùs.

Cur Immolatio ſic dicatur. Cur libamenta ſeu libamina nonnulla Sacrificia vocata quondam fuerint. Incruenta & ſine ſanguine an vera Sacrificia.

5. Formę autē ratione in alias tres ſpecies partita Sacrificia; videlicet in Holocauſta; in Hoſtias pro peccato; pacificáſque Hoſtias, inquātum quauis liberè ſacrificari bene poterant materię præcedentes; vt docent D. Thom. 1. 2. q. 102. & Ioſephus de antiquit. lib. 3. cap. 10. Veritatis cuius claritas non ſinit de hoc aliquas afferre rationes, ſed tantùm ſpecierum iſtarum dare nomina, & ea elucidare; quo ſanè in explicatu patebunt cauſæ omnes huiuſmodi ternarij, nec dubij quid ſupererit.

D. Thom. Ioſephus.

Holocauſtum prima ſpecies, quò ad formam, dicebatur, cùm totum cremabatur, & in vaporem reſolutum in cælum ferebatur, ac Deo, à quo exierat oblatio, reddebatur; profitendo ſigno illo nil homines habere quod à Deo non deueniat, in ipſúmque non redeat. D. Thom. dicto loco art. 3. C. & iterum ad 8. Et inde vox huiuſmodi; quia *Holocauſtum totum aſcendens* Hebraicè interpretatur; & Græcè *totum incenſum*; ab *olon* quod eſt totum; & *cauſtos* quod incenſum, combuſtum ve ſignificat; Suarez de Euchariſt. diſp. 75. ſect. 7. Habetur quidem ritus iſtius Sacrificij primo cap. Leuitici; & præceptio cap. 6.

Holocauſtum quod Sacrificiū, & quare ſic vocatum. D. Thom. Suarez.

Hoſtia verò *pro peccato* illud erat Sacrificium, & ideo ſic vocatum, cùm pro expiando & emundādo peccato offerebatur; quod partim cremabatur, & partim à Sacerdotibus in ipſo Templi atrio hæc propter edebatur, quia illotum interuentione peccatum tollebatur. D. Tho. loco vltimo; & Oſeas cap. 4. *Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum, ſubleuabunt animas eorum.* Indignè quippe munus hoc illi perſoluebant. Sed duplex hæcce Hoſtia; alia dicta *pro peccato*; alia autem *pro delicto*; quarum prior à nonnullis de peccato grauiori malitia perpetrato; poſterior autē de leuiori, omiſſione & ignorantia commiſſo exiſtimatur. Quamuis alij contra ſentiant hîc parum neceſſarij; de quibus conſulendus Gregorius de Valentia in 1. 2. D. Thom. q. 102. & Henriquez de Sacrificio lib. 2. cap. 2. Nec vna pecus erat pro cunctis deſtinata, ſed varia pro varietate ipſorum delictorum; vt docet D. Thom. q. 102. art. 3. ad. 8. 11. & 12. At quando pro Sacerdotis, vel populi totios in quo etiam comprehendebatur cum aliis, vir Sacrificus, hæc Hoſtia mactabatur, tunc totum cremabatur; nec Sacerdos Sacrificij manducabat partem aliquam, ne pro ſuo videretur peccato totam Deo oblationem non offerre, qui peccati totius populi non paucies erat cauſa; aut ſe à culpæ debito eximere & ſubtrahere; D. Tho. loco proximo, reſpondens ad 8. Habetur ritus Hoſtiæ iſtius pro peccato; Leuit. cap. 4. & iterum cap. 6. Pręceptio verò ſeptimo.

Hoſtia pro peccato quod Sacrificium; & quomodo hæcce duplex, altera vocata pro peccato, alia dicta pro delicto. Oſeas 4. 8. Valentia. Henriquez. An pecus ſemper eadem in Hoſtia pro peccato. D. Thom. In Hoſtia pro peccato vt Sacerdos ſacrificauerit pro ſeomet peccato, vel pro populo in quo ipſe cum aliis ſubintrabat.

Hoſtia tandem illa *pacifica* in populo Dei erat, cum pacificis pro rebus, beneficij vel accepti, vel poſtea accipiendi hæc ſolùm litabatur. Quæ ſimul partim igne, partim autem humano eſu abſumebatur, ſicut Hoſtia oblata pro peccato. Hac tamen differentia, vt non tantùm à Sacerdotibus manducaretur illa pars, ſed etiam ab offerentibus. Quapropter talis Hoſtia quia pacificè & promiſcuè ab iſtis edebatur, *Pacifica* vocabatur, vel etiam quia de rebus dumtaxat pacis erat; Suarez paulo ſupra. Sed pariter hęc duplex, vt iam inſinuaui, vel pro acceptis, vel pro accipiendis oblata beneficiis; quarum ſecūda die craſtino manducari quoque poterat,

Hoſtia Pacifica quæ olim, & quomodo pro beneficiis hæc etiam duplex fuerit.

poterat, at prima niſi in die oblati Sactificij. Habetur & præſcribitur præſentis ritus Hoſtiæ Leuit. cap. 3. & præceptio cap. 7. In cuoctis autẽ illud ſolemne valde erat, vt qui Hoſtiam deferebat pro Sacro faciendo, manum ſuam ſuper caput (antequam occideretur) illiuſmet imponeret: *Ad deſignandum, quod ſicut vitulus erat occidendus pro peccato ſuo, ita ipſe offerens eſſet morte dignus pro tranſgreſsione præcepti Domini; niſi accepta eſſet eius oblatio ex miſericordia Dei.* Ita Lyranus in Leuit. cap. 4. verſ. 4. De aliis verò ritibus à priſcis obſeruatis, latè Philo de Sacrificiis; & Ioſephus de antiquit. lib. 3. cap. 10. nec non Carolus Sigonius in Rep. Hebræorum.

Cur manus offerentis imponeretur ſuper Hoſtiam.

Lyra.

Philo.

Carolus Sigonius.

D. Tho. 1. 2. q. 102. art. 3. dignitatem & maieſtatem Sacrificiorũ ſic exponit. Nempe primum illorum locum attribuens *Holocauſto*: Secundum *Hoſtiæ pro peccato*: Tertium *Hoſtiæ Pacificæ* pro beneficio iam accepto Quartum tandem eidem Hoſtiæ pro beneficio accipiendo. Maximè enim ob dignitatem & maieſtatem Dei immenſam, honore cuncto dignam, cultui eius atque obſequio libenter mancipamur; deinde ob culpam miſſam & crimen condonatum; vlteriùs ob beneficia accepta iam ab ipſo; & demum ob ſperata, in poſterum accipienda. Heotiquez cap. 2. de Miſſæ Sacrificio Holocauſto ſanguinolentũ hac præfert ratione, quia Domini Paſſionem hoc Sactificium madens ſanguine, expreſſiùs referebat. Sed fallitur notiſſimè, quia Chriſtus priùs obiit amoris noſtri igne, quàm ferro Iudæorum; *Oblatus eſt, quia ipſe voluit* Hæc quidem de Sacrificiorum diuerſitate & dignitate, tam in materia, quàm in forma. De motalitate latitante ſub diuerſitate tam miranda & apptimè notanda: noo enim fruſtra res tam myſticæ in Dei templo, ſeorſim nunc videbimus. De Sacrificiorom multitudine inferiùs diſſeretur. Et de diuerſa nobilitate cruenti, & incruenti; Enarrat. 24.

D. Thom.

Ex Sacrificiis quod dignius.

Henriquez.

Iſai 53. 7.

Sacrificium quod nobilius, cruentum, an incruentum.

De Sacrificiorum moralitate ſub illis decumbente.

6. SAcrificiorum iam ſic cotpote & litera explicatis, nunc anima & moralitas ſubintrant explanenda. Henriqoez modò datus Sacrificiorum tribus generibus, Fidelium tres ſtatus accommodat huc modo, vt *Holocauſtum* perſignificet ſtatum *Perfectorum* amoris Dei incendio interiùs combuſtorum. Sactificium *pro peccato*, ſtatum *Incipientium*, ſeu hominum tunc nouiter ab illo egredientium & recens excedentium, qui vtique pecati à Deo quærunt veniam; & quia propriis meritis noo poteſt hæc haberi, ſed gratia ſolùm Dei & interceſſione Sacerdotum, id circo boc Sacrificium & Deo & Sacerdotibus tantummodo cedebat, at offereotibus nil prorſus ex illo tradebator. Sacrificium verò *Hoſtia Pacifica* vocatum, ſtatum *Proficientium*, qui pto gratia

Sacrificiorum genera tria Fidelium tres ſtatus quã benè deſignarint.

iam accepta, & aliis accipiendis, ſeu illa prima continuanda, conſeruanda, & augmentanda perſoluunt Deo gratias. Vnde & Deo cremabatur, & à Sacerdotibus ac offerentibus hæc propter edebatur, quia perſeuerantiam tam Dei graria, quàm interuentu Sacerdotum, & propriis meritis cuiuſcúnque acquiri notum eſt. Gregorius de Valenria in q. 102. 2. 2. D. Thom. idco in rebus eſibilibus Sacrificia credit data, vt pœnitentibus pateret illorummet vtilitas, & fructus perquàmcertus; animabus dum non ſolùm, ſed ſimul & corporibus vtilia conſpectarent, & per corpoream vtilitatem ſpiritualem coniectarent.

Sed paruulæ hæcce omnes vtilitates tam ad corpus quàm ad animam attinentes cum illa comparatæ, qua Sacrificia Chriſti mortem, vnde nobis cuncta bona fluxete, denotabant; vt docet Auguſtinus Epiſt. 49. q. 3. & interius Sacrificium io exteriori iodigitabant, teſtatúmque reddebant; ita vt victima cruentè ad aras iogulata cor contritom & humiliatum expreſsè effigiaret; res verò ſic oblata oblatiooem ipſius cordis, quo ſine nullum munus euader Deo gratum, quia actus Religionis exteriotes & viſibiles ad interiores ordinantur, ſecundum D. Thom. 2. 2. q. 85. art. 1. Quocirca Cain fuit ingratus Dei conſpectui, quia Deo ſeſe abſtulit, & ſua tantùm obtulit, ac de fructibus communibus & poſteriotibus, nõ verò de ſelectioribus & prioribus oblationem ſuam fecit, Ruperti iuxta mentem lib. 4. ſup. Gen. cap. 2. Nec ſolùm Chriſti Paſſio figurabator Sacrificiis, ſed etiam & Euchariſtia; nam cum cruenta & incruenta extiterint æqualiter, vt de materia Sacrificiorum agendò paulò ſupra, perſpicuè demonſtraui, Euchariſticum profectò in eo prænotabant, quia iſtud incruentum realiter exiſtit, & myſticè cruentum; dum in illo caro & ſanguis Conſecrationibus diſtinctis, & locali ſeparatione duarum ſpecierum, vt verum Sacrificium, offertur ſummo Patri.

Sacrificia Chriſti mortem & Sacrificium denotabãt.

S. Auguſt.

Sacrificia ſęper aliud interius Sacrificium in corde deſignabant.

D. Thom.

Cur factus Cain reprobus.

Rupertus.

Sacrificia cuncta veteia Eucharisticum ſignabant.

An autem Chriſti Paſſio delineata Sactificiis (vnde & agnus ab initio occiſus Chriſtus Dominus vocatur ex ſententia Angelici Scriptoris 3. p. q. 83. art. 1.) ſignificata in illis fuerit ex primaria ratione, ſeu priùs cultus Dei, & poſtea Chriſti Paſſio, res dubia ptorſus eſt; in qua quidem Bellarminus lib. 1. cap. 2. de Miſſa clarè tenet pro Chriſti Paſſione; Suarez verò nutat tom. 3. in 3. p. diſp. 73. ſect. 2. ob eam rationem, quia ratio Sacrificij à culpa non dependet, & innocentia perdurante Sacrificia non deeſſent, quin forent hæc cruenta, vel Chtiſti paſſi ſigna, vt alibi iam tetigi. Verùm lapſu præſuppoſito, & noxa iam peracta abſque dubio Chriſti mortem ptimariò & principaliter ſignarunt Sacrificia; prout ſentit Auguſtinus lib. 10. cap. 5. de Ciuit. Dei; & 20. contra Fauſt. cap. 21. & 2. contra aduerſ. leg. & Proph. cap. 16. D. Tho. 1. 2. q. 102. & Sanderus de Eccleſ. lib. 1. cap. 6. vbi exemplar Sacrificiorum

Apoc. 13. 8.

D. Thom.

Sacrificia verum primariò ſignificarint Chriſtum Paſſum, an verò cultum Dei.

Auguſtin.

D. Thom.

Exemplar Sacrificioꝛū cunctorum Chriſti Paſſio.

1. Cor. 10. 11.

Heb. 11. 13.

Paſſionem Chriſti vocat; illáque eò fuiſſe nobiliora & perfectiora, quò iſti ſimiliora fuere & propiora. Et quidem in Sacrificiis virorom perfectorum hoc maoet citra dubium, eum omnia in Chriſti paſſi figura illis contigerint, & ipſi Fide explicita ſperauerint Dei Filium vt de Abele qoem verſamus, vulgauit D. Paulus; *Fide plurimam Hoſtiam Abel, quam Caim obtulit*; id eſt, in Chriſtum Fide; de qua latè ſuo loco Enarrat. 24. Sed etiam in Saerificiis virorum imperfectorum hoc ipſum clatè patet: ſicut enim ſaluabantur in Fide Chriſti implicita, ſie etiam in Chriſti mortem implicitè eredebant, quam vtique per Sacrificia implicitè expectabant. De Abele ſic Rupertus ſuperiùs allegatus;

Rupertus.

Primus vnigeniti Filij Dei teſtis Abel voluntarium Deo de primogenitis gregis ſui Sacrificium obtulit, in Fidem Paſsionis eius, quem tali Sacrificio præſignari decuit. De eunctis verò ſumma ratione dici poteſt, priorem valde in eis Paſſionis Redemptoris reſpectum viguiſſe, quàm alius qualiſcúnque ſublimis eultus Dei; quoniam nullus voquam cultus, vt Chriſti fuit Paſsio.

De Sacrificiorum vtilitate, ſub ipſis occultata.

7. HInc vtilitas Sacrificiorum detegitur & viſitur; nam vtiles ſunt valde moralitates præeedentes, quibus illæ iungi debent, quas n. 2. inuenies delibatas. Sed inde vtiliora antiqua Saerificia, quia perfectis & imperfectis Dei mitam lucem C dabant. His ſanè dum in hoc perfectis adhærebant; illis verò dum in ipſo Saerificandi miniſterio Dei ſui non videntes, arcana prænidebant, & ferè modo explicito in earne aſpiciebant; quæ erat Saerificiorum potiſſima operatio, vt eſt S. Bonauentutæ egregia ponderatio Sent. lib. 4. d. 1. q. 3. n. 70. loqoentis huiuſeemodi.

Fides qualiter & quātum illuminauerit antiquos, circa Deum Creatoré; Redemptorem, & Remuneratorem.

S. Bonau.

Tria olim fuerunt Sacrificiorum genera, decimationes, oblationes, & Sacrificia. Nam cum Fides omni tempore fuerit in iuſtis, Fides cuius officium illuminare eſt, ita illuminabat imperfectos, vt valde eos inſtitueret in Dei honorificatione; in Redemptoris profeſsione; & in vita agenda inſtructione.

D *In Dei quidem honorificatione, quia in illis Sacrificiis Deum credebant Creatorem, Redemptorem, & Remuneratorem. Et ſic eum venerabantur tanquam Creatorem in oblationibus, quia tanquam Creatori vniuerſarum rerum, omnia ſua illi offerebant; tanquam Redemptorem in Sacrificiis, quia vt hominum Redemptor ſe erat aliquando in Sacrificium oblaturus; tanquam Remuneratorem in decimationibus, quia numerus denarius eſt omnium perfectiſsimus; vt conſtans ex vnitate, ternario, atque ſenario, qui ſunt numeri perfecti, & aquus remunerator perfectus eſſe debet.*

Sacrificia quaorūm homines inſtruxerint

At verò in Redemptoris profeſsione ſatis clarè; quia per decimationes intelligebatur redimendus homo, qui in Euangelio denotatur per deci- A *mam dragmam perditam. Per oblationes ſignificabatur Redemptionis modus, quo Chriſtus ſe Patri pro nobis obtulit, quia ipſe voluit.*

Tandémque in inſtructione dirigenda vita, quia per decimationes intelligebatur peccati recognitio & eius condonatio, dum Deo dantur in eo numero quod perfectum eſt, & nobis remanet imperfectum; bona enim ſunt à Deo, mala verò à nobis; & receſſum tunc notiſsime à peccato ſignificamus, quando Deo partem decimam perfectam ſeparamus.

Per Saerificia ſignificabatur interna contritio & externa maceratio, quia ſpiritus & corpus occidebantur pecudis. Per oblationes exprimebatur interna deuotio, & exterior bona operatio, qua ſi adſunt cum Fide, ſufficiunt ad ſalutem.

Myſteriom Trinitatis & Euchariſtiæ quantū doceant, & inſtruant Fideles.

8. Hæc Seraphicus Antiſtes de Myſteriis Iodæorum, quibus nihil infetiora reperies B Chriſtiana. Nam vel vnom Trinitatis nobis duleiter inſtillat, vt Pater nos creauerit; vt Filius nos redemerit; & vt Spiritus Diuinus nos igoe amoris ſui purificauerit, & mundauerit; quocirca in igne venit. Quæ omnia in Euchariſtiæ reſplendent Saeramento. Nam Pater Chriſti corpus formauit illis verbis; *Sacrificium & oblationem noluiſti, corpus autem perfeciſti mihi.* Filius obtulit hoc ipſum; *oblatus eſt, quia ipſe voluit.* Spiritus Sanctos in Eeeleſia, ineendio amoris ſui, id iuge nobis fecit; *Et Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus*: Si hæc manſio elucidetur per illum Matth. vlt. quam eum multis Euchariſtiæ in prima Enar. inuenies adaptatam; *Ecce ego vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſæculi.*

Pſal. 39. 7.

Iſai. 53. 7.

Ioan 14. 23.

Matt. 28, 10

C Quare Patri peraſsidoè in Creationis recordationem memoriam voueamus; intellectum illius Filio, in Redemptionis gratitudinem; & voluntatem Sancto Spiritui, ob illam qua nos ſemper amori ſummo habuit. Nam cum homo ſit in tribus potentiis Dei imago, ſolus Vnus atque Trinos poteſt hominem adimplere lætitia vultus ſui, cætera autem non implete ſed potius implicare, & maioribus deſideriis excruciare, & irritare, vt diximus in Centro. Myſtetium Incarnationis deificari & coadunari eum Deo nos adinſtruit, Auguſtini iuxta dictū de temp. ſerm. 13. *Factus eſt Deus homo, vt homo fieret Deus*; quo loci de hoc multa; Myſterium Paſsionis eom Chriſto erucifigi: *Chriſto igitur paſſo in carne, & vos eadem co-* D *gitatione armamini. Chriſto confixus ſum Cruci. Viuo autem, iam non ego; viuit verò in me Chriſtus. Qui autem ſunt Chriſti carnem ſuam crucifixerunt eum vitiis & concupiſcentiis.* Myſterium Reſurrectionis, vt reſurgamus eum Dei Filio, qui nobis iuit tunc parare eæli locum, Ioan. 14. n. 2. Quapropter dixit Paulus: *Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite.* Myſterium Aſcenſionis vt cælum conſeendamus; nam ſi *Habemus Pontificem qui penetrauit cælos*; tune eos pænetrabimus, eum vere proferemus, *Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt.* Quod facere tenemur, ex ea ratione, quia ſi *Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo, Filius hominis,* qui

Auguſtin.

1. Petr. 4. 1.

Gal. 2. 20.

Ioan. 14. 2.

Coloſſ. 3. 1.

Hebr. 4. 14.

Ioan. 3. 13.

qui eſt in cælo; Ad Deum ſanè gratia aſcendere compellimur, qui culpa ab ipſo Dei cecidimus conſortio.

Philo. Victimæ Templi noctis tempore non aliæ quam lucernæ. Leuit 6 9.

Nec debet inter vtilitates Sacrificiorum denegari, illa quæ ex conſideratione Philonis allegati Enarratione 18. n.15. facillimè conflatur; dum inquit in Dei Templo lumina eſſe nocte victimas, & Sacrificia radiantia, quæ aliquatenus excedebant diuina Sacrificia. Victimæ enim nullæ aliæ tunc Deo immolabantur; nam Holocauſtum, quod in altari tota nocte ad mane vſque, in Dei honorem cremabatur, attinebat verè & propriè ad diem præcedentem, quo fuerat ſuper aram impoſitum & inceptum. Itaque quod noctis tempore lucernæ tantùm erant notandæ valde victimæ, & Hoſtiæ illuminantes, ac etiam exhilarantes caliginem nocturnam, de quibus agitur ſtudioſè Exo.27. n.21. & Leuit.24. n.2. & 3. Vnde colligo, quod Deus in claritudine diei, volebat ſibi vmbras offerri Chriſti corporis; nã vmbtæ illius erant antiqua Sacrificia, vt ipſa vocat Paulus, & ſæpe hæc Chronologia. At verò in noctis tenebris, vt Sacrificia ſibi grata poſcebat ſola lumina, quę vmbras per ſe pellunt; quo obſcuritatem in claritate, & claritatem in obſcuritate poſcebat à Iudæis, ſeu ipſis exhibebat; vt ſcirent Fidem eius obſcuritatibus in die, & claritatibus in nocte; vel difficultatibus in facilibus, & facilitatibus in difficilibus, vtroque tamen modo, tam faciles, quam hilares ac conſcios rerum cæli conducere Fideles ad Regnum ſempiternum.

In Sacrificiis cur Deus vmbras voluerit in die, & luminaria ſola in nocte. Exod. 27 21. Leuit 24.2. & 3.

De Sacrificiorum neceſſitate pro omnibus ſaluandis.

9. DE vtilitate ad neceſſitatem, cum iſta ab illa pendeat, rationalis ſit traiectio. Et verò de perutili Sacrificandi neceſſitate, & vtilitate nihil minus perpetuò neceſſaria, hoc

Sine Sacrificio nec Religio perſiſtit, nec Reſpublica.

Primum ſit aſſertum; Ad Religionem atque Remp. congregandam & congregatam tuendam, ac conſeruandam ſemper equidem Sacrificiũ fuiſſe neceſſarium; Auguſtini iuxta placitum lib.9. cõtra Fauſtum cap.11. *In nullum nomen Religionis, ſeu verum, ſeu falſum coagulari homines poſſunt, niſi aliquo ſignaculorum viſibilium conſortio colligentur.* De quo egimus ſuperiùs Enarat. 6. agemúſque inferiùs Enarr. ſubſequenti, & Enarrat. 25.

S.Auguſt.

10. Secundum hoc Sacrificium in lege naturali à peccato originali infantulos mundaſſe; at verò non Sacrificium diſtinctum & ſeparatum à qualibet re alia; ſed etiam Chriſti Fidem, ac venturi Redemptoris eidem copulatam; vtrumque verò pueris prędictis per parentes illorum collimatum, aptatum, & applicatum. Nec enim Sacrificia ſine Fide Redemptoris, quæ anima eſt eorum, ſaluare quemquam poterant; nec Eccleſia, quę viſibilis, ſine viſibili Sacrificio iudicare de Fidelibus; pro vt 10. Enarr. abundè ſcriptum eſt, & ſcribitur peculiariter à

Sacrificium ab originali infantulos mundabat in lege naturali, oblatum in Fide Chriſti, per patres puerorum.

A calamo Auguſtini lib. 5. cap. 9. aduerſus Iulianum: *Non eſt credendum ante datam Circumciſionem famulos Dei, quandoquidem eis inerat Mediatoris Fides in carnem venturi, nullo Sacramento eius opitulatos fuiſſe paruulis ſuis; quamuis quale illud eſſet, aliqua neceſſaria cauſa Scriptura latere voluit.* Nam & ille mentionem de Fide in Chriſtum facit, & ſimul de Sacrificio; quod enim Sacramentum pro paruulis appellat, exinde clarè patet fuiſſe Sacrificium; quia Sacrificium prodeſt iis pro quibus immolatur; Sacramentum verò eis præciſè à quibus ſumitur. Atqui paruuli tenelli non recipiunt Sacramenta, videlicet, per ſe; ergo erat Sacrificium, quod ipſis per parentes applicabatur eo temporis; vel vt minimùm coniunctim Sacrificiom & Sacramentum; hoc enim ſimul dari natura ſua B poſſe, & pluries datum eſſe inferiùs demonſtrabo.

S.Auguſt.

Qua via intelligendus Gregorius in Moralibus lib. 4. cap. 2. & Magiſter lib. 4. d. 1. qui certè fuit verbis deceptus huius Sancti; hæc autem ſic ſe habent: *Quod apud nos valet aqua Baptiſmi, hoc egit apud veteres, vel pro paruulis ſola Fides, vel pro maioribus virtus Sacrificij; vel pro his qui ex ſtirpe Abrahæ prodierant, Myſterium Circuncißionis.* Ita vt tandem ſola Fides hîc paruulis aptata, quaſi anima Sacrificij, & res in eo maxima, cum ipſo Sacrificio coniuncta ſatis fuerit, at aliter non ſatis. Nam virtus Sacrificij hîc grandibus conceſſa, cum Fide prorſus erat, dum Sacrificium ſine Fide nil valet, neque proficit, & quemadmodum ſine Fide non prodeſt Sacrificium; ſic nec Fides ſine Sacrificio C iuuare quidquam poterat. Quod à tertia comparatione Circuncißionis confirmatur; ſi enim Fides pro infantulis Circunciſio quaſi erat, Circuncißio ſine Fide nil penitus valebat; ac ideo neque Fides ſine adiuncto Sacrificio, vel ſine aliquo Sacramento & ſigno exteriori Circunciſioni reſpondente; quod fuiſſe Sacrificium oblatum & applicatum per patres paruulorum, ex dictis & dicendis lucidiùs eniteſcet.

Gregorius. Magiſter.

Verum Fides ſine Sacrificio pro paruulis mundandis à culpa originali ſatis fuerit primo tempore ſub lege naturali.

Sicque etiam interpretandus B. Auguſtinus de Nuptiis lib. 2. cap. 12. ſolam Fidem prærequirens infantibus prędictis. Non enim Fidem ſeparat à ſignis viſibilibus, quia ſicuti cum Fide ſunt opera neceſſaria, ſic etiam Sacramenta, quæ Chriſtum proteſtantur, & Fidem veram eſſe, in illum nempe D iactam, ad oculum demonſtrant; ſed diſtinguit hæc tantummodo à ſignis legis Moyſis, & ab ſpecialibus Sacramentis in ea deſignatis, determinatis, & expreſſis, quæ lex naturæ non habebat. E quibus tamen rebus duabus neceſſariis, Fides quidem prior erat, ſigna autem exteriora, vel Sacramenta, vel Sacrificia, res tantùm ſecundariæ; quia hęc magis ordinabantur ad proteſtandam Chriſti Fidem, Fides autem ad iuſtificandum in Fide ipſius Domini; quare Fide & Sacrificio applicatis per parentes ab originali vindicati eorum nati erant. Cur autem munus hoc parentes plus reſpexerit quàm alios quoſvis homines, ex iis quę ſcri-

S Auguſt.

In Sacrificiis quid nam maius, Sacrificia, an verò Fides, qua ipſa ſunt oblata.

S. Bonau.

Fides parẽtum cui neceſſaria pluſquam hominũ aliorum pro filiolis eruendis à culpa originali.

bit Seraphicus Præceptor lib. 4. Sent. d. 1. A q. 1. n. 63. & ibi paulò infra, non malè colligetur: *Vel quia parentes* (inquit ille) *dicebantur omnes, qui curam de paruul. gerebant; vel ſe propriè parentes, quia ſicut per illos culpam paruulus contraxerat, ita per eorum Fidem mereretur gratiam. In hoc autem Fides hac facilis erat genitoribus, & filiis genitis conſentanea, vt abſque dubio mundarentur à peccato originali; quia informis ſufficiebat, nec oportebat quod haberetur informata Charitate, tanquam remedium non conceſſum ratione actus credendi, ſed ratione ipſius crediti: creditum autem non informe, ſed vniforme ſemper eſt. Quod in paruulis intelligitur, adultis enim vt iuſtificarentur, neceſſaria Fides erat, charitate, vel contritione ea propter informata, quia maior diſpoſitio requiritur ad hoc vt remittatur peccatum actuale; quod ex maiori culpa & proprea perpetratum eſt; quam originale, quod non committitur, niſi aliena culpa.*

An Sacramenta legis naturæ grauiora & copioſiora quàm Sacramenta legis veteris.

S. Auguſt.

11. Dices, ne aliquid illibatum ſuperſit in hac re, non parum ſcitu digna, noſtros paruulos Chriſtianos in ſuorum patrum fide recipere Baptiſmi illuſtre Sacramentum; & ita potuiſſe etiam puerulos antiquos recipere Sacramentum diuerſum à Sacrificiis. Præſertim, quia ſicut in lege data Moyſi Sacramenta multò plura, ac multò magis oneroſa, quàm in noſtra lege, erant; ſic in lege naturali multò plura & grauiora quàm in ipſa lege Moyſis videri conſentanea, & inſuper conformia Auguſtini ſancti menti lib. 19. cap. 5. contra Fauſt. Manich. dicentis in hunc modum; *Pro veterum Sacramentis inſtituta ſunt noſtra; virtute maiora, vtilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora.* Quam D. Tho. vbicunque de Sacramentis pertractauit, amplexus eſt fideliter; quò ſalus tamò eſſet implicatior & difficilior, quantò erat à veriſſima ſalute mundi Chriſto diſtantior & remotior; tantò verò accommodatior facilior & ſuauior, quantò poſtea fuit Chriſti propinquior tempeſtati.

Sed reſpondeo, niſi fallor, de lege veteri ad naturalem argumentum non valere, ita vt grauitas & multiplicitas antiquorom Sacramentorum, retrocedendo in illis legibus deberet augmentari. Nec Auguſtinum proloquutum, de Sacramentis legis naturæ ſed de Sacramentis legis veteris, quæ in noſtrorum comparatione, fuerunt multò plura & multò etiam grauiora.

Iudæi cur multitudine grauati præceptorum, & difficilium iuſſionum.

Primum probatur, quia ratio ob quam nimia multitudine Sacrificiorum & Sacramentorum, Cæremuniarum, & Præceptorum Iudæos Deus grauauit, ea fuit, quia homines ſuauitati legis naturæ noluerant parere, & iuxta illam ſeſe gerere, quare poſtea legem aliam Hebraicæ genti dando, hanc voluit multis legibus opprimere & frenare, vt eos ſic ſecuriùs & meliùs continetet, ſicut ſeruus nunc proteruus catenis vinculatur, ac eis obligatur ad meliùs ſeruiendum, & vitam componendam. Ita Angelicus ſcriptor inferiùs referendus. Ergo hominem cadentem ab innocentiæ celſitudine, & non adhuc diffluentem per plurima peccata, non

Lex naturæ quàm naturalis, genialis, & ſuauis.

A decebant leges plurimæ, cum pro numero culparum ſit etiam legũ numerus in verbis D. Pauli; ſed creatum & conſtiturum in accuratiſſima natura, decebat lex naturæ, & eiuſmet dictamen; quod quemadmodum eſt naturale, ſic etiam eſt geniale, & facile, ac ſuaue; dilectionis Dei ac proximi dumtaxat conſtans legibus, non aliis rebus multis, & duris, atque grauibus.

Eccl. 17. 9.

N. 12.

Quare ait Eccleſiaſticus de homine poſt culpam, iam pluribus præceptis, quàm haberet in paradiſo, ſi innocentiam cuſtodiret, innexo & onerato; *Addidit illis diſciplinam, & lege vitæ hæreditauit illos*; id eſt, vitæ accommodata, quam exprimit ibidem, *Et mandauit illis vnicuique de proximo ſuo*; Hoc eſt, de Deo & proximo amando & diligen- B do. Nam proximus exprimitur, Deus autem præſupponitur; cum longè ſit proximior, quàm omnes mundi proximi. Quam legem teſtamentum æternum vocat ibi; *Teſtamentum æternum conſtituit cum illis*; Quia à mundi natalitiis hanc legem dedit homini; eam nimirum, quam Dei Filius pòſt veniens inſtaurauit, quare noſtram Chriſti legem *Nouum & æternum teſtamentum* inuenies noncupatam; vt infra in ſuo loco diffuſiùs explicabitur; quà etiam lex naturæ non grauior lege Moyſis ſed leuior eſſe debuit. Secundum verò pater, quia veterum Sacramenta Auguſtinus ibi comparat cum Sacramentis legis nouæ, dicens illa multò plura & grauiora noſtris eſſe; noſtra verò multo illis pauciora & faciliora. Quod C etiam eſt neceſſariò colligendum & inferendum de Sacramentis legis naturæ, non tantùm quia hæc vna cum Chriſti lege eſt, ſed etiam quia vnum ex Sacramentis legis veteris Circoocisio ſæua erat, quo quidem nullum aliud immanius eſſe poſſet, nam ſi forer truculentius, quis vitæ ex illis paruulis vſuram habere poſſet? Ergo Sacramenta legis naturæ faciliora quàm legis veteris, ac ideo pauciora; nam argumentum æquale eſt, & ex vno pendet alterum; quapropter cum hoc certum, & illud manet tale. Quo ſuppoſito argumentum contra paruulos per Sacrificium ab originali purificatos labaſcit, atque corruit.

N. 10.

Lex naturalis & lex Chriſti vt vna ſit tantummodo.

Cur Sacramenta legis naturæ nec grauiora neque plura, quàm Sacramenta legis veteris.

S. Auguſt.

Sacrificia quantùm congruum, vt fuerint Sacramenta in lege naturali.

12. Nec aliquid in contrarium euincit D Auguſtinus in locis allegatis lib. 1. cap. 9. aduerſ. Iulianum; dicens aliqua de cauſa neceſſaria Sacramentum, quo in lege naturali infantes mundabantur expreſſum non offendi. Et lib. 19. cap. 5. contra Fauſtum Manichæ; *Pro veterum Sacramentis inſtituta noſtra* fatens, *virtute maiora, vtilitate meliora; actu faciliora, numero pauciora.* Nam in primo vbi clariſſimè de naturali lege agit, nil amplius ipſe inquit, quàm Sacramentum puerorum ob cauſam neceſſariam in Scriptura non vulgari; ego autem non vulgari crediderim ob vulgatam & nimiam claritatem, qua per Sacrificia modo dicto mundari infantes illos videtur valde cõcinnum. Nam ſi in tempore naturæ lex fuit data homini, vt paulò ſupra dixi, naturalis, & genialis; quid magis naturale, quam communia

nia Sacrificia tunc eſſe Sacramenta, cum ſimul eſſe poſſent; & paruulos his Sacrificiis ab originali mundefieri, quandoquidem Sacrificare eſt etiam, vt ſæpe dicam, de iure naturali? At ſecundo vbi nos docet, multò plura & grauiora eſſe veterum Sacramenta, quàm noſtra Chriſtiana; ille ſanè meo iudicio non loquitur de veteribus ante datam legem Moyſis, ſed tantùm poſt hanc legem Hebraicæ genti datam; tum ob multas paulò ſupra allatas rationes; tum quia *veteres*, & *lex vetus* non ſupponunt pro lege naturæ, & pro antiqois Patriarchis degentibus ſub illa; ſed pro lege tantùm Moyſis, quæ reſpectu legis nouæ lex vetus nuncupatur; & pro ſeruis Dei ſub ea eidem famulantibus. Nam quandò lex naturæ lex vetus eſt vocata? Vnde claret Sacramentorum antiquorum quò ad multiplicitatem, & grauitatem differentia; & Sacramenti quale genus, Sacrificium nempe oblatum per paruulorum genitores, eos ipſos purificauerit in lege naturali.

Hæc vox *Veteres* & *lex vetus* quid denotent ſuapte.

13. Tertium tandem aſſertum ſit, adultis Sacrificium remiſſionem peccatorum ſuorum contuliſſe; hæc enim Sacrificantibus promittitur in Leuit. cap. 4. 5. & 6. quam tamen ab initio innotuiſſe Dei cultoribus in principio n. 4. ſuperiùs dictum fuit. Quomotus D. Tho. 3. p. q. 22. ar. 2. ad tria Sacrificium ſuapte neceſſarium huiuſmodi aſſirmauit; vt culpa remittatur; vt gratia conſeruetur, & vt homo per hanc intimè cum Deo aduniatur, quæ omnia de Sacrificio exponit Euchariſtico. Non verò meritoriè & ſatisfactoriè rem tam magnam feciſſe Sacrificia, ſatisfaciendo pro peccatis, & gratiam promerendo, exinde verum putes; ſed tantùm propitiatoriè, vt in *Hoſtia pro peccato*, quæ Deum conſtituebat propitium peccatori; vel etiam impetratoriè, vt in *Hoſtia* pro beneficiis *pacifica* obtinendis, quæ Deum ad largiendum ſummopere inclinabat: non quidem per internam infuſionem Charitatis, ſed ſolùm per externas diſpoſitiones impetratas, ad gratiam, vel quæcunq; auxilia & beneficia Diuina conſequenda. Quia Sacrificia ſunt directè ad Deum venerandum; & indirectè ad iuſtificandum his mediis quemque hominum, vel propitiatorio, vel impetratorio recenter explicatis. Niſi quando Sacrificia Sacramenta ſimul erant; hæc enim vice verſa ad hominem iuſtificandum directè ſunt creata; indirectè verò ad Deum auctorem talis operis laudandum & prædicandum. Et ideo in receptione conſiſtunt Sacramenta, quia ſalutem recipientis interiùs operantur; Sacrificia verò econtrà in oblatione exteriori; per externum nanque opus applicationis Sacrificij, & interceſſionem Sacerdotis propitiando & impetrando ſalutem nobis comparant.

Sacrificia quàmnam gratiam annexam ſibi habeant.

D. Tho.

Sacrificia vt nam proficiant, & gratiam Dei obtineant.

Sacrificia ad Dei honorem; Sacramenta verò ad hominis iuſtificationem collimata.

14. At verò neque tum, cum antiqoa Sacrificia Sacramenta ſimul erant ac hominem Dei gratia directè decorabant, hoc ex ſua proprietate & ingenita virtute efficere valebant; ſed ex prçuia diſpoſitione & contri-

Sacramenta quàmnam gratiam antiqua ſecum dederint.

A tione ad tale opus in illis neceſſaria, pro quibus Sacrificia offerri contingebat; vt ait Bonauent. lib. 4. Sent. q. 2. n. 66. & q. 3. n. 77. vbi nullum Sacramentum, exceptis legis gratię, ſubſidium tantum vnqoam pœnitentibus dediſſe; vt facerent ex attritis contritos bene docet, per illa verba Pauli; *Melioris teſtamenti mediator Chriſtus eſt, quod in melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt.* Excellentia nanque eſt Sacramentorum legis gratiæ vberiores ipſius gratiæ promiſſiones continere, & gratiam quam in ſe, vt vaſa illius, habent, inſtrumentaliter per ſe largiſſimè conferre; de quo latè more ſuo Suarez tom. 3. in 3. D. Tho. diſp. 10. ſect. 1 & gratiam quam ſignificant veriſſimè exhibere; vt antiqua ſignificabant tan-B tummodo illam gratiam, quæ per noſtra Sacramenta præbenda nobis eſſet; Conc. Trident. ſeſſ. 7. Can. 7. & D. Tho. 3. p. q. 62. Atqui iſta ſignificatio & vmbra duplex extitit, nimirum tam interni Contritionis Sacrificij, quàm Sacrificij à Redemptore litandi propter homines, de quibus n. 6. notitia data eſt; ergo etiam Sacrificia cũ erant Sacramenta, vel in vmbram & figurationem interni Sacrificij, contritionis nempe datæ in homine offerente, vel in Chriſti Sacrificij ſignificationem attempetatam, ſecus autem nullo modo à culpa liberabant: D. Tho. 1. 2. q. 102. ar. 3. & 4. De primo ſit exemplum peroptimum Abel noſter, qui ideo Deo placuit, quia in ſuo Sacrificio, de adipibus non tam gregis quàm cordis ſui C obtulit, de quibus Rex Propheta; *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.* Hanc etenim pinguedinem interiorem ſuç animæ oſtendit ille bene in Sacrificio exteriori; quod de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eſt factum. De ſecundo ſat eſt ratio creberrima in hoc opere.

S. Bonau.

Hebr. 8. 6.

Suarez.

Conc. Trid.

D. Tho.

Sacrificia non ex ſe ſed tantùm ex Chriſti vmbra, & contritionis dabant gratiam.

D. Tho.

Pſal 62. 6.

Abelis Sacrificium cur Deo complacuerit.

Sed dices cur nam condita antiqua Sacramenta, & priſcis neceſſaria, ſi gratiam tantum dabant hominibus contritis, & contritio ſatis erat, vt etiam nunc eſt nobis, cum copia Sacramenti non ſuppetit Fidelibus: Quia ſigna viſibilia Eccleſiæ ſunt viſibili omnino neceſſaria, vt iudicet de eis; & ipſis qood eſt magis neceſſaria ſunt ęqualiter exteriora Sacramenta, vt proteſtentur Fidem Chriſti, quæ ſignis his notatur, & ſine qua Fidelibus non fuit vnquam ſalus. Vnde & D illa Sacramenta de attritis licet eos contritos non effecerint, vt noſtra nos efficiunt, eis erant neceſſaria. Videndus D. Thom. 1. 2. q. 102. art. 5. ad 4. & q. 107. art. 1. ad 3.

Sacramenta cur antiqua cum gratiã non conferrent, ad vitam neceſſaria.

D. Tho.

De Sacrificiorum antiquitate & inſtitutione à mundi ortu; & de illorum inſtitutore, ac primo Conditore.

15. EX hac trina neceſſitate habendi Sacrificia (vt illam principalem ad Dei cultum ſuſtinendum; de qua n. 2. pro interim mittamus) Sacrificiorum mirum in

modum antiquitas probatur; quia ſicut Deus à nobis non debet nunquam coli, ſic decuit ſemper cultum illius frequentari. Vnde tempore innocentię Sacrificium quoque innocens, incruentum atque viuificum, nimirum vitæ arboris mirandum pomum illud, iam habuit homo primus; ſicut 10. Enarr. abundè dictum manſit. At ipſo poſt peccatum obnoxio mortis legi, & Deo amore ſummo ad mortem tam pro eo, quam pro omnibus ferendam decreti ſui vi inuiolabili parato; continuò cæpit aliis Sacrificiis indigere; non viuificantium, prout antea, ſed rerum morientium, & per mortem ſibi congruam à vita tranſeuntium: quæ ſtatim in incruenta & crueta ſunt diuiſa, vt cruentum & incruentum Sacrificium Redemptoris expreſſiùs deſignarent.

Sacrificia à mundi initio & qualia data homini.

Quo auctore & ordinatore hîc poſſet dubitari; cum non deſint, qui exiſtiment, poſſe homines ex ſeipſis creare Sacrificia, erigere, inſtituere; è quibus eſt Suarez tom. 3. in 3. p. diſp. 73. ſect. 3. & diſp. 74. ſect. 3. quantumuis mox in alia immediatè ſubſequent. cum Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 2. ſententiam ſuam corrigat. Qua firmiter retenta, vel in lege naturali Sacrificia ſolùm Deum condidiſſe, & potuiſſe hæc ipſa ſtabilire, opinor pluſquam certum. Sunt enim Sacrificia de lege naturali, vt n. 18. prælegatæ Enar. teſtatum ſatis feci; quod Suarez in prædicta diſp. 73. ſect. 8. non audet denegare. Quid autem lex naturæ, Diuinæ niſi legis, quæ æterna nuncupatur, dimanans quidam riuulus? exoriens quidam radius? Sic ferè D. Tho. 1. 2. q. 91. ar. 1. & Bolducius lib. 1. de Eccleſ. ante legem; qui firmat hoc aſſertum ex ore Eccleſiaſtici, *Teſtamentum æternum conſtituit cum illis*; id eſt, per Sacrificia; nam teſtamentum ſine Sacrificiis (vt patens eſt ex veteri) vel ſine morte aliqua, ſeu teſtatoris, ſeu animantis pro ipſo morientis, firmatum nunquam eſt, ſonante nimis grauiter Apoſtolo ad Hebręos; *Et ideo noui teſtamenti Mediator eſt*; (nimirum Christus Dominus de quo ibidem loquitur) *vt morte intercedente, in redemptionem earum præuaricationum quæ erant ſub priori teſtamento, repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt, æternæ hæreditatis. Vbi enim teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt; alioquin nondum valet, dum viuit qui teſtatus eſt. Vnde nec primum quidem ſine ſanguine dedicatum eſt. Lecto enim omni mandato legis à Moyſe vniuerſo populo; accipiens ſanguinem vitulorum & hircorum, cum aqua & lana coccinea, & hyſſopo; ipſum quoque librum, & omnem populum aſperſit; dicens. Hic ſanguis teſtamenti quod mandauit ad vos Deus*; Nam teſtamentum ſine ſanguine, & morte, ac Sacrificio quodammodo teſtantis, nullatenus eſt validum. Vnde & Chriſtus in Cænaculo condens nouum teſtamentum, ſic dixit per Matth. *Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.*

Suarez.

Sacrificia an ſolus Deus vel homo poſſit condere.

D. Tho. Bolducius

Eccleſ 17.12.

Hebr. 9 à n. 15. vſque ad 20.

Sacrificia an data fuerint hominibus prioribus.

Exod. 24. 8.

Matt. 26. 28.

16. Ergo Deus, qui teſtamentum conſtituit cum prioribus iſtius mundi Patribus, per Sacrificia fecit hoc, & Sacrificia dedit eis, vel ſaltem per conſilium & inſpirationem interiorem; non autè per præceptum, quod ante legem Moyſis de Sacrificiis faciendis neſcitur an ſit datum, vt placet D. Tho. 1. 2. q. 102. ar. 1. & q. 103. ar. 1. & 3. p. q. 60. ar. 5. ad 3. & q. 61. ar. 3. ad 2. nec non etiam Bonauent. lib. 4. ſent. d. 1. q. 3. n. 73. cum quibus eſt Suarez citatus loco vltimo, & prior eo doctus Alanus Cardin. de Sacrament. in Gen. cap. 27. vel maiori cum obligatione per clarum iam pręceptum; vt videntur ſignificare allata à nobis verba *Teſtamentum æternum conſtituit cum illis*. Solent enim iſtius generis conſtitutiones ſolemnitate eximia ſemper fieri; præſertim cum adiiciat, *Non ſunt abſconſa teſtamenta per iniquitatem illorum* Vnde colligi videtur, habuiſſe de duobus futuris teſtamentis præbibitam notitiam, & legis naturalis principaliora quæque pnocta, quorum vnum Sacrificare, accepiſſe ſub præcepto, ſicut poſtea ſub teſtamentis duobut datum fuit, illorum ſectatotibus.

Et quomodo ipſis data, per conſilium, an per præceptum.

D. Tho.

S. Bonau.

Alanus Cardin.

Eccl. 17. 12.

N. 17.

Nec dubium, primum hominem Sacrificaſſe frequentiſſime, vt Deum ſibi faceret, ac ſemper conſeruaret clementem, pium, facilem, propitium, ac fauorabilem. Nam & ritus Sacrificandi, & fructus decimandi, ac primitias ex eiſdem litandi Creatori, tradidiſſe natis ſuis, eſt auctor Athanaſius, in lib. ſup. verba; *Omnia mihi tradita ſunt* Et D. Tho. 2. 2. q. 85. art. 1. ad 2. ac Hugo ſuper Gen. & Bolducius lib. 1. de Eccleſ. ante leg. cap. 1. cum ſequenti, Sacrificia duo Adam ſcribit freqoentaſſe; cruentum, & incruentum; potiſſimum ex frumento, quod illi in vſu fuit, vt aiunt Dei eloquia; *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo*; iunctis verbis quæ habentur in lib. Eccleſ. *Initium vitæ hominis, aqua, & panis*. Et quod ſerere, ac colligere, in panémque redigere ab Angelo eſt edoctus. Vnde & eius maior natu, tanquam munus patri charius, de incruentis Deo obtulit; & iunior de cruentis. Atque duos dies feſtos eundem inſtituiſſe, nempe Sabbathum, & anniuerſaria pro filiorum natalitiis; in quibus primos fratres Sacrificia quæ Scriptura de illis nobis refert, affirmat immolaſſe. Addens loca clauſa ipſum detecta condidiſſe, & in eis vt in templis cum filiis ſuis crebrò egiſſe Sacerdotium, rem ſacram ſactitaſſe. Et de iſtis locis ſic à ſuperiore parte patulis, exponit quod ſcribitur *Reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius*. De eiſdémque clauſura veneranda circunſeptis, quod ibi ſuperadditur; *Egrediamur foras* Niſi forſan ſecum pugnet in cap. 20. vbi quadam in ſpelunca cuiuſdam montis ardui, hos germanos ſacrificaſſe patenter aſſeuerat; à cuius tandem vertice ad plana fratrem ſuum Cainum prouocaſſe, ex dulciſſima narratione, & Damaſcenæ ciuitatis traditione perantiqua, cui hæret, nobis tradit. Et demum filios ſuos nonnullas ceremonias, ac corporis præſertim proſtrationem docuiſſe, vt exteriori

Adamus prior omnibus litauit Sacrificia, & filios hoc edocuit.

Athanaſius.

D. Tho. Hugo Vict.

Et ſæpius incruenta, per maximè ex frumento.

Gen 3. 19.

Eccl. 15. 29.

Frumentum Adamo frequens per monitum Diuinum.

Quæ feſta Adamus condidit.

Quæ templa Deo erexerit.

Gen. 4. 5.

N. 8.

Bolducius.

gestu

geſto illo, quòd à terra vorarentur, & quòd ad inferos mitterentur, viuentes dignos eſſe, propalam demonſtrarent. Hæc Bolducius quæ iterarò in Oggio Chriſtiano lib. 1. cap. 5. cum Pſalmodiæ inuentione attribuit primo homioi: quæ ſatis, ſupérque de Sacrificiorum primo ortu. Cur Adami Sacrificia in Scriptura taceantur, reperies io ſequentibus Enarrat. 24.

Pſalmodiæ, & ceremoniarũ, priorum, ſed præcipue proſtratio. ni Adam auctor.

De Sacrificiorum multiplicitate ſuapte neceſſaria.

Sacrificiorum legis naturæ cur multa neceſſariò.

17. EX eadem neceſſitate Sacrificandi perquàmoeteri, Sacrificiorum multiplicatio concluditur oon malè. Namcum legis naturalis, ſecundum D. Thom. ſuperiori loco datum, Sacrificia variè fuerint inſinuata, & iuſpirata, variata & multiplicata hæc ipſa iam fuiſſe, ambigere non licet. An verò varietate & multiplicitate graudiori quàm poſtea in lege Moyſis; hoc quidem multis viſum; mihi autem non videtur poſſibilis res talis; nam qoomodo hæc excederent Moſayca Sacrificia, quibus quatuor poſtetiores ſunt Moyſis libri pleni? & maximè cum iſta inſpirata taotùm fuerint, illa verò minotiſſimè ſcripta & commendata. Niſi forſitan dixerimus ex iode plura eſſe, quia oon fueruot determinata, ſed vaga, varia, incerta; cum incertæ res, ac vagæ ſint prorſus abſque termino; & determinatæ terminorum, vnde nomen ſibi hauriunt, limitibus ſint clauſa. Vnde etiam mihi neutiquã probabile videtur, vel etiam conſentaneum, ob rationes ſupra datas n. 11. & 12. potuiſſe naturalia Sacramenta legis eſſe duriora, quàm Moſayca; cum Circuncifio io iſtis fuerit, qua Sacramentum quoduis dorius vix poteſt cogitari, & minus dari poſſet, quin paruuli perirent in ipſa vitæ porta. Niſi aliquis affirmet, moraliter ac etiam non parum literaliter, ideo prima Sacramenta fuiſſe duriora, quantumuis non ſanguinea, vt Circuncifionis Sacramẽtum, quia erant incertiora, & remotiora à Dei præcepto, ac ideo à Dei conſpectu, & illo amore intimo, quo donantur & nobilitantur, quicúnque à ſuis Dominis accipiunt, quamuis ægras, illorum iuſſiones. Sacramenta verò Moyſis etſi ſanguine commixta, fuiſſe dulciora, quia erant certiora, & propiora Dei præcepto, conſpectui, & illi amori, quo amaſij pro amatis (ac gaudio peringenti) ſuſcipiuor qoæque onera; admittunt quæque vulnera; & ipſa mortis diræ ſpicula atque iacula. Qua mente Lucas ait de Apoſtolis duodecim; *Et illi quidem ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliã pati.* Et dulcior atque charior Eccleſia primitiua longè fuit tãto ſanguine immerſa Chriſtiano, quàm præſens nihil ſanguinis ñunc videns in Fidelibus. Nã quis dubitat Chriſtianos illius tempeſtatis laboribos attritos, Martyriis trucidatos, Chriſto eſſe chariores, quàm hudie noſtri ſunt deliciis cumulati, ac etiam prægrauati?

An plura quàm Moſayca.

An etiam duriora, & crudeliora pro Fidelibus.

Actor. 5. 40.

Eccleſia quando Chriſto extiterit dilectior, num inter mortes plurimas, an nonc inter delitias, diuitias, dignitates.

Illud certum, vt ad varietatem & multiplicitatem Sacrificiorum primæ legis & naturalis, vt decet, tedeamus, ſi tu illorum oumerum exoptas certò noſcere, iſtorum ſanè numerum fuiſſe ſioe numero, & certitudinem ſine certa ac nota quantitare; etſi iſtam in ſpeciebus ad illas tres tedactã non liceat dubitari, quibus poſtea conſtiterunt (ſicut dixi n. 4.) Moſayca Sacrificia, Qua via vtraque patia; illa verò incertitudinis, imparia, & inæqualia, ita vt legis naturalis Sacrificia modo iſto incertitudinis vagantis plura fuerint, quàm poſtea in lege data Moyſi. Quod non caret, ratione, nec ordine, aut myſterio: Ratione, quia ſicut cum tempus vnum ſit, ac iogiter cõtinoum, & ideo inſeparabile, io præteritum atque pręſens & futurum ſepararur, ſic cultus Dei cum vnicus naturaliter exiſtar, in leges tres diuiditur, quæ vnũ taotum Deũ reſpiciunt, venerantur. Ordine, quia ſicut Sole obſcuri quidquid tollitur, id autem non repentè, ſed potiùs pedetentim; ſic tenebras ignorantię inductas per peccatũ, non illico Sol Deus, ſed lente diſsipauit; in lege quidem prima minore valde luce; in ſecunda, iam maiori; in tertia verò maxima; in Fidei quantùm nubilo, quo perpetim Deus tegitur, videri à nobis valet; vt per temporum incrementa cognitionis & Dei lucis excreſcerent augmenta, donec Eccleſiæ Chriſtus Samſon, cuius nomen eſt Sol eius, dilectæ ſibi ſponſæ ſecreta cordis ſui, in modo plùs poſsibili pro tempore teterrimo, aperoit, reſerauit. Myſterio, quia incertis & indeterminatis Sacrificiis oaturę lex conſiſtens, aliam ſanè poſtulabat vbi certa & determinata exiſterent hæc ipſa, quantumuis multiplicia: & iſta tertiam aliam perfectionis tam eximiæ, vt Sacrificium taotùm vnicum, omniom quidem præcedentium haberet contentiuum, nam vnicum eſt perfectum, & imperfectum multiforme.

Sacrificiorum legis naturæ quę varietas, & quantitas.

Sacrificiorum legum omnium varietas quàm pulchra.

Samſonis quodnam ethymon, & quantùm Chriſto aptam.

Prudentem igitur Patremf. Deus egit in hac re, & optimum pictorem; varia præcepta domui ſuæ pro variis tempeſtatibus concedens neceſſaria; non variam propter id ei promens voluntatẽ, ſed ſemper vnam ſolam. Et colores tres inducens picturæ ſuę Eccleſiæ; vt faciunt quiqoi pingunt imagines terrenas, quibus eas valde reddunt conformes veritati: quæ myſteriorum tantùm in cæli palatio patens erit. Quare in Deo iſta varietas noo fuit, ſed in hominibus. Videantur Auguſtinus Gregoriúſque relati ab Angelico Doctore 3. p. q. 60. art. 5. ad. 3. & q. 61. art. 3. ad. 2. & art. 4. ad. 3. qui opuſcu. 58. cap. 1. in ſecunda caoſa inſtiturionis Eucbariſtiæ non parum viſu dignus.

In Deo vt hæc varietas non varia, ſed in homine.

D. Thom.

18. Nec deſunt rationes ſpeciatim literales ad Sacrificiorum multitudinem præfatam comprobandam; è quibus prima ſit, vt varietas Sacrificaodi faſtidium propulſaret, atque homines ab appetitu naturaliter ingenito colendi plura Numina faciliùs remoueret. Eſt enim filiis Adę miſerrimis in-

Antiqaorum Sacrificia cur fuerint tam multa.

natum, tot Deos venerari, quot malis deprimuntur, vt maximè vouſqoiſque progenio ſuo colat, quo maximè ſibi ipſi videatur indigere; quemadmodum lib. 1. in cap. de Deo; de diis multis agens, quos multis rebus irridet, ac falsè vilipendit, plus Chriſtianè, quam Paganè ſcripſit magnus Plinius. Quapropter Deus Iudæos non ante idolatriam, ſed poſt, Sacrificiorum multitudine grauaoit, vt illos iſto onere ab idolatria reuocaret. Difficile nanque eſt in iis quę naturali cupidine exoptantur, amaſium antiquitatum tenacem à more ſuo, nec non ſimul ab amore ebibito è longuinquo, extrahere & abducere iam illic merſum hominem; D. Tho. 1. 2. q. 102. art. 3. & 3. p. q. 48. art. 3. quo loci ſic pro oobis. *Huius veri Sacrificij multiplicia ſigna erant Sacrificia priſca Sanctorum; cum hoc vnum per multa figuraretur; tanquam verbis multis res vna diceretur, vt ſine faſtidio multum commendaretur.*

Plinius.

D.Thom.

Secunda, vt impotentia & inopia Sacrificiorum pateret antiquorum, & futurum Saerificium ſolummodo ſufficiens à cunctis hacce via auidiùs optaretur. Algerus lib. 2. de Sacrament. cap. 3. *Sciendum, quod ideo Deus tam multa Saerificia dedit in lege, vt nullum eorum ſufficiens eſſe oſtenderet; quia cætera eſſent ſuperflua, ſi vnum ſufficere poſſet, vt vnũ ſuum ſufficiens magis deſideraretur.* Nec immeritò, cum antiqua, quantumuis tam multigena, in vmbra tantùm Chriſti ſciamus profuiſſe, vt ſemel atque iterum ſuperiùs dictum eſt. Et ideo illius tempora Sacramenta & Sacrificia infirma egenáque vocantur elementa in verbis Apoſtolicis, quæ Lyra ſic exponit: *Infirma quidem & egena, quia non iuſtificabant, nec gratiam continebant, ſicut Sacramenta nouæ legis. Elementa verò quia huiuſmodi appellantur puerorum literæ, quibus illa nominare & addiſcere condiſcunt; donec tempore procedente dimiſſa hac occupatione, circa ſententias occupantur. Et ſic legales obſeruantiæ Iudæis extiterunt elementa verè infirma, tanquam quadam figura ad Chriſtum diſponentes, & eius aduentu iam ceſſantes.*

S. Algerus.

Elementa quare egena antiqua Sacrificia, & Sacramenta reputata.

Galat. 4. 9.

Tertia autem plus moralis, quàm literæ cohærens, vt Iudæi & Chriſtiani tot videntes Sacrificia, omni cultu & reuerentia digniſſimum eſſe Deum, dignoſcerent exinde, & cui à nobis impenderentur obſequia multiformia. Quod Chriſtiani plus memoriæ imprimere tenemur, & opere adimplere, ſi quantùm noſtrum priſcis præcellat Sacrificiis, vtcúnque meditemur.

Deus cultu ſummo dign°, & ideo cultus eius antiquus multiformis.

Quarta eiuſdem qualitatis, & vltima pro interim, vt pulchritudo, quæ eſt rerum venuſtas atque decor, & ex varietate, vt in Tuſcul. affirmat M. Tullius frequenter generatur, haberet inde ortum, & ratio Sacrificiorum decora redderetur, qua equidem nil pulchrius, ſi Patrum Sacrificia inſpectes multiformia, & multigeno apparatu exteriori celebrata, excepto Sacrificio, quod vnicum cum ſit, omnia antiqua Sacrificia, & hodierna Sacramenta ſub ſe ipſo continere Enarrat. ſubſequent. Lectori demonſtrabimus, quodque etiam in ſolemni-

Tuſcu. lib. 4.

A tate & ritu ſuo externo omnes alias ſolemnitates tranſcendere priſeorum, non rarò aperiemua. Et vt aliquid de veterum varietate in cultu Dei, hoc in loco de hoc proprio, vt decet, expromamus, ſciendum duo olim *Sacrificia* & *Sacramenta* fuiſſe celeberrima; quibus duo adiungebantur celebritatum ſatelitia; & concomitaotes circunſtantiæ, quę *Sacra* & *obſeruantia* vocata ſunt antiquitus. E quibus *Sacra* ſunt ad Sacrificium faciendum, & Sacramenta miniſtranda; cuiuſmodi ſunt templa; vaſa Sacra; veſtimenta; cantus; organa, ſoffitus, & alia perſimilia. *Obſeruantiæ* verò, nunc ceremoniæ nuncupatæ, quę ad vtrumque perfungendum natura ſua pertinent. Ea tamen differentia, quòd cum attinent ad Sacrificia, *ſacrificalia* dici poſſuot, cum verò ad Sacramēta *Sacramentalia* dici ſolent; de quibus D. Thom. 1. 2. q. 101. art. 4. & q. 103. ar. 1. Quamuis hodie Sacramentalia ad omnia referantur, quibus culpæ veniales hominibus laxantur; & quibus Dei Miniſtri vtuntur, vt ad cultum Diuinum ſeſe præparent. Qua de materia Bellarminus in ſuo tom 1. Suarez tom. 3. in 3. D. Thom. diſp. 13. ſect. 1. & omnes qui hoc tempore de Sacramentis diſputantes, inuecti ſunt in hæreſim. His feſta Iudæorum, & celebritates adiungebantur, de quibus loco alio; nam ad Sacrificia & Sacramenta hîc tantùm pertractata, non illa valde pertinent; nimirum recto calle.

In *Sacrificia*, & *Sacramenta*, in *Sacra*, & *obſeruantias* Dei cultus bene ſectus, & qualia ſint hæc ſingula.

Sacramentalia quidnam ſint:

B

D.Thom.

Bellarmin.

Suarez.

C

De Sacrificij dignitate ſuper omnia Sacramenta, & an poſſit Sacrificium Sacramentum ſimul eſſe.

19. SVbſtantia & circunſtantiis Sacrificiorum iam expoſitis, illorum nunc præconia ſe nobis offerebant, in quibus illud ſummum, Dei cultum ſummum eſſe. Nam verbis res præcedunt; & ſæcularibua ac prophanis, res Sacræ & Deo deditæ. In Sacris quæ ſunt publicæ; & in publicis quę in honorem Dei tantùm conſumuntor. Talia autem Sacrificia ſuperiùs explicata; quapropter iſta Dei ſupremus cultus ſunt; ac ideo naturaliter priora Sacramentis. Sacrificia nanque ſunt primariò propter Deum, & ſecondariò propter hominem; Sacramenta verò econtrà, vt dixi 1. numero. Hinc factom, vt Sacramenta, quò ad hominum vtilitatem Sacrificiis præferantur, vt ſopra n. 13. à nobis dictum eſt; quantumlibet vel in ipſa vtilitate verſus homines, in re aliqua, nec quidem momenti contemnendi, Sacrificia ſint priora & vtiliora Sacramētis. Hęc enim taotùm proſunt à quibus ſunt ſuſcepta; illa verò cunctis illis pro quibus ſunt oblata, vel præſentes, vel abſentes, vel viui, vel defuncti conſiderentur hi qui indigent illorũ vtilitate. Vnde dicitur in Miſſa, dum iſta eſt Sacrificium; *Vt quotquot ex hac altaris participatione Sacroſanctum Filij tui corpus & ſanguinem ſumpſerimus, omni benedictione cæleſti, & gratia repleantur.* Dum autem eſt

Supremus cultus Dei quade cauſa Sacrificium.

D

Sacrificia & Sacramenta in quibus diſcernantur, & qualia digniora.

Sacramenta ſuſcipientibus, at Sacrificia cunctis proſunt, & qualia plus proficua.

A eſt Sacrificium. *Memento Domine famulorum, famularúmque tuarum, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc Sacrificium laudis, pro ſe, ſuiſque omnibus.* Sed vtilitas Sacramentorum ingentior atque certior, cum operentur infallibiliter ex gratia ſibi indita; & vtilitas Sacrificiorum remiſſior & incertior; cum operentur per ſuffragium inclinando Dei clementiam ad hominum indigentiam, iis modis qui 13. ſunt numero indicati. Quæ duo Christus paucis expreſſit verbis, dicens; *Qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum*; id eſt, pro vobis hîc præſentibus & ſumentibus, & pro multis nec præſentibus nec ſumentibus meum corpus proficiet abſque dubio; B

S. Bernard. vt ait Bernard. tom. 4 ſer. 4. art. 2. cap. 2. de Euchariſtię Sacramento; at ſumentibus vt Sacramentum, reliquis verò vt Sacrificium; quod etiam vel à vita abſentibus eſt vtile, & valde ſalutare.

S. Bonau. *Quia Sacrificium non requirit perſonam per quam fiat, ad hoc vt ſit proficuum, ſed tantùm pro qua fiat*; ex Bonauenturæ peroportuna animaduerſione ſup. 4. d. 45. n. 3. & 4.

Sacrificium & Sacramentum vt ſimul eſſe poſſint, & fuerint antiquitus.

Hoc eſt, cur Sacrificium formaliter, vt dicunt, ſeu in ſui ſubſtantiali & formali ratione, non poſſit vllo modo euadere Sacramentum, nec Sacramentum Sacrificium; vel etiam in Sacrificante, communicantéque Miniſtro, qui duas & diuerſiſſimas perſonas illic agit; aliam quidem Sacrificantis, C dum munus Deo offert, aliã verò Communicantis dum illud ſibi infert;

D. Thom. D. Tho. 1. 2. q. 101. art. 4. & q. 102. art. 3. & 5. Cum tamen materialiter facillimè hoc ſuccedat, ac ideo frequentiſſimè. Sicque à mundi initio Sacrificia ſæpeſæpius ſunt verſa in Sacramenta; non ſanè quando cultui Diuino litabantur; ſed quando homines per illa interiùs mundabantur, quod per communionem & participationem Sacrificiorũ contingebat.

Alanus Cardinal.

Doctrina eſt celeberrima Alani Cardinalis de Sacrament. in genere cap. 9. & 27. quæ optimè firmatur ex Auguſtino atque Gregorio numero decimo productis; dum primus ibi dixit priores mundi homines habuiſſe Sacramenta, & ſecundus hæc Sacramenta fuiſſe Sacrificia. Sed nec ſemper hæc inuerſio Sacrificij in Sacramentum prodibat in effectum; nam vlteriùs quòd formaliter Sacrificium nunquam poterat conuerti in Sacramentum, materialiter aliquando hoc fieri nequibat; quando videlicet Sacrificia per Holocauſtum & combuſtionem adibant Dei conſpectum; nam cum tota in Dei honorem hæc fuerint cremata; euaporata, & reſoluta, homini certè vt Sacramenta accommodari nunquã poterant.

Holocauſtum in Sacramentum cur olim nunquam verſum.

Cætera omnia perquàm facilè; imò ita plus frequẽter oblata puto iſta à priſcis Patriarchis, vt maiores Sacrificiorum reciperent prouentus, qui illa factitabant. Quocirca ſic Abelem litaſſe certum credo; vt in numero ſubſequenti lucidiùs apparebit; quod ſi ita factum eſt, tunc eius Sacrificium non fuit Holocauſtum, ſed vel Hoſtia pro peccato; vel congruentiùs quæ Pacificæ obtinuit nomen poſtea. Hæc enim cum Holocauſto & cum Hoſtia pro peccato affinitatem in ſemetipſa non paruam continebat; cum in illa Deus extiterit honore cumulatus, & homo contra crimina Dei gratiis roboratus.

Cuius generis & qualitatis Abelis Sacrificium.

VTRVM ABELIS SACRIFICIVM FVERIT etiam Sacramentum; Et quid priùs deſignarit, Sacrificium ne cruentum Paſſionis Redemptoris; an potiùs incruentum Sanctiſſimæ Euchariſtiæ.

an. NON potui ex lectione Diuina aut Diuinorum interpretum nanciſci, an Sacramentum ſimul fuerit Abelis Sacrificium, imò nobis refragantem offendi Bellarminum lib. 2. cap. 14. de Sacrament. in genere; vbi ille quò faciliùs reſpondeat Lutheranis, hoc Sacrificium à Sacramenti excludit qualitate; at verò ratione (capta venia tanti viri) tam frigida ni fallor, vt noſtram calefaciat. Ideo enim à Sacramento expelli verum putat, prædictum Sacrificium, quia gratiæ promiſſionem expreſſam in Scriptura (quæ conditio ſine qua non in Sacramentis planè eſt) annexam nullam habuit; ſed tantùm Deo placuit, oblatum poſtquam fuit; ex offerentis puritate, tam in intima intentione, quàm in extima operatione & diſpoſitione Sacrificij.

Abelis Sacrificium an etiam Sacramentum.

Supra. n. 17. Quod ſanè mihi plus videtur diuinatio, quàm recta coniectatio; propterea, quia temporis illius Sacrificia, quantumuis non dum eſſent à Deo imperitata, iã erant inſpirata, vt ſupradictum manet; & gratiam inſpiratione eadẽ ſibi datam, & communicatam ſummo iure exinde habere pa- D tet, quia qui in Sacrificiis patenter imperatis patentem dedit gratiam, Leuit. cap. 4. cum ſequentibus duobus; in tacitè inſpiratis hanc tacitè donaſſe non debet controuerti: non enim maior ratio; nec Sacrificia naturaliter hominibus ingenita, poſſent bene ſibi gratia congenita priuari; non quidem ex vi naturæ, quæ gratiam non progenerat, ſed ex natura Sacrificij, quod gratia non orbatur.

Suarez. Suarez de Euchar. diſp. 73. ſect. 7. à Deo Sacrificium Abelis ordinatum in Bellarminum valde pendens, fatetur vel inuitus. Ergo gratia condecenti; nam aliter non poteſt intelligi iſta Dei aptiſſima ordinatio, qui ordinauit vt Sacrificia per modos iam expoſitos tribuerent eius gratiam. Sed maius eſt quod ait lib. 1. cap. 5. de mirab. Scripturæ B. Auguſtinus; vt-

A delicet ex Dei reuelatione ſpeciali hoc ipſum Sacrificium Abelis dimanaſſe; ac ideo gratiæ Dei ſpeciali aſſociatum. Nam qui ſpecialiter præcepit actum illum celebrari, qui gratiam ſecum affert, ſpeciali eundem gratia præ actibus ſimilibus ornauit, decorauit.

Hinc iſtud Sacrificium fuiſſe Sacramentum non malè concludetur; & iam tali intentione à Iuuene Sanctiſſimo Factori ſuo oblatum, vt pignoris vtriúſque Sacrificij & Sacramenti colligeret effectus, & fructum aſſequeretur. Quod etiam quæſiuiſſe Cainum inde coniicio, quia per munera, atque munera, in numero plurali ſic aiunt

Gen. 4. 4. & 5.

verba Sacra, *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; ad Cain autem & ad munera illius non reſpexit.* Ergo munera diuerſa;

B quia Sacrificium & Sacramentum oblatio fuit illa; vna ſcilicet & duplex Sacrificij vtriúſque; non verò quia varia, diſtincta, & ſeparata vtriuſuis Sacrificia; cum vnicum tantummodo vtrius fratris fuerit, vt indicant hæc verba; *Factum eſt autem poſt multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum.*

Gen. 4. 3.

Abelis & Caini ſcriptum Sacrificium in Geneſis hiſtoria, an vnicum vel multiplex in quolibet duorum.

Quippe quæ non tam munera fuiſſe & Sacrificia per multos ab eis dies continuata, & repetita; quàm poſt multos munus vnum, vel tunc primitus ab ipſis, vel diſcrimine eo ſaltem, quod primùm tunc eſt viſum, ab ipſis immolatum, indigitant & promunt. Nec contra quid importat præfata circunſtantia de primogenitis Abelis, & de adipibus eorum; id eſt de gregis ſui agniculis

C tam multis, quàm melioribus & pinguioribus; *Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum*; Nec Apoſtoli ſententia hoc ipſum phraſi alia ſcribens huiuſcemodi; *Fide plurimam Hoſtiam Abel, quam Cain obtulit.* Vnde colligitur Abel non paucos, neque paucies litaſſe Deo agnos; nam *plurima Hoſtia*, & *plurimi agni*, de primogenitis ſui gregis, notanter memorantur. Non etenim de multis pinguedine tenerrimis, ſed de vno pinguiori præ cunctis gregis ſui ex ipſa. D. Pauli locutione ſic deſumo; quia Fides & deuotio Adoleſcentis innocentis, eius Hoſtiam fecit plurimam; non plures, quod notandum attentione ſumma eſt; ſed plurimam, atque plurima dulcedine ſcatentem; quemadmodum

Hebr. 11. 4.

D Theodoretus explanat hoc in loco.

Theodoretus.

Et rectè vnicus agnus iſtius Sacrificij, vt Agnus qui eſt vnicus & ex millibus electus expreſſius ſignaretur; de quo in Miſſæ Canone, Abeli & Abrahamo, ac Melchiſedech aſſimilato, ſerm. 3. de Euchar. cap. vlt. tom. 4. ſic ait Bernardini noſtratis contemplatio: *Nota, quod in Canone Abel, Abraham, & Melchiſedech nominantur, quia Chriſtum repræſentant. Abel enim obtulit munera de primogenitis gregis ſui; & Chriſtus primogenitum ſe obtulit in multis fratribus, agnum immaculatum Deo Patri; de quo Ioannes ait; Ecce agnus Dei; Ecce qui tollit peccata mundi. Item Abel à fratre ſuo Cain innocenter occiditur, &*

S. Bernard.

A *Chriſtus à fratribus ſuis Iudæis innocenter necatur. Abraham obediuit Deo, ad immolandum filium, Chriſtus factus eſt obediens vſque ad mortem, & in manus Patris ſui tradidit ſpiritum. Melchiſedech obtulit panem & vinum, & Chriſtus in altari ſub ſpecie panis & vini corpus & ſanguinem ſuum offert Deo Patri pro nobis; ipſum pro nobis pacificans, in figuram Melchiſedech qui interpretatur Rex pacis; id enim ſignificat Salem. Itaque quod Chriſtus dicitur Abel in hoc loco ratione innocentiæ; Abraham ratione obedientiæ; Melchiſedech ratione Clementiæ, & Sanctitatis eximiæ.* Quid pulchrius pro re noſtra? nam Chriſto nihil pinguius in tribus his virtutibus, & Sanctis iſtis tribus, cum quibus comparatur; & Sacrificio Abelis noſtri nil ſanctius vel pinguedine Diuina cumulatius; ita vt ex vna Hoſtia ei fecerit

Abel, Abrahã, & Melchiſedech in quo Chriſti ſint figuræ, & Chriſtus illis ſimilis.

B hæc plurimam; & ex vno tantùm agno quàmplurimos & optimos, de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum.

De qua iterum huius Sancti ſimilitudine cum Chriſto reſpectu illius agni oblati in Sacrificio Nicephorus in hiſtor. lib. 1. cap. 5. Epiphanius contra hær. in princip. lib. 1. Tertullian. cap. 5. ſcribens in Iudæos; & tandem Apocalypſis quemcúnque nodum ſecans, & tollens verbis iſtis, *Agnus occiſus ab origine mundi.* Quæ quidem de Dei Filio in carne promulgata per alia eiuſdẽ lib. cap. vlt. n. 16. vbi Chriſtus Dauid Filius vocatur eius radix, Barradas tom. 1. lib. 1. cap. 3. conciliat atque explicat. Ex tunc enim cæpit Chriſti medela ſanguis eſſe, & ipſe radix omnium qui arboris cæleſtis ſunt fru-

Abelis Sacrificium primaria Chriſti vmbra.

Apoc. 13. 9.

Apoc. 22. 16.

Barradas.

C ctibus donandi, & pomis coronandi. Cuius nomen hacce via à mundi natalitiis non modicè reſplendet, & etiam mundum ante, dicente Rege Vate *Ante Solem permanet nomen eius.* Quã minùs Synagoga Eccleſiam præcucurrit, quàm Eccleſia Synagogam; & Moyſes Sanctum Petrum; quam Petrus Sanctus Moyſem.

Cur Chriſtus radix omnium qui ſuit Dauid fructus.

Pſal. 71. 17.

Eccleſia & Diuus Petrus Synagogam & Moyſem ante.

21. Sed quid priùs denotaſſe Abelis Sacrificium credendum à nobis eſt? Sacrificium an ne per Chriſtum cruentè peragendum, an potius incruentum? Reſpondeo, quòd vtrumque, ſed aliter, atque aliter; videlicet cruentum, dum ab iſto proculdubio dependet incruentum; at verò dum incruentum Eccleſię erat futurũ perdurans Sacrificium, hoc illud noſtri Iuuenis primariò deſignauit. Probatur, quia in lege Paſchalis agnus

D ille cruentum & incruentum Sacrificium Redemptoris peroptimè ſignabat; primum quidem cùm à Iudæis lætanter mactabatur, excoriabatur, aſſabatur; quæ omnia Chriſto quadrant, amoris ſummo igne pro nobis tanta paſſo; ſecundũ verò cùm ab illis edebatur, quod de Chriſto Crucifixo haudquaquam factum eſt. Sed magis incruentum abſolutè, ni decipior, videtur prænotaſſe, quia agnus in memoriam liberationis ex Ægypto oblatus primùm erat, & Euchariſtia in recordationem liberationis ex peccatis peractæ in Crucis arbore; & ipſius agni ritus magis modum manducãdi quàm immolandi ſecũ ipſo tradebat, & docebat;

Sacrificium quodnam Chriſti cruentum an incruentum primariò Sacrificium Abelis deſignarit.

vt

Bellarmin. Suarez.

vt latè Bellarminus lib. 4. cap. 9. & lib. 5. cap. 7. de Euchar. Sacrament. cui accinit Suarez in tomo de Euchar. diſp. 75. ſect. 1. Ergo eadem de Abelis eſt agno iudicatio, quem pacificam tanquam Hoſtiam manducatum, & igni traditum, oſtendi paulò ſupra n. 19. in fine.

Abelis Sacrificij pictura appoſitiſſima.

Iuuat quædam appoſitiſſima pictura, quam Narbonæ in Conuentu noſtri Ordinis, præ noſtris antiquiſſimi, conſpexi ſatis veterem, coæuam Monaſterio; vbi in clauſtri quodam angulo Abelis & Caini Sacrificia videbantur; hic aræ fructus malos & flaccidos imponens, quorom flamma, fumúſque vbi primum ſurſum ibant, quaſi à cælo reprobarentur, ad terram flecteban- A tur; ille vero ſuo altari immittens pinguem agnum, cuius fumus & incendium directò ferebantur; & in parte ſuperiori non Chriſtus Crucifixus, ſed Cuſtodia deaurata, Euchariſtiam intra ſe continens, depicta cernebatur. Nec obſtat hanc picturam, tam illic quàm frequenter in alio quouis loco referre agnum integrum, contectum pelle, & lana; vnde minimè Abel poſſet Sacrificij partem edere, vt dictum fuit ſupra. Id etenim fit ita ad agnum demonſtrandū, quem carnes excoriatæ, in fruſtáque diſſectæ exprimere non valent. Præſertim, cum & pecudes non integras cum pelle, vel etiam in Holocauſto offerri moris fuerit; vt ex cap. 1. Leuit. clareſcit.

VT CHRISTI SACRIFICIVM IN ABELIS prænotatum extiterit tam vnicum, quam pariter & duplex; vtrumque longè verum; ſed verè tantùm vnum; quantumuis duplum in modo, & facie exteriori.

Sanderus.

Abelis atque Chriſti Sacrificium verè vnicū, ac ſimul verè duplex.

22. INTER omnes qui Abelem figuram Chriſti norunt, Sanderus fuit vnus, qui de Eccleſ. Monarch. lib. 1. cap. 5. de primogenitis gregis ſui ſacrificaſſe priùs agnum, poſtea verò ipſum fuiſſe in modum Sacrificij occiſum à fratre ſuo, iudiciosè ſatis inquit; vt in priori figuraretur Euchariſtiæ Sacrificium, & in poſteriori Crucis illud, à fratre Chriſti populo Iudaico præparatum. Verumtamen non ideo Abelis noſtri mortem dicendam Sacrificium, quoniam Martyres quantumuis Sacerdotes ſæpe ſint, non tales ſunt qui poſſint ad libitum quamcunque litare Deo Hoſtiam. Nec aliis illi gratiam merentur morte ſua, ſed tantùm ſibi ſolis; vnde magis Sacramenti, quam Sacrificij rationem illorum mors importat. Sed neque tu exiſtimes hanc eſſe Sacramentum, cum gratiam non innatam ex Dei promiſſione, ſed ex ſola acceptatione Diuina ſibi fauſta, propitia, & liberali iuſtorum nex obtineat, & ſemper ſecum afferat.

Abelis mors, & Martyrum an verū Sacrificium.

Secus Chriſti mortem in illa Abelis figuratam Sacrificium verum credas, tam cruenter in Caluariæ patibulo peractum, quàm incruenter in altari quotidie repetitum, inſtauratum & celebratum. Sacerdos quippe eſt tam ſummus vt ſit potens offerre corpus ſuum pro alia quauis Hoſtia, & morte ſui corporis placare Dei iuſtitiam, ac gratiam comparare credentibus in ipſum. Quæ quidem Sacrificij ſunt munia principalia, vt numero 1. & 13. ſuperiùs indicaui: è quibus primum Chriſtus abſoluit teſte Paulo; *Pacificans per ſanguinem Crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt.* Et ſecundum, teſte Petro; *Non corruptibilibus auro, vel argento redempti eſtis, ſed pretioſo ſanguine, quaſi agni immaculati Chriſti, &c.* Quibus S. Auguſtinus accedit lubentiſſimè contra aduerſ. leg. & Proph. cap. 18. & S. Leo Pa- B pa epiſtol. 83. ad Monachos Paleſtinæ ſcribens huiuſcemodi; *Quamuis enim in conſpectu Domini multorum Sanctorum pretioſa fuerit mors, nullius tamen inſontis propitiatio fuit mundi. Accepere iuſti, non dedere coronas, & de fortitudine eorum exempla nata ſunt patientiæ, non dona iuſtitiæ. Singulares quippe in ſingulis mortes fuere, nec alterius quiſquam debitum ſuo fine perſoluit.* Quæ verba ſunt pulcherrima pro iſta ſectione.

Mors Chriſti Sacrificium veriſſimum, & immaculatum.

Coloſſ. 1. 20.

1. Petr. 1. 18.

Auguſtinus. Leo Papa.

Nec tantùm Sacrificium ſed omnium excellentiſſimum, ac ſimul exactiſſimū, mors fuit Redemptoris: nam quatuor requiruntur in quouis Sacrificio, quæ cum Auguſtino de Trinit. lib. 4. cap. 14. in ſua 3. p. C q. 48. ar. 3. ſic refert D. Tho. *Quatuor ſunt quæ offeruntur in omni Sacrificio. Cui offeratur, à quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur. Chriſtus autem vnicus, verúſque mundi mediator, per Sacrificium pacis reconcilians nos Deo, vnum cum illo manſit cui offerebat; vnum etiam cum iis pro quibus offerebat; vnumque ipſe fuit qui offerebat, & quod offerebat.* Ergo Chriſtus perfectiſſima in ſua morte victima, qua nihil condecentius, vt verbis Auguſtini relati modò vtar, litari Deo poterat. Et meritò, quia in eo pro carne, caro oblata; pro hominibus, humana; dum mortalis, apta mori, & facilis immolari; dum ſancta & culpa carens ad noſtras quaſvis culpas deleudas per- D accommoda; at pro peccatis contra Deum Diuina prorſus caro, & Diuinitati copulata, quæ Diuinitatem & humanitatem, in Hoſtiæ & Sacerdotis vnius tantùm corpore hinc inde contingebat, nectebat, adunabat; & medio contra extrema tam deuia propinquiſſimo, ac naturali contra naturas diſtantes infinitùm, affinitate coniunctiſſima, pacificauit cælum & terram, Solem & tenebras, Deum & hominem; exſatians S. Iobi ſuſpiria, cum dicebat. *Non eſt, qui vtrumque valeat arguere, & ponere manū ſuam in ambobus.* De quo Augelus ſcriptor 3. p. q. 1. art. 2.

Sacrificij quatuor partes, quæ modo eminentiſſimo inuentæ in Chriſti morte. S. Auguſt. D. Tho.

Iob. 9. 33.

23. Hæc quidem de veritate cruenti Sacrificij, quæ etiam in incruento nil minùs firma eſt; vt aſſerit Nyſſenus hom. 2. de Reſurrect. præambulum & perfectum, per mactationem præcedentem, quod certè mirum eſt, hoc vocans Sacrificium, & loquens in hunc modum; *Qui omnia pro Dominica poteſtate, & auctoritate adminiſtrat, non expectat Pilati iudicium, ſed per ineffabile & arcanum Sacrificij modum, ſua diſpoſitione, & adminiſtratione praeoccupat impetum violentum, ac ſe ſe in oblationem & victimam offert pro nobis, Sacerdos ſimul & agnus Dei. Quando hoc accidit? Cũ ſuum corpus ad edendum, & ſanguinẽ ſuum familiaribus ad bibendũ præbuit. Cuilibet enim perſpicuum eſt, quòd oue veſci homo non poſsit, niſi comeſtionem mactatio praeceſſerit. Cum igitur dedit diſcipulis corpus ad comedendum, apertè demonſtrauit, iam fuiſſe perfectam & abſolutam mactationem.*

Nyſſenus.

Miſſa verum Sacrificium, & quomodo illo Crucis tam prius quàm poſterius.

Vbi ille ſubſeqoentem mactationem Crucis Chriſti hic vocat præcedentem; *Niſi comeſtionem mactatio præceſſerit*, ergo mactatio ante Euchariſtiam, cum tamen fuerit poſtea in Crucis Sacrificio. Quia ineffabilis & arcana Sacrificatio fuit illa in Cęnaculo peracta, vt loquitur ſuperiùs; *Sed per ineffabile & arcanum Sacrificij modum ſua diſpoſitione & adminiſtratione praeoccupat impetum violentum.*

Crucis Chriſti quanta vis in omnia temporalia; & inſuper in tempora.

Ioan. 12. 32.

In qua Omnipotens Sacerdos naturam ferè temporis mutauit immutabilem; & futurum nondum veniens conuertit in præteritum; finem equidem in principium, principiúmque in finem; faſtigium in fundamentum; & fundamentum in ſummum illum faſtigium Sacrificij, quod in ſui admiratione attraait ſibi omia; *Et ego cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum*; non ſolùm cuncta temporalia duratione conſiſtentia, ſed & tempora labentia, quæ mutabilia cum ſint valde, ab illa ſua mutabilitate (maiori cunctis aliis) non poſſunt modo aliquo transferri, & transmutari; quo forſitan reſpexit Heſichius in Leuit. lib. 1. cap. 2. huiuſmodi ſe habens; *Tantum Crux Chriſti fortis fuit, vt omnem creaturam ſubiiceret Crucifixo. Carnem autem eius, quæ ad comedendum inepta erat ante Paſsionem (quis enim comedere cupiebat carnem Dei?) aptam cibo poſt Paſsionem fecit; ſi enim non fuiſſet Crucifixus, Sacrificium corporis eius minimè comederemus*, id eſt, prædicto tempore ante Chriſti Paſſionem, quæ ea temporibus diſtinctis dumtaxat fecit vnum; in quod refertur Euchariſtia, vel futurum pro vt tunc, cùm primum fuit condita, vel præteritum pro vt nunc, cùm iugiter offertur, in omni loco & tempore, iuxta dictum Malachiæ, ſed ab illo loco & tempore priori dependentibus, ac in ipſum locum & tempus retrocedentibus eo modo hucuſque elucidato.

Quod mutabilius eſt in mundo, hoc ſolùm non mutabile.

Heſichius.

Mach. 1. 11.

24. Hinc colligitur tam duplex quàm vnicum fuiſſe Sacrificium Redemptoris; quandoquidem inſtitutum in tempore diſtincto reducitur ad vnum; cum tempus nunquam poſſit reduci naturaliter, ſicut etiam nunquam poteſt frenari & detineri. Suarez tom. 3. in 3. D. Tho. diſp. 76. ſect. 1. Paſchalis atque iugis agnorum exemplo motus, putauit noſtri Agni Sacrificium duplex eſſe, ſeu diuerſum ipſum fuiſſe in ſuimet ſpecie. Sed intellige hanc diuerſitatem de ſpecie exteriori, & de ritu in quo permagnam conſtituit differentiam, tam in duobus illis agnis, quàm pariter in noſtro. Hanc autem nos Suario nequaquam denegamus, ſed liberè concedimus, cum ritus atque modus ſint longè diuerſiſſimi, & facies ſeu ſpecies exterior ſummè alia in Crucis Sacrificio, quàm fuit in Cænaculo. De cuius tamen vnitate non ſolùm ibi, ſed & poſtea in cunctis mundi locis, Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 1. & etiam Can. 1. & Chryſoſt. ad Hebr. hom. 17. *In multis locis offertur non plures Chriſti, ſed vnus vbique Chriſtus; hic & illic plenus exiſtens; vnum corpus, non multa corpora.* Ergo neque duo Agni, Paſchalis atque iugis; ſed vnus tantum iugiter, qui Paſcha ſemper verum nos facit celebrare, & tranſitum multimodum ad vitam culciorem. Vt duplex fuit duplici, cruenta, & incruenta, materia figuratus; & multiplici Sacrificiorum caterua præſignatus. Vt vnicus ſic manſit in Eccleſia vniuerſali, eliminatis cunctis aliis. Et vt vnicum Chriſti corpore oportuit eſſe plenum; nam aliter in Synagoga Dei cultus eſſet melior; nec Chriſtus Patris ſui, vt ſæpe dixit, gloriam in iſto mundo quæreret, ſed potiùs ignominiam; ſi relinqueret in mundo deteriùs Sacrificium; vel mundum caſſum honore, & bono tam Diuino; quod Sacerdotes Chriſtiani vt iugem verè Agnum, quotidie Deo offerunt.

Suarez.

Vt duplex atque vnicum ſit Chriſti Sacrificium.

Chryſoſt.

De Chriſto in multis locis auctoritas egregia.

Ex qua veteri & coætanea ſolemnitate Eccleſiaſtica, Sacrificij patet veritas. Nam Sacramenta proprium habent ab alio viro dari, ab alio verò accipi; cum nemo ſe baptizet, nemo ſe abſoluat, nemo ſe vngat; at Sacrificium pro ſe ipſo Sacerdos quiuis offert; talis autem Miſſæ Hoſtia; ac ideo Sacrificium.

Sacramenta ab alio dantur; ab alio accipiuntur; Sacrificium verò ſecus.

Hæretici contendunt non eſſe Sacrificium; quia Miſſam non inueniunt vocatam Sacrificium; ſed neque Sacramentum, & tamen Sacramentum putatur Euchariſtia ab ipſis aduerſariis. Ergo erit Sacrificium, vt vnà eſt Sacramentum. Vlteriùs, quòd Sacrificium vocatur non obſcurè Iſai. cap. 1. & Malach. 1. & 1. ad Corint. cap. 10. *Non poteſtis calicem Domini bibere, & dæmoniorum; non poteſtis menſæ Domini eſſe participes, & dæmoniorum.* Vbi noſtrum Sacrificium cum Idolorum falſo & nequam clariſſimè confertur. Verum igitur Sacrificium, quod huiuſmodi cum alio pro tali reputato viciſſim comparatur.

Quibus in locis Sacrificium dicatur Miſſæ Sacrum.

1. Cor 10. 21

Nec officit inſtantia quæ poſſet concinnari ex Angelico D. in ſua 3. p. q. 83. vbi Crucis Sacrificij imago Miſſa dicitur. Nam cum omnia Sacramenta in genere ſint ſigni; ſupra n. 2. & talis quoque ſit Euchariſtiæ Sacramentum, hinc ſignum eſt rei illius, quam verè repræſentat. At ſignum non inane, ſed plenum veritate; quocirca multæ illius figuræ præceſſerunt, & mera tantùm ſigna; cum tamen ſignum ſigni non detur verè ac propriè in recta Philoſophia.

Sacrificij Crucis Miſſa qua via ſit imago. D. Tho.

Signum ſigni in Euchariſtia qua detur ratione.

Hoc

Meuriſſe.

Hoc etenim procedit iuxta Meuriſſe de Euchariſtia cap. 1. q. 2. de ſigno prorſus vacuo, non de illo, qui ſubſtantiam ipſius rei includit, vt Agnus Euchariſticus; qui vnus eſt ac duplex, vt diximus hucuſque; vnus quidem in re oblata; duplex autem in modo & tempore quo fuit immolata.

Sed quare contra temporis dictamen & decurſum in tempore dependente ab alio ſubſequenti hæc fuit immolata, & in Cænaculo ante Crucem (quod ordo recuſabat) peractum Sacrificium? Exiſtimo inter alia, diuerſis locis data, vt omnis Chriſti ſanguis, præſertim qui ex latere (vnde orta Sacramenta) illius dimanauit, proficuus nobis foret; & gratiæ meritorius; vt ille qui ab homine emortuo proficiſcens, extra limites merendi in Chriſto fuit poſtea. Vnde ſcitè Tertullianus lib. de anima cap. 43. iniuriam Chriſti Domini hunc ſanguinem appellauit; *Vt de iniuria perinde lateris eius, vera mater viuentium figuraretur Eccleſia.* Iniurium nanque eſſet pietati Redemptoris, eruoris ſacri volnere largifluo vulnerari, cruentari, & deformari, quin hominum valeret ægritudinibus mederi. Sed vt hoc præcaueatur in Crucis Sacrificium, ab alio præcedatur, in quo ſanguis mereatur, & meritorius fiat noſtræ ſalutis fundamentum, ab illo corde exiens, quod vitæ fons eſt verus; ab illo fluens latere, quod cæli porta eſt, & arcæ in qua ſaluamur, ab vndis vitiorum, à culpæ cataclyſmo: quamtumuis hoc in Cæna contingat, non in Cruce, vt pateat, vel exinde, ab Euchariſtia quantùm Sacra dependeat ſalus noſtra.

Vt meritorius ſanguis lateris; & ſine merito Chriſto eſſet iniurius talis ſanguis.

Tertullian.

Gen. 6,16.

Cur oportuerit eſſe vnicum Dei Filij Sacrificium; at ſi vnicum cur diſtinctum in duplicem figuram, ſeu formam, & differentiam.

25. VNicum eſſe hoc Sacrificium omnino decens fuit, tam ex parte ipſius Chriſti, quam legis Chriſtianæ. Ex parte quidem Chriſti, quia illius corpus eſt hoc noſtrum Sacrificium, ac ideo ſimul victima cunctarum perfectiſſima; vt diximus cum Auguſtin. ad n. 22. & perfectiſſima nil minus, quia in illa Deus & homo in vnum continetur, vt homo capax mori; vt Deus efficax ad hominem completè redimendum, de Natiuit. ſerm. 1. rem tangit Leo Papa. *Suſcipitur à virtute infirmitas, a maieſtate humilitas, vt quod noſtris remedijs congruebat, vnus atque idem Dei & hominum mediator, & mori ex vno & reſurgere poßit ex altero. Niſi enim eſſet verus Deus non adferret remedium, & niſi eſſet verus homo non præberet exemplum.* Quapropter tanquam victimã tantopere perfectam, oportuit eſſe vnicã; perfectum quippe vnicum exiſtit naturaliter. Vnde ſolus eſt perfectus qui ſimpliciter eſt vnus, & vnitas ipſiſſima, cunctarum rerum ortus; ineffabili etſi modo ſit Vnus atque Trinus.

Cur victima perfectiſſima Dei Filius nuncupetur.

Leo Papa.

Perfectum quoduis vnicum.

Huc venit non coactè doctrina D. Tho.

A 3. p. q. 1. ar. 2. hanc regulam conſtituens; *Omne imperfectum præſupponit aliquid perfectum. Vnde eſt, quod omnis puri hominis ſatisfactio efficatiam habet à ſatisfactione Chriſti.* Ergo omnia Sacrificia & antiqua Sacramenta, per quæ iſta ſatisfactio veteribus aduenit, vt multa, ſic æqualiter fuerunt imperfecta. Noſtrum autem Sacrificium à quo illa dependebant, & virtutem deſumebant, tam vnicum, quàm cum omni exceſſu perfectiſſimum; quia hominum non ſolùm, ſed Sacrificiorum & Sacramentorum defectus ipſum complet, & perfectiones in ſe vno vniuerſarum rerum claudit; cum ſubſtantia illius tota, Omnipotentis & Omnicontinentis ſubſtantia ſit, & corpus. Nec item contemnendum quod ait idem Sanctus q. B 16. ar. 5. C. *Ea quæ ſunt propria vnius, non poſſunt de alio prædicari, niſi de eo, quod eſt idem illi*; Sed ſanguis animantium de quibus ibi loquitur cum Apoſt. ad Hebr. non poteſt vllo modo mundare noſtram animam, quia illis maior homo; & maior à minori benedictione nunquam valet tam magna cumulari; ergo ſolus ſanguis Chriſti hoc poterit præſtare; in cuius vmbra quondam brutorum ſanguis imparem tantam efficiebat. Cum autem hic ſit in Miſſa præcepta ex Chriſti ore; *Hoc facite in meam commemorationem*, eſt Miſſa prorſus idem cum eo Sacrificio, in quo fuit pro hominibus Diuinus fuſus ſanguis ſunt etenim vniformia; quantumuis forma & facie externa pluriformia.

D. Tho.

Cur tam vnicum, quàm perfectum Euchariſtiæ Sacrificium.

D. Tho.

Hebr. 9. 12.

Luc. 22. 19.

C 26. His iuſtè manuducti Catholici DD. ad noſtrum Sacrificium directa cuncta vetera affirmant perquammeritò; & hoc illis ſubſtitutum diſcrimine tam magno, quàm vmbras Sol excedit, & anima rationalis præcellit cuncta corpora; formarum tanquam forma, quæ omnes ſub ſe continet. Quod præuidens Euſebius lib. 1. cap. vlt. de demonſtr. Euang. huiuſmodi profatur; *Ceſſarunt Sacramenta animalium, quia iam venit victima pretioſa pro genere humano oblata, qui eſt Chriſtus; qui inſtituit, vt per commemorationem ſuæ Paſsionis ſacrificemus Deo.* Et Leo Papa ſerm. 8. de Chriſti Paſſione; *Iam carnalium Sacrificiorum varietate ceſſante, omnes differentias hoſtiarum vna corporis & ſanguinis tui implet oblatio; quoniam tu es verus Agnus, qui* D *tollis peccata mundi; & ita in te vniuerſa perficis myſteria; vt ſicut vnum eſt pro omni victima Sacrificium, ita vnum de omni gente ſit regnum.*

Euſebius Cæſar. Sacrificia cuncta expellit, & implet Euchariſtia

Leo Papa.

En vnica pro vnico Sacrificio comprobatio, quam ferè eiſdem verbis, & cum Abelis ſimilitudine, quò firmior hæc reddatur, Dom. 7. poſt Pentecoſt. in ſecreta oratione Eccleſia ratam facit: *Deus, qui legalium differentiam hoſtiarum vnius Sacrificij perfectione ſanxiſti, accipe Sacrificium à deuotis tuis famulis, & pari benedictione, ſicut munera Abel, ſanctifica, vt quod ſinguli obtulerunt ad maieſtatis tuæ honorem, cunctis proficiat ad ſalutem. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, &c.* Sed etiam & nimis celebre Concil. Trident. in proœ. & cap. 1. ſeſſ. 22. cuius verba vt vulgatiſſima adducere non libet,

Vt vnicum pro cunctis priſcorum Sacrificiis, ſit Miſſa Sacrificium.

Conc. Trid.

S. Auguſt.

& ex veteribus Auguſtinus lib. 10. cap. 20. & lib. 17. cap. 20. de Ciuit. Dei; lib. 1. contra aduerſ. leg. & Prophet. ac ſæpe contra Fauſtum; nimirum 6. cap. 5. & lib. 10. cap. 20. lib 20. cap. 21. & lib. 22. cap. 27.

Chriſoſt. Damaſcen D. Tho.

Chryſoſt. ad Corint. hom. 24. Damaſcenus lib. 4. cap. 14. D. Thom. 1. 2. q. 102. ar. 3. C. cum ſequentibus duobus; & 3. p. q. 74. ar. 2. ad 1. vbi cuncta Sacrificia imperfecta ad hoc perfectum pro portione ſignificanda affirmat inſtituta; ac ideo varia nomina hoc vnum conſequutum; præcipua quorum ſunt; Hoſtia; Victima; Libamen; Teſtamentum; Cœna Domini; Tremendum Sacrificium; Terribile Myſterium; Conuiuium; atque Communio; Synaxis, & Dulia; cum aliis quæ de Miſſa lib. 1. cap. 7. adducit Vicecomes.

Quæ nomina, & cur multa ſint Miſſæ Sacrificio.

Vicecomes.

B Et rectè tot cognomina inuenit Sacrificium, quod quatenus eſt etiam Eccleſiæ Sacramentum non poteſt vno nomine ſufficienter explicari; & ideo multifariam vocatur à Fidelibus, vt inde illius virtus eniteat multiformis; vt in 1. Enarr. n. 48. & n. 63. vbertim dictum eſt.

Irrationaliũ Sacrificia cur olim multiformia.

27. Quoniam autem de irrationalibus ad rationale Sacrificium & de carnalibus ad ſpirituale modò facta comparatio, aptiſſima rei eſt, hanc denuo reſumamus. De primo circa veteres animalium oblationes ob Chriſtum ſoſpitantes, & vt brutorum Sacrificia in vmbras ſolum data, ſic loquitur Chryſoſtomus ſcribens ad Neophytos:

S. Chriſoſt. hom. 3.

Nam ſicut regnantium ſtatuæ, quæ ſine anima ſunt atque ſermone, nonnunquam ad ſe confugientibus hominibus, anima atque virtute decoratis C *ſubuenire conſueuerunt; non quia ſunt ære conſicta, ſed quia referunt imaginem principalem. Ita & ſanguis ille, qui irrationalis fuit, animas bibrutes homines liberauit, non quia ſanguis fuit; ſed quia huius ſanguinis oſtendebat aduentum.* At de ſecundo circa noſtrum rationale Sacrificium (quod quidem vt rationale, rationale quoque erat exiſtere vnum tantùm præ aliis ſingulare, ad quæ omnia forent vetera animalium irrationalium directa & collimata) non incongrua puto verba quæ affert Miſſæ Canon; *Hoſtiam puram, Hoſtiam ſanctam, Hoſtiam immaculatam, panem ſanctum vitæ æternæ, & calicem ſalutis perpetuæ.* Quo loci vir Seraphicus.

S. Bonau.

Alludit ad veteres oblationes, quibus antiqui offerebant oblationem irrationalem, id eſt, iumenta muta, ratione carentia. Et paucis interiectis.

Rationale cur ſit vnicum.

D *Eſt enim Chriſtus Hoſtia pura, electos ſuos purificans; Hoſtia ſancta, dilectos ſuos ſanctificans; Hoſtia immaculata, maculas noſtras purgans; panis ſanctus vitæ æternæ, Angelos & homines ad vitam æternam reficiens; & calix ſalutis perpetuæ, quia calice ſui præclari ſanguinis perpetuò inebriat, & perfundit animas.*

Ioan. 5. 4. Piſcina cur probatica.

Nec malè, cum inter alia dicatur de piſcina, propterea ab infirmitate quacunque medicaſſe, quia pecudes Sacrificiorum, irrationales quamuis eſſent, in ea lauabantur; vt teſtis eſt Vſſuna ſerm. 25. in p. Occident.

Vſſuna.

Vnde benè coniectatur, quantò melius nos ſaluabit rationalis Chriſti victima, cum Agnus ſit Diuinus; non quidem lotus A aqua, ſed ſuo ablutus ſanguine, nec vtique in piſcina permodica lauatus; ſed potiùs ipſe factus piſcina atque lauacrum latitudinis immenſæ, *Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo.* Et etiam in aqua illa profuſa per miraculum à fonte ſui lateris; vt iterum atque iterum lauaret nos, & meliùs à vitiis emundaret; atque aqua ſuperueniente, vel ſimul emergente, quodammodo ſeipſum ablueret, vt vas quod volumus mundare, & Luſitanicè (enxagoar) à guttula & reliquia minori illius rei, quæ prius illic fuerat; vt reſtaretur in ſe nihil perutile habuiſſe, quod nobis non dediſſet.

Apoc. 1. 15.

Ioan. 19. 35.

28. O vnicum per hæc omnia Eccleſiæ Sacrificium! cuius raritas ſingularis, ſingularitáſque rara in eo ſimul lucet, quod alia B tractu immenſo & infinito ſupergreditur, in offerente, & re oblata; nec non pariter in modo oblationis rei eiuſdem; qui ſimpliciſſimus, mundiſſimus, facillimuſque eſt: & in Chriſti Paſſionis repræſentatione meliori, quam in ſanguine alieno antiqua Sacrificia dumtaxat denotabant; hoc verò in Chriſti proprio cruore nobis exhibet. Cuius raritas Sacrificij hoc vno confirmatur, quia illo quæque alia Sacrificia euanuere; cum tamen valde fuerint à cunctis frequentata. & vt illa in quibus cultus Dei maximus fulgebat, in pretio magno habita. Non enim iam inuenies Gentiles qui ſacrificent, hac voce terrefacti; *In omnem terram exiuit ſonus eorum; & in fines orbis terræ verba eorum.*

Cur hodie præter Miſſam non detur Sacrificium in cunctis nationibus.

Pſal. 18. 5.

Nec Iudæos, cum impensè hoc ipſum ſemper C aueant; pecuniiſque præpolleant; qui poſſent hoc à multis nationibus inter quas verſantur, obtinere; & ab illis per quàm maximè, qui volunt cum Caluino Eccleſiæ Sacrificium omnino eradicare. Nec illos qui Agareni, ſeu Iſmaëlitæ nuncupantur, & hodie tam diffusè per orbem dominantur; cum originem ab Hebræis traxiſſe magnificant, & ipſorum Circuncisionem vnanimes obſeruent. Cur ergo ſaltem iſti tam vaſti mundi Domini, Sacrificia ſuę ſtirpis non iterum renouant? inſtaurant? & concelebrant? Dicunt ne, ſicut hæretici, quòd Crucis Sacrificium omnia alia, cum vel ipſo Euchariſtico, deleuit? Nil minùs Chriſti nominis his æmulis proteruis in mentem ſuam venit; ſed venit tempus iam, quo iuxta Malachiã omni loco & quouis D loco offertur Deo noſtro in noſtro Sacrificio oblatio per quàm munda. Quid etenim tam mundum ex forma Sacrificij, quàm illud in quo adeſt Diuinitas Dei Filij, & humanitas illius deſumpta à Matre Virgine? Vel etiam quid tam mundum ex materia exteriori, quam oblatio facta in pane & vino ſuper linteum, non autem ſuper ſericum, vel aliam quamuis mappam munditiæ non tam proximã? Quo Sacrificio in toto mundo Sacrificandi ritus ſiluit, obmutuere quęque Hoſtiæ; ceſſarunt noctis tenebræ, euanuit vmbra legis repletæ mille nubibus vmbrarum figuralium; lux autem vera & pura, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum iſtum, irradiauit orbem

Malach. 1. 11.

Ioan. 1. 9.

taliter,

Digitized by Google

taliter, vt homines nequaquam permittat ſecus facere; imò potiùs recognoſcant vel etiam reluctantes vniuerſitatem & ſingularitatem Euchariſtiæ Sacrificij.

Crematio Thuris hodie cur dicta Sacrificium.

Dices, olim thus crematum, vt ſupra delibauimus fuiſſe Sacrificium; atqui hodie decantatur cùm cereus benedicitur; *Suſcipe Sancte Pater incenſi huius Sacrificium veſpertinum*; Ergo aliud præter Miſſam perdurat Sacrificium in orbe Chriſtiano. Verùm facilè reſpondetur hoc dici latu modo, de Sacrificali, & cæremonia annexa Sacrificio; vt deducitur non malè ex Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 2. ſi aotem plus obiicias, Sanctiſſimam Euchariſtiam, in ratione Sacramenti, vt etiam in Sacrificij, rem eſſe perfectiſſimam, quare ſi Chriſtus in Eccleſia B plura condidit Sacramenta, ſic etiam & Sacrificia debebat plura condere, vt æquè & adamuſſim Dei cultus reſplenderet; Ad huc tibi reſpondebo Sacraměta ad iuſtificationem Fidelium deſtinari; quæ variis modis fit, generatione, augmentatione, & aliis, quibus homines pro variis occaſionibus, ſtatibúſque indigent; ac ideo conuenientiùs diuerſis Sacramětis eiſdem prouideri: quod ſanè in Sacrificio diuerſo vadit tramite; cum iſtud ad Dei laudem ſupremam dirigatur; cui Euchariſtiæ Sacrificium, tam ex materia, quàm ex forma illius, paulò ſupra à nobis memoratis, non ſolum eſt conſcutaneum, ſed prorſus adæquatum. Addatur, Euchariſtiam Sacramentorum finem eſſe; quæ quidem Sacramenta, cum media ſunt ſalutis, multiplicari congruebat; nam C media multa ſemper in rebus quibuſcúnque; non autem hoc Sacramentum, quod finis eſt cunctorum, & finis naturaliter non poteſt duplex dari; Suarez de Euchariſt. diſp. 74. ſect. 4.

Sacramenta cur nunc multa; at Sacrificium tantùm vnum.

Suarez.

29. Hæc omnia ex parte Chriſti, ex parte verò legis, vt dixi, Chriſtianæ, nil minus patens eſt, Sacrificij tantùm vnici oblationem neceſſariam; quia cruenta Sacrificatio materialis cum ſit tota, ſubtilitatem legis gratiæ, non litera occidenti, ſed ſpiritu Dei plenæ, nullatenus decebat; imò alia à functionibus corporeis eleuatior, à ſenſibus abſtractior. Vlteriùs, quòd Eccleſiæ ſummopere eſt conueniens, vt illud Deo offerat quod habet in ſe maius, & cunctis rebus aliis longiſſimè excellentius. Nam quem- D admodum ad ſubſtantiam Religionis verè attinet oblatio Sacrificij, ſic ad huius perfectioně æqualiter ſpectat, illius ſumma bonitas; hæc autě eſt in Eccleſia Chriſti corpus atque ſanguis; ex quo ideo conueniebat offerri Sacrificium; cum nullum pro re iſta fuiſſet inconueniens, quod poſſet impedire oblationem Chriſti corporis, vt hominis alterius, iuxta diſcrimen de hoc ſupra allatum, & explicatum. Ita Suarez de Euchar. diſp. 75. ſect. 1. ſed priùs vir Seraphicus in Breuiloquio p. 6. cap. 9. ſatis latè; & de præparat. cap. 7. huiuſmodi ſe habens: *Sicut cura eſt Deo de corpore animalis cuiuſcunque, prouidere illi cibum conuenientem; ſic cura eſt eidem de alimento nobiliſſimi corporis myſtici, quod*

Sacrificium [illegible] melius cur de corpore eſſe Chriſti oportuit neceſſariò.

Suarez. Bonauent.

A *eſt Eccleſia; cuius Chriſtus Filius Dei eſt caput & alimentum; nec aliunde debet vegetari & viuere, niſi à capite ſuo; vt omnia membra ſibi inuicem cohærentia, in vno Chriſto capite, vno ſpiritu; & amore vniantur, per hoc Sacramentum vnitatis & pacis.*

Abelis atque Chriſti ſimilitudo in Sacrificiis.

Hîc thematis vtriuſque concordia ſeſe offert; dum agnum Abel litauit pinguiſſimum cunctorum; *De primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum*; & Eccleſia de campi ſui pinguiſſimo frumento; quod ſimul eſt Dei Agnus, & eius vnigenitus; ac primogenitus Mariæ puerperæ illibatæ. Non quòd illa filios alios genuerit corporaliter, ſed quòd eos ſpiritualiter progenuerit in Chriſto, qui *primogenitus in multis fratribus* vocatur per Apoſtolum. Vnde & omnes Chriſti B fratres, Mariæ filij ſunt; & illa Mater inclyta filiorum tam multorum, quos potuit virgo parere; nam debebatur Matri Virgini maternitas tam ampla cunctorum ſelectorum. Quos peperit nihilominus doloribus immenſis, ſub prælo diræ Crucis, cùm in perſona Euangeliſtæ ſuſcepit filios alios; vnde merito tunc mulier communi voce dicitur, cùm angoribus non communibus nec communi parturitione communes fudit filios. In cuius iam figuram appellabatur primogenitus, & pretio redimebatur in lege per parentes, quicúnque prior matri in populo erat filius; quantumuis nullus alius hunc primum ſequeretur. Quod pretium loco alio ſiclorum quinque dicitur. Nam & Virgo pretio ac cenſu dolorum quinque C ſenſuum ſuper Crucis Chriſti tabulam ab ipſa ſolutorum, redemit Redemptorem; qui ibi quinque plagis redemit totum orbem; & Chriſtus illic fuit primogenitus effectus prædeſtinatorum vniuerſorum, per ſanguinem Dei Agni ab Erebo erutorum.

Gen. 4. 4.

Luc. 2. 6.

Rom. 8. 29.

Ioan. 19. 26.

Maria mater omniũ bonorum iuxta Crucem; & Chriſtus ibi factus primogenitus eorum.

Exod. 13. 13.

Num. 3. 47.

Hoc autem modo alio à nobis ponderatum, enixu vehementiſſimo Chriſtiani Sacrificij, quod de Filio ſuo factum, ei dedit filios tot; vt ſcias quàm proficuum ſit noſtrum Sacrificium, in quo mors vnius Filij tam multos dedit Virgini; qui moriens velut triticum vt dicitur in Ioanne, tam plures filios protulit; & etiam priùs moriens in tritici myſterio, iam inde ſuam mortem vberrimam ſignauit; & fore, vt velut triticum hæc ſemper ſereretur, celebraretur, D ederetur; licet vnum tantùm fuerit, & ſingulare Sacrificium.

Ioan. 12. 24.

30. De quo vnico & vnigenito Eccleſiæ Sacrificio, vbi cuncta Sacrificia antiqua continentur, & myſteria quondam acta leguntur, vt in libro fideliter ſcripto, & apprimè caarato, ſic Buſtus deuotiſſimus Roſar. 1. p. ſer. 39. *Chriſtus crucifixus liber vitæ eſt, in quo omnes poſſunt legere legem abreuiatam; quia ipſe Dominus in Cruce perfectionem totius legis, & omnes Prophetias, ac promiſſiones adimpleuit; & in eo tota Biblia, atque omnes animæ noſtræ ſcientiæ neceſſariæ faciliimè addiſcuntur; ſicut eas addiſcerunt Bernardus & Franciſcus, qui in locis ſolitariis in Cruce meditando, magnam ſcientiæ profunditatem ſunt nacti & conſequuti. Quod autem Ieſus Chriſtus Crucifixus*

Buſtus.

Chriſtus crucifixus liber ſcriptus & quomodo, ac quam optime.

liber ſit, clariſſimè pateſcit: ſicut enim libri ſiunt de pelle agni bene raſa, ligata duabus tabulis, & nigris atque rubris ſcripta characteribus, ita Chriſtus, qui eſt Agnus abſque macula peccati, ad modum libri etiam e ſua Cruce pendet; pelle ipſius per pilorum depilationem verè raſa, veſtimentis ſpoliata; & inter duas tabulas ligata & conclauata; nec non literis ſcripta tam nigris, quam & rubris; nigris quidem propter ictus multiformiter acceptos, rubris autem propter plagas in principalibus ſui partibus, vi in principijs capitulorum crudeliter impreſſas. Mirus liber, quem addiſcens ſapientiſſimus euadet; vnde Apoſtolus dicebat; Non iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum.

1. Cor. 2. 2.

31. Sacrificij viden vnici vnicam etiam veritatem? Sed ſi vnicum, cur in duas, cruentum & incruentum diuiſum ſimul formas? vel facies tam diuerſas? quod tituli præſentis exiſtit pars ſecunda. Quia & iſtud rei natura & neceſſitas Sacrificij Eccleſię congruentis poſcebant vniformiter; vt vnum, duplexque ei foret Sacrificium; alterũ quidem ad aperiendum occluſas cæli portas, quę Adę per delictum manſerunt obſeratę; alterum verò ad applicandum iſtius Sacrificij quodcũnque nobis meritũ. Nihil enim valet porta patenter reſerata, niſi hominis ingreſſus in illam dirigatur, & greſſus applicentur; nec aqua pari modo in lacubus detenta, niſi hominum per induſtriam exinde deriuetur. Sicque ſalus per Dei Filij iam mortem cunctis patula, nulli proficit, niſi mors eiuſdem Redemptoris per Sacramenta accommodetur, & aqua illius gratiæ ad ſingulares applicetur.

Cur oportuerit eſſe duplex Eccleſiæ Sacrificium.

Pro quo notandum eſt, Dei Filij Paſſionem directè contra culpam fuiſſe originalem, & contra culpam Adæ, quæ clauſit paradiſum, & gladium, ac Cherubim ad cuſtodiendum lignum vitæ ibidem collocauit; vt per ſanguinem Diuinum & melior paradiſus, & aliud quoque lignum pręſtantiùs patefieret; quemadmodum pulcherrimè ſcribit D. Thom. 3. p. q. 1. art. 4. & q. 49. art. 5. At verò contra crimina & noxas actuales non fuit primò primum ordinata Chriſti mors; nam ſufficiens etſi fuerit ad omnes redimendos, & cælo introducendos, non tamen fuit efficax, & applicata ſpecialiter ad aliquem ſaluandum; ita vt tandem neque latro in Cruce raptor cæli, efficaciter à Chriſti ſaluatus morte ſit; niſi quatenus virtutes Theologales atque reliquas in ſua mirè exercuit. Vnde ait D. Paulus; *Habemus fiduciam in introitu Sanctorum, in ſanguinibus Chriſti.* Fiduciam; at non firmatam & fixam certitudinem; quia Chriſti Paſſionis alicui non ſunt merita ſpeciatim deſignata, ſed cunctis generatim, vt poſtea per illius applicationem peculiarem fruamur eius pretio. Non enim proſunt cuique communia emolumenta, medicamentáque generalia quantũuis probatiſſima, ſeruata in apotheeis, alicui niſi ſint, vt dictat ipſa ratio, ſpecialiter adhibita, & ſcitè ac tempeſtiuè applicita & appoſita. Vbi quidem in illo verbo *In introitu Sanctorum* comparatio portæ patet à nobis concinnata; & *In ſanguinibus Chriſti*; applicatio illius ſanguinis.

Peccatum cõtra quod primariò Chriſti Paſſio.

D. Thom.

Hebr. 10. 19.

Cur Chriſti mors in genere non proſit in ſpecie, niſi applicata ſpeciatim.

32. Verùm iſtam applicationem, placationem Dei vindictæ exiſtere ne dubites; cum applicatio Dei virtutis ſine iracundia Dei placata, offendi nunquam valeat. Placationem verò Dei per Sacrificia tantùm dari, ſuperiùs demonſtrauimus; quia Sacrificia Deum placant, & per qualitates explicatas n. 1. cum. 13. ad veniam Deum flectunt; & cum ad pietatem inclinant verſus homines. Sed Euchariſtia tantùm hodie in mundo eſt Sacrificium ſupra. n. 28. Ergo ſolum per Euchariſtiam adhiberi poteſt validè hæc optima applicatio; idque triplici ratione, vrgente & rem præſentem perſpicuè concludente.

Cur Sacrificium mortis Chriſti per Euchariſticum vt proficiat, ſit applicandum neceſſariò.

Prima, quia Chriſti Paſſio cum virtus ſit Diuina, non poteſt niſi ab alio Diuino Sacrificio & æquali interceſſore, iuxta ea quę ſunt dicta n. 22. in fine, accommodari, & applicari; Atqui nullum Sacrificium ęquale eſt Paſſioni, præter iſtud in quo Paſſio quotidie renouatur; ergo illud per hoc debet conuenienter adaptari. Quod Chriſtus non obſcurè in Euchariſtiæ inſtitutione Fidelibus aperuit, imò potiùs apertiſſimè in illo demonſtrauit; dum immediatè poſtquam dixit; *Hoc eſt corpus meum; hic eſt ſanguis meus*; præſcripſit, & adiecit; *Hoc facite in meam commemorationem* Vt ſcilicet per incruentum & iuge Sacrificium, cruentum Chriſti ſemel pro cunctis immolatum, applicaremus, & traheremus perſonis ſingularibus, cum generalia non proficiant, niſi ſpecialiter appoſita. Vnde etiam neque genus in Philoſophia quidquid prodeſt per ſpecies niſi ſit, & ſpecies per indiuidua, quę planè ſunt ſubiecta omnino ſingularia, diuiſum, & diſtributum; quare & rerum definitio non tantummodo per genus, ſed per genus & differentiam formari cunctis liquet.

Matt. 22. 19.

Vbi Miſſa vt Sacrificium quotidie Deo offerri perſpicuè iubeamur.

33. Secunda, quia præceptum expreſſum in verbo *Facite*; *Hoc facite in meam commemorationem*, tam in literis humanis quàm priùs in Diuinis inducit Sacrificium, in humanis teſte ipſo fulgore Mantuanu in Ecloga ſic. 3.

Vt facere Sacrificare ſit literis in vtriſque.

Cum faciam vitula, pro frugibus, ipſe venito. Virgilius.

Et Iuuenali ſatyra. 9.

Pro populo faciens? quantum Lanſella bibebat. Iuuenalis.

Nec non Plaut. in Stich. Act. 2. ſcen. 1.

Iamne exta cocta ſunt? Quot agnis fecerat? Plautos.

R. *Illa quidem nulla Sacrificauit.*

De quo iterum loquendum Enar. 25. Vltra ea quę Plutarchus in q. q. conuiualibus lib. 8. cap. 8. adducit de hac re, & Briſſonius lib. 2. de formul. Romanorum. Adeò vt Carnifex ſit dictus, qui carnes ad Sacrificia Diuina faciebat, & pecudes interficiebat pro aris deſtinatas.

Plutarchos. Briſſonius.

In Diuinis verò literis Leuit. dicente *Faciet Holocauſtum*; & cap. 15. n. 15. *Faciet vnum pro peccato & alterum in Holocauſtum*; & cap. 23. n. 24. Numer. cap. 6. n. 8. & 14. n. 28.

Leuit. 9. 16.

3. Reg.

3. Reg. n. [illegible] & 18. n. 23. *Ego faciam alterum bouem.* Quibus locis concors eſt Propheticum ſuffragium; Oſeæ 2. n. 8. & Ezech. 46. n. 2. necnon etiam Euangeliſtarum in verbis S. Lucæ; *Duxerunt eum in Ieruſalem, vt ſiſterent eum Domino; & facerent ſecundum conſuetudinem legis pro eo.* Vnde patet hanc ſententiam. *Hoc facite in meam commemorationem*, Sacrificium ſecum ferre; & Sacrificium quotidianum, in commemorationem cum præſentia eiuſdem Chriſti corporis; & propterea in applicationem perfectam illius pretij; quotidianam verò quia, cum cruentum ſemel tantùm Sacrificiū de Chriſti corpore extiterit oblatum; non de illo, ſed de iſto omnimodè incruento procedit verbum *Facite.* Et rectè, nam Sacrificio generaliter oblato, oportuit eſſe aliud ſpecialiter applicitum, pro ſingulis, & peccatis illorum ſingularibus.

Leuit. 2. 27.

Quæ omnia confirmantur à bina lectione quæ non modico myſterio in Luca ſic eloquitur; *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur. Hic eſt calix nouum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis effundetur.* Vbi per verba de præſenti, & poſtea de futuro Euchariſtia nobis traditur. Non quidem vt præcedentia corrigantur à ſequentibus, & de Sacrificio tantùm Crucis futuro elucidentur; vt hæretici correctores verborum Dei exiſtimant: hoc enim riſu dignum, & obſtans Cypriano, qui cum adeo priſcus ſit, & ſcriptor vndequáque tam ex vitæ quam ex linguæ nitore nobiliſſimus lib. 2. Epiſt. 3. hanc duplicem loquendi iam formulam veriſſimâ dignouit & expoſuit: ſed vt ſententia de præſenti intelligatur de præſenti in incruento Sacrificio exhibito in Cænaculo; & ſententia de futuro, de futuro Sacrificio in Cruce conſummando. Vel certè quod peramplius auxiliatur veritati, vt vtrumque de Sacrificio procedat Euchariſtico; nimirum verbum *datur* prolatum de præſenti, de Apoſtolis præſentibus; & *effundetur* de futuro, de omnibus abſentibus, qui eſſent per hoc Sacrum à noxis emundandi. Quod ſanè Matthæus roborat adiiciens huiuſcemodi; *Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum*; id eſt, non tantùm in portæ paradiſi apertionem, nec etiam in remiſſionem peccati generalis, reatus qualis eſt peccati originalis, contractus, & traductus ab homine priori, & vſque in Chriſti mortem à nemine enodatus; ſed potiùs in remiſſionem peccatorum ſingularium, quorum vincula per Miſſæ applicationem diſſoluuntur. Nec voces illæ duæ *Quod pro vobis datur*; *Qui pro vobis effundetur*; non *vobis*, ſed *pro vobis*; de re aliqua à Sacrificio pro hominibus oblato, diuerſa poſſunt bene & verè interpretari. Fuiſſe verò in pane peractum hoc Sacrificium, colligitur exinde, ac vltimò firmatur; quia tres Euangeliſtæ priores, atque Paulus narrantes hoc miraculum, vtuntur verbo *Fregit*; quod dicitur de pane; Actor. cap. 20. & Iſai. 58. nec Chriſtus fractus eſt in Crucis Sacrificio,

Luc. 22. 19. & 20.

Euchariſtia cur de præſenti & de futuro promittatur.

Cyprianus.

Matt. 26. 28.

Actor. 20. 7.
Iſai. 58. 7.

de quo Ioannes ait; *Ad Ieſum autem cum veniſſent, non fregerunt eius crura, vt impleretur Scriptura; os non comminuetis ex eo, &c.* Quare tantùm de Euchariſtico hæc debent explanari.

Ioan. 19. 33. & 36.

34. Tertia tandem quia ſemper inoluit in Eccleſia, vt pro hominū peccatis hoc Miſſæ Sacrificium vbique litaretur: quemadmodū ex liturgia Iacobi palam fit; ex Andræa qui Dei Agnum quotidie ipſi offerebat; & ex cunctis primitiuæ Eccleſiæ teſtimoniis, quæ ponderant quàm valde. A quo tempore eleuatur in altū res oblata, ac primum conſecratur, vt Deum complacemus; & pacem ac Regnum perditum hoc medio conſequamur; qua de re Bonau. explanans verba Canonis *Rationabilem, acceptabilē. Item extollitur Hoſtia* (ſcribit Sanctus iſte) *ad obtinendum omne bonum, præſertim pacem & charitatem; quoniam per Crucis ſanguinem pacificauit Chriſtus ad Coloſſ. 1. ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt. Et ad retinendum ius quod in cælum habemus; quia vita æterna iuris noſtri eſt; & ad hoc confirmandum eleuamus priuilegium noſtrum, id eſt, Chriſtum pro nobis paſſum.* Perpende verba vltima priuilegij & Chriſti paſſi; nam priuilegij charta candida in Hoſtia Chriſtus eſt, ac pariter ſub forma incruenta verè paſſus; quibus debent copulari quę de Chriſti Paſſione ſic protulit Bernardus. *Reſpice Domine de Sanctuario tuo & de excelſo cælorum habitaculo tuo, & intuere hanc Sanctam Hoſtiam, quam tibi offert magnus Pontifex noſter, puer tuus Dominus Ieſus, pro peccatis fratrum ſuorum; & eſto placabilis ſuper multitudine malitiæ noſtræ. Ecce vox ſanguinis D. N. Ieſu Chriſti clamat ad te de Cruce. Reſpice Domine in faciem Chriſti tui, qui tibi vſque ad mortem obediens factus eſt, nec recedant ab oculis tuis cicatrices eius in perpetuum; vt memineris quantùm ab eo pro peccatis noſtris acceperis. Vtinam Domine appendas in ſtatera peccata noſtra, quibus iram meruimus, & calamitatem quam pro nobis paſſus eſt innocens filius tuus. Certè grauior apparebit, & magis digna, vt propter ipſam effundas ſuper nos miſericordiā tuam, quàm ſuit illa, vt pro peccatis noſtris contineas in ira tua miſericordias tuas.* Quid ad Deum mitigandum per Miſſæ Sacrificium, & ad ſanguinem Filij eius applicandum per eandem, vel pulchrius, vel germanius?

Sacrificium Miſſæ ſemper in Eccleſia frequētatum.

Cur Hoſtia conſecrata in altū mox leuetur.

S. Bonau.

Coloſſ. 1. 20.

S. Bernard.

Pro Hoſtia ſubleuata deuota deprecatio.

35. Meritò igitur hoc Sacrificiū & vnum, & duplex eſt; tā ſemel immolatum ad cælum aperiendum, quàm iugiter oblatum, ad homines in ipſum per remiſsionem peccatorum ſuorum introducendū. Nec enim in cælum iretur, ſi adhuc fores eius vt olim clauſæ eſſent, vel ſi ſpiritus euntes polluti inuenirentur; *Via illa ſancta vocabitur, non tranſibit per eam pollutus.* Nec obſtat hæreticorum obiectio puerilis, dicentium hoc Sacrificio abolendum Crucis fore, ſi etiam ſicut illud omnino verūm foret. Eſſet enim ſicut aliud, infiniti quoque pretij; & infinitū per ſe ſubſtat, nec aliqua re eget. Nam inde ſequeretur quocúnque Chriſti opere, actione ve minori, excuſari & propulſari remedium Chriſti mortis; cum omnes eius

Cur duplex neceſſariò Sacrificium Chriſtianum.

Iſai 35. 8.

Digitized by Google

actus valoris planè immenſi fuiſſe non ſit A dubium. Atqui nullus hac de cauſa abegit Chriſti necē, ergo etiam à fortiori nec noſtrum Sacramentum; quantumcúnque Paſſionem præceſſerit in tempore. Ita enim Deus in iſta inuiolabili & ſempiterno decreto conſummationē Redemptionis collocauit, vt ab ea illius opera, quæcúnque tu conſideres, pendere deſtinauerit, & ab ipſa ſuum effectum ſortiri conſtituerit.

Quapropter ante illam Euchariſtiæ Sacrificium non fuit meritorium, nec etiam ſatisfactorium pro remiſſione peccatorum; ſed ſicut, pro nunc eſt, imperratorium & propiriatorium per modum applicationis; ſatisfactionem Redemptoris ab Incarnatione initiatam, & in Paſſione terminandam, hominibus accommodans; velut ante Paſſionem Baptiſmus inſtitutus, ac ſimul miniſtratus applicabat Chriſti merita, in Paſsione conſummanda.

Euchariſtia cùm inſtituta, & qualis nunc ſit meriti.

VT VTRVMQVE SACRIFICIVM, CRVENTVM, & incruentum, tam in materia, quàm in forma, Dei Filium Chriſtum Dominum egregiè deſignarit.

36. QVÆSTIONEM primo loco de cruentis & incruentis intelligo antiquorū. Nam ſi iſta bene Chriſtum ante Chriſtum depinxere, neceſſariò multò meliùs præſtiterint hoc ipſum cùm Chriſtus ſeſe nobis in Cænaculo & in Cruce vtróque modo dedit. Et vt omnia qua debemus libemus breuitate, de tribus quadrupedibus, bobus, ouibus, & capris; de volucribúſque tribus; videlicer de columbis, turturibus & paſſeribus fiabant Sacrificia; quę omnia non obſcurè effigiabant Redemptorem; vt viſum Bernardino in ſuo tom. 3. ſerm. 43. Ex bobos nanque fuit ſaginatus ille vitulus, quem Pater pientiſsimus occidit nato prodigo, bonorum ſibi à Deo datorum deſtructori, & corporis ac animæ ſubſtantiæ conſumptori; ex ouibúſque agnus, qui tollit peccata mundi; & tandem ex capris hircus, qoi crimina portabar, & quem etiam pro peccato offerre lex iubebat; Leuit. cap. 4. n. 23. cum aliis multis locis cap. 9. 10. & 16. & cap. 19. Columba in charitate, impenſa verſus filios, & ſocios dilectiſsimos; in caſtitate turtur neſcia coniugij repetiti, vt ait. D. Tho. 1. 2. q. 102. art. 3. ad. 2. & item paſſer vilis; vel ſaltem contemptibilis in ſui paupertate, & lepræ infirmitate, qua viſus eſt leproſus. Erat enim paſſer pauperis, leproſique oblatio; vt diximus ſuperiùs.

E quibus nā peracta cruenta Sacrificia.

S. Bernard.

Chriſtus vitulus, Agnus; caper.

Luc 15. 23.

Ioan. 1. 29.

Leuit 4 23.

Chriſtus columba; turtur; paſſer.

D. Thom.

Iſai. 53. 4.

Supra. n. 4.

Nec debet hoc in loco Sacrificium prætereriri, quod ſignatè pro leproſo de paſſeribus duobus in lege immolabatur; qoorum vnus mactabatur, & alius tingebatur in ſanguine mactati, ac poſtea velut antea illæſus ſoluebatur, & liber mittebatur; vt in agrum quò daretur, lætiſsimè auolaret. Qui paſſer ſi recenter comprehendi contingebat, habebatur magno pretio, & à Iudæis deuotioribus ac obſeruantioribus legis ſuæ quàm maximi fiebat; vt ille, qui nuperrimè Dei fuerat in ara, & à ſanguine immolati exutus non dum erat. Sacrificium nanque Chriſti cruentum & incruentum duo paſſeres fuere oblati Deo ſimul; id eſt, eodem die ſolemniter litati: alterum quidem feria quinta occaſum poſt Solarem; ex quo rempore B dies ſequens in feſtis tam antiquitus quàm hodie computatur; alterum verò feria ſexta in ipſo diei apice; hoc ſanè multo ſanguine perfuſum & cruentatum; illud autē eodem ſanguine imbutū & delibatum, per agrúmque latiſsimū dimiſſum mundi huius; *Hæc quotieſcúnque feceritis, in mei memoriam facietis.* Quod poteſt ſic inuerti; *Hæc vbicúnque feceritis, in mei memoriam facietis*; iuxta celebre ac vulgatum Prophetę Vaticinium; *Ab ortu ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in Gentibus; & in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda; quia magnum eſt nomen meum in Gentibus, dicit Dominus exercituum.* Quo tantum reuerentię acceſsit Euchariſtię ex eo quia prorſus in ipſo Sacrificio C cum illo Crucis fuerat; non adeo illius ſanguine inuncta & delinita, ſed penitus immerſa; *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis traditur. Hic eſt ſanguis meus qui pro vobis funditur in remiſsionem peccatorum.*

Leuit. 15. 4. & 7.

Euchariſtia duorū paſſerum qua via Sacrificium.

Euchariſtiæ vnde per orbem tam mira reuerentia.

Malac. 1. 11.

37. Qua via de Minorum Seraphico Parente nonnihil, nec profectò tacendum aut contemnendum, dicendum ſeſe offert; circa honorem quod eidem per omnes mundi plagas frequenter exhibetur. Vnde enim paupertatis Antiſtiti & patrono, apud omnes vel ob id audienti ſatis malè, & inſuauiter olenti, per omnem mundi ambítum reſpectum haberi tantum, obſequium, cultum, & gratiam, exiſtimas, ac credis? ita vt regna Machometica peruadant eius filij, D perambulent omnigena, & multa tutò incolant? quin aliarum Religionum hoc audeant ſectatores? imò factum, vt aliquoties Religioſi quiqui alij pro Franciſci vili habitu dimiſerint & commutarint libenter ſuom proprium, quò poſſent hocce aſtu deludere infideles, & inter eos commoditate propitia commorati? Inde certè, quia noſter pauperrimus fundator, in paupertie, & in ſpecie, coloréque externo abiectus fuit paſſer, Sacrificij noſtri ſanguine linitus multiformiter; & in ſubſtantia interiori eidem tam coniunctus; vt dicat cum Apoſtolo, *Chriſto confixus ſum Cruci; viuo ego iam non ego; viuit verò in me Chriſtus.* Cum Chriſto fuit mirè confixus Sanctus iſte, & non ſolùm

Franciſci mira laus; & vnde ei mira gratia fideles apud omnes.

Galat. 2, 19.

ſolùm illius ſanguine in ſtigmatibus perunctus, ſed etiam ſicut paſſer ſodalis Sacrificij per mundum viuens miſſus; nam ab imagine Crucifixi vocationis ſuæ initio audiuit hęcce verba; *Vade Franciſce, repara domum meam quæ labitur.* Et ideo tanquam à Deo per orbem ſic dimiſſus, non reperit in orbe infeſtum ſibi aliquem; quod plurimis ſucceſſibus eiuſdem Patriarchæ, ab omnibus verſatis in eius vitæ actis, firmari latè poterit. De Chriſto exponit Lyra Pſalmographi ſententiam; *Factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto*, & meritò cum Pſalmus ſit pauperis oratio, vt dicitur in titulo: ſed ſi charitas eſt tectum quæ operit ſuapte in verbis Apoſtolicis multitudinem peccatorum, dicamus de vtroque; *Factus ſum ſicut paſſer ſingularis in amore*, & in illa charitate, qua amari à cunctis debent, qui pro cunctis fuere vnà in Crucis Sacrificio.

Pſal. 101. 8.

Incruenta Sacrificia ex quibus quondam rebus.

38. Sed incruenta nihil minus ſignificarunt Chriſtum Dominum. Ex quatuor nanque fructibus, & prouentibus terrenis hæc Deo litabantur; nimirum ex illis rebus quæ erant vel in cibum; vel in potum; vel æqualiter in eſibilium condimentum; vel in hominis medicamentum, vt docet D. Tho. 1. 2. q. 102. ar. 3. ad 13. & præcipuè ex panis quauis materia ac differentia; qualiſcunque fuerit iſta, ad eſum tamen apta. Qui quidem in ſui ipſius ſpeciebus multiformibus egregiè Filium Dei, qui panis viuus eſt, deſcendens à cæleſtibus, venturum demonſtrabat. Fuit enim Chriſtus panis contentus in ſpica, pro naturæ legis tempore, primorum in Fide Patrum. Deinde panis iam in ſimila & ſarina, durante lege ſcripta; in doctrina bene mollita Sanctorum Prophetarum. Ac tandem panis apprimè ſubactus & decoctus; id eſt, igne Spiritus ſancti in vtero Virgineo mirabiliter formatus, ac laboribus quammultis recoctus quoaduixit, vnde ait per Pſalmiſtam; *In laboribus à iuuentute mea.* Et in morte tandem toſtus in veru ſuæ Crucis, vel frixus in ſartagine ipſius tormentorum, quæ oleo amoris ſui & igne cruciatuum ſummopere exarſerunt; quare dicitur in Pſalmo; *Oſſa mea ſicut cremium aruerunt*; quod alij ſic inuertunt; *Sicut in frixorio confrixa ſunt.* Hucuſque D. Tho. art. allegato in reſp. ad 12. Poſt Sacrificia verò panis, in poculentis multò crebriùs ex vino quondam iſta, quod ſanguinem Redemptoris fundendum deſignabat. At ex medicamentis vſitatius, ſolemniúſque incenſum, quod odoratiuum ſine aliqua mixtura planè eſt, & conſolidatiuum noſtri corporis, fracturis cum laborat; deuotionem in Chriſtum noſtram teſtificans hac via, & nos cum ipſo Domino mirificè conſolidans: D. Tho. loco proximo in reſp. ad 13.

D. Tho.

Quot modis Chriſtū panis antiquitus ſignauerit.

Quot modis panis Chriſtus pro triplicis legis tempore.

Pſal. 101. 4.

In Sacrificiis cur antiquitus tam vinū, quàm incenſum.

Nec ex formæ ratione exprimebant Chriſtum minus antiqua Sacrificia. Holocauſta nanque tota incendio conflagrantia, ſuccenſum totum Chriſtum amore Dei & hominū clariſſimè indicabant; quo igne ſic precatus in principio Sacrificij pro ſuis

A inimicis, *Pater dimitte illis, quia neſciunt, quid faciunt*, pro ſe autem in eius fine; *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum.* Quaſi eum plus amoris comboſerit incendium, quàm Holocauſti exterioris. Hoſtia autem pro peccato in Chriſtum ferebatur; quia ipſe *Factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ.* Et Pacifica neqonquam à Chriſto elongabatur, Apoſtolo affirmante; *Habemus fiduciam per ſanguinem eius, in introitu Sanctorum in gloriam cæleſtem.*

Luc. 23. 24. & 46.

Hoſtia pacifica & pro peccato vt Chriſtum deſignarint. Hebr. 10. 19.

39. Addatur, in Euchariſtia vniuerſa Sacrificia antiqua contineri, excedi, & ſuperari. Nam ſi primum cognomento Holocauſti celeberrimum, gratiarum tantùm erat; & propterea quondam dictum honorarium, & Euchariſticum; quod ſonat ple-
B num gratiis, quod Sacrificium tam Euchariſticum ſicut illud vbi adeſt tam culpę condonatio, quàm gratiæ ſcaturigo?

Antiqua Sacrificia vniuerſa in Euchariſtia; & Holocauſtum primo loco.

Si ſecundum pro peccato, vel propitiatorium, quia Deum ad peccata condonanda propitium faciebat; quid nobis tam propitium, & propitiationem ſecum parans, quàm illud Sacrificium quod remiſſionem peccatorum adducit naturaliter: *Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.* Et quod iſtam ſecum ferre rationi decens erat; ſcribit enim Paulus; *Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur, in his quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & Sacrificia pro peccatis.* Quare ſicut Sacerdotium nobiliſſimum inſtitutum in lege Chriſti eſt, ſic
C etiam condecebat inſtitui Sacrificium, quod meliùs quàm ſub lege vigentia data Moyſi, pro culpis ſatisfaceret. Vlteriùs quòd quemadmodum præterita emundabant ſignificando Chriſti mortem tantummodo venturam, ſic præſens nos emundat hanc ipſam denuntiando feliciter tranſactam; ac ideomet feliciùs purificans & mundans. Vnde alia ex illo opere quod dicunt operantis, domtaxat ſoſpitabant; at verò noſtrum ex opere interno, & operato, ab operatione & immolatione ipſius Sacrificij reſultans infallibili effectu, ac certitudine; vt colligitur ex dictis, & dicitur apertè à Concil. Trident. ſeſſ. 22. Can. 2. & 3. nec non ab Auguſtino epiſt. 59. & lib. 1. contra Creſcon. cap. 25. & ſer. 31. de verbis Apoſtolicis; atque tan-
D dem ſuper Leuit. q. 57.

Matt. 26. 28.

Hebr. 5. 1.

Deinde Propitiatorium.

Conc. Trid. S. Auguſt.

Et ſi tertium Sacrificium impetratorium dicebatur; pacifica ſeu Hoſtia, pro obtentis, ſiue etiam pro obtinendis beneficiis Dei cultui delibata; hæc prorſus Euchariſtiæ magnopere conſentit; prima nanque pro obtentis (quæ magis Euchariſtica natura ſua eſt) tam nomine, quàm re accedit Euchariſtiæ, & illi ſummè cedit; eſt enim Sacrificiū, de quo antonomaſticè Dauidicum Pſalterium; *Sacrificium laudis honorificabit me; & illic iter quo oſtendam illi ſalutare Dei.* At ſecunda pro obtinendis, ei ſimul ſubſtituitur; quid nanque plus à Deo, quàm Filius Dei ipſius, valebit extorquere? Nam ſicut nunc in cęlo pro nobis Chriſtus orans, & ingenito patenti obijciēs mortem ſuam,

Et tandem impetratorium.

Pſ. 49. 23.

quàmmulta nobis impetrat; ſic idem Sacrificium, nimirum ſuæ mortis per Sacerdotes ſuos offerens, ipſum quoque interpetrationis aſſequitur ſubſidium, pro culpis neceſſarium; de quo lectu valde dignus eſt S. Auguſtinus lib. 11. cap. 8. de Ciuit. Dei; & aliqua quæ dabimus Enar. 25.

Car manus ſuper Hoſtias impoſitæ antiquorum; & hodie fiat iſtud in Miſſæ Sacrificio.

Ergo cuncta Sacrificia ad noſtrum reducuntur, & eminenti modo in illo contenta inueniuntur. Cui rei vltimæ ſubſeruit antiquus ille mos, quo in omnibus cruentis Moſaycis Sacrificiis offerentium ſemper manus ſuper capita victimarum imponeA bantur, obſeruantia ac ritu ſolemniſſimo; hoc autem fit in Miſſæ actione ſatis graui, decenti, & reuerenti; cum dicimus in illa; *Hanc igitur oblationem ſeruitutis noſtræ; ſed & cunctæ familiæ tuæ quæſumus Domine vt placatus accipias; dieſque noſtros in tua pace diſponas; atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari; per Chriſtum Dominum noſtrum; Amen.* Non ſolùm propter cauſam relatam quinto numero; ſed etiam ad innuendum per illa Sacrificia placari ſummum numen; vt aſſerit Suarez tom. 3. in 3. p. diſp. 84. ſect. 1. Suarez.

DE TRINA ET QVAMNOTANDA SACRIFICIORVM differentia; in illa quæ præceſſere aduentum Redemptoris; & in Cœnaculo atque Cruce per ipſum ſunt peracta; & in quibus ab his omnibus diſcrimen ſuum habeat nunc Miſſæ Sacrificium.

40. CONFVSIO res perturbat, diſtinctio verò poſcit, vt iſtam pro coronide, quo ad cuncta Sacrificia cum noſtro, quod nunc viget, ad inuicem collata, hoc loco coniungamus. Nam à tribus Sacrificiis præuentum Miſſæ fuit; nimirum à Sacrificiis, quæ Chriſtum præceſſere; à Cænæ Sacrificio, quod Chriſtus conſecrauit; & à Crucis quod in ea piiſſimè immolauit; in quibus autem Miſſa ab iſtis ſecernatur, vtcunque videamus.

Et quidem à Sacrificiis Dei Filium præcedentibus, in ſeptem valde miris diſcriminatur differentiis; ita vt quæuis differentia excellentia ſit ſuprema pro Miſſæ Sacrificio.

Sacrificium in quibus Miſſæ ab aliis quibuſcunque vel Cænaculi, vel Crucis diſcrimen ſuum habeat.

Prima claret in ſubſtantia, ipſius rei oblatæ; quia pecudes antiquitus irrationales litabantur; nunc verò Chriſti corpus; rationaliſque perſona; ſed inſuper & Diuina cum eo aſſociata.

Secunda in offerente, qui duplex nunc exiſtit; vnus viſibilis in Sacerdote; alius inuiſibilis in Chriſto; qui primariò & primo loco in ara ſemper offert; vnde Miſſa ſéper prodeſt ex opere operato; at priſca Sacrificia proficua tantùm erant ex opere operantis.

Tertia in ritu oblationis; qui differt ab antiquis; tunc miro modo ſordidus; nunc miro modo mundus.

Quarta in modo ſignificandi, quia illa Chriſti mortem futuram deſignabant; noſtrum verò iam præteritam; illa anxiè ſuſpiratam; hoc antem iam exhibitam; illà Chriſtum denotando in vmbris pecorinis; hoc vero Chriſtum dando in corpore veriſſimo, cum anima & Dei Verbo; illa gloriam mediatè interueniente & mediante Eccleſiæ Sacrificio, ſub illiſmet figuris, dumtaxat adumbrantia; hoc autem immediatè. Eſt enim ſancta Eccleſia inter gloriam & Synagogam ſtatus verè medius; vt alibi cum Dionyſio dixiſſe rectè memini.

Quinta, in ſacræ rei effectu & operatioB ne diuerſiſſima; quia ſalutem Sacrificia antiqua in noſtri vmbram ſignificabant & promittebant, quam tamen ſua propria virtute noſtrum exhibet, & ſoluit perfectiſſimè.

Sexta, quia copioſior eſt nunc effectus iſte, quatenus priſca Sacrificia peculiaria ſolùm erant, id eſt hominis, & vt plurimum, peculiaris tantùm populi, & apeculiari Sacerdote oblata ſummo Numini; noſtrum verò à generali, vniuerſalique Sacrificio, qui iugiter in Miſſa principaliter eſt Chriſtus; & hoc pro mundi omnis ſalute Deo litans; vt indicat quod dixit in inſtitutione iſtius Sacri: *Hic eſt enim ſanguis C meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.* Matt. 26. 28.

Septima, quia ſacrificantium & applicantium oblationem nunc maior eſt deuotio, quam fuit in veteribus; nimirum propter Fidei multimodum incrementum, repertum in lege noua; & etiam propter Fidem Eccleſiæ vniuerſalis; in cuius ſanè fide generaliter acceptæ, quod maximum eſt ſubſidium, offertur ſemper Miſſæ tremendum Sacrificium.

41. A Sacrificio verò Cœnæ non differt io re Miſſa; nam corpus vtrobique libatur Redemptoris, cum Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 2. ſed in aliis, vnde aliæ diuerſitaD tes quoque ſeptem reſultant in hunc modum.

A Cœnæ ſacrificio in quibus Miſſa diſcors.

Prima, quatenus illud Cœnæ peractum à Chriſto fuit, qui Deus & homo erat; hoc autem à ſolo homine; quantumuis illi Chriſtus inuiſibilis Sacerdos aſſiſtat indeſinenter, & cooperetur principaliter.

Secunda, quia Cœnæ primitiuum Sacrificium non potuit magno modo non eſſe meritorium, ſatisfactoriùmque identidem. Non quidem pro vt erat Euchariſticum ſimpliciter, hoc eſt, ſub vini & panis velamine occultatum. Nam cum Chriſtus naturali non eſſet ibi modo, non poterat naturales, nec proinde meritorias obire functiones, quas limitibus naturæ concludi

Meritoriã & ſatisfactorium vt Cœnæ ſacrificium.

palam

palam eſt; ſed vt erat prorſus idem cum Sacerdote naturali, naturæ & carnis inuicem commercio perduraote, quo caſu nullo modo induci poſſum, vt credam, quomodo fuerit pro nobis à via promerendi omnino ſeparabile. Miſſæ verò Sacrificium propitiatorium & impetratorium tantummodo dignoſcitur; non enim immediatè vt Eccleſiæ Sacramenta ad id ſtabilita, iuſtificat mortales, ſed Deum propitiando, ab eóque pro gratia futura conſequenda, fauores impetrando. Miſſa enim nihil aliud, quam realis eſt oratio, adiuta Chriſti corpore, & operatio deprecantis; ſeu actio ſupplicantis; oratio verò impetrat, demulcet, & propitios conſtituit altiores qui precibus quæruntur & poſtulatis caorantur. Vlteriùs, quòd quemadmodum in ſolo orandi ſtatu nunc Chriſtus eſt in cælo, ſic etiam in Miſſa eſt, vt ratio per ſe poſtulat.

Tertia, quia Cœnæ Hoſtia oblata ſemel fuit; at Miſſæ frequentiſſimè; illa quidem inſtitutionis & inſtitutoris ibi præſentis reſpectu fructuoſior, hæc autem applicatione continua tanti boni robuſtior & potentior.

Quarta, quia Chriſti mors tunc ſequens figurata; nunc autem in Miſſa viſitur præcedens, & tranſacta.

Quinta, quia Chriſtos illic mortalis eſt oblatus; immortalis verò hîc, vt ipſe de præſenti in Cæli regnat gloria.

Seata, quia illud Cænaculi incruentum Sacrificium nequaquam imago fuit alterius Sacrificij, ſed potiùs Sacrificiorum præteritorum quorumcunque, vel cruentè, vel incruente à priſeis oblatorum, & Melchiſedechiani perquammaximè vetiſſima adimpletio; noſtrũ autem quamuis veritas pro Sacris antiquorum, eſt imago & repræſentatio pro Cœnæ Sacrificio.

Septima, quia in circunſtantiis tam moralibus, quam phyſieis; vel temporis, vel loci; vel appatatus, vel & ritus quàmualde ſunt diſtantia.

A Crucis Sacrificio in quibus diſtet Miſſa.

42. At à Crucis, ſummo loco, cruento Sacrificio, in aliis Miſſa ſeptem ſecatur diſcriminibus, non ſanè re diuerſa, ſed ſolum ratione, vt ait per hæc verba Concil. Trid.

Conc. Trid.

ſeſſ. 22. cap. 2. *Vna enim, eadémque eſt Hoſtia; idémque nunc offerens Sacerdotum miniſterio, quàm qui ſe ipſum in Cruce obtulit, ſola offerendi ratione diuerſa. Cuius quidem oblationis (cruentæ inquam) fructus, per hanc incruentam percipiuntur. Tantùm abeſt, vt illi per hanc quouis modo derogetur.*

E quibus primum ex hac ſententia concinnatum, materiæ & formæ ſimul propterea dici poteſt, quia materiale atque formale inter duo Sacrificia, cruenta & incruenta diſcrimen intercedit.

Secundum cauſæ efficientis non malè nuncupabitur; qoia à Chriſto & carnificibus proceſſit Crucis actio, at Miſſæ nunc à Chriſto, Sacerdote, & cunctis illis, qui Chriſti legi parent, vel præſentes vel abſentes rei ſacræ inueniantur; de quibus ibi variè & ſæpe fit memoria. Quantumuis bi

A per manus Sacerdotum tantùm offerant; quemadmodum cum multi legationem Regis deferunt, quam tamen vnus ſolus caponit Regi alteri; cæteri verè recitanti aſſiſtunt & contribuunt concordia voluntatis. Prӕterea, qoòd hîc poſſunt Sacerdotes multi ſimul conſecrare Chriſti corpus, vt accidit cum Ordinis confertur ſummus apex; in Cruce verò Chriſtus dumtaaat ſeſe obtulit; D. Thom. 3. p. q. 82. art. 2. Tunc Chriſtus totus bonus; ounc autem multi mali, peruerſíque; proh dolor! de quibus idẽ Sanctus ar. 9. o. & q. 64. ar. 9. ad 2. & 3. D. Tho.

Tertium, cauſæ quæ finalis à nobis dici debet; dum Crucis Sacrificium oblatum ſoli Deo; at Miſſæ in cultum etiam Sanctorum eſt celebratum; celebratom quidem tantùm, oblatum verò neutiquam; quapropter non proferimus, B *Offero tibi ſancte Petre*; ſed *Offero tibi Deo Patri*; Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 3.

Quartum cauſæ meritoriæ, quæ certè in Crucis ligno rectiſſimè reſplenduit, cum Chriſtus in ſtatu ſatisfaciendi & promerendi tum temporis extiterit; nunc autem nullo modo, ſed in ſtatu tantùm merita applicandi præcedentia. Vnde meriti maioris res prima comprobatur, ſecunda verò econtra in oblatione quotidiana emolumenti grandioris.

Quintum effectus tam generaliter quàm ſpecialiter exorti. Generaliter, quia Crucis cruentum Sacrificium pro limbi ſimul Patribus valorem ſummum habuit; at Miſſa Purgatorij non limites tranſgreditur. Illud C quidem præcedentibus, & Chriſtum conſequentibus; ac proinde tã Fidelibus quàm viris infidelibus, in cæli apertione, & Fidei illuminatione, ac ad illam vocatioñe mirificè profecit; hoc autem tantùm iis, qui Chriſto ſucceſſere, & maximè Fidelibus, ac preſſiùs eis qui gratiæ Diuinæ ſunt conſortes; cum Cooeil. Trident. ſuperiùs allegato. Specialiter, quia Crucis oblatio ſalutifera oblata primùm fuit pro culpæ originalis reatu diſſoluendo; & pro mortalis actualis ſufficienter (velut dicunt) ſolutione facienda. Miſſa verò pro quotidianis commiſſis venialibus; ac indirectè pro mortalibus, quæ diſpoſitiones impetrando, contingit ſæpe tollere. Vnde factum, quòd primariò aperuit cæli ianuam, couſque duro ære peccati originalis præcluſam & ob- D ſeratam, vt quidem pro mortalibus condonandis eſt ſufficiens, & iugiter paratum; ſicque mihi intelligenda videntur illa verba; *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos (id eſt, Crucis Sacrificium, ad ignoſcendum ſemper aptum) & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, (ad noxas dimittendas.) Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue*; vt leuiget peccantes à ſarcina culparum. Secundariò verò applicat, & repetit hæc merita, ad ipſas cæli fores patentes adeundas; *Hoc facite in meam commemorationem*; hoc eſt, in mortis meæ repetitionem & applicationem, vt vitam conſequamini. *Hic eſt*

Conc. Trid.

Matt. 11. 28. 29. & 30.

Luc. 22. 19.

Matt. 26. 28

enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur; Ac ſi diceret, huiuſmodi ſacrificabitur vſque in finem, & mundi ſummum terminum; *In remiſſionem peccatorum.*

Sextum dic ſignificationis, ſeu cauſæ figuralis; moralis nanque eſt eadem ad Deum venerandum, & agnoſcendum noſmetipſos in vtroque Sacrificio; vt in principio dictum eſt. At verò figuralis omnino diuerſiſſima. Sacrificium quippe Crucis alterius Sacrificij non extitit imago, imò potius Sacrificiorum cunctorum conſummatio; Sacrificium verò Miſſæ & verum eſt Sacrificium, & Sacrificij in Cruce facti imago tantò verior, qoantò te & veritate figuram ſuam exhibet.

Septimum rituum diuerſorum, præſertimque in illo, quòd Crucis Sacrificium non fuit manducatum; Miſſæ autem ſicut veteta à ſacerdote ſumi debet; *Qui Hoſtias nanque edunt, participes ſunt altaris.* D. Tho. 3. p. q. 82. art. 4. Vnde colliges perſpicuè Chriſtianum Sacrificium; in ſubſtantia, nec in Cruce, nec in Cæna, nec in Miſſa vllatenus differre; at in reliquis, vt excedens exceſſúmque procedere. Nam vt alia taceamus, oblatio Crucis noſtram in merito & ſatisfactione ſummopere tranſcendit; è contra vero noſtra excedit illam in modo, qui planè eſt excellentior; & qoemadmodum impaſſibilis, ſic etiam incomprehenſibilis, ac valde Fidei meritum adaugens atque roborans.

1. Cor. 10 18
D. Tho.

De mirabili & nil minus iucundiſſimo prodigio, quo Abelis ſimilitudo cum Chriſti Sacrificio, ſupremò confirmatur.

43. HIs itaque de Abele cum Chriſto combinatis, nunc loco miraculorum in fine appoſitorum, rem tibi pergratiſſimam & ſtupendiſſimam narraboi quam mihi in Sacerdotis, probatiſſimique verbo, vir retulit non paucis præconiis commendabilis, Bartholomæus de Monte Agudo; etſi patria Caſtellanus, in Luſitania tamen apprimè à pueroeducatus, & dignitate Inquiſitoria cum Præſidis qualitate, in Eborenſi tribunali iuſtiſſimè donatus. Quo loci cum ad Gallos huius operis intentione, & rudimentis concinnatis, iam iret adornarem, & de rebus Euchariſtiæ interrogatus à me eſſet, mirabile quid protulit; de quo auctorem ideo oſtendere non potuit, quia liber de hoc agens in Luſitaniæ regno vnicus, Martyriæ apud Epiſcopum, ob factionem contra Regem punitum pœna carceris, fortuitò ei remanſerat; qui de Veneratione Reliquiatum, Sanctorum, & Euchariſtiæ, vt puto, ſummo in loco, cognomine inſignitus, à quodam Iaenenſi Epiſcopo Bęticano in lucem fuit editus, cuius ego apud Pariſinos notitiam tantùm reperi, non autem illius copiam. Narratio ſic ſe habet.

Bartholomæus de Môte Agudo laudatus incidenter.

Cum extra cubitum Abel Sanctus, vt ait Sacra pagina, à fratre ſit occiſus, non nudus ſed veſtitus extremo fatò ceſſit. Veſtitus autem erat, pro tempore priori, paſtoriceus & pelliceus, qui dicitur melota, quã Adam illius pater mœrore terebratus, quandoquidem iam filium ſublatum intempeſtiuè non poterat ex morte ad vitam reuocare, nec nimiùm non plorare, pro nati dilectiſſimi exuuiis reſeruauit, in aditúque ſui ſuſpendit tabernaculi, vt Iuuenis Sanctiſſimi dolorem temperaret, deciperet, & falleret; ac fecit Iacob poſtea cum tunica Ioſeph; dilacera, ſed cordis ſolatio lacerati, & ſummè deſolati. Procedente verò tempore hoc veſti Abelis accidit, vt quoties iostos aliquis finiret vitam carnis, ſudorem à ſe ſanguineum melotes illa funderet; quo eius nec immeritò excreuit æſtimatio, & maiori cum veneratione ſe fecit conſeruari. Sic factum, vt ad dilouium illæſa perueniret, & in illo tam genericoexeidio non periret, ſed vt ſpolium pretioſiſſimum, & inæſtimabilis reliquia ſeruata à Noë fuerit; poſt cuius cladem aqueam, iuſtorum in morte ſanguinem (vbicunque morerentur) ſudare nunquam deſtitit. Qua virtute de Patriarcha in Patriarcham ad Salomonem, vt Hebraicæ gentis honos, hæreditario iure venit. Qui Myſterij non ignarus, editiori Templi loco, videlicet, ſuper Sanctaſanctorum portam illam, quam velum in Chriſti morte abſciſſum contegebat, defixam, vel ſuſpenſam, imminentémque velamini, honore ſummo poſuit; quo in loco vſque ad Templi deſolationem perdurauit; tunc autem vt res viliſſima ab Aſſyriis vilipenſa, Iudæis manſit iterum, qui eam in noui Templi eodem prorſus loco reponere curarunt; & illic continuanit ſudorem demirandum, donec Chriſti in Paſſione ita ſanguinem exſudauit, vt tota liquefacta abierit in ſanguinem; idq; parte, qua & velum *A ſummo vſque deorſum*, vt aſſerit Mathæus, dolore quaſi Chriſti perempti, ſciſſum eſt; ac ſi linea illios ſanguinis ſciſſuræ viam faceret.

Melote ſancti Abelis mirificum prodigium.

Matt. 27. 51.

Hoc prodigium mihi ille cum multis libri illius, in quo iſtud enarratur, encomiis affirmauit; quod Abelis ſimilitudini cum Chriſto valde fauet. Et videtur aliquo modo ſub figura à Chriſti ipſius eloquiis confirmari; *vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram; à ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidiſtis inter templum & altare*; iuxta Hieronymi interpetrationem, qui Barachiam *Benedictum Domini*, ſignificare teſtis eſt. Nam ex Abele vſque ad Chriſtum, qui Domini fuit benedictus, commerciũ diues ſanguinis continuatum ſemper fuit; & in Chriſto terminatum; vt Martyrum nunc mortes repræſentent Chriſti mortem præteritam & tranſactam; ſicut Martyrum antiquorum & Sacrificiorum legis veteris ſignificabant ipſam mortem futuram & ſperatam; in quam omnia Sacrificia, Martyria, & Sacramenta certatim conſpirarunt; vbi melotæ & quæquæ alia arcana integumenta, ac inuolucra legis binæ euanuerunt, expirarunt.

Matt. 23. 35.

Hieronym. in Matth.

EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ

ENARRATIO VIGESIMA-TERTIA;

DE ABELEQVE SECVNDA;

IN FIGVRA NATALITII PRIORIS SACRAMENTI.

Super illa verba Gen. cap. 4. n. 4. *Reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius; ad Cain autem, & ad munera illius non reſpexit.* Et Matth. 26. n. 28. *Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.* Quæ ſuo loco concinnantur n. 33.

De continuatione *Numerus I.*

EN vnicum Dei pueri Abelis Sacrificium, in numero plurali nunc munera vocatum, quippe quod & Sacrificium & Sacramentum ſimul fuit, vt præcedenti Enarrat. ad n. 20. inuenies explicatum. In A qua quia de Sacrificiis vbertim diſſeruimus hic lentè eandem rem de Sacramentis proſequemur; ſunt etenim in dignitate maiora Sacrificia, vt illic demonſtrauimus n. 1. & 19. at Sacramenta poſt Sacrificia præ cunctis veneranda; quare iſta ſubſtituenda poſt illa immediatè, & iure collocanda. Sacramenta poſt Sacrificia immediatè veneranda, ac etiam collocanda.

DE ETHYMOLOGIA, DEFINITIONE ET SACRAMENTI ratione, cum partibus eſſentialibus illius explicatis.

Sacramenti quotnam res appellatione deſignentur.

2. QVAORIFARIAM ſumi ſolet hoc nomen Sacramentum. Primo loco; pro iuramento, quo milites antiqui aſtringebant ſe militię, nempe fortiter ſe eſſe rem bellicam facturos, & nequaquam militaria vexilla deſerturos; vt habetur 22. q. 4. Cap. *Qui ſacramento*; Et in Authenti. *Sacramenta puberum*; Cod. *ſi aduerſus venditionem.* Et in Vegetio lib. 2. de militari diſciplina. Ideo autem iuramentum Sacramentum nuncupatur, quia niſi per rem ſacram ſolemniter iuratur; à ſacra verò re denominatur Sacramentum. Secundo; pro pignoribus in loco ſacro poſitis, ſeruatis, & depoſitis; vt olim in litigantium iniuſtè pœnam iuſtam, quò victus pignus perderet, victorique rependeret, de more ponebantur; vt auctor Varro eſt de lingua B Lat. lib. 4. Tertio autem; pro ſecretis abſconditis, ac myſticis, ſeu myſteriis ſcatentibus arcanis quibuſcunque, quo ſenſu Sacramentum à Myſtis quod eſt Græcè ſecretum, ſæpeſæpius Myſterium vocitatur, Sapieot. cap. 2. Daniel. 2. & 4. ad Epheſ. etiam 2. 1. ad Corinth. cap. 13. & Apoc. 17. & Ethnici nil minus, vt cecinit Horatius;

Vegetius.

Varro.

Pandimus interdum doctis myſteria Regum. Horatius.

Quartò tandem pro rei ſacræ ſub alia latitantis externo ſigno aliquo; ad quæ vltima Sacrarum, & rerum ſecretarum, frequentiùs hæcce vox refertur Sacramentum; & ſic illius ethymon, *Sacra mentis*, ſiue etiam *Sacratamentu ſignum*, accipitur à Doctis; cum Angelico D. in ſua 3. p. q. 60. art. 1. In quo ſanè tono duplici Eccleſiæ Sacramentis hoc nomen valde congruit. Sunt enim Dei

D Tho. Sacramenti quodnam ethymon.

tam Sacta, quàm pariter ſecreta ipſius Sacrameota; & quæ ſacrum atque ſecretum Dei donum, puta gratiam, abſcondunt ſub ſe optimè. Quocirca nefas olim hæc etat quouis modo oſtendere infidelibus; vt locuples eſt teſtis in Hierar. Eccl. Areopagi & Pariſiorum ſplendor mundo inelytus.

S.Dionyſ.

3. Vt igitur à definitione, quæ rerum baſis eſt, initiom capiamus; *Sacramentum Sacræ rei, id eſt, Diuinæ gratia, ſanctificantis nos, eſt ſignum.* In quo vltimo à Sacrificio ſecernitur non parum. Sacrificium nanque ſignum rei ſacræ verè eſt, ſed Deum venerantis; Sacramentum verò ſignum tei Sacræ peccatores ſanctificantis & mundantis à macula peccati. Ita Pij Catechiſmus de Sacramentis in genete ſect. 10. & D. Tho. paolò ſuprà; qui art. a. & nouæ & legis veteris definitionem banc Sacramentis fatetur concinentem; ſed tamen quò ad hominem ioſtificandum & emundandum mox ſoa putat verba; & ampuiat ſententiam. ita vt in ſignificando hæc duo Sacramenta, tam priſca, quam moderua vniuocè concordent; at verò in ſanctificando analogicè tantommodo. At quò partes Sacramenti diſtinctius explicemus, definitiouem nunc præiactam diffuſiùs ampliemus; quod facio per hæc verba. *Sacramentum ſignum eſt in re externa poſitum; voluntariam; reique ipſi ſignificatæ non abſimile; rem ſacram repræſentans; & in Eccleſia permanentem; quod ſignum ſanctificationem ſignificet de præſenti; & præſentialiter hæc fiat per actuale Sacramentum; dum à diſpoſito ſuſcipiente; & à Miniſtro competente ſuſceptum ſit, & præbitum.* Vbi ſicut in Sacrificiis qualitates ſeptem ſunt, eiſdem valde ſimiles; omiſſo, quòd ſupremæ, reſpiciunt Deum illic; hic hominem iuſtificant; ſed iam debita diſtinctione de ſingulis loquamor.

Sacrameoti definitio.

Catechiſm. D.Tho.

4. Prima, externum ſignum eſt; quà animæ Chriſtianæ character ad impreſſus, internæque virtutes deficiunt non obſcurè à ratione Sacramenti; quantumuis Sacramenti virtutem & efficatiam cum Angelico D. art. 4. ex q. adducta ſexageſ. hæc omnia conſequantur. Et hinc primum Iudæorum Sacramentum Circumciſio vocatur ſignum fœderis; Gen. 17. Baptiſmus ſignum Chriſti ſepulti, & ſuſcitati; ad Rom. 6. Euchariſtia ſignum mortis eiuſdem Redemptoris 11. ad Corinth. & Matrimonium coniunctlonis illius cum Eccleſia; ad Epheſ. 5. Quare autem ſigna externa in verbis non ſufficiant; cum verba meliùs res ſignificent quam alia quæcunqoe muta ſigna, dicetur in ſequentibus; n. 43.

D.Tho.

Gen. 17 11.
Rom 6.4.
1 Cor. 11.26.
Epheſ. 5.32.

5. Secunda, vt ſignum ſit haudquaquam naturale, ſed electum & voluutarium; de quo n. 2. Enarrat. præced. in 2. requiſito exhibui rarionem; ſed ita voluntariè electum & deſignatum, vt ipſam rem ſignatam deſignet quouis modo; nam vt ait Aoguſtinus lib. 2. cap. 1. de doctrina Chriſtiana; *Signum præter ſpeciem quam ſenſibus inducit, aliud facit in cogitationem hominibus venire.* Bene autem in cogitationem, non verò in cognitionem perſpicuam & manifeſtam. Pro quo notare licet, ſigoorum tria genera. Quædam ita congtuentia cum re ſignificata, vt ſine vlla inſtitutione, ſed naturali expreſſioue indigitent res clarè; ac hominis imago; veſtigium pedis terræ, cum mollis eſt, impreſſum, & fumus, qui clariſſima eſt ignis indicatio. Quædam verò affinitatem cum rebus qoas ſignificant, nequaquam contrahentia; campanæ velut ſonus ad alias res diuerſas quaſcuuque perfungendas. Quædam tandem quæ ſignificant; ſignificatum tamen ſuum pro parte tantùm explicant, ſed aliam partem rei relinquunt incompertam. Cuiuſmodi ſunt verè Eccleſiæ Sacramenta, Diuina quibus fuit inſtitutio ſuperaddita, vt meliùs quod ſubindicant, exteriùs inculcatent. Quemadmodum Baptiſmus in quo externa ablutio ſignificat iuternam; Euchariſtia in qua refectio oſtendit mentis aliam; Pœnitentia in qua extetior abſolueudi culpas formula, *Ego te abſoluo à peccatis tuis*, ſpiritualis abſolutionis à criminum reatu iudicium præ ſe fert; & in aliis oihilominus; nec malè cum ſcribat B. Auguſtinos epiſt. 23. & lib. 19. cap. 11. contr. Fauſt. Manich. *Si Sacramenta quandam ſimilitudinem earum rerum, quarum Sacramenta ſunt non haberent, omnino Sacramenta non eſſent.*

S. Auguſt.

Signorum tria genera & quale in Sacramentis.

S Auguſt.

6. Tertia, vt res ſignificata ſit ſacra, non prophana; quia ſacrarum rerum tantùm ſunt ſigna Sacramenta. Vnde & cæli, & ſigna cæli tam lucida & venuſta à Saciameoti proprietate labſitut perquàm facile; quantumlibet Dei gloriam enarrent apod Pſaltem, & ſigna à Dei Chronologo in Gen. appellentur; *Vt ſint in tempora, & dies, & annos.* Non enim ſigna ſacra buiuſmodi ſunt res; etſi ſacras res non modicè deſignent, atque exprimant, vt ex 1. Enarrat. patebit inſpectantibus. Vlteriùs, quòd & ſigna ſunt merè naturalia; proindéque incongtua ad finem de quo agimus. D. Tho. 1. 2. q. 102. att. 5. Quomodo autem Sacramenta ſignificatum ſuum expleant, hoc infra n. 22. lectori patens erit.

Cur Eccleſiæ non ſint ſigna, vel Sacramenta Cæli ſigna.

Pſal 18 8.
Gen. 1. 14.

D.Tho.

7. Quarta, vt iſta res ſignata ſit permanens, non tranſiens; quia Eccleſia talis eſt, & fuit ab initio, & ſic decet quod ſint etiam illius Sacramenta; vt olim Circumciſio, & in lege naturali priora Sacramenta; nam licet hæc extiterint diuersè iuſinnata, & inſpirata moltiformiter; cum D. Tho. 3. p. q. 60. art. 5. ad 3. in illo ſaltem habebant ſtatam firmitatem, quia vtique cum Sacrificiis ſolebant mioiſtrari, vt latè dictum eſt Enarrat. præced. à n. 9. cum ſequent. & infra confirmabitur; Sacrificia verò ſemper fuerunt vniformia; tam in pecudum delectu, quam pariter in forma. Videatur n. 4. Enarrat. nunc productæ. Et hinc à Sacramenti natura rectè cadunt educta ex petra aqua; manna, tranſitúſque maris; etſi iſta Sacramenta à Paulo nuncupentur. Ac etiam quod eſt ampliùs remiſſio peccatorum à Chriſto curſim facta; videlicet, cum dixit felici peccatrici *Remittuntur tibi peccata tua;*

D.Tho.

Infra n. 21.

1. Cor. 10. 1.
De petra cur nam aqua; manna, & tranſitus per mare non fuerint Sacramenta.
Luc. 7 49.

& Spiritus

Ioan. 20. 22.

& Spiritus Diuini infuſio ab eo data; *Accipite Spiritum ſanctum.*

8. Quinta vt idem Sacramentum non ſolùm ſic ſignificet, ſed etiam per ſe ipſum ſanctificet à culpis, ac ideo de præſenti; quod de Sacramentis legis nouæ oportet ſub intelligi; nam vetera ſanctificabant in vmbram futurorum. Et vt iſta ſanctificatio ſit practica & exercita; *Ego te baptizo. Ego te abſoluo*; non ſpeculatiua, & apprehenſa dumtaxat intellectu; ſicque imago Crucifixi, & ſpeculatiua quæque ſigna à Sacramentis verè decidunt D. Tho. 3. p. q. 60. ar. 3. Et etiam vt ſanctificatio exhibita de præſenti per ipſum prorſus fiat collatum Sacramentum; quod pariter de noſtris intelligi eſt neceſſe. Sunt enim vaſa gratiæ, & cauſæ non quæcunque, ſed efficientes atque phyſicæ, & vere naturales; etſi inſtrumentales, quæ vt inſtrumenta propter hoc inuenta tantùm mundant; vt bene vir Seraphicus ſent. lib. 4. d. 1. q. 3. n. 29. teſtatur per hæc verba; *Noſtra Sacramenta ſunt vaſa gratiæ, & efficiunt quod figurant. Non quod gratia contineatur in ipſis Sacramentis, eſſentialiter, tanquam aqua in vaſe continetur, vel medicina in pixide, quod intelligere eſſet erroneum. Sed quia per ea confertur gratia, niſi opponatur obex. Et dicuntur etiam vaſa gratiæ ob aliam rationem non parum congruentem cum modo quo dant gratiam. Sicut enim quod eſt in vaſe, non de ipſo, nec ex ipſo, ſed tamen ab ipſo hauritur; ſic gratia non eſt à Sacramentis, nec de Sacramentis, ſed oritur à fonte æterno, & ab illo hauritur ab anima, in Sacramentis, & per Sacramenta. Et ſicut quis recurrit ad vas, cum requirit liquorem, ſic quærenti liquorem gratiæ, ad ipſa Sacramenta recurrendum eſt.* Sic ille; qui in proximè ſequenti quæſtione ad n. 38. proponit hocce dubium præſenti rei ſoffragans; *Quare peccatum efficit culpam in anima, & virtus Sacramenti non habet rationem efficiendi gratiam?* Quod ſoluit huiuſcemodi; *Quia gratia eſt effectus nobilior, quæ non poteſt creari niſi à ſolo Deo; ſed effectus culpæ dicit ignobilitatem, imperfectionem, atque defectum.* Valentem multa ſauciant at verò ſauciatum remedia ſolùm idonea appoſita à Chirurgo reſtituunt ſanitati. Infirmus ſanum inficit, ſed ſanus perquamrarò infirmum ſanitate qua degit ipſe, afficit, de quo 9. Enarrat. ad n. 44. inſinuaui rationem. Hæretici nos irrident, ex eo quod dicamus, per res merè materiales effectus ſpirituales produci & generari. Irridendi verè ipſi, dum negant hocce modo, per media Deum poſſe, quod poteſt abſque mediis. Tenemur nos de Fide inimicis reſpondere, ſed iuxta Fidei regulas, nō autem iuxta normas, quas docuit Ariſtoteles; Auguſtini iuata mentem lib. 3. cap. 4. de peccatorum meritis, & epiſt. 29. Hinc igneæ linguæ illæ in quibus ſemel viſus Spiritus Diuinus, à Sacramentis excluduntur; nam quamuis gratiam Apoſtolis infuſam de præſenti exteriùs deſignarint, non tamen hæc ce gratia per ipſas data fuit.

Sacramentum cur nō ſit imago Crucifixi.

D. Tho.

S. Bonauen.

Sacramenta quonam ſenſu ſint vera vaſa gratiæ, & veræ illius cauſæ.

Peccata cur nam culpā, Sacramenta verò gratiam non poſſint per ſe dare.

S. Auguſt.

Pentecoſtes linguæ igneæ Sacramenta cur non fuerint.

9. Sexta, vt bene ſit diſpoſitos Sacramenta recepturus. Quæ quidem diſpoſitio bi-

A fariam ſolet diuidi; vel ad ſolam Sacramenti recipiendam veritatem, ac verum Sacramentum; vel etiam ad eius fructum exinde conſequendom. Qui fructus eſt infuſio, ſeu gratiæ noua additio, in illis qui cum gratia ad Sacra ſigna veniunt.

Et verò ad Sacramentum dumtaxat nanciſcendum intentio poſitiua & volontas prærequiritur deliberata de re ipſa. Seu iſta ſit formalis & actualis in rem ſacram; ſeu virtualis, quæ cum mentis vagatione poteſt dari; ſeu tandem interpretatiua ex prꝗuia voluntate, non ampliùs retractata. Qua ille bene abſoluitur, qui neque loqui poteſt, nec aliquod ſpecimen doloris indicare: & amens, atque ebrius Baptiſmo decorantur; vt dicitur de Baptiſmo in cap. *Maiores*; §. B *item quæritur*; Et in cap. *Cum pro paruulis*; de Conſecr. d. 4. Non autem ſatis vnquam intentio habitualis; hæc enim plus videtur inclinatio voluntatis, quàm illa quæ exigitur deliberatio conſummata D. Tho. 3. p. q. 68. art. 7. Bonauent. ſup. 4. ar. 2. q. 1. Alenſis 4. p. q. 18. membro 1. Scotus lib. 4. q. 4. Et multò minus quæ inconſtans exiſtit ac neutralis; cum qua veniens ad Sacramenta non ſolùm hæc non recipiet, ſed erit & ſacrilegus, vt aſſerit Henriquex lib. 1. cap. 22. de Sacrament. in genere. At longè minus adhuc reluctans & contraria, qua omnis qui reſiſtit perceptioni Sacramenti, quantumlibet interiùs, Sacramentum non conſequitur; dict. cap. *Maiores*; §. *ſed adhuc*. Quapropter qui ſuſceptioni re- C nuerit Baptiſmi, nec etiam characterem illius aſſequetur: quod æqualiter in adulto procedit ordinato, hic enim characterem reſiſtens non accipiet. D. Tho. 3. p. q. 60. art. 6. cum ſequenti.

Suſcipientem Sacramenta intētio qualis deceat.

D. Tho.

Bonauent.

Alenſis.

Scotus.

Henriquez.

D. Tho.

Vnde paruuli baptizati & ordinati ſunt capaces, quia nempe non reſiſtunt, & aliàs ad Sacramenta excipienda ſunt idonei. Quantumuis ipſis Ordo non liceat prorſus dari; qui tamen datus valet. Sed oportet quòd tum infans iam factus adoleſcens, arbitrio ſuo in re præſenti relinquatur: qui quidem ſi maluerit ſtatum Matrimonij, ſuſpenſus eo ipſo manebit vſu Ordinis; Matrimonio verò liber, vt reliqui vxorati; quia Caſtitatas non diuinitus ſed humanitus tantummodo inhæret Sacerdotio; quocirca D remoueri hoc ius humanum poteſt, & Sacerdos coniugatus in iſto caſu dari; cap. vlt. de *Clericis per ſaltum promouendis*; Henriquéſque de Ordine cap. 14. §. 3. Baptizatus verò infans ad Fidem relinquendam carebit optione; quia nulla ei violentia in vita illius fit; ſed potiùs magnum ei confertur beneficium, labore ſine aliquo. Si autem hæc Sacramenta quicunque vir adultus receperit fictitiè; non fides ipſi poſtmodum adhibebitur propterea, quòd dicat Sacramentis aſſenſum non dediſſe; imò talis per Eccleſiam, quæ non iudicat de occultis, ad viuendum iuxta munia Baptiſmi & Sacerdotij omnino conſtringetur; per Gloſſ. in cap. *Solet*; verbo *ſimulatione*; & verbo *implorandum*; de Conſecr. d. 4. Quod etiam

Vtrū pueri ante vſum rationis ordinati ſint verè Sacerdotes. Et vtrum cogi poſſint ad vitam Sacerdotij.

Henriquez.

Infantibus baptizatis ad Fidem relinquendam cur optio nulla detur.

Quantopere credēdi, qui dicunt

in Sacramentis intentinne caruiſſe.

in Matrimonij ligamioe obſeruatur, non enim illi credetur, qui dixerit inuitum huic neaui paruiſſe, ſed ad cohabitandum cum vxore iuridicè tenebitur, & etiam conſtringetur; niſi ea ſignis exterioribos humanæ intentionis defectus modo claro & facili probetur. Suarez tom. 3. in 3. D. Tho. diſp. 14. ſect. a. & Sanchez de Matrim. lib. 4. diſp. 12.

Suarez. Sanchez.

Ex materia forma & Miniſtro cnnflatur Sacramentum, & cur rebus tribus iſtis intentio non addatur.

Nec obſtat contra iſtam in recipiendis Sacramentis intentionem neceſſariam, Conc. Florent. ſub Eugenio 4. vbi tribus rebus aliis, materia, forma, atque Miniſtro abſolui & conſummari quæcunque Sacramenta decernitur apertè. Nam quamuis illic mentio intentionis non addatur, hæc quidem ſubiicetur, quia in paruulis hæc neutiquam exigitur aperta; in adultis verò apertè à cunctis præſupponitur; cum ſuſcipieos magno modo intelligatur ſub materia; dum Sacramenti ſuſcipiendi materia vera eſt, & paſſiuè tanquam materia ſe habet in hoc opere; Mioiſter verò actiuè. Vnde maior in conferente, quàm in Sacramenta recipiente requiritut intentio. Huic enim interpretatiua non mutata voluntate ſufficiens planè eſt, illi autem virtualis ad minus neceſſaria. Et hinc pronenit, ratione intentionis priùs habitæ, etſi poſtea non mutatæ, non poſſe per amentem cooferri Sacramentum, ab ipſo tamen poſſe huc recipi quàm validè.

Quare conferens Sacramenta maiori intentione indigeat, quã recipiens.

Vltra quam intentiooem recipiendi Sacramenta nihil ampliùs ad illurum validitatem deſideratur; imo etiam neque Fides, multorum iuxta mentem, ex illa ratione, quia ſi omnia Sacramenta adminiſtrari ſine Fide, vt mox dicendum erit, natuſa ſua poſſunt, cur recipi non poterunt? Suarez tamen proximè hoc limitat in pœnitentia, quæ torper abſque Fide; ego autem tam in homine infideli vniuerſaliter, quàm in illo qui in Sacramentum, quod ſpecialiter vult recipere, vel nullã, vel ad minus, nõ rectam Fidem habet. Non enim poſſum capere, vt recipiat Sacramentũ, cui ipſum Sacramentum Sacramentũ non exiſtit, ſed potiùs res inanis; vel quomodo recipiet Eccleſiæ Sacramenta, qui ad illa accipienda non habet fidem aliquam? cum Fidem iuata Paolum ad Deũ qui accedit habere prorſus debeat. Vnde ſicut infidelis per propriam contumaciam, vel fidelis per ignorantiam Euchariſtiam accipiendo, non accipient Sacramentum; ſic etiam qui in Sacramentum non habent vllam Fidem, Sacramentũ non recipient, cum infidelis & ſine fide ſit vna tantum res. Nec aliquid euincit obiectio Sacramenta cõferentis ſine Fide, nam Fides duplex eſt, ſpecialis, & generalis, cum Eccleſia vniuerſali; & Sacerdos quamuis Fide ſpeciali prorſus careat, ſi non caret generali, Sacramenta vera faciet; quia publicus eſt Miniſter, & ſi habeat Fidem publicam, ac intendat celebrare quod celebrat Eccleſia, hoc illi ſatis erit: nam ex indelebili charactere poteſtatem nunquam perdit, & ex Fide generali quam habet cum Eccleſia,

Hebr. 11. 6.

Vt Fides duplex ſit ſpecialis & generalis, & qualis in miniſterio Sacramentorum neceſſaria.

A idoneus eſt vt faciat, quod illa met intendit. Hoc autem Fides eſt; & hinc ampliùs confirmatur, quod in hominibus peculiaribus deficiente Fide etiam peculiari eis requiſita, Sacramenta non recipient: D. Tho. 3. p. q. 64. art. 9

Vt Fides & pœnitentia ad Sacramenta requiſita.

10. Hæc quidem ad Sacramenti recipiendam veritatem. Quid autem ad Sacramenti percipiendam vtilitatem, emolumentum, & fructum aliquem? Ad hoc duo palam eſt, ex intellectus parte vnum, & ea voluntatis parte alterum, requiri neceſſariò. Ea intellectu Fidem præuiam, ſecundum quod Apoſtolus, *Sine Fide impoſſibile eſt placere Deo.* Et Christus Marci vltimo; *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit*; quo oumeri præcedentis doctrina com- B monitur. Ex voluntatis verò parte conuerſionem verſus Deum, cum odio peccatorum tranſactæ vitæ omnis, & propoſitum in futurum non iterum peccandi. Quod odium atque propoſitum deficiente contritione, cum attritione per quam ſatis exiſtet cuiuis hominũ, dum iſta ex ſupernaturali motiuo ſit exorta; vt explicat Suarez in dicto tom. 3. diſp. 28. ſect. a. obſeruátque Viualdus in aureo Candelabro de Sacramen. in genere §. 18. intercapedinem non patuam inter recipientem Sacramenta & adminiſtrantem ſemper dari; nam recipiens per receptionem de attrito fit contritus, quapropter ei attritio ad Sacramenta ſuſcipienda ſufficiens ea ſe eſt; adminiſtranti verò non; quia attritio per adminiſtrationem non redditur C contritio, qua ſine in graui culpa quicumque adminiſtrabit, quod debet adnotari. Quomodo autem per Sacramenta ex attritione ad contritionem Fideles eleuentur; D. Tho. 3. p. q. 79. ar. 3. & q. 80. ar. 4. cum ſequenti.

Hebr. 11. 6. Marc. 16. 16.

Quæ attritio ad Sacramenta ſuſcipienda neceſſaria.

Suarez. Viualdus.

11. Septima tandem in Sacramentis hæc qualitas exigitur; vt à legitimo Miniſtro & à legitimè miniſtrante; non à legitimo tantum modo, ſed pariter à legitimè hæc ipſa largiente, Fidelibus ſint data. Quæ legitima largitio in præparatione & intentione cooſiſtit Miniſtrantis. De præparatione verò eius, qood obſeruani cum Viualdo hic proximè relato, ſufficiet, cum ea inde quanta puritas in Miniſtrante ſit neceſſaria di- D gnoſcatur. Quare tantùm de intantiooe illius nunc licebit nonnihil controuertere. Sed abſque controuerſia quæcunque virtuali inferior, ei non proderit, cum & iſtam in recipiente (cui minor prærequiritur) requiri monſtraoerimus. Hæc autem ſic eſt valida, vt etiam vel per iocum Sacramenta vera conferat; dum iocus non impediat intentionem voluntatis, deliberatúmque propoſitum boc munus exequendi, & rectè perſoluendi; vt caſus Athanaſij, in pueritia pueros alios per iocum baptixantis firmiſſimè corroborat; nam pueri ab Epiſcoporem tantam contemplante, vt verè baptixati fuere reputati, propterea, quòd baptizans de intentione requiſitos, Epiſcopos ſe velle veriſſimè imitari reſpondit perquam ſeriò. Quod etiam in ipſo opere ad eatra indigitauit,

Qualis debeat eſſe intentio adminiſtrantis Sacramenta.

Baptiſmus ab Athanaſio per ludum adminiſtratus cur verus iudicatus. Et per luſum quando vera donantur Sacramenta.

digitauit, dum ſolos catechumenos, non alios baptizauit. Ac item vel in culpa mortali Miniſtrantis, nil ideo veritatis amittant Sacramenta, non enim poteſt aliquis, quantumlibet pollutus, polluere Dei dona.

S. Auguſt. Ioan. 9. 31.

Quo ſenſu in Donatiſtas lib. 5. cap. 20. Ioannis hæcce verba *Peccatores Deus non audit*, exponit Auguſtinus. Et ſicut nullum malum arboribus irrepit ex hominis cultoris interna prauitate, ſic pariter in munere huiuſmodi perfuncto, cui conuenit vox Pauli, *Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit.*

Sacramenta quare bona a malis miniſtrata.

Quo factum vt à Ioanne Baptiſta baptizati rebaptizati fuerint poſtea, à Iuda verò non; quia neque à tanto nequam fœdatur Dei Baptiſma, neque à ſancto tam eximio vt fuit Chriſti præco, hoc potuit ſublimari in verum Sacramentum; antequam inſtitueretur per ipſum Redemptorem; Catechiſmus Pij V. de Sacrament. in genere ſect. 25.

Ab hæreticis collata an valeant Sacramenta.

12. Vnde prouenit nec hæreſis peccato maculari Sacramentorum claritatem, ſubſtantiam, & veritatem; cum tamen patre membrum Eccleſiæ ſit hæreticus, ab illáque præciſum, ac prorſus ſeparatum, & corpus per coniuncta ac vnita ſibi membra dumtaxat operetur; quia licet vir hæreticus multorum iuxta mentem, Eccleſiæ non ſit membrum, in eſſe ſuo proprio; Eccleſiæ membrum eſt in eſſe miniſterij, ſecundum ſibi traditam à Chriſto poteſtatem; Chriſtus autem non ſolummodo per membra ſibi vnita, ſed etiam per abſciſa eſt valens operari; quibus vtitur non rarò in Eccleſiæ vtilitatem. At verò non vtilia hæreticorum Sacramenta recipientibus exiſtent, niſi iſti ſeſe conferant ad gremium Eccleſiaſticum; pro vt olim à paradiſo exibant illa flumina, quin extra paradiſum felicitas adeſſet, quæ intra tantùm erat. Notatio eſt Auguſtini, quam dedi in paradiſo, & quam S. Bonau. in Compend. Theolog. lib. 6. cap. 6. cum illo animaduertit.

Sacramenta quænam conficiant hæretici Anglicani.

Quod vtique tenendum de cunctis Sacramentis, etſi Ordinem & Euchariſtiam adiungas huicce numero. Poſſunt enim pro- ut nos, conficere Euchariſtiam ſi fuerint in Eccleſia ordinati Sacerdotes. Vnde omnes ab Eccleſia iam pridem ſeparati, quemadmodum Anglicani non poſſunt hæcce duo adminiſtrare Sacramenta. Non equidem de iure, ſi ordine illibato & ſucceſſione continuata extiterint Sacerdotes, ab Epiſcopis antiquis obſeruata ſemper ſerie illorum deſcendentes; & Epiſcopi ab Epiſcopis per impoſitionem manuum ſuarum, intemerata continuatione, ſint rectè & modo debito ordinati, & conſecrati; tunc enim nemo eos valebit impedire, quin validè conficiant Sanctiſſimam Euchariſtiam, & Ordine Epiſcopali ac Sacerdotali verè fulgeant.

Quis Ordo & Sacerdotium inter hæreticos ſit hodie.

Sed ſanè, quia de facto continuatio Epiſcoporum perturbata fuit illico, interrupta, & iugulata per hæreſim naſcentē, per gladiúmque Caluini; qui ſicut gladium ſibi delegit in ſtemma, his verbis circunſeptū; *Non veni pacem mittere ſed gladium*, gladio & igne diſ-

Caluini quod ſtemma.

A ſipauit, vbicunque pedem intulit, viridarium Eccleſiaſticum, & ordinem Ierarchicum, quo Eccleſia à Chriſti tempore, imò à mundi natalitiis, fulcitur, & ornatur. Agnouit hoc doctiſſimus Cardinalis Bellarminus, de notis Eccleſ. cap. 8. vbi hæreticos modernos nec Ordinationem habere veram, nec ad Epiſcopos antiquos ſucceſſionem & continuationem eiſdem neceſſariam affirmat ſatis clarè; eos reputans, ſicut olim illuſtriſſimus Cyprianus Nouatianum reputauit, de quo ille epiſt. 6. ſic ait lib. 1. *Nouatianus in Eccleſia non eſt, neque Epiſcopus computari debet, qui Apoſtolica traditione contempta, nemini ſuccedens, à ſeipſo ordinatus eſt. Nemini ſuccedens, & à ſeipſo incipiens, alienus fit & prophanus.* Vlterius quòd non deſunt, B (quam tamen rem non diſputo) nec Ordinationem inter hæreticos quantumuis rectè factam, ſine Pontificis confirmatione Conſecrationem præcedente, haberi poſſe validam; quibus Gloſſæ fauet auctor in cap. *Prouida* 44. verbo *Conſecrationes*, & verbo *Firmiter* de electione lib. 6. vbi aſſerit & quodam textu aſſertum ſuum probat, à Pontificis confirmatione Conſecrationem Epiſcoporum præcedi neceſſarium, quo valeat Conſecratio.

Bellarmin.

S. Cyprian

Epiſcoporum Conſecratio an debeat à confirmatione Pontificis præcedi, quò teneat, & ſit valida.

13. Hoc autem ſcholaſticæ Theologicæ Facultatis ſolertiæ miſſo facto, non eſt cur dubitetur, præſertim in his temporibus, de dicto & auctoritate præfata Bellarmini; Nam hæretici huius temporis præcipue contra Papam, qui caput eſt Eccleſiæ & Sacer- C dotij illius apex, & contra ſeptem Sacramenta, quæ fundamenta ſunt Eccleſiæ, per columnarum ſeptem domum in Prouerbiis deſignata; & in Vaticinio Zachariæ per oculorum ſeptem lapidem egregiè prænotata, furore debacchantur; & non poſſunt Sacramenta euertere, vel Papam; quin Ordinem intermedium vtrinq; dependentem, & tam Papæ quam Sacramentis mirificè adhærentem non illico proſternent.

Prouer. 9. 1. Zachar. 3. 9.

Vt Papa & Sacramenta correlatiua & correſpondentia appareant in Eccleſia.

Qui enim tollit Papam, hic tollit & Epiſcopos, qui ſunt Papæ ſubordinati & immediati ſucceſſores, à quo hauriunt vitam muneris, vt collum munus vitæ à capite naturali. Qui autem tollit Epiſcopos, mox pellit Sacerdotes, quia per illos ordinantur; & qui expellit Sacerdotes hic deſtruit Sacramenta, quia ab illis ſolùm poſſunt, gene- D raliter loquendo, donari & miniſtrari. Sicut pariter è contrario incipiendo à fundamentis, qui negat Sacramenta, hic negat Sacerdotes, qui ad Sacrificium & Sacramenta exercitanda ſunt creati. Qui autem negat Sacerdotes hic reiicit Epiſcopos, qui ad Sacerdotes ordinandos, & Epiſcopatus prouidendos de Parochis ſunt facti. Et qui reiicit Epiſcopos, hic proiicit & Papam, qui ad Epiſcopos mittendos vt diſcipulos ſuos Chriſtus, per orbem, & totam Eccleſiam per illum propagatam, regendam, eſt deſtinatus. Quo fit vt nunc Epiſcopi inter hæreticos durantes, plus Regij ſint Miniſtri & Poteſtates ſeculares, quàm viri Eccleſiaſtici; cum Eccleſia penes illos ſit prorſus

Epiſcopi inter hæreticos euiuſmodi ſint hodie.

deſolata; & ad regimen corporale, ſeu ſpirituale ſuo arbitrio & libito confictum, vt de Nouatiano dixit proximè egregius Cyprianus, tantummodo redacta.

Vnde veriſſima probatur Apoſtoli ſententia;

Rom.13.2.

Qui reſiſtit poteſtati, ordinationi Dei reſiſtit: quæ per veram illationem ſic poteſt immutari: ſi quis reſiſtit ordinationi, reſiſtit quoque Deo; hinc ſequitur, quòd omnis reſiſtens Deo ſuo, reſiſtet & Ordinationi Diuinæ Eccleſiaſticæ, per quam Deus electos ſuos gubernat in hoc mundo. Sed hęretici neoterici reſiſtunt clarè Deo, & clariùs Deo in ipſa ordinatione Eccleſiaſtica, quam neutiquam deglutiunt, ergo Ordo nullus eis, niſi ordini Dei obuius, reſiſtens & repugnans; qui ordo non eſt ordo, ſed horror, atque error, erroribus conſiſtens, ab erronea diſciplina inductus perquàm meritò. Nam re vera ſi ordinatio, & ſubordinatio Eccleſiaſtica, ac Ierarchica gubernatio fuiſſet in hæreticis, hęretici non eſſent; nam per obedientiam reducerentur ad viam veritatis; quapropter monet Paulus quàmualde gentem ſuam in Fide non conſtantem;

Hebr.13.17.

Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis; Ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri. At hęretici cum ſint; nec præpoſitis ſubiacent, nec ordinationem veram habent. Et maximè qui inuehuntur in Eccleſiæ Sacramenta, & præ omnibus Sacramentis (vt hęretici huius temporis) in ſanctiſſimam Euchariſtiam.

Vt Ordo & Euchariſtia inter hæreticos modernos incompatibiles ſint prorſus.

Cum enim Ordo propter hanc conficiendam ſit creatus, qui negat Euchariſtiam, & Ordinem ipſe negat; & qui non credit Euchariſtiam, nec Ordinem eſſe credit. Quomodo autem Fidem habebunt, de illo quod non credunt? Vel quomodo de Sacramentis habentes nullam fidem, hęc poterunt habere? cum certè in tali caſu non ſolùm ſpecialiter, ſed nec etiam generaliter cum Eccleſia Fidem habeant? nam Eccleſia Fidem habet de iſtis Sacramentis, & qui iſtam minimè habent, hi neque cum Eccleſia de ipſis Fidem habent, ac ideo non intendunt in Sacris actionibus id facere quod facit Ec-

A clesia vniuerſalis. Quod maximè eſt notandum, vt de Sacerdotio & Sacramentis pręſentium hæreticorum futilitas ceruatur, & æſtimatio relinquatur.

Catholicorum verſus hæreticos, & hęreticorum verſus Catholicos ſtudium quàm diſſimile.

Multi cura & ſolicitudine non parua fatigantur in Epiſcopis hæreticorum propugnandis ac tuendis, volētes eos facere quod ipſi nolunt eſſe; quaſi arcanum & occultiſſimum illorum ius exiſteret, vel proteruia in Eccleſiaſticum Sacerdotium non notoria; & tamen illi neutiquam ſolicitantur de re tali; nil curant de hoc gradu nec quęrunt Sacerdotium & Sacerdotes nimis anxiè, niſi vt homines & ordinem illorum prorſus deſtruant; omnia tamen correctioni & limæ B doctiorum libenter ſubmittendo; quo ſuppoſito de illis prædictam mentem habeo.

Quocirca quò ad Ordinis & Euchariſtiæ Sacramenta, imò etiam quò ad omnia ex Ordinis Eccleſiaſtici adminiſtratione dependentia, in hęreticis noſtri temporis contra Ordinem ſæuientibus, difficilis, ni fallor, quàmualde mihi eſt, doctrina qua docetur cum Angelico D. 3. p. q. 64. art. 9. nempe eos intendendo illud facere quod facit Eccleſia vera Dei, vera etiam citra dubium conferre Sacramenta. In aliis hoc veriſſimum, etſi pro vera Eccleſia intelligant hęreticam; dum Catholicæ & vniuerſalis hanc putent eſſe partem; vt aduertit Bellarminus de Sacrament. in gen. lib. 1. C cap. 27.

D Tho. Vt hæretici ſe conformando cum Eccleſia vniuerſali conficiant Sacramenta. Bellarmin.

Quæ veritas de validitate intentionis in hęreticis, non paucis eſt Diuinis muneribus referta. Primum, vt Domino tam bona quàm mala famulentur, & omnia ad eius gloriam certatim collimentur, ac etiam rapiantur; D. Tho. 3. p. q. 82. ar. 5. Secundum vt de validitate conſtaret Sacramenti; nam ſi iſta ex bonitate Miniſtri dependeret; nunquam certò rei tam vtilis conſtaret nobis veritas, dicente ſacro textu; *Neſcit homo vtrum amore, an odio dignus ſit.* D. Tho. ſup. 4. d. 5. q. 2. art. 2. Tertium tandem ne contingeret, vt homines in hominibus confidere aſſueſcerent; cum dicat Ieremias; *Maledictus homo, qui confidit in homine.* Ex Bellarmino loco proximo.

D.Tho.

Eccleſ 9.1.

Ierem.17.5.

DE QVÆSTIONE VALDE VTILI, EX FINE definitionis explicatæ pullulante. An homo, qui accedit ad Eccleſiæ Sacramenta non inueniens intentionem in miniſtrantibus hæc ipſa, inueniat nihilominus ſalutem à Chriſto Domino in illis conſtitutam.

Ad Sacramenti vtilitatem & validitatem quid conueniens.

14. HINC patet ad vtilitatem & fructum Sacramenti, tam ex parte ſuſcipientis quàm etiam miniſtrantis, diſpoſitionem quò ad animam (quam ſatis explicaui) cuicunque neceſſariam. At verò ad validitatem, qua debent hęc conferri, requiri intentionem; videlicet faciendi quod facit Dei Eccleſia; hoc enim tantùm ſufficit; quantumuis ipſe conferens non adeo ſit peccator, ſed hæreſi inquinatus, ita vt aliud affirmare prohibeatur ſub anathemate in D Concil. Trident. ſeſſ. 7. cap. 11. Quod tamen iuxta mentem eiuſdemmet Concilij, intelligi videtur, de intentione ſubiacente, & ſeipſam conformante Eccleſiæ intentioni, non autem voluntariè eidem refragante, contradicente & obuiante; vnde & vltima doctrina præcedens confirmatur.

Conc. Trid.

An gratia comparetur ex Sacramento ſiue intentione malitiosè miniſtrato.

Hoc quidem indubitabile. Illud verò dubitatum, & tanquam res grauiſſima à multis diſceptatum; An quærentes Sacramenta, & per malitiam Miniſtrantium hęc minimè offendentes, videlicet quia illi ad

Sacramenta

Sactamenta miniſttata & pet ipſos dilatgita, quæ vtique ex intentione pateotiſſimè dependent, intentionem ptotſus nullam habere voluerunt, an hi homines in ſtatu damnabili remaneant, vel illis extta otdinem & fidem Sacramenti (nam iſta planè inuia, imperuiáque ſit eis) auxilium præbeatut.

D. Tho.

In qua ſanè quæſtione hoc poteſt coniectari D. Tho. 3. p. q. 64. att. 8. multò magis dubitaſſe, quàm dubium enucleaſſe. Nam in atticuli concluſione negantam pattem tenet, ad ſecundum verò ita in aliquotum opinionem contrarium exiſtimantium videtur inclinari, vt cottigete ſeipſum, & illos toto corde amplecti ferè ctedas, ſeu clatè intueatis. Quare P. Suatez tom. 3. in 3. p. poſt multa accumulata diſp. 13. ſect. 2. B ne Sancti tanti verba illaqueata videantur, & in ſpatio tam limitato contrarius iudicetur, in atticuli præfati ſic ait commentario; *Fateor quidem non omnino adimi ſcrupulum, ſi rigoroſè verba litera perpendenda ſint.* Sed tamen cum eodem negantibus accedit, idque multis ex tationibus vrgentibus non parùm; è quibus hæ potiſſimæ. Prima, quia nulla Dei ptomiſſio exiſtit de re iſta, vt gratiam quis obtineat ex illo Sacramento, intentio cui defecit, & ex defectu intentionis inualidum, vt temanſit, ſic manet & inutile ad gratiam largiendam. Secunda, quia poteſtas conficiendi Sactamenta data eſt homini tanquam homini; vt ſcilicet humanò fungatur illa modo; videlicet per actiones humanas operando; quæ nonniſi pet voluntatem bumanam deſignantut, determinantútque ad aliquid. Tertia, quia hæcce voluntas in illis Cbtiſti vetbis, *Quodcunque ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in cælis, & quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cælis*; videtut ſatis libera, & domina eligendi quod ſibi plus arriſerit. Quarta quia hoc ſtatuitut in ptoximè citato Concil. Trident. dum aſtruitur de Fide ad validitatem Sactamenti intentio neceſſaria.

Suatez.

Proponitur cum fundamentis opinio negatiua.

Matt. 16. 19.

15. Verùm mihi, anne ſtudio in D. Thomam, neſcio, non adeo inextricabilis & pugnans ſecum ipſo videtur in hoc dubio hic idem vit Angelicus; quin ille primo loco in ſequenda negatiua clariſſimus exiſtat; in ſecundo vero totus omnimodè occupatus in illis qui contratium putarunt explicandis. Putarunt autem iſti, vt ſentit D. Tbo. interpretans eoſdem, baudquaquam haberi gratiam per illud Sacramentum, in quo prçuiæ & neceſſatiæ intentionis in Miniſtro defecit tequiſitum; ſed habeti miſericorditer ex Chtiſti priuilegio, bonitate ſingulari extta ordinem ptæſcriptum ſupplentis hunc defectum, inteotionis pet malitiam ſubttactæ & denegatæ. Quam gratiam Chriſtus Dominus, qui interiùs nos baptizat, & ad quæque Sacramenta inuiſibiliter & principalitet concurrit abſque dubio, infundit clementiſſimè; videlicet in paruulis, qui non poſſunt accedendi habere intentionem, nedum deuotionem, ſupplendo intentionem deficientem Miniſttantis; A & in adultis faciendo vt ſuppleatut bic defectus per bominum accedentium deuotionem, Fidémque; Deo etiam peculiariter ad id cooperante, ſi fortaſſis in deuotione illotum quidquid deſit. Hæc illorum exiſtimatio, quos aliquos appellat ſplendor Aquinatum. Etgo multi, è quibus vnus, ante ipſum fuit noſtra, & eius lux Aleoſis in ſua 4. p. q. 13. memb. 1. poſt ipſúmque Durandus illius conſodalis lib. 4. ſent. d. 6. q. 2. Gabriel ibiq. 1. at. 3. dnb. 2. & ex recentioribus duo Thomæ expoſitores perquamcelebres nimirum P. Soto d. 1. q. 2. & Valentia ſup. 3. eiuſdem Sancti p. diſp. 3. q. 5. puncto 3. qui cum voce Theologorum communiter recepta, hoc iudicat probabile; non equidem de lege frequenti & otdinaria, ſed ſolùm ex priuilegio piiſſimè conceſſo. Ad quod ducitur inter alia eiuſdem D. Thomæ in articulo producto vrgenti ratione; vt quemadmodum ſine deuotione ſuſcipiens Sacramenta, quæ charactetem ſecum imprimunt, is certè ſine gtatia characteram tantùm tecipit, ſic qui ipſa ſine intentione indebitè adminiſtrat, gtatiam ſolam ſine vllo Sacramenti charactere accedentibus impertia[illegible] non quidem ex ſuo opete iniuſtè adminiſtrato, ſed ex Dei miſericordia ſupplente, & non volente huiuſmodi iniuſtitiam.

Explicatur affirmatiua, vt vera iudicetur.

Alenſis. Durandus. Gabriel. Soto. Gregor. de Valent.

16. Cui doctrinæ Pontificij accedit Iuris norma in cap. *Debitum*, de Baptiſmo; vbi dicitur in hoc caſu deficiente intentione, non iuſtificari peccatorem in Sacramento Fidei, C videlicet in Baptiſmo, qui ita nuncupatur, quòd Fidei eſt proteſtatio, vt docet D. Tbo. 3. p. q. 66. art. 1. ad 1. & q. 71. art. 1. ſed tamen iuſtificari in fide Sacramenti; id eſt, in fide & deuotione, qua venit, & accedit, diſpoſitus prout decet, ad latices Diuinos. Et fauet D. Thom. in numeti ptæcedentis ſupremo fine ratio. Nam ſi Deus pet Sacerdotes, vel etiam ſceleſtiſſimos Sacramenta vera voluit Fidelibus donari, quia aliter de validitate illorum non conſtaret, eò fortius Sactamentorum, per eandem voluntatis Diuinæ coniecturam, ac fitmum fundamentum, hîc dabitur validitas, quò maius aſt periculum, ſi nulla ſit intentio.

Cur Fidei Sacramentum Baptiſmus appelletur.

D. Tbo.

An poſſit quis Saluari in Fidei Sacramento, qui tamen non ſaluatur in Sacramento Fidei.

Suarex ad hoc ait, non dati æqualitatem D in his duobus caſibus, maiorémque exiſtere incertitudinem probiratis, quam illam intentionis, cum defectus bonitatis naturaliter adueniat, & natura perurgente ſæpiſſime contingat, defectus verò alius intentionis tequiſitæ non eſt cut dati poſſit, vel etiam cut Sacetdotes hanc velint non habere, vt etiam Bellarminus lib. 1. cap. 28. de Sacramentis in genete cōſiderat rem iſtam. At verò talis ratio cum ſemper fallax fuerit, in noſtro acerbo tempore eſt ſanè perquamfalſa; in illis qui à prole Hebraica deſcendentes, ſub Agni Chriſti pelle ſe callidè occultantes, & reſpectu temporalium Baptiſmum accipientes Alta[illegible]ſeſe ingerunt, quin aliam intentionem ad Sacra facienda hac certè prius habeant, quàm nullam ptorſus habeant; quò poſſint ſic Chri-

Saarez.

Bellarmin.

A ſtiadas quos odio ſibi innato ſuapte deteſtantur, Sacramentis, quibus credimus nanciſci vitam aoimæ, ad libitũ priuare; vt ex eorum confeſſione io foro Inquiſitorio peracta ſemper comperi, & omnibus vbicunque Inquiſitionis eſt tribunal, compertum planè fuit. Quare maior iocertitudo dignoſcitur hæc præſens : omiſſo quòd io aliia diuerſis ab hac gente, quantumuis valde rariùs, hoc ipſum dari poſſit. Quo forſitan Suarez in tomo à me producto diſp. 65. ſect. 2. interrogans an Chriſtus abſolutè in Euchariſtia oporteat adorari, au verò conditionaliter, ſi illic verè adſit, poſt verba qoibus ait abſolutè hoc faciendum, ob plurima pericula ea inde pertimenda, hæc protulit coactus; vt eruat ab ſcrupulis contrarium ſentientes :

Intentio io Sacerdotibus an deficiat aliquando,

Suarez.

B *Si autem* (ſcribit ille) *ex accidenti occurrat aliqua probabilis ratio dubitandi, de veritate Sacramenti; quæ talis ſit, vt prudenter conſiderata ſufficiat ad formandum vehemens dubium, vel ſuſpendendum aſſenſum, tunc non eſt adorandum Sacramentum* (quod valde maius eſt) *ſine explicita conditione, vt excludatur periculum adorandi purum panem; ſicut cum alicui apparet Chriſtus, vel apparere videtur in aliqua reuelatione, non eſt abſolutè adorandus, donec de veritate conſtet.*

Euchariſtia an abſolutè, vel conditionaliter adoranda.

Hæc ille; cui iungendus facetus quidam caſus, qui Conimbricæ dum ibi verſarer & incumberem tyrocinio literario, io iſtum modum accidit. Erat illic tunc Epiſcopus ob multa memorandus Alfonſus Albicaſtrius, cui qoidam vir Canonicus ea geoere Hebræorum de alio Concanonico hanc detulir quærelam, videlicet, hunc quoties ille alius eleuabat in Miſſa Sacram Hoſtiam, ſolere palam dicere, cum ibi præſens erat; ſub conditione Chriſti corpus ſi illic verè eſſet, tantummodo adorare; ſed Præſul plenus ſalibus, vt erat ſale & Sole ex parte non mediocri Epiſcopalium qualitatum quamtumuis eis propitius & naturaliter affectus, reſpondit verè & lepidè. Vade, nanque cum & ego veſtratium Miſſę adſto, id ipſum quoque faciu. Vnde duo pondrranda : ac valde deprecanda hoc loco ſanum doco; Prælatis quidem alterum, ne iſtam in Dei ouile admittant luem peſſimam, ac peſtem Chriſti pecudum. Alterum verò Chriſtianis cooditionis cuiuſcunqoe, vt ab horum Sacramentorum adminiſtratione longè caueant, & iugirer expoſtulent à Deo in vita ſua, vt cum vera contritione ad pericula ſimilia ſecurè deuitaoda ab iſto mundo abeant, quò ſi aliquid detrimeoti io Sacramentis præcedentibus à Sacerdotibus tam prauis contraa erint, dum vixerint, hoc corrigant in morte.

Epiſcopi Cunimbricenſis Alfonſi de Caſtelbranco in Sacerdotes ex Hebræis pers celebre apophthegma.

17. Quare omnibus prædictis cum Angelico Doctore contrarios ea plicante, attente ponderatis, ab illo poſſe tutò contrarium iudicari, & ſequi à qualicunque videtur ſatis congruum, rationabile, & probabile. Vnde Suarez D. Tho. ſententiam fulcientis, fundamentis hoc ſuppoſito oportet reſpondere.

Ad primum quorum dico, quòd licet nulla gratiæ promiſſio ſit in hoc ſpecialiter expreſſa, multæ tamen ſunt à Deo generaliter promiſſæ, quæ in tanti re momenti non poſſunt oon impleri; cuiuſmodi ſuot illæ de Baptiſmi Sacramento; *Inuocabitis me, & ego exaudiam vos, & reducam captiuitatem veſtram de cunctis locis.* Quis enim locus magis à Deo ſeparatus, & duriſſimæ captiuitatis exilio prægrauatus, quàm detentio in regione peccati originalis? Ergo iſta remouebitur per Baptiſmi Sacramentum genericè promiſſum, quantumlibet ſpecialiter Miniſter refragetur. *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat*; id eſt, Baptiſmi aquam; vt claret ex ſequentibus : *Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura* (nimirum per Ioëlem cap. 2. n. 28.) *flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.*

Ierem. 29. à n. 12.

Baptiſmi effectus quantus in verbis Sacroſanctis.

Ioan. 7. 37.

B *Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes.* Tunc enim bibunt primùm credentes Chriſti ſpiritum, ſpiritualem ſeu liquorem tam largè diſtribotum, tam facile donatum, vt dicat vox donantis *Veniat ad me, & bibat*: Quia bibet, ſi peruenerit, nec alis difficultas ad oon bibendum erit, quàm tantùm non venire, vel neutiquam ad Sacrameotalia fluenta perueniſſe. Nam cum venerit, inueniet, & manu ſua bibet in hoc fœlici tempore, de quo Bernardus ait; *Currite gentes, ad manũ eſt ſalus, effuſum eſt nomen; oleum effuſum nomen tuum, vt quicunque inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit.* Nunc enim dies eſt, de quo io Vaticinio : *In illa die erit fons patens domui David, & habitantibus Ieruſalem, in ablutionem peccatoris, & menſtruatæ.*

Facilitas & poteſtas Baptiſmi quàm eximia.

Bernardus.

Zachar. 13. 5

C Quia omnes Ieruſalem Iudæi inhabitantes, ſeu Chriſtum confitentes, id enim Iudæi ſonat, ad fontem illius confluunt, qoi abluit originale, actualéque peccatum : hoc equidem ſub nomine ſublatens peccatoris; illud verò ſub menſtruatæ; quippe qnod in matris vtero contrahitur à cunctis, Lyrani iuata mentem hunc locum elucidantis; quocirca à nullo poteſt tam patens fons occludi. Iuoat ſemper Chriſtum ipſum principaliter & inuiſibiliter cum baptizante baptizare, vt inquit D. Tho. q. 64. ar. 8. ad 2. Fidémque in Miniſtrante ad Sacramenta conferenda, non eſſe oeceſſariam; vt ait idem Sanctus art. ſequent. *Quia non agit in virtute propria, ſed in virtute Chriſti.* Et de pœnitentiæ Sacramento illa celebris ſententia, quam Enarrar. de Iudicio Coofeſſioni accommodauimus; *Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino; & tu remiſiſti impietatem peccati mei.*

D. Tho.

D

Pſal. 31. 5.

Hæc autem vel inuita intentione confereotis plos gratiam accelerabit, quam eam remorabitur; cum inter noſtram Confeſſionem & Dei remiſſiooem nil prorſus ioteriaceat; *Dixi confitebor, & tu remiſiſti*; Et etiam Deus ſit ille qui principaliter abſoluit; *Et tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Cui fauet nihilominus ſententia peruulgata; *In quacunque hora ingemuerit peccator, ſaluus erit*; de qua agitur in cap. vlt. de Conſecr. diſt. 7. cum mille eiuſdem toni, & celebre axioma; *Facienti quod in ſe eſt, Deus non denegat auxilium.*

Confeſſionis quanta ad veniam facilitas, & vis.

Vbi gemitus peccatoris efficacia inuenitur.

18. Ad alia verò obiecta Suarez reſpoodendum;

dendum; poteſtatem tanquam homini concreditam ipſi homini; & Concil. Tridentinum intentionem verè exigens; ligandique, ac etiam ſoluendi Pontificium; hæc omnia ſolùm tendere, vt Sacerdos recta via conficiat Sacramenta; non autem vt extra viam & Eccleſiæ intentionem, cum qua ille principaliter ſe debet conformare; vt ratum quidquid faciat, pœnitentibus adhibentibus diligentiam requiſitã, iuuamen denegetur. Præterea, quòd facultas ligandi S. Petri de vinculis cenſurarũ neceſſariò interpretatur, ibi enim tantum ligat Sacerdos Chriſtianus; in iis verò quos à vinculo abſoluere non placet, non ligat, ſed ligamẽ iniectum peccatorum, non ſoluit data cauſa. Qua dempta ſi Sacerdos intentionem baptizandi, vel abſoluendi non habuerit, re ipſa non obſtante, extra finẽ Sacramenti, per priuilegium Redemptoris ad Sacramenta concurrentis, atque ibi principaliter agentis Dei officium, quod hominum pœnitentium eſt culpas condonare, peccatorem finem illum idoneè à ſe quæſitum videtur obtenturum.

Matt.16.19.

Quod confirmat, ni decipior, hoc validum argumentum; quia paruuli, qui intentionem habere nullam poſſunt, Baptiſmo, quem Apoſtolus vocauit indumentum, tantò aptius veſtiuntur, quantò illorum ſtatus algens, & inops naturaliter, plus eget indumentis; quorum quidem Sacramentum, vt tenet tota Dei Eccleſia, fixum manet. Cum tamen nulla poſſit, à priori, prout dicunt, de hoc præſtari ratio, niſi quia à Pio Domino ſic volitum & præceptum; vt qui abſque culpa propria hac ligantur in Adamo, abſque ſuo proprio merito in Adamo poſteriori ab illa liberentur. D. Tho. 3. p. q. 69. art. 9. C. Quod autem hoc ſit à Chriſto præceptum & ordinatum, præter Eccleſiæ traditionem ab Apoſtolis acceptam, Dionyſius cap. vlt. de Hierar. Eccleſ. Cap. *Firmiter de ſumma Trinit. & Fide Cathol.* & Concil. Trident. ſeſſ. 7. can. 13. grauiſſimi ſunt teſtes. Cum autem perſonarum acceptor non ſit Deus, vt dicitur in Actis, incredibile ſit pene, vt pueros ſine intentione, deuotioneque ſanctificet, adultos verò deuotione, diſpoſitione, & intentione, ob alienæ intentionis maleuolum defectum, abiiciat accedentes. Tunc etenim miſericors in non merentes foret, & ſæuus in promeritos; tunc ipſum non quærentes infantulos quæſiiſſet, & grandes eum pergrandi dolore atque rubore quærentes deſpexiſſet; cum æquale ſit, & maius in iſtis rei periculum; in illis verò neutiquam æquale detur meritum.

Gal.3.27. Baptiſmus paruulorũ cur verus in eis ſit intentionis non capacibus.

D. Tho.

Dionyſius.

Conc.Trid.

Actor.10.34.

19. Dices, hominem extra viam ſaluari Sacramenti miraculum eſſe magnum, quæ vtique abſque magna neceſſitate nunquam Deus patrauit in Eccleſia. Sed inde pro me arma aſſumes fortiora. Nam neceſſitas quæ tanta, vt ſalus animarum? Si hæc olim obtinebatur, & obtinetur vſque hodie, ac obtinebitur perpetuò ex Sacramento peroptato, cur non etiam ea Sacramentis cum animo deuoto quæſitis comparabitur? etſi in illis detur praui intentio Miniſtrantis? Quamobrem his tam robuſtis vrgentibus principiis, non ſolùm gratiam hic exutam à Charactere, haberi eſt veriſimile, ſed etiam & characterem; cum defectus Characteris in iis qui ſunt poſtea Sacramenta conſecuti, eiuſdem ſit periculi; non enim ſine illo adminiſtrantur Sacramenta, quæ ſecus proculdubio euaderent fruſtranea, infecta, vana, & caſſa, ſi ab aliquo hoccemodo initiatis præberentur; iuxta mentem D. Tho. 3. p. q. 68. ar. 8. Ad quod idem Sanctus vir q. 64. ar. 8. ad 2. non modicè inclinatur, dum ex Eccleſiæ intentione, qua Miniſter, quamuis nequam, adminiſtrare ſemper cogitur, hoc iudicat factibile. Et confirmatur ex eodem q. 68. art. 8. C. in cuius fine ait: *Non enim Sacramentum perficitur per iuſtitiam hominis dantis, vel ſuſcipientis baptiſmum, ſed per virtutem Dei.*

Abſque Miniſtri intentione character an impreſſus.

D. Tho.

Addes, iſta ratione fruſtrari Sacramenta, & illorum inſtitutionem non infimè euaneſcere, dum æquè ſine eis comparatur illa gratia, quæ oritur ex ipſis, quàm equidem cum ipſis; ſed malè hoc ſuperaddes; cum extra Sacramenta non gratiam conſequatur, qui ad iſtam conſequendam ad illa ſeſe contulit; & ideo quia venit, inuenit donum gratiæ; Sacramenta niſi peteret, haudquaquam reperturus. Sed petiit, atque reperit virtute Sacramenti; vel potiùs Sacramentorum clementis Conditoris, qui per hominis malitiam Sacramenta non inuenit. De quo deſine mirari, quia arbores perutiles, de quibus in Mayollo, vel vmbra tantùm ſanant: ſicque iſti ad Sacramentorum venerunt dulcem vmbram, ſub illa ſe proſtrarunt, & ſani receſſerunt. Quod ſanè in Sacrificiis antiquis figuratum; quæ quidem cum noſtrorum dumtaxat vmbræ fuerint, in horum futurorum vmbracula ſanabant. Quocirca quid mirandum ſi noſtra decubantes ſub vmbra ipſorummet reſtituant ſanitati? Liquores quiqui olei natura potiuntes in vaſculis incluſi exſudant ſemper fotas, præſertim ſi in vaſis teſtaceis habeantur: Sacramenta nouæ legis Diuinæ vaſa gratiæ non paucies eſſe dixi, & ex auro Diuinitatis ipſiſſimæ confecta, quia Sacramenta ſolus Deus eſt potens inſtituere; at verò ex auro tanto cum luto noſtri corporis miſericorditer ſubacto, & amore ſummo hominum in Chriſti humanitate quinquifariam perforato. Quid autem vitæ gratiæ extra vaſa illius ſanguine turgentia non ſudabit? non facile madebit? & culpas emundabit? qui oleum totus eſt? totus vnctus? totus Chriſtus? & oleum ita largifluum, vt vel tantummodo inuocatum diffundi prorſus neſciat?

Mayollus.

Sacramentorum legis veteris vt vmbræ S. Petri mirabilis effectus, quia in vmbrã futurorum tantummodo ſanabant.

Cant.1.3.

Hæc mecum de intentionis materia ruminaueram cum iucidi Pariſiis in Scribonij Pantalithiam ſeu ſummam Theologicam, eadem in ciuitate anno 1620. cum approbationibus Sorbonicis in lucem diuulgatam; vbi Auctor de Sacramentis in generetractando diſp. 1. q. 7. ſub titulo præfixo,

Scribonius Recollect.

Quænam ſit intentio faciendi quod facit Eccleſia; A prætendere innouare, ſed ſolùm Sancti huduodecim argumentis peroptimè elimatis nec parum viſu dignis, hanc ipſam partem munit. Quæ argumenta præcor videas, ſi opinionis iam expoſitæ veneris deſiderio, & prologum Scriptoris attētè priùs legas, vbi verbis tam perſpicuis quàm humilibus fatetur nil noui in hac materia contra mentem D. Thom. & doctrinam perantiquam (D. Thom.) prætendere innouare, ſed ſolùm Sancti huius 3. p. q. 64. art. 8. de quo egimus, ſententiam elucidare; cum quo ego pari venia lectorem quemuis moneo, in obſequiū veritatis quærendæ & venerandæ, & in landem miſericordiæ ſuperabundantis Chriſti Domini, ac pœnitentium conſolationē, hęc ita rudi calculo & lima concinnaſſe, quæ cuiuſcunque doctoris cenſuræ lubēs offero.

DE ALIA QVÆSTIONE A PROXIMA ORIENTE, & à multis quotidiana curioſitate ſciſcitata; an totum panem fori, ſi velit, rectè poſſit Sacerdos conſecrare.

30. SACERDOTIS intentioni recenter explicatæ non malè hæc dubnatiò, nec deuiè colligatur. Et certè iuxta mentē Suarez allegati bene poterit boc quiſque Sacerdos operari, miniſter nāque humanus humano modo agit, & voluntarius voluntario; ac per cōſequens boc erit in eius voluntate, vel conſecrare, vel non conſecrare totius panem fori. (An poſſit panis fori totius conſecrari.) Verùm ego à præcedentibus veſtigiis non recedens, ex eodem D. Tho. & placito communi contrarium certum puto. (D. Thom.) Si etenim Sacerdos in ſua intentione, Eccleſiæ intentionem tenetur obſeruare, & per illā ſuam ad vnguem formare & moderari q. 64. art. 8. cum ſequenti, certè Eccleſia Chriſtúſque nil minus boc deſiderant, quàm vt tanta nulitate, ludibrio & vilipendio hoc fiat tam excelſum ac ſerium Sacramentum. Et ita in caſu ſimili intentio conſecrantis nil penitus valebit, quia licet poteſtatem delegatam plenè habeat, delegati tamē ſui mandati vires frangit, peſſundat & contemnit, quocirca à ſui muneris labaſcit functione, & à legatione ſibi tradita; vt tritum eſt in principiis de officio iudicis delegati. Qua de re maiora tibi ſuppeditare potuiſſem, ſi notata quæ decerpſerā ex aliquibus auctoribus, multoties nunc quæſita, inuenire potuiſſem. Sed pro cunctis vnum audi Seraphicum Doctorem in Compen. Theolog. libello eruditiſſimo lib. 6. cap. 6. hæc verba facientem: (S. Bonau.) *Sciendum quod non ſolùm requiritur intentio conſecrantis, ſed etiam intentio iſtud Sacramentum inſtituentis. Vnde ſi aliquis Sacerdos ſtaret in foro, & ſuper omnes panes formam verborum proferret, etiam cum intentione conſecrandi, non fieret ibi tranſſubſtantiatio. Et hoc non eſſet propter defectum virtutis verborum, cum vna vice Sacerdos poſsit conſecrare tot hoſtias quot toti mundo ſufficerent, ſi eſſet neceſſarium Eccleſiæ, ſed propter defectum intentionis illius, qui hoc Sacramentum inſtituit, qui non intendit, quòd cum tali ludibrio, vel ſtultitia fieret conſecratio, ſed pro vtilitate vel neceſsitate Eccleſiæ generalis, vel particularis.*

Quas equidem de ſuſcipientis & miniſtrantis intentione hucúſque enucleatas & protractas quæſtiones, longiores quàm optaueram, vt loco conſentaneas, perutiles, ac gratas, afferre viſum fuit. (B) At verò his enodatis ad ordinem directum Sacramentorum redeamus, ſecundum quòd in ſerie Sacrificiorum diſſeruimus. Illud tamen aduertendo circa modum Sacramenta ex ſigno exteriori (à quo poſt definitionem receſſimus illorum) perfectè internoſcendi, non ſolùm ab iſta nota, nempe ſigni exterioris, apud ſeptem qualitates ibidem elucidata, à reliquis dignoſci; ſed etiam ex aliis ſeptem in illis exoptatis, quę ita nuncupantur; — Figuratio priùs iacta in naturali, & lege Moyſis; — Promiſſio à Chriſto Dom. de illis nobis facta; — Certificatio gratiæ eis diuinitus annexę; — Inſtitutio ipſorum poſtea per Chriſtum celebrata; — Præceptio vt à Fidelibus perpetuò frequententur; (Sacramenta cum ſint ſigna, à quibus ſignis nota.) (C) — Frequentatio poſt hæc omnia à cunctis Chriſtianis; — Et tandem in Sacro textu ipſorum commendatio. Quæ omnia in Euchariſtia apparent non obſcurè; Figuratio in rebus tantis hucúſque elucidatis, & de vmbris legis veteris, ad lucem legis nouæ ac veritatis exportatis; Promiſſio à Chriſto facta, in Ioannis ſexto cap. quo loci ſæpe dicitur per verba de futuro *Panis quem ego dabo*; vel alia æquiualentia. (Ioan. 6. 51.) Certificatio iunctæ gratiæ, in multis ibimet, è quibus hæc ſint ſatis; *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* (N. 58.) Inſtitutio apud Matthæum, & Marcum, ac S. Lucam; *Accipite & comedite; Hoc eſt corpus meum.* (Matt. 26. 26. Luc. 22. 19.) Præceptio vt frequentetur in Luca & D. Paulo; *Hoc facite in meam commemorationem.* Fidelium frequentatio in Actis Apoſtol. *Frangentes panem circa domos.* (Actor. 2. 46.) (D) Sed & vltimò cōmendatio in Apoſtoli doctrina 1. ad Corint. cap. 10. cum proximè ſequenti; vbi Euchariſtia iam inſtituta & frequentata per Fideles quàm valde commendatur. (Sacramentum in Scriptura aliquando res non Sacra, ſed turpis & Sacrilega.) Hæc quidem in iſto Sacro, hæc in aliis Sacramentis, attentè ponderatis, à quouis offendentur; & hinc dignoſci debent; non autem à ſolo ſigno viſibili & notorio; nam multa ſigna ſunt à Sacramentis longè deuia; & multa quæ Scriptura appellat Sacramenta, vt Apoc. turpis mulier, (Apoc. 17. 5.) quin aliquam propterea de Sacramentis partem habeant; vt econtrà ex Sacramentis Matrimonio ſoli hoc nomen in textu Sacro datur; cum vnum ſit præ aliis inferioris dignitatis, & per hæreticos non

paucos

paucos à Sacramento deturbatum.

Ioan. 13. 5. De pedum lotione an fuerit Sacramentum, ab aliquibus D.D. inuenies diſceptatum, & in litigium reuocatum; quia multa ex requiſitis prædictis palam habuit. Sed

Lotio pedum Apoſtolorum an quoduis Sacramentum. minimè; nam vox *Si non lauero te, non habebis partem mecum*; non gratiæ pollicitatio, ſed potiùs cõminatio banc fuit amittendi; nec taoquam Sacramentum ſed tanquã Sacra-

A mentale & diſpoſitio Sacramenti à Chriſto facta creditur, agnoſcitur, & cernitur. Quare neutiquam ab Eccleſia, niſi cauſa boni exempli hæc fuit iterata, quod ſanæ mentis viris ſufficiet teſtimonium. Bonauentura ſup. 4. d. 3. q. 1. n. 35. quem ampliat Bellarminus lib. 2. cap. 24. de Sacramentis in genere; de quo aliqua in Præfatione videnda ſi libuerit n. 41. & 42. S Bonaa; Bellarmin;

DE SACRAMENTORVM VARIETATE à mundi natalitiis.

Suarez. 21. SVAREZ de Euchar. diſp. 4. ſect. 4. Sacramentũ tantùm vnicum in lege naturali, videlicet quo paruulis contra culpam originalem remedium parabatur, libenter confitetur. Adulti nanque

Naturæ legis quot exiſtimanda Sacramenta. ſicut à Dei per ſemetipſos obſequio auertebantur, ſic iterum per ſe ſina mediis Sacramentis, vt ille argumentatur, reuertebantur congruentet. Sed fallitur, ni fallor, ex

D.Thom. mente D.Tho.3.p.q.61.art.3. ad.2. dicentis omni tempore, in hominum ſalutem, viſibilia tanquam ſigna Meſſiam ad Redemptionem venturũ proteſtantia, Sacramenta neceſſaria. Ergo multa, cum loquatur in numero plurali; & plura, vel dumtaxat, pro paruulis, & adultis; vt ad inuicem diſtinguebantur, non poſſint denegari. A qua quidem Sacramentorum pluralitate prodeunte in lege naturali, immediatè poſt peccatum,

S.Bonau. nec vnguem latum deuiat Setaphicus Præceptor lib. 4. ſent. d. 1. q. 4. n. 61. Primo tempore feliciſſimo ſi innocentia perduraſſet, ſufficeret vnũ tantùm; quod quale tum futurum oſtendi ſuo loco, Enar. 10. n. 20. at in lege naturali fuiſſe plura conſtat, tam ex præſtita ratione, quàm etiam quia tunc non certa ſed incerta, & varia ac diuerſimo-

D.Thom. dè hæc erant inſpirata cum Angelico D. 3. p. q. 60. art. 5. ad. 3. & q. 61. art. 3 o. Multa igitur; qood pariter ex Enarrat. præcedente n. 4. & 17 huiuſmodi probatur, quia ibi legis naturæ Sacrificia multa dedimus, & ea ipſa Sacramenta multoties eſſe diximus, ac clarè demonſtrauimus. Quot iſta verò fuerint agnoſci puto arduum, & prorſus impoſsibile. Nam quis poterit terminare Sacramenta ſine termino, & numero præfixo? Foiſſe tamen pluta quàm in lege data Moyſi, ad minus propter numerum non fixum ſed fluentem varietate interminata ex n. 17. Eoarrationis nunc productæ ad oculum pateſcit. Nunc Moſayca Sacrameota ad computum ſi poſſumus determinatum reducamua.

Sacramenta legis Moyſis quę fuerint, & qualia. Sed nec iſta ſupputati eſt facile, vel vt puto, omnino res factibilis; quantumuis quis ab Exodi ptincipio libros Moyſis euoluat omni cura, ſolertiáque continua. Nam cum tredecim & ſexcéta pręcepta illius legis putentur cum Ioſepho, è quibus multa erant Iudaica Sacramenta; & alia Sacrificia; Sacrificia verò illa non paucies Sacra-

ments, quis poterit hæc omnia ſufficientet extricare, & volens rem exoluere, non am-

B plius innodabit? Hinc S. Auguſtinus lib. 19.cap.5. contra Fauſt. Manich. pertimuit Iudæorũ Sacramenta enumerare; vbi poſtquam Sacramentorum diuiſit ſeptem genera; ſingula autem per ſpecies diſttibuit differentes, hæc verba copulauit, *Et alia quæ percurrere longum eſſet*. Quocirca cũ hoc Sancto eodem cap. 19. ſufficiat tantòm dicere, S. Auguſt;

Sacramenta noſtra priſcis in quatuor potiora. quòd *Pro veterum Sacramentis inſtituta ſunt noſtra, virtute maiora, vtilitate meliora, actu faciliora, numere pauciora*. Qui autem illius tempotis Sacramentorum exactiotem ooticiam peroptauerit, hic D. Tho. conſulat, 1. 2. q. 102. art. 5. C. quo loci Sacramenta hominibus communibus quos vocant ſæculares, & laïcos, collata, partitur in tres claſſes, & Sacerdotibus in tres; ita vt om-

D. Thom;

C nium generaliter hæc fuerint Sacramenta; Circumciſio; Agnos Paſchalis, qui ſimul Sacrificium; & purificationes expiatoriæ ab immunditiis & peccatis. Sacerdotũ verò iſta peculiariter pto eis; nempe illorũ conſecratio, oblatio victimarum; eſos panis propoſitionis; ablutio manuum & pedum; pilotúmque abraſio. At hîc certè pluſquam ſex ſpecies ſunt incluſæ, è quibus etiam purificationes expiatoriæ ab immunditiis, & luſtrationes à peccatis; (vel hæc fueriot Sacrificiis vel ablutionibus petacta) ac ſimiliter in Sacerdotibus victimarum oblationes, multa ſecum Sacramentorum congeriem deuoluebaot; inter quę purificationes à maculis internis latiſſimè patebant, quia viris & mulieribus ex æquo ſeruiebant;

D Circomciſio ſolis viris; ac etiam agnus Paſchalis; ſicut ſolis Sacerdotibus illotum Sacramenta in dictis tribus claſſibus allata à D. Thoma.

Nec colligitur ex hinc contta proximum Auguſtiuum, in tam magna & diuerſimoda Sacramentorum multitudina, remedium tunc hominibus faciliùs ſupereſſe; nihil etenim ſic obuium, communéque in mundo, ac noſtta Sacrameota; ita vt aqua non venalis ſalutis porta ſit; pœnitudo cuique licita, & facilis pro libito ac voluntate peccatorum, ipſorum ſumma grauitas; panis autem quotidianus per Sacerdotes tam largiſluè vbique conſecratus, beata conſummatio; quare ſummo iure noſtra vocauit Auguſtinus; *Virtute maiora; vtilitate* Quæ Sacramenta faciliora, antiqua, an ne moderna.

melioꝛa ; actu faciliora , numero pauciora.

De Sacramentorum ſignificatione, eiſdem tanquam ſignis non parum naturali, & de moralitate procedente ex re ſignificata.

22. CVm antiqua Sacramenta ad ſignificandum ſint creata, quid & quomodo ſignificauerint, & ſignificando quid docuerint, hoc loco videamus. Primum igitur ſignificabant donandam à Chriſto gratiam temporibus futuris, cum veniret mundi ſalus pro ipſo redimendo; quam gratiam nihilominus dumtaxat figurabant, & in figuram Sacramentorum noſtrorum conferebant. Deinde, Chriſti mortem, à qua veluti ex origine ventura talis gratia. Ac tandem cæli gloriam, per gratiam & Chriſti habendam proficuam Paſſionem. Quæ omnia licet venerint ex nece Saluatoris, priùs tamen Sacramenta ſignabant donum gratia, quoniam ad gratiam tribuendam primariò data fuerant.

Quid antiqua Sacramenta ſignificauerint primariò, & poſtea ſecundariò ; & quomodo illis noſtra in hac ipſa qualitate æqualia, & inæqualia.

Notatúque eſt dignum quòd priſca Sacramenta omnia ſua ſignificata proijciebant in futurum, at noſtra, tanquam res diſtinctiùs exprimentia, vnam quidem de præterito, alteram verò de præſenti, ac tertiam de futuro ſignificant & exprimunt; prout Pij Catechiſmus ſect. 12. exponit per hæc verba : *Sacramenta triplicem vim ſignificandi habent ; tum quia alicuius rei præteritæ memoriam afferant, tum quia aliam præſentem indicant, tum quia aliam futuram prænuntiant. Res præſens quam tanquam præſentem principaliter ſignificant, eſt ſanctitas noſtra, quam nobis conferunt, præterita eſt Chriſti Paſſio, quæ noſtræ ſalutis eſt cauſa ; futura autem eſt vita æterna, ad quam ſanctitas noſtra, tanquam ad finem referri debet. At Euchariſtia peculiari modo duplicem ſignificat rem præſentem, corpus Chriſti in ea præſens, & gratiam, quæ de præſenti dat, ſicut cæteræ Sacramenta.*

Catechiſmus Pij Quinti.

Quæ omnia de Euchariſtia oſtendunt Euangelia; tam Paſſionem iam præteritam, *Hoc facite in meam commemorationem* ; quàm gratiam nunc præſentem; *Qui manducat me, & ipſe viuet propter me* ; quàm gloriam pòſt futuram; *Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum.* Et illa huius Myſterij antiphona, in qua dicitur; *O Sacrum conuiuium in quo Chriſtus ſumitur* ; En gratia de præſenti. *Recolitur memoria Paſſionis eius* ; En Paſſio de præterito. *Et futuræ gloriæ nobis pignus datur.* En gloria de futuro. Quamuis autem Sacramenta Chriſtiana in his temporibus de præterito & de præſenti, diuerſo valde modo ſignificent à priſcis, quæ nil ſanè ſignificabant niſi de tempore futuro, in illo cum exceſſu antiquis ſunt æqualia, quia ex iſtis tribus rebus, ipſam gratiam quam actualiter largiuntur Chriſti famulis, effigiant principaliter; id autẽ tantò ampliùs, quantò gratiam quam ſignificant, efficiunt velut cauſæ efficientes atque phyſicæ iſtius

Luc. 22. 19.
Ioan. 6. 57.
Ioan. 6. 52.

Eccleſię Sacramenta vt ſignificent de pręterito, de præſenti, & de futuro.

A cæli doni. Vnde gloriam & Paſſionem quę Sacramenta non efficiunt, vnam tantùm præſupponunt, & aliam pollicentur; at gratiam verè tribuunt, & ſicut verè tribuunt, ſic exprimunt primariò ; & etiam cum exceſſu. D. Thom. 3. p. q. 60. art. 30. & Bonauent. ſup. 4. d. 11.

D. Thom. Bonauent.

23. Ad quid autem Sacramenta adumbrant cæli gaudium, cum in vno præſens corpus illius habeamus, cuius viſio beatitudo futura cunctis erit? Quia de præſenti non videtur, ſed ſub pignore & velamine dumtaxat poſsidetur; ac ideo paulò ſupra vocatur pignus gloriæ ; *Et futuræ gloriæ nobis pignus datur.* Nec iſtud eſt ſeruire ſub elementis mundi huius (vt aliqui deprauantes eloquia Pauli aſſerunt) ſub elementis Chriſti B carnem habendo latitantem, & quaſi prægrauantem obtutus contemplantium Myſterium tam excelſum; ſed potiùs elementa abiecta naturaliter ad ſtatum & dignitatem ſupernaturalem eſt eleuare; & elementis ſub eiſdem, tranquillè, dum perdurat obſcuritas & labor præſentis vitæ noctis, quieſcere, & cubare. Quid enim plus quietum quam requieſcere ſub pignore beatitudinis certiſsimu? & ſub illis Sacramentis, quæ gratiam non tantummodo ſignificant, ſed donant?

Galat. 4. 3.

Elementa cur egena antiqua Sacramenta, noſtra autem nullam gratiæ penuriam ſentientia.

Galat. 4. 9.

Iudæi quondam peregenis ſeruiebant elementis, quæ multitudine grauabant, & gratiam niſi in vmbram noſtrorum non donabant; nos autem non ſeruimus egenis elementis, ſed elementis Deo plenis, cui ſeruire C regnare eſt; & arrham regni illius habere præſtantiſsimam, veriſsimam, & certiſſimam. Quibus tamen non obſtantibus conueniens nobis fuit hoc pignus, Chriſti corpus occultans ſub ſe ipſo; nam dum in via ſumus, ad patriámque contendimus, profectò ſignis aliquot, ad illam quibus rectè poſsimus manuduci, externis indigemus; donec dies illuceſcat in cordibus humanis, & in cælica Sion Dei faciem inſpiciamus; Dionyſij iuxta Sancti doctrinam celeberrimam de Hierarc. Eccleſ. cap. 5. p. 1. *Eccleſia media eſt inter Synagogam & cæleſtem patriam; quia Synagoga Sacramenta carnalia ſolum habuit, & vmbras ac figuras; cæleſtis verò Ieruſalem ſine vllis ſignis corporalibus nudam habet veritatem. At Eccleſia cum vtraque æqualiter communicat, habens ſigna corporalia, &* D *ſpiritualia ſimul dona.* Quam Emiſſenus locupletauit in Sabbatho poſt 1. Dom. Quadrageſ. *Faciamus* (inquit ille) *hic tria tabernacula. Primum tabernaculum eſt Synagoga; Secundum Eccleſia; tertium cælum; Primum in vmbra fuit & figura; Secundum in figura eſt & veritate, tertium in ſola veritate erit. In primo vita oſtenditur; in ſecundo inuenitur; in tertio poſſidetur. Non enim Sacramenta Eccleſiæ ſicut Sacramenta Synagogæ medicinam tantùm docent, & oſtendunt, ſed ipſa potiùs ſunt medicina, & remiſſio peccatorum* Videatur D Tho. 3. p. q. 61. art. 4. ad. 1. & 1. 2. q. 103. art. 3. C.

S. Dionyſ.

Eccleſia inter Synagogam & gloriam tacena media.

Emiſſenus.

D. Thom.

24. Significationi Sacramentorum moralitas illorum exinde proficiſcens aptiſſimè ſuccedit; de qua S. Bonauent. Sent. lib. 4.

q. 2.

S. Bonau.

q. 2. n. 14. ſcribit in hunc modum; *Noſtra Sacramenta in documentum, in medicamentum, & ornamentum inſtituta ſunt; & nullo iſtorum modo decens erat ante Chriſtum hominibus hæc dari. In documentum, quia documentum & reuelatio conſiderabilis ſecretorum Diuinorum non debet fieri quocunque tempore, ſed in illo, quo intellectus hominis eſt capacior; hoc autem eſt ſexta ætas, quæ ſenectus nuncupatur; iuxta illud Eccleſ.*

Eccl. 25. 7.

Quàm ſpecioſa veteranis ſapientia, intellectus, & conſilium. *Et ſimiliter in mundo ſexta ætas illa eſt, quæ à Chriſto capit; in qua homines ſapientiores & capaciores ſunt; ideo vſque ad eius tempus dilata Sacramenta.*

Cur ante Chriſtum non conuenîētia Chriſtiana Sacramenta.

In medicamentum, quia eo tempore hæc debent applicari, quo curant efficacius, ſed infirmitas tunc efficacius curatur, atque meliùs, cum meliùs iſta noſcitur, intimiúſque ſentitur, ideo neceſſe fuit Sacramenta tantùm differre, quouſque morbus inualeſceret, vt homo ipſum bene cognoſceret, & remedium quæreret, ne redderetur ingratus, & peiori vulnere infirmaretur. Hoc autem fuit tempore gratiæ, quia tempore legis naturæ conuictus eſt homo de cæcitate, & tunc venit lex docens, cuius doctrina cognouit homo infirmitatem ſuam, & ſic in tempus legis Chriſti dilata fuere Sacramenta. In ornamentum, quia illi ſponſæ hæc debuit Chriſtus dare, à qua nunquam ſepararetur; & quia talis fuit Eccleſia, non Synagoga, quæ ipſum deſeruit & negauit, vſque ad tempus gratiæ perfecta Sacramenta non inſtituit, ſed imperfecta & obſcura, qualia cuique tempori meliùs congruebant.

Ornamenta Chriſti ſpõſæ Eccleſiæ Sacramẽta.

De Sacramentorum vtilitate à moralitate dependente.

25. MOralitatem recto greſſu vtilitas conſequitur; nihil etenim morale, quod mores non reſpiciat, quod mentem non componat; quod animum non inſtruat & dirigat ad bona; quodqoe vtrique homini non multum lucri afferat. Quid verò de Sacramentorum vtilitate prædicandum? Quidve maiùs, quàm per illa, ſenſibilia cum exiſtant, ad notitiam intelligibilium perduci craſſum hominem D. Tho. 3. p. q. 60. ar. 4. C. *Sapientia Diuina vnicuique rei prouidet ſecundum ſuum modum, & propter hoc dicitur Sapient.* 8. Quòd ſuauiter diſponit omnia. *Eſt autem homini connaturale, vt per ſigna ſenſibilia perueniat in cognitionem intelligibilium. Signum autem eſt, per quod aliquis deuenit in cognitionem alterius. Vnde cum res ſacræ quæ per Sacramenta ſignificantur, ſint quædam ſpiritualia & intelligibilia bona, quibus homo ſanctificatur, conſequens eſt, vt per aliquas res ſenſibiles ſignificatio Sacramenti impleatur; ſicut etiam per ſimilitudinem ſenſibilium rerum in Diuina Scriptura res ſpirituales nobis deſcribuntur; & inde eſt, quod ad Sacramenta requiruntur res ſenſibiles, vt etiam Dionyſius ait de cæl. hierar. cap.* 1. Vnde ſcitè Tertullianus de Baptiſmo & Reſurrect. huiuſmodi profatur; *Caro abluitur, vt anima emaculetur; caro vngitur vt anima conſecretur; caro ſignatur, vt anima muniatur, caro manum impoſitione adumbratur, vt*

D. Tho. Sacramentorum prima vtilitas donare intelligentiam myſteriorũ ſupernorũ.

Tertullian.

A *anima ſpiritu illuminetur; caro corpore & ſanguine Chriſti veſcitur, vt anima Deo ſaginetur;* Significans his verbis quàm valde Sacramenta perdoceant Chriſtianos, & ad rerum ſpiritualium notitiam tranſcendentem perducant horom mentes. Vtilitates vide alias Enarrat. 6. n. 16. & 17. & Enarr. 8. n. 63.

Sed de vtilitatibus Euchariſtiæ Ludolph. Carthuſ. 2. p. vitæ Chriſti cap. 56. *Inſtitutum eſt igitur hoc Sacramentum altaris. Primò, in recordationem Dominicæ Paſſionis, & liberationis. Secundò, in ſignum præcipuæ dilectionis, & imitationis. Tertiò, in robur confirmationis contra lapſus humanæ infirmitatis. Quartò, in purgationem ſpiritus hominis, & nutrimentum vitæ ſpiritualis. Quintò in Viaticum præſentis peregrinationis. Sextò, in pignus & arrham ha-* B *bendæ hæreditatis Septimò, in remedium ſatisfactionis pro peccatis. Vnde ſanguine Chriſti corpus & animam linimus, quia ſanguis Agni ſuper vtrumque poſtem liberauit Hebræos ab Angelo exterminatore.* Si aotem vtilitatum iſtius Sacramenti vltra modò memoratas teneris deſiderio, ob decem ſubſequentes intellige hoc donatum. Prima, vt homioi daretur in cibo contra cibum Adamum deturbantem remedium conſentaneum; Innocent. de hoc Myſterio lib. 4. cap. 44. Secunda, vt poſt acceptam in Baptiſmo vitam animæ, huic vitæ non deeſſet accommodum alimentum, & nutrimentum neceſſariom; D. Tho. & Scotus. Tertia, vt maior verſus Chriſtum deuotio excitaretur, cum Euchariſtiæ omnis deuotio, vt alibi iam tetigi, cum Scoto, C collimetur. Quarta, vt Chriſto modo ſummo Fideles vnireotur, ac decet membra capiti; ad Epheſ. 6. cap. Quinta, vt Chriſti in nos dilectio peramplius monſtraretur; de quo perſæpe multa. Sexta, vt etiam amoris eios, ad meliùs hunc ſeruãdum, maneret iuge pignus; Euſebius Emiſſenus homil. 5. Paſch. Septima, vt ex homilitate hic amor radiaret, & ideo homilitatis magiſtro complaceret Enarrat. 2. n. 37. Octaua, vt fortalitium ad pugnandum contra hæreſes Eccleſiæ ſemper foret, cui magnopere conducit Eochariſtiæ Sacramentum Chryſoſt. in Matth. hom. 83. & Irenæus aduerſ. hær. lib. 4. cap. 35. Nona, vt eſſet in Eccleſia inueſtigabile miraculum, quo Fides probaretur, & exercitium peraſſiduum, atque occaſio promerendi Chiſtianis D ſupereſſet; Algerus de Euchar. lib. 2. cap. 3. Decima tandem, vt Chriſti lex haberet fontem gratiæ; ita enim legis nouæ ſtatui congruebat; Alenſis, & Richardus. En decem vtilitates continuatæ & ſubſequutæ, quæ ideo ſeſe roborant, & maximè decorant.

Ludolph. Carthu.

Vtilitates propter quas Euchariſtia ſtabilita.

Vtilitates & rationes Euchariſtiæ inſtituendę.

D. Tho. Scotus.

Emiſſenus.

Chryſoſt. Irenæus.

Alenſis. Richardus.

De Sacramentorum neceſſitate pro omnibus mundandis à quolibet peccato. Et quomodo Sacramenta omnigena antiquorum, nequaquam quem mundauerint, & gratiam Dei attulerint ex opere operato.

26. MVlta à n. 9. Enarr. præcedent. huc decet tranſplantari. Sunt enim eodem modo quo ſupra Sacrificia, Sacramenta ſigna externa, Religioniſque columnæ; prout illic contra Fauſtum ſcribit Auguſtinus; quare magna columnarum neceſſitas eſt domui, quam neceſſitatem Sacramentorum à prioribus vnguiculis hoc loco repetamus.

Sacramenta ſigna externa, & Eccleſiæ fulcimenta.

Fuerunt ſemper igitor hæc paruulis neceſſaria, vt per illa mundarentur à culpa originali, quemadmodum de Sacrificiis prædicto dixi numero. Erant enim pro pueru-lis Sacramenta mundificantia prædicta Sacrificia, vt ibi n. 10. aperui plusquam ſatis; quod placuit & Alenſi 4. p. q. 1. memb. 3. ar. 3. & q. 5. membro 1. Scoto ſup. 4. d. 1. q. 6. cum proximè ſequenti; Maiori q. 4. Gabrieli q. 2. art. 3. dubio 1. & Paludano ſup. 4. d. 1. q. 5. ar. 5. Vtraque autem tam Sacramenta, quàm Sacrificia, exteriora; & in ſymbolis exterois propterea conſtituta; quia hominibos non ſolùm eſt Fides ad ſalutem, ſed etiam Fidei clara ac patens proteſtatio omnino neceſſaria. Nam viſibilis cum ſit, & viſibiliter congregata Eccleſia Dei Catholica, vel etiam tunc poſcebat externum ſignum aliquod io liberis admiſſis; tam vt ſibi de remedio conſtaret iam applicito, ne dobia circa Fidẽ maneret filiorum; quàm vt filij per hoc ipſum ad vbera atque ſuæ venirent matris gremium; ſicut poſtea per Circuncisionem, nunc autem per Baptiſmum ad illam veniunt quiqoi Fideles eſſe volunt, & in albo Ieſu Chriſti militiæ computari. Vtrumqoe ſatis notum & ipſis vel tenellis viſibile per ſenſum, Eccleſiæ Sacramentum; vel aquæ ex ſeſe frigidæ, vel ſanguinis ſæuitiæ, ſubſidium deplorabile.

Sacramenta pro puerulis antiquis Sacrificia.

Alenſis. Scotus. Maior. Gabriel. Paludanus.

Sacramenta cur in Eccleſia perpetuò neceſſaria.

27. Quomodo illi his Sacramentis à noxa originali, & macula ſui generis munditiem compararint in certi iuris eſt. Alij nanqne aſpicientes per Circumciſionem datam pueris facultatem ſuo tempore in gloriam conſcendendi, quæ gratiæ vltimus eſt effectus poſitiuus, binc certum exiſtimarunt, antiqua Sacramenta infuodere ex ſe gratiam ex opere operato; nam quemadmodum puerulis auxiliabatur Circumciſio, ſic puellis & fœmellis proſapiæ Iſraëliticæ, quibus carnis Circumciſio nullatenus fiebat, communia Sacrificia per alios applicata; vt per iſta Sacrificia tunc facta Sacramenta à culpæ originalis contagio mundarentur. Ergo antiqua Sacramenta ex opere operato iuſtitiam conferebant. Ita Alenſis 4. p. q. 7. art. 4. Bonauentura ſup. 4. Scotus atque Gabriel d. 1. & ex recentioribus Suarez tom. 3. in 3. p. diſp. 13. ſect. 4. tenens paruulis tum temporis quæcunque Sacrificia Miniſtri ſine Fide ſalutem dilargiri; ac proinde ſicut patet ex opere operato, quam ex locis Auguſtini non paucis allegatis probabiliorem opinioοem conſtanter aſſeuerat. Alij verò contra ſentiunt ex opere operantis hanc gratiam tunc infundi infantibus ineptis; Bellarminus lib. 2. de Sacramen. io genere à cap. 13. de eiſdémque Henriquez lib. 1. cap. 17. §. 6. qui etiam ſuperaddunt; Circumciſionem ſioe Fide Miniſtri non valere; ex eo quia ſola Sacramenta Chriſtiana ex opere operato conferre poſſunt gratiam; Redemptoris quippe quæ iam merita completa, & Redemptionem conſummatam, inſtitutionémque ab eo Sacramentorum pro re iſta mundandi deſtinatam, veriſſimè in ſe continent; Concil. Trid. ſeſſ. 7. à can. 6. & cap. 2.

Fœmellæ Iudæorum quo remedio ab immunditia purgatæ originali.

Alenſis. Bonauentura. Scotus. Gabriel. Suarez.

Bellarmin. Henriquez.

Sacramẽta quæque veteta an ex opere operato, vel ex opere operantis ſint gratiam dilargita. Concil. Trident.

28. Quare in dubio tam obſtruſo vtrinque ſuſcitato, oportet indagare, quidnam illa Sacramenta vel facere ex ſeipſis, vel in vmbram futurorum Sacramentorum legis nouæ potuerint, nec ne. Pro prima ex quibus rebus dicendum verum reor, non gratiam ex ſe dediſſe, ſed tantùm ſuſtuliſſe impedimenta corporalia, idoneóſqne ad cultum Diuinum reddidiſſe Fideles per antiquos; irregularitates impedientes ingreſſum Tabernaculi, ac Templi diluendo, & ab eis bas tantommodo non ampliùs abſtergendo: ſicut nunc cum diſpenſatur cum aliquo illegitimo, vel membro quouis mutilo, oon datur illis gratia, ſed ſolùm ab ipſis tollitur obſtaculum præpediens ad munia Eccleſiaſtica; D. Tho. 1. 2. q. 102. ar. 5. ad 4. & meliùs 103. ar. 2. C. vbi affert pro hac re robuſtum teſtimonium Apoſtoli dicentis Epiſt. ad Hebr. *Sanguis hircorum, & taurorum & cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis.* Carnalis ergo erat, & corporali non vlterior ſanctificatio & emundatio Sacramentorum legis veteris. Quapropter paulò ſupra antiquas ceremonias iuſtitias vocat carnis; quia carnis immunditias, quarum multæ à D. Tho. art. prædicto ad 4. enumerantur, ſolummodo radebant; ad hoc erant inſtitutæ; & hoc ex ſemetipſis non aliud faciebant.

Sacramẽta quid antiqua valuerint ex ſe, quid verò in futurorum Eccleſiæ Chriſti vmbram.

D. Tho.

Hebræ. 9. 13.

N. 10.

Pro ſecunda verò puto, non ex ſe, ſed ex figura, vmbráque Sacramentorum à Chriſto inſtituendorum vetuſta ſolùm gratiam hominibus donaſſe; quia in recta Pbiloſophia non datur res oon babita; ſed ſic eſt, qood eo temporis non babebatur Chriſti gratia, ac ideo nulla gratia; nam præter iſtam nulla; ſed dumtaxat deſiderabatur, ſignificabatúrque futura. Ergo huiuſmodi dabatur, in ſignom atque figuram Sacrameotorum futurorum; non ſicuti per noſtra, quæ virtutem Chriſti ſanguinis, Agni, ſcilicet, per ſe tollentis mundi crimioa, iam continent & poſſident. Vnde Paolus pleno ore appellauit impoſſibile, quod ſanguis figuratiuus, qualis fuit animantium, hominibus

Sacramẽta cur nonqua non potuerint ex ſe donare quamuis gratiam.

nibus proficeret ad vitam conſequendam; Hebræ. 10. 4 *Impoßibile enim eſt, ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata.* Quia homines non [Cur ſanguis animalium inefficax ad gratiam donandam in ſacrificiis.] poſſunt ſaluari per animantia inferiora ſemetipſis, & cum illis conuenientia in parte inferiori; ſed per hominem ſuperiorem & eos infinities ſuperantem ac excedentem in parte ſuperiori; vt ſic hominum per hominem infinita illorum culpa adamuſſim deſtruatur. Solus autem talis Chriſtus; ergo eius Sacramẽta tantummodo dant gratiam; Galat. 4. 9. antiqua verò manent, vt Paulus vocat ea, infirma, agenáque dumtaxat elementa; infirma, quia in ſe firmitudine carebant; egena, quia egebant futuro ſupplemento; in quo quidem proteſtato, & expectato ſoſpitabant. Quare dicitur lex Moyſis vmbra tantùm, non imago Myſteriorum futurorum; ad Hebræ. 10. Hebræ. 10 1 [Inter imaginem atq; vmbram ſacrificiorum quod diſcrimen.] *Vmbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum: per ſingulos annos eiſdem ipſis hoſtiis quas offerunt indeſinenter, nunquam poteſt accedentes perfectos facere.* Quia videlicet in Chriſtum futurum ſolùm proderat; & ideo non imago, ſed vmbra futurorum, quia imago ſimilitudinem iam habet poſitiuam, at vmbra priuatiuam; ſicque gratia poſitiuè priuata Moyſis lex, de quo oculos in Chriſtum futurum iaciente ſic cap. ſequenti; Hebræ. 11 26 *Maiores diuitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti.* Et in Leuiticis Sacrificiis ex- Leuit 4. 26. & 31. & cap 5. n. 16. preſſè iubebatur vt Sacerdos precaretur, quò dimitteretur illis culpa; quaſi culpa non dimittenda ex opere operato ob facta Sacrificia, ſed ex opere operantis ob Fidem & deuotionem hæc ipſa deuouentium D. D.Tho. Tho. 1. 2. q. 103. ar. 2. q. 107. ar. 1. ad 3. & q. 98. ar. 2. ad 4.

29. Quibus ita præſuppoſitis (etſi modo inuſitato loquendi me exponam) pro paruulis concludo; eis priſca Sacrificia Dei gratiam contuliſſe ex opere operando. Non equidem tam parcè ex opere operantis, vt Fide collabente Patrini, vel Miniſtri, gratia adeò neceſſaria laberetur illis pueris, ſe ipſis deſtitutis; non enim tunc proſpectum inermibus his eſſet, ſi eis tam perurgens remedium foret dubium. Nec etiam pati iure ex opere operató, quia opus Redemptionia nondum inceptum erat, ne dicam conſummatum; ſed citra quoduis dubium, ex opere operando; id eſt, ex ipſo opere per Chri- [Circonciſione quonam modo antiqui ſalui pueri.] ſtum perpetrando; in cuius tantùm Fidem patenter per Eccleſiæ alumnos proteſtatam mundabat Sacrificiorum antiquorum longe maximum, quod erat Circumciſio; ergo pariter & minora. Conſequentia per ſe patet; antecedens non obſcurum in verbis eſt Rom. 4 11. Apoſtoli, dicentis ad Rom. *Abraham accepit ſignum Circumciſionis, ſignaculum iuſtitiæ Fidei;* id eſt, iuſtitiæ in Fide Chriſti dumtaxat D.Tho. comparatæ; iuxta mentem D. Tho. 3. p. q. 62. ar. 6. ad 3. & q. 70. ar. 4. C.

Pro adultis verò dico, gratiam illis Sacramenta antiqua præſtitiſſe non ex opere operato, ſed ex opere & deuotione ipſius operantis, in Chriſtum confidentis, cúmque diſpoſitione idonea deprecantis. Nam A cum Chriſtus ſemper fuerit totius gratiæ cauſa, ab illo antequam carne humana veſtiretur debebat hæc in pignus & Fidem illius accipi; non autem ſine præuia diſpoſitione & præparatione per opera decentia ad gratiam conſequendam. Aliter enim Sacramenta maiora noſtris forent; & non adeo Sacramenta rationaliter creata, & Sacratiſſimè inſtituta, quàm ſacrilega & irrationabilia remedia proculdubio; ſi ſacrilegis & immeritis ſalutem contuliſſent. Probatur ex Abrahamo, qui adultus & grandæuus accepit Sacramentum præ reliquis ſupremum; & tamen Fide in Chriſtum operibus præiacta promeruit eius gratiam; Gen 15 6. ſic enim interpetranda ſunt verba D. Pauli. Rom. 4 3. *Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad* B *iuſtitiam;* per alia fratris Domini Iacobi Fidem hanc, de Fide cum operibus, (cum ſecius non tam Fides ſit Fides quàm perfidia) huiuſmodi explicantia; Iacob 2. 21. 22. & 23. *Abraham pater noſter nonne ex operibus iuſtificatus eſt, offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare? Vides quoniam Fides cooperabatur operibus illius? & ex operibus Fides conſummata eſt? Et ſuppleta eſt ſcriptura dicens; Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, & amicus Dei appellatus eſt.* Itaque quòd Sacrificia & Sacramenta Dei remedia, adiunctis ipſis Fide & debitis operibus, antiquos emundabant; vt periphraſi eleganti attingitur à Pſalte; Pſal. 50. 19. *Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Ieruſalem.* Nam ædificatio Ieruſalem & Eccleſiæ ſtabilitio per Sacrificium C Crucis fuit, vt ait Interlinea; de quo additur ibidem; N. 20. *Tunc acceptabis Sacrificium iuſtitiæ oblationes & holocauſta; tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.* Ideo autem nuncupatur iuſtitiæ Sacrificium, quia ex iuſtitia hoc Sacrificium dumtaxat Deo placuit; & ideo huic Sacrificio tam ſufficienti coniunguntur oblationes & holocauſta, ac vituli quantumlibet ei valde inferiores, quia vituli ſunt electi, per iugum pœnitentiæ & operum ſalubrium, cum Chriſto in Sacrificio ſuæ Crucis coniungendi, quò poſſint ſalui fieri; vt Caſſiodorus & Interlinealis teſtantur in Caſſiodor. hunc locum. Interlinea. Quemadmodum ob defectum coniunctionis per hęc opera deſpecta à Deo ſunt Sacrificia & Sacramenta; Iſai. 1. 11. *Quo mihi* D *multitudo victimarum veſtrarum?* quo loci de hoc latè; & Ierem. cap. 11. Ierem. 11. 15. *Nunquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es?* Et Oſeæ cap. 5. Amos 5 22. *Quod ſi obtuleritis mihi holocauſtoma, & munera veſtra; non ſuſcipiam;* nimirum, ſine operibus cum eis requiſitis. De quo n. 31. in fine loquar iterum.

Sed dices, quare egebant externis Sacramentis, ſi gratiam ſolùm habebant internè ex ſemetipſis ſperantibus in Chriſtum? Vt teſtimonium pœnitudinis, ac vitæ caſtigatæ præberent ſic Eccleſiæ; & qui Deum dehoneſtauerant in probibitis peccatis, Deum quærerent & honorarent in Sacramentis determinatè per eum ſtabilitis; atque etiam, vt qui affectu, effectúque à Deo receſſerant indebitè, affectu effectúque, operibus &

Fide ad eum remearent; non enim ſine Fide & operibus in Chriſtum, eſt cuique Chriſti ſalus, vel fuit in antiquis; cum in Abrahamo & Circumciſione maiote Sacramento, vt illo maiori Sancto, hoc planè demonſtrauerim.

De tempore quo dederint antiqua Sacrificia ex opere operantis in Chriſti Fidem gratiam; quod ad antiquitatem & durabilitatem internoſcendam illorum pertinet.

30. COmperto quonammodo tam pueros quam adultos, & Iſraëliticas fœmellas emundauerint à culpis antiqua Sacramenta, nunc ſçitu dignum eſt, quoto tempore hoc præſtiteriut & durauerint in illa mundandi qualitate. Dico autem ad Chriſtum vſque fuiſſe in tali robore; nam cum illum ſignificauerint, Sacrificio tandem Chriſti diſparuere quæque vetera; ceſſarunt quæque vmbræ. Sed aliter, atque aliter; nam in populo Iudaïco vſque ad Chriſtum perſtitere Moſayca Sacramenta, at in populo Gentili, qui Iudaica non accepit, vſque ad Chriſtum permanſere Adami Sacramenta, id eſt, illa primùm tradita & poſtea frequentata in lege naturali; quo fit vt gens Hebræa vſque ad Chriſtum ſalua ſit per Sacramenta legis Moyſis; cum operibus & Fide in Filium Dei præiacta; at Gentiles per Sacramenta & Sacrificia legis naturæ, cum ipſa Fide & operum conditione neceſſaria; quarum neutra à naturali abhortuit vnquam lege; neque operum in iuſtitia factorum requiſitum; cum potiùs lex naturæ reliquatum ſit origo, & regula acdictamen, vt cunctis palam eſt; neque etiam Fides Chriſti, ac futuri Redemptoris cognitio & expectatio, quæ Iudæis non tantummodo, ſed nonnullis & Gentilibus, ob immenſam Solis Dei miſericordiæ claritatem, perpetuò nota fuit, & modo illo quem Deus ſcit, promiſſa, & præmonſtrata.

Sacramenta & Sacrificia quoto tempore durauerint, tam in Iudæis, quàm in Gentibus.

Gentilibus an ſemper venturi Chriſti Fides extiterit, & quomodo.

Vt non poteſt dobitari vel etiam ex verbis viri Iudaïcæ gentis Patris, qoantumuis hæc præſenti obſiſtat veritati; dixit enim verbis ſeriis illorum Patriarcha; *Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius; donec veniat, qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio Gentium.* Non ſolùm Iudæorum, ſed ſimul & Gentilium; qui ſemper ſpe virenti in variis mundi partibus hunc Dominum attenderunt; atque inſuper clamoribus non modicis vocarunt; vnde ait ipſe Deus vocatus, in oraculo Euangelici Prophetæ; *Ad me clamant ex Seir; Cuſtos quid de nocte? Cuſtos quid de nocte?* Erat etenim Seir Gentilitatis quædam terra, in cuius nocte obſcura fuere ſemper aliqui, qui Deum interpellarunt gemitibus & vocibus; ac lucem Redemptoris venturam peroptarunt; & anxiè ſuſpirarunt; vt explicat per docte & calamo diffuſo Richardus Victorinus in ſuo Emmanuele; & in libello de Incarnatione, ab

Gen 49. 10.

Iſai. 21. 11.

Richardus S. Vict.

A eo amico ſuo Bernardo nuncupato. De quibus ſub perſona hoc ipſum non merentium ſic dicitur in Iob; *Expectet lucem, & non videat; nec ortum Surgentis auroræ*; id eſt Mariæ, ſuo ortu immaculato tanti Solis præludia præcinentis; quatuordecim nanque gradibus, vt dicunt Mathematici, aurora præit Soli, quatuordecimque annis Maria Soli Chriſto; illa ſtella portans Sollem, hæc Virgo Deum pariens. E quibus in Gentilitate Dei Filium præſtolantibus, Iob ipſe fuit vnus, alius autem Melchiſedech, præ omnibus inſignis; Sybillæ, & alij, quos adducit Firmianus, & ipſemet Richardus; ac pariter vir ille Gentilis & egregius de quo dicitur in Actis; *Vir autem quidam erat in Cæſarea, nomine Cornelius, centurio cohortis quæ dicitur Italica; religioſus, ac timens Deum cum*

Iob. 3. 9.

Mariæ cum Aurora perapta cōparatio.

Gentiles qui nam ſalui ſub lege naturali.

Actor. 10. 1. & 2.

B *omni domo ſua, faciens eleemoſynas multas plebi.* Vnde colligitur nō paucos huiuſmodi fuiſſe, in voto & deſiderio expectandi Redemptorem. Nam vltra quòd cum eo conſentiebat domus eius, qui alios ad ſe adducerent; certè ſicut eo tempore Gentilitati tam aduerſo in ea inuentus fuit vir adeo timens Deum vt religioſus nuncupetur, ſic alios probabiliter vixiſſe tunc colligitur conſimilis propoſiti, & vitæ intentionis. Qui omnes vel adulti, vel paruuli exiſtentes, per illum primum modum, ſub Adamo & Patriarchis, Sacrificandi iam expoſitum, ſuſcipiebant Sacramenta, & ſic ad vitam æternam poſt Chriſtum conſequendam beatè peruenerunt.

31. Cuius quidem veritatis occaſione diſ-
C ſoluendæ nunc intrat illa quæſtio, quoto tempore lex naturalis durauerit in ſua ſaluandi poteſtate; & ob dictam rationem quò ad homines Gentiles quibus alia non eſt data, durauit vſque ad Chriſtum; vt verè, ſciteque aduertit D. Tho. 1. 2. q. 98. art. 5. C. At verò quò ad Hebræos, vſque ad tēpus, quo Abraham ad emundandos ſuos paruulos, & adultos ad ſuum populum deinceps aggregandos, Circumciſionis ſignum habuit. Nam quamuis lex ſcripta diſtincta à naturali non Abrahæ ſed Moyſi poſt longam intercapedinem annorum data fuerit, Abrahamo tamen fuit conceſſa Circumciſio, quæ fuit velut legis donandæ præparatio, & à populis quibuſcúnque diuerſis ſeparatio. Vnde hinc in ceremoniis, ac pri-
D mis natalitiis incepit lex ſcripta; quemadmodum Richardo præfato viſum eſt, & Bonauenturæ ſup. 4. d. 1. n. 83. ac nuperrimè Suario in noſtra Præfatione à nobis allegato, vbi dedimus rationem, cur hic tomus totam legem complectens naturalem, axcluſiuè vſque ad Abraham, non ampliùs ſe extendat.

Quoto tēpore lex naturæ in Gētilibus & Iudæis durauerit in mundo.

D. Thom.

Gen. 17. 12.

Lex ſcripta qua ratione incepta in Abraham.
Richardus.
Bonauent.
Suarez.

Nec obſtat, quòd Circumciſio incepta in Abraham, non à Moyſe ſed à Patribus naturæ legis venit, vt arguit D. Thom. 1. 2. q. 103. art. 1. ad. 3. nam quantumlibet à Patribus naturæ legis venerit, vt erat ipſe Abraham, & omnes vſque ad legem ſcriptam intercurrentes, ac ideo planè exorta à lege naturali, ob ſcriptam nihilominus à

D. Thom.

Deo data fuit, in eaque ſeruata; quare ad eam & non ad aliam vulgato iure pertinet. Et ideo modo alio à Gentilium differenti exinde ſe Hebrei mundarunt à peccatis. Infantes quidem duro Circumciſionis Sacramento; adulti verò ac etiam fœmellæ eiuſdem gentis, particularibus Sacrificiis, quæ ab Abrabam non dubitandũ ſpecialia quoque fore, in circunſtantiis ſaltem aliquibus à Gentilicis diuerſis. Quæ tamen dum coincidebant tam in materia quàm in forma; in vetera & priora, vt Enarrat. præcedent. n. 4. dictum eſt, naturæ legis poterant vocari Sacrificia. In quo legis naturalis honori Deus conſuluit, dum in populi ſelecti dimidio ſoſpitando, videlicet in ſuis puellis emundandis à culpa originali; nun Circumciſionem ſed inſtitutionem Sacrificiorum legis primæ eſt paſſus permanere; vt Iudæi deſpicientiſſimi cunctarum nationũ, Gentiles non deſpicerent; & vt legem naturalem tanquam bonam atque perfectam tunc etiã confirmaret; & ambas pari paſſu conionctas ſub Hebraïca ambuláre coram ſe, vt filias amantiſſimas, ac gaudens de re, vellet. Vlterius quòd & ipſa Iudæorum Circumciſio ioxta argumentum D. Thom. in vtramque ſemper legem diuiſa clarè fuit; quia in lege fuit prima hominibus donata, ſed ab eis in ſecunda præciſè cuſtodita; accepta ab incircumciſo, ſed à Circũciſis obſeruata; Moſaycáque in ritu, ſed in ſui infirmitate ex lege naturali: non enim quidquid gratiæ largiebatur pluſquam vetera naturæ Sacrificia; ac ideo nullo modo ex opere operato, ſed ex opere operando per noſtrum Redemptoré; in quo veritas præcedentis firmatur ſectionis; & coofirmatur eleganter à Tertulliano contra Iudæos dicente primo cap. *Si Circumciſio purgat hominem, Deus Adam incircumciſum cum faceret, cur eum non circumcidit, vel poſtea quàm deliquit, ſi purgat Circumciſio? Prouidit Deus, quòd hanc Circumciſionem in ſignum, non in ſalutem daturus eſſet poſtea.*

Lex naturæ in lege Moyſi cõmixta, & honorata.

Circumciſio legis Moyſis ac ſimul naturalis.

Tertullian.

Vnde patet Circumciſionem ſalutem non donaſſe ex opere operato, ſed ex opere operando per mundi Saluatorem, & ex opere operantis cũ operibus & Fide in ipſum Redemptorem; nam de operibus ſic ait Apoſtolus ad Galatas, pro viris circumciſis; *Teſtificor omni homini circumcidenti ſe, quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ.* Et de fide nemo dubitat, cum iſta vel ab infidis & duris aduerſariis credatur neceſſaria. Illud poteſt dubitari, cum Circumciſio nil contulerit vltra priſca Sacrificia ad gratiam largiendam, quid habuerit eſſe, & quare data fuerit. Et quidem notum eſt, in ſignum datam eſſe, & in diſcrimen illius populi à reliqois per orbem, vt dicitur in Gen. *Circumcidetis carnem præputy veſtri, vt ſit in ſignum fœderis inter me & vos.* Et etiam in D. Paulo; *Et ſignum accepit circumciſionis ſignaculum iuſtitiæ fidei*; id eſt ſignum fidem ipſam ſtrictiùs obſeruandi. Nam Fides non incepit à Fidei Patriarcha, nimirum ab Abraham, ſed tantùm in eo creuit; nec creuit per Circumci-

Galat. 5. 3.

Circumciſio cur nam data, & quid gratiæ dederit illa perſonis circumciſis.

Gen. 17. 11.

Rom. 4. 11.

A ſionem: hæc enim ſignom erat adauctæ in eo Fidei; ſed potiùs fuit aucta, & creuit ex præputio, qoàm ſanè ex illo ſigno; hoc eſt ex Fide priſca gentilitati atque præputio ab ortũ mundi tradita. Quocirca D. Paulus vt apptimè eruditus poſt verba præcedentia, *Signaculum iuſtitiæ fidei*; hæc addit immediatè; *Quæ eſt in præputio, vt ſit pater omnium credentium per præputium, vt reputetur & illis ad iuſtitiam; & ſit pater Circumciſionis non his tantùm qui ſunt ex Circumciſione, ſed & iis, qui ſectantur veſtigia Fidei; quæ eſt in præputio patris noſtri Abraha.* Hinc tria deducuntur; & in præputio Fidem eſſe principaliter fundatam. Et Abrahamum eſſe parentem credentium vniuerſorum, tam ex Circumciſione quàm ex præputio; quapropter Circumciſio eſt tradita conſultò grandæuo Patriarchæ, qoi confirmaret in ſe ipſo vtramque vitæ normam. Et omnes benè Fidem in Chriſtum iacientes, circumciſos verè eſſe; cum Circumciſio ſæpe fuerit in præputium commutata; & præputium io Circumciſionem, ob opera, atque Fidem res iſtas commutantia; ob opera paulò ſupra dicente eodem Sancto; *Circumciſio quidem prodeſt, ſi legem obſerues: ſi autem præuaricator legis ſis, circumciſio tua præputium facta eſt. Si igitur præputium iuſtitias legis cuſtodiat, nonne præputium illius in circumciſionem reputabitur?* ob Fidem paolò infra, huiuſmodi ſcribente: *An Iudæorum Deus tantùm? nonne & Gentium? Imò & Gentium; Quoniam quidem vnus eſt Deus, qui iuſtificat circumciſionem ex Fide, & præputium per Fidem.* Id eſt, ex Fide tantùm Fideles ſuos numerat. Vnde & veritas Fidelium Gentilium, ad Chriſtum vſque durantium, & animarum profectui conſulentium ſub lege naturali, vt ex vltimis his verbis Lectoribus patebit, noo male confirmatur.

N. 11. & 12.

Abraham vt pater Fidei extiterit pro omnibus, Iudæis, & Gentilibus.

B

Rom. 2. 25. & 26.

Rom 3. 29. & 30.

C

De ratione cur neceſſariò Sacramenta legis nouæ in oppoſitum antiquorum, emundent, & dent gratiam ex opere operato.

52. HIs vtique de Sacramentis antiquis enodatis, ad noſtra veniamus, vt cum iſtis & Euchariſtia ad inuicem collatis, ſuſcepto à nobis muneri vtcúnque perſoluamus. Ergo iſta e regionè, cum Redemptio ſit peracta, & prætium illius poſitum in noſtris ſeptem vaſis, oil dubij dare gratiam ex opere operato, & ipſam quam ſignificant, valore Chriſti ſanguinis, præſentis actualiter; vel virtute in aliis ſex, vel veritate in Eocbariſtia; vt docet Catechiſmus de Sacrament. in gener. n. 17. Præterea quòd in ipſis ſemper Chriſtus eſt principalis Sacerdos, ac Miniſter; D. Thom. 3. p. q. 83. art. 1. ad. 3. & q. 82. art. 7. ad. 3. & Concil. Trident. ſeſſ. 7. Can. 6. Vnde dixit iam antiquitus B. Auguſtinus in Pſal. 73. *Sacramenta non ſunt eadem, quia alia ſunt Sacramenta dantia ſalutem, alia promittentia Saluatorem Sacramenta noui teſtamenti dant ſalutem; Sacramenta veteris teſtamenti promiſe-*

Sacramenta legis nouæ cur gratiam largiantur ex opere operato.

D

Catechiſm. Roman.

D. Thom.

S. Auguſt.

runt Saluatorem. Sed nec eadem ſunt etiam præfata teſtamenta, de quibus ſic Apoſtolus;

Hebr.7.18.

Reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatem & inutilitatem. Et cap. ſequenti.

Hebr.8.6.

Melioris teſtamenti mediator eſt (id eſt, Redemptor noſter) *quod melioribus repromiſsionibus ſancitum eſt.* Itaque quod antiquum poſt Chriſtum eſt reprobatum, at nouum promiſſionibus tam validis firmatum; vt primam donent gratiam illius Sacramenta; hoc eſt illam, per quam Dei amicitiæ reſtituimur, & à culpa, ac inimicitia illius reuocamur. Directè quidem illa, quæ Sacramenta mortuorum communiter vocantur, quia mortuos culpa graui reſuſcitant ad gratiam; indirectè verò alia; ita vt tandem culpa oblita ſine culpa pœnitentis in Sacramento pœnitentiæ, per alia poſt accepta quæ culpam non admittunt, ſed potius ei reſiſtunt, & naturaliter hanc reſpuunt, ſuapte deleatur; D. Tho. 3. p. q. 79. ar. 3. & q. 80. ar. 4. cum proximè ſequenti.

D. Tho.

Nec tantùm nudam gratiam hæc tribuunt Sacramenta, ſed ſimul & virtutes infuſas largiuntur ac dona ſancti Spiritus; ſi obex non ponatur; Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap 7. & ſeſſ. 7. can. 4. & 6. nec non S. Bonauent. lib. 4. ſent. d. 9. ar. 2. q. 3.

S. Bonau.

Quo obice remoto, à Sacramento malè accepto, poſt illud ſic ſuſceptum ipſius redit fructus, & gratia reuiuiſcit; non ſolùm in eis tribus imprimentibus Characterem, in quo quidem Charactere deſigitur hæc radix, vt amoto impedimento repullulet effectus, & finis Sacramenti; ſed etiam in

C

cunctis aliis; ita vt ille qui Euchariſtiam acceperit indignè, ſi eam intra ſe habens, perfectè conteratur, habebit eius gratiam.

Obex quid in Sacramentis, & quomodo tollatur.

At gratia in iſto caſu non datur pœnitentibus ex opere operantis; iam enim tempus fluxit, quo ad eius receptionem debebat operari; nec ex opere operato; quia & ipſi Sacramento præterit tempus proprium, ad gratiam tribuendam; ſed ex gratia ſolius Dei, piiſſimè hoc volentis; quò vaſa ſuæ gratiæ exſudent ſemper gratiam, dum ipſa per voluntatem retractam poſſunt eſſe in homine fideli; ſicut quandiu in mundo fuit, lux etiam fuit mundi; *Quandiu ſum in mundo, lux ſum mundi.*

Ioan. 9. 5.

Quid autem cum recipiuntur in voto & deſiderio? tunc gratiam non infundunt ex

D

opere operato; tenetur nanque homo accedere contritus; quandoquidem non accipit realitatem Sacramenti, per quod homines ex attritis contriti efficiuntur. Et communiter aſſeritur non recipere Sacramenti effectus vniuerſos, ſed aliquos tantummodo; à quibus primo loco excluditur Character; Quod tamen non explodit quæ diximus ſuperius n. 19. nam illic caſus alter, quantumlibet non certus, & indubitatæ veritatis; quapropter hæc ſubiaceant iudicio doctiorum.

33. Et verò literaliter hæc ita elucidata, figuraliter & ſymbolicè nil minus vera ſunt in noſtro binothemate, Enarrationis quam verſamus; dum de antiquis Sacramentis

A

ſcribitur in primo; *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; ad Cain autem, & ad munera eius non reſpexit.*

Gen. 4. 4.

Quia priùs ad operantes reſpiciebat tunc Dei oculus, quàm ad opera & Sacrificia per illos immolata; vt aſſerit Lyranus. At in ſecundo ſic habetur; *Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro vobis effundetur in remiſsionem peccatorum;*

Matt. 26. 28.

Non enim ſcit effundi, & culpas non remittere diuinus liquor ille, ſalutis noſtræ balſamum; nam ſimulatque Chriſtus reſperſit ſuum ſanguinem, ſufficienter mox reſpexit peccantes mundi omnes; atque inſuper diſperſit & dedit his pauperibus miſericordiæ ſuæ latices; cuius iuſtitia in eo opere manet in ſæculum ſæculi; id eſt, apta ad iuſtificandos quoſcunque peccato-

B

res, à ſæculis antiquis, in omnia quæ ſequentur.

Quodalibi modo etiam ſymbolico affirmatur, de Noëmi Sacrificio, in odorem ſuauitatis placuiſſe tantùm Deo; dicente Sacra Pagina; *Odoratúſque eſt Dominus odorem ſuauitatis.*

Gen 8. 21.

Quia Deo nullo modo antiqua complacebant, ſi offerentis deuotionis odorem non reddebant; at noſtra Sacramenta ſuapte per ſe placent; cum habeant vim ex Cruce, vbi Chriſtus ſe pro nobis odorem cunctum fecit; vt ait Bernardinus tom. 2. ſerm. 65. ad illa Pauli verba; *Dedit ſemetipſum pro nobis, in odorem ſuauitatis*: quæ ille ſic exponit, *Tria redolere ſolent, ſcilicet, attrita, vt ſpecies; combuſta, vt thus; effuſa verò vt vinum. Et ſic etiam Chriſtus* attritus eſt propter

Cur Dominus ſit odoratus Noëmi Sacrificium.

Epheſ. 5. 2.

S Bernardinus.

C

ſcelera noſtra; Iſaï. 53. *Secundò combuſtus eſt amoris igne, quo agnus tantùm comedebatur; Exod. 12. Tertiò ſanguinem ſuum pretioſiſsimum abundanter effudit in Cruce.* Sicut aqua effuſus ſum; Pſal. 21.

Vt omnis odor Chriſtus pro homine ſit factus in Crucis Sacrificio.

Quamobrem ad noſtra Geneſis; *Reſpexit Dominus ad Abel*; ſic ait Interlinea; *Reſpexit Dominus ad Chriſtum, qui eſt caput populi Chriſtiani*; Quaſi diceret, & ad membra, reſpicienda propter caput; quod noſcens Rex Propheta in Pſalm. 83. poſtquam illic de Chriſtianis altaribus peregit, adiecit, & popoſcit; *Reſpice in faciem Chriſti tui*; nempe, tui; non noſtri; vt priſca Sacrificia; & tui quem tuapte natura ſemper aſpicis; per quem nobis auferuntur reſpectus iræ deſuper, noſque in illo amoris reſpicimur ſpeculo, quod ſimul eſt ſpeculum iuſtitiæ, & ſine macula; iuſtitiæ in quo iu-

Gloſſa.

Pſal 83. 10.

D

ſtitiæ mortalium continentur; & ſine macula, quia in eo culparum quæque maculæ ſufficienter emundantur.

34. Nec vllibi, vt in noſtro videtur Portugallo, hic pius Dei reſpectus; vbi Chriſtus Crucifixus apparuit Regi primo; cùm eiuſdem Crucifixi imperio in ſuum populum, cuius ſolùm Comes erat, Rex fuit auſpicatus; ac contra Reges quinque Maurorum aduerſus eum in craſtinum cum copiis ingentibus paratos, & robore eſt firmatus, & Victor declaratus. Qua quidem in viſione de Regno multa illi iam ſuo reſerauit, cui dixit inter alia; *In decima ſexta generatione attenuabitur proles tua, ſed in ipſa attenuata reſpiciam & videbo.* Non ad ipſum proſequendum

Portugallum à Chriſto quanta reſpectum veritate.

quendum in Regibus Caſtellæ, vt volunt Caſtellani, ſed ad Regnum reſuſcitandum in homine Luſitano, eiuſdem Regni filio; & prole Regis primi; vt colliges ex verbis, *Sed*, in ipſa attenuata reſpiciam & videbo; tam ex *Sed* coniunctione; quæ eſt repetitiua & reſtauratiua rei amiſſę; quàm ex videbo ſuper aſpicere, quod eſt verbum iteratiuum & confirmatiuum rei tranſactæ; quàm vltimò ex *Reſpicere*; quod retro eſt rem aſpicere, & retroactum quoduis bonum aſpectu confirmare. Perſpicua mundo veritas in ipſa Luſitania, quam mille Deus & miris prodigiis inſperatis reſpexit & reſtituit ad priſtinum Dominium, & cito vt ſperamus reſtituet pientiſſime ad priſtinum nitorem.

Reſpicere quid ſit ſecundum vocis ethymon.

Noui Regis Luſitaniæ Ioannis auſpicatio, cum tribus mirabilibus.

Hocque tali, & tam contiguo reſpectu ſuccedendi, vt ordinauerit hic Dominus à **B** Cruce nos reſpiciens, quod Ioannes Vlyſſiponem metropolitanam ciuitatem ingreſſus ſit fortuitò Decembris die ſexta, quinta autem poſtquam fuerat ibidem proclamatus ad Regiam dignitatem; qua primus Rex Alfonſus digreſſus ab hac vita; vt quo die primum Regem eripuerat à ſuis, hunc ipſis Regem daret. Vlteriùs quòd tunc etiam Decembris luce ſexta, Ioannes primus nomine, octauus noſtri auus, qui iam pridem contra Caſtellam Luſitani Regni auidam erexerat vexilla, & ſigna militaria, Vlyſſipone quemdam Comitem de *Andeiro* nuncupatum, propitium Caſtellanis ad Regni hæreditatem, occidit ferro vltore; qua morte ſeſe hoſtem aperuit in contrarios, quouſque aperto Marte multoties cruentatos, **C** eoſdem fecit mites, & amicos prout antea in gentē Luſitanam. Cęterùm ipſe Princeps noſter, vt ille verè ſit à Chriſto repromiſſus, euentu demirando & valde ponderando, generatio eſt ſextadecima Alfonſi Regis primi, per domum Brigantinam; ab illo nanque Reges, qui fecerint generationem & filios ſuſcitauerint, vſque ad dictum Ioannem primum fluxere tantum octo; & totidem vſque ad noſtrum Brigantiæ clari Duces, à Ioanne primo illo; poſteáque ab Emmanuele, ac aliis viris Regiis trahentes Regum ſanguinem, & ſimul ius in Regnum. Viden quomodo Deus pius reſpexerit hunc Principem? & verbum ſuum impleuerit?

Aſpexit ille ſanè amborum fratrum mu- **D** nera, & qui vnico contuitu vniuerſa ſemper aſpicit, diuerſimodè hos germanos conſpexit, & reſpexit; nam reſpicere eſt aſpicere beneficio reſpectu, & oculorum ſuauitate minores reſpectare. Sic vtique reſpexit Abelem ſibi charum; ſic bellum atque belligerum Abelem noſtri Regni Alfonſum Regem primum, qui ex eodem Sacrificio in aëre apparente per charus fuit Chriſto, & placens ſummo Regi, Caietanus ad hunc locum; *Dei ſimplex intuitus communis fuit oblationi Abel & Cain, nihil enim ſubterfugit Diuinos oculos; ſed proprium fuit oblationi Abel, quod Deus ad ſimilitudinem videntis, ad oblationem ſibi placitam, applicaſſe dicitur animum, vt videret illam.* Quomodo autem hicce

Reſpicere quid Dei.

Caietanus.

A reſpectus viſibilis extiterit, Enarr. ſubſequenti dicetur loco apto.

35. Aduerſus tamen iſtam doctrinam & efficaciam ex opere operato, tam à maiori, quam à minori, qui nodum in ſcirpo quærat, inſurgere conabitur. A minore, quia ſi noſtra Eccleſiæ Sacramenta gratiam ſola verè conferunt ex opere operato, quam antiqua niſi in vmbram, vt ſæpius dixi ſupra, noſtrorum conferebant, nec vera Sacramenta nec vera Sacrificia ſunt illa reputanda, quæ effectum verum neutiquam Sacramentorum continebant, nec cuipiam tribuebant. A maiori, quia iuxta Apoſtoli ſententiam, *Patres noſtri omnes eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum ſpiritalem biberunt.* Qua de cauſa ſi manna, & aqua virgæ ictu ex petra largè fluens, de quibus illic agitur, idem prorſus extiterunt cum Euchariſtiæ Sacramento, & ideo ſpiritualia edulia nuncupantur, quia ſpirituales iam effectus largiebantur animabus; Sacramentis noſtris erant æqualia non tantummodo, ſed ſimul & maiora; cum manna in exteriori præſtaret Euchariſtiæ; nam & manibus Angelorum, vt Euchariſtia piſtorum manibus ſubactum, dicebatur; & quidem ex cælo illud, quamtumlibet aërio, hoc autem à furno prodit; manna habens in ſe ipſo omnigenum ſaporem, at Euchariſtia nihil niſi communem panem ſapiens. Ergo noſtris longè illa nobiliora Sacramenta.

1. Cor. 10. 2.

Pſal. 77. 24.

Sap. 16. 20.

Sed irritus ac vanus huiuſmodi conatus. In minori, quia vera fuiſſe Sacramenta, noſtrorum quamuis vmbræ, antiqua, inde probatur, quia & populus Iudæorum figura fuit noſtri, & tamen quis negabit fuiſſe verum populum? In quo veritas Sacramenti Euchariſtici firmatur; nam veritas & memoria Paſſionis Chriſti eſt; imò veritas in ſubſtantia, & figura in accidentibus apparentibus exteriùs; quin veritas ſit minor figura patentiſſima, nec figura quidquid auferat interioris veritatis. In maiori verò quia hæc duo contra noſtram concluſionem ponderata, non ſolùm non fuere Sacramento noſtro paria, ſed neque Sacramenta; tum ob defectum conditionum Sacramentalium in Enarrationis principio productarum; tum quia ſimul data pro brutis Hebræorum, Sacramentorum non capacibus; vt ſcilicet de manna comederent gallinæ, & de aqua per miraculum educta virgæ ictibus, iumenta potum ſumerent; vt aſſerit clariſſimè hiſtoria Numerorum: *Cum eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo, & iumenta eius;* tum denique, quia à Paulo in cap. relato figuræ nuncupantur; *Hæc autem in figura facta ſunt noſtri*, & infra longè clariùs; *Hæc autem omnia in figura contingebant illis.* Meræ igitur figuræ, non autē Sacramenta; quamuis S. Auguſtinus in comment. ſuper Ioan. tract. 26. ſi non nobis aduerſarius, obſcurus tamen ipſe, perplexus & innexus cernatur in re iſta corrigendus per Chryſoſtomum; qui vt prouinciam ſibi ſumptam, & ex profeſſo, velut dicunt, tam latiùs quàm accuratiùs expoſuit D. Paulum, quem

Vt veritas & figura ſe inuicem conſentiāt; & ſæpius nō excludant.

Num. 10. 8.

1. Cor. 10. 5. & 11.

poſtea ſunt ſequuti nobiliores Scriptores.

Sacramenta cur non fuerint, & manna & aqua petræ.

36. Nec ſanè res difficilis ad ipſa cæli tubę eloquia reſpondere. Nam ad illa *Eandem eſcam*, quæ videntor partem noſtram directiùs oppugnare; dicendum, non candem fuiſſe manna eſcam, (virtute ſubintellige) cum noſtro Sacramento; ſed candem illorum Patrom communiter & æqualiter ab ipſis manducatam, vt claret ex contextu;

N. 3. & 4.

Patres noſtri omnes *eandem eſcam ſpiritalem manducarunt*, *&* omnes *eundem potum ſpiritalem biberunt*; Ad alia verò, quibus, in ipſis nunc ptoductis, ſpiritalis hęcce eſca, & potus nuncupantur, faciliùs reſpondetur; ſignificatiuè, non effectiuè, nec phyſice iſta duo ſpiritualia nominari; videlicet, quia Chtiſtom in veritate denotabant, non autem quia fuerint ſubſtantiæ ſpiritalis, vel ſpiritum præbuerint agminibus Hebraicis. Cōſtat quia talis petra ſpiritalis vocitatur;

N. 4.

Bibebant autem de ſpiritali, conſequente eos petra; quin tamen vllo modo ſpiritalis ſit putanda, ſed prorſus corporalis, & ſaxum ac petra dura, vt aliæ ſolitudinis, quæ fuir corporaliter, & corporali virga lignea percuſſa

N. 20. 11.

à S. Moyſe. At verò ſpiritualis rectiſſimè appellata, quia Chriſtum, & ſpiritalem virtutem ipſius Chriſti mirificè ſignabat; vt coniunctione aduerſatiua cooiungitur ibidem;

1. Cor. 10. 4.

Petra autem erat Chriſtus; de quo debet neceſſariò exponi res præcedens; *Bibebant autem de ſpiritali conſequente eos petra*. Non etenim credibile, vt aqua illius petræ, vel petra, quod eſt ampliùs, vt aliqui dixerunt, per aſpera deſerti Iudæos ſequeretur; quin Moyſes de re tanta, vel Dauid eius cantor reliquerint memoriam; ſed Chriſtus petra melior in illa præſignatus in vniuerſis neceſſitatibus, quocúnque ſe conferrent, ingrato ſuo populo ſuppeditabat neceſſaria: ſic contra Oecolampadium verbo Euchariſtia hær. 4. diſertè noſter Caſtro.

An petra per montana & aſpera deſerti ſequuta Iudęos fuerit, vel qualiter de hoc loquens intelligendus D. Paulus.

Nec officit, quod manna præponatur Euchariſtiæ in forma exteriori; manna quippe ſuæ propriæ virtutis demirādæ nil prorſus occultabat, vt per miracula tam multa & Sacramenta ſub ſe clauſa Sacramentum atque miraculum immenſum pòſt futurum ſic meliùs prænotaret; at noſtrum Sacramentum, cum illo mirè quadrans, vt alibi dicetur, occultè ſeſe habet, quò per ſui conuenientias cum alio, dignoſcatur; & per ſui occultationem tam fides conſeruetur, quàm maieſtas toleretur, nequaquam modo alio à quouis toleranda; quare à Chriſto Filio Dei hoc planè commutatur, & Euchariſtiæ manna priſcum lōgiſſimè poſtponitur;

Euchariſtia & manna ad inuicem quàm variè præferantur.

Ioan. 6. 32.

Non Moyſes dedit vobis panem de cælo, ſed Pater meus dat vobis panem de cælo verum. Quia illud depingebat coloribus tam raris, quod ipſum naturali potentia non habebat, niſi in ſigno cibi alterios, quem tacitè oſtendebat; hoc aotem verè claudit quod claudit intra ſe, ob cauſas iam prædictas; & habet quod occultat, ſub panis atque vini accidentibus externis; vnde rectè manna abſconditum

Apoc. 2. 17.

in lib. Apoc. vocatur à Ioanne.

A *De Sacramentorum antiquitate & inſtitutione à mundi initio. Et de illorum inſtitutore; nec non etiam multiplicatione & variatione neceſſaria.*

37. POſt hæc omnia de antiquis prolata Sacramentis, cum noſtris comparatis; illorum tibi facile antiquitas patebit; ſemper enim poſt peccatum, ad iſtud eliminandum fuerunt neceſſaria; & forent ſine co, innocentia perdurante, ad fines multos alios ſublimioris dignitatis, iam datos locis ptopriis. Non quidē quòd Deus aliter poſt culpam perpetratam ſaluare nos non poſ-
B ſet, ſed quod vtile atque decens hac fuerit ratione, ob plurimas quæ in 6. Enarrat. de hoc præſtiti. Nec pariter eorum inſtitutor iam te fugiet: nam cum ſaluandi opus præ omnibus ſublime ex Deo tantùm ſit, Deus ipſe, qui & legis naturæ Sacramenta, ſcriptæque creauerat, per Filium ſuū Chriſtum inſtituit Chriſtiana; vt inibi explicaui. Qui ſanè facultatem Sacramenta inſtituendi delegare benè poſſet; ſed eſſet delegata; primaria nanque à Deo ſecerni nunquam valet. D. Tho. 3. p. q. 64. art. 4. Bonauent. ſup. 4. diſt. 5. art. 3. q. 1. Nec nouum teſtamentum in ſanguine vlli Chriſti licebat dedicare; niſi eiuſdem teſtamenti ipſi ſummo atque Diuino in carne Conditori, & Sacerdoti dominatori Eccleſiæ
C Sacerdotio. Is autem non tantummodo inſtituit Sacramenta, ſed etiam diuulgauit; in quo noſtra non vulgariter Moſaycis pręferuntur, dum illa à Deo condita, ſed poſtmodum fuere per Moyſem promulgata; hæc autem tam creata, quàm tradita & vulgata per mundi Redemptorem.

Poteſtas Sacramentorum inſtituendi an delegabilis.

D. Thom.

Bonauent.

De Sacramentorum variatione & multiplicatione nihil ſupereſt pro interim dicendum, vltra ea, quæ de Sacrificiorum multiplicitate & varietate à nobis dicta ſunt Enarrat. præcedenti; nam cum illa illius temporis Sacramenta ſimul fuerint, cum illis congruebant; & ob ſuam infirmitatem, & commoditatem verſus homines tam multa tuoc extabant. Videatur D. Tho. 3. p. q. 61. art. 4. ad. 3. & Alanus de
D Sacramentis cap. 28. cū proximè ſequenti; quo loci deſe optimè. Promiſerat Deus olim Iſaiæ cap. 1. Oſeæque ſecundo mutare Sacramenta; promiſſis tenebatur; & ſic mutauit ea; de quo aliquid Vaticiniom Numer. 24.

Sacramenta cur antiquitus & multa & multiformia.

D. Thom.

Alan. Card.

De Sacramenti dignitate ſuper omnia Sacrificia; & an poſſit Sacramentum Sacrificium ſimul eſſe. Vbi quæritur de Abelis an fuerit huiuſmodi, quemadmodum nunc eſt Euchariſtiæ Sacramentum.

38. EX parte iam maiori Enarrat. præcedent. n. 1. 12. & n. 19. hæc manent

nent explicata. Sed pro re conuenientiùs continuanda & dirigenda, Sacrificia à Sacramentis in gratiæ tribuendæ præcedi longo tractu patenter aſſueuto. Sacramenta namque gratiam directè largiuntur; Sacrificia verò tantùm obliquè & indirectè, diſpotiones impetrãdo ad ipſam largiendam. Quod quidem ex nobilitate actionis non procedit, ſed ex Chriſti voluntate & inſtitutione pro effectu huiuſmodi applicata; qua per actum minùs nobilem maiorẽ dari gratiam, vt voluit, ſic decreuit. De reliquis differentiis concernentibus hæc duo Sacrificia & Sacramenta inferiùs diſſeremus. An autem Sacramentum Sacrificium poſſit eſſe n. vltimo ex relatis à nobis dictum fuit; in Abelis Sacrificio hoc maximè oſtendendo; ſicut etiam fuit poſtea Paſchalis ille agnus Euchariſtici Sacramenti, Sacrificiique præcipua, ac nobilis figura; pro quo in rem vtramque egregia teſtimonia non pauca referamus.

Sacramenta Sacrificiis ad gratiam conferendam maiora cur exiſtant.

Primum ſanè in veritatem iſtius Sacramenti ſit vox hæreticorum; qui vtique non audent hoc ipsũ denegare, etſi negent Chriſti corpus in eo contineri; de quo benè percutiuntur à Concil. Trid. ſeſſ. 13. cau. 3. Sed & omnis conſẽſus Eccleſiæ perantiquę, qui ex Patribus ſequentibus conſtare tibi poterit; retrogrediendo & incipiẽdo à Paſchaſio Corbienſi, poſt cuius vitę ſæculum hoc fuit ſatis notum, Canoniciſque iuribus multigenis firmatum. Is autem ſic ſcribit de corpore Dom. cap. 1. *Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in cælo & in terra; & quia voluit, licet figura panis & vini hic ſit, tamen omnino nihil aliud quàm caro Chriſti & ſanguis poſt conſecrationem credenda ſunt.* Et iterum in libello de inſtitut. Sacrament. *Nec ita dixit, cum fregit, & dedit eis panem; Hæc eſt virtus, vel figura corporis mei; ſed hoc eſt corpus meum; & ideo hoc eſt quod dixit, non quod quiſquis finxit.* Theophylactus longo annorum curriculo ſuperior; in Matth. 26. *In eo quod dixit; Hoc eſt corpus meum, oſtendit, quòd ipſum corpus eſt panis, qui ſanctificatur in altari, & non reſpondens figura; non enim dixit hoc eſt figura; ſed hoc eſt corpus meum: ineffabili enim operatione transformatur; etiam ſi nobis videatur panis.* Damaſcenus hoc vetuſtior lib. 4. cap. 14. ſcribens in hunc modum; *Panis vinum & aqua per inuocationem Spiritus Sancti ſupernaturaliter tranſmutantur in corpus & ſanguinem Chriſti; & non ſunt duo corpora ſed vnum, & idem. Non eſt figura panis & vinum corporis & ſanguinis Chriſti. Abſit enim hoc; ſed eſt ipſum corpus Domini deificatum.* Sed antiquior præcedentibus Remigius 1. cap. prioris ad Corint. *Caro quam Verbum Dei Patris aſſumpſit in vtero Virginali, in vnitate ſua perſona & panis qui conſecratur in Eccleſia, vnum corpus ſunt. Sicut enim caro illa corpus Chriſti eſt, ſic iſte panis tranſit in corpus Chriſti; nec ſunt duo corpora, ſed vnum corpus.* At omnibus his prior Dionyſius Areopag. cap. 3. p. 3. de Hierar. Eccleſ. *O diuiniſſimum & Sacroſanctum Sacramentum obducta tibi ſignificantium figurarum operimenta dignanter aperi, & perſpicuè nobis*

Conc. Trid.

Euchariſtiæ Sacramentum Chriſti corporis continentiuum vt creditum fuit ſemper.

S. Paſchaſ.

Theophylactus.

Damaſcen.

Remigius.

Dionyſius.

A *fac appareas, noſtróſque ſpirituales oculos ſingulari & aperto tua lucis fulgore imple.* Quæ verba licet hoſtes ex alio Sancti loco Epiſt. 9. ad Titum, vbi typicam ille appellat iſtius panis menſam, deludere conẽtur; in vanum hoc moliuntur, ipſi potiùs in re tali deludendi, & contemnendi. Nam vltra quòd hic typus de ſignis ſenſibilibus dignoſcitur ex texto, vt poterat ſibi ipſi opponi vir eximius, qui poſteris reliquit opuſcula tã pauca? Videatur Bellarminus lib. 2. cap. 3. de Euchar. Sacrament. & Ignatius vel Dionyſium præcedens aliquantulum Epiſtol. ad Philadelp. qua ille ſic pro nobis. *Rogo vos, vt inſtetis vni Fidei, vni prædicationi; vna Euchariſtia vtentes. Vna eſt enim caro Domini Ieſu, & vnus eius ſanguis, qui pro nobis effuſus eſt;* B *vnus etiam panis pro nobis confractus, & vnus calix totius Eccleſiæ.* Sibi iterum ſimillimus Epiſtol. ad Epheſ. Vide Baronium tom. 1. anno Chriſti 34. n. 53. Supremóque Apoſtolus ſecundus inter eos, vt primus inter omnes præcones Dei eloquij; *Ita quicúnque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini.* Quod de corpore in figura intelligi non poteſt; vt multis in Ioan. hom. 45. & in Matth. 83. Chryſoſtomus exornat.

S. Ignatius.

1. Cor. 11. 27

39. At verò in Sacrificij eiuſdẽ fulcimentum Andreæ nobis ſit primæuum teſtimonium, dicentis ad Ægeam; *Ego omnipotenti Deo, qui vnus & verus eſt, immolo quotidie; non taurorum carnes nec hircorum ſanguinẽ, ſed immaculatum Agnum in altari; cuius carnem po-* C *ſtea quàm omnis populus credentium manducauerit, Agnus qui Sacrificatus eſt, integer perſeuerat & viuus.* Deinde, Miſſæ nomen; quod ſemper in Eccleſia perenni vixit robore, vt conſtat ex Clemente alumno S. Petri Epiſtol. 3. & ex Abdia Babylonico Epiſcopo antiquiſſimo, nil minùs quàm per manus Apoſtolorũ conſecrato, in Martyrio S. Matthæi; quos affert noſter Caſtro verbo Euchariſtia hær. 4. atque omnibus Conciliis ab initio incipientis Eccleſiæ celebratis. Miſſa verò, quod Latinum vocabulum putatur, Sacrificij nomen eſt, hac voce prænotatum; quia in Miſſa per Conſecrationem à Patre miſſus Chriſtus, & per noſtram oblationem, ac conſumptionẽ Sacrificij tranſmiſſus pòſt ad ipſum D. Tho. D 3. p. q. 83. ar. 4. Bonauent. lib. 4. d. 13. Magiſtérque ibidem. Seu, vt alij verum credunt à populi miſſione, vel dimiſſione in domos ſuas, quæ bina quondã erat ſolemniter peracta in Miſſæ Sacrificio. Prima ſtatim poſt finitam Euangelij lectionem, & ante primam panis ac vini oblationem, quæ incipit his verbis; *Suſcipe Sancte Pater Omnipotens æterne Deus, hanc immaculatam Hoſtiam, quam ego indignus famulus tuus offero tibi, Deo meo, viuo, & vero; &c.* Nam aliæ duæ ſunt oblationes ibi factæ; prima quidem mox poſt manuum ablutionem ſic exordiens; *Suſcipe Sancta Trinitas hanc oblationem quam tibi offerimus ob memoriam Paſſionis, Reſurrectionis, & Aſcenſionis Ieſu Chriſti Domini noſtri; &c.* Secunda verò poſt conſecra-

S. Andreas.

S. Clemens.

Sacrificium verũ Miſſa, & huius vocis ethymõ.

D. Thom.

S. Bonau.

Ab Eccleſia bina miſſio, vnde manauit nomen Miſſa.

tionem ſpecierum; quæ vt de re omnino diuerſiſſima, ſic etiam deuotiſſimè latiſſiméque ſit, per verba ſolemniſſima, ac etiam prædulciſſima; *Vnde & memores non ſerui tui, ſed & plebs tua ſancta eiuſdem Chriſti Filij tui Domini noſtri tam beatæ Paſsionis, nec non & ab inferis Reſurrectionis, ſed & in cælos glorioſæ Aſcenſionis, offerimus præclaræ Maieſtati tuæ, de tuis donis ac datis, Hoſtiam puram, Hoſtiam ſanctam, Hoſtiam immaculatam; Panem ſanctum vitæ æternæ, & calicem ſalutis perpetuæ, &c.* cum aliis dulcioribus & ſolemnioribus non parùm vſque ad commemotationē defunctorum. Quo tempore, nimirum, ante primam oblationem mittebantur ab Eccleſia, vt Sacrificij nō capaces, Iudæi vel Gentiles Catechumeni præſentes, qui illic iam ſalutis & inſtituti Chriſtiani deſiderio vioculati offendebantur inter alios; quæ portio Miſſæ tunc Catechumenorum Miſſæ ex horum præſentia dicebatur. At verò ſecunda miſſio in fine Sacrificij, qua hora mittebantur ab obligatione vel deuotione rei Sacræ iam finitæ Fideles Chriſtiani; de qua agit D. Tho. hic proximè allegatus & Auguſtinus ſer. de temp. 237. nec non Gloſſa in cap. *De inceſtis* & in cap. *De his*; 25. q. 2. & in cap. *Epiſcopus* de Conſecr. d. 1. Vnde in numero plurali Miſſarum ſolemnia inuenies Miſſam dici; quia hoc modo quæuis Miſſa quodammodo erat plures. In cuius moris priſcam memoriam conſeruandam in fine Miſſæ hodie & dicitur; & in Feſtis ſolemniter cantatur illa celebris periodus & Miſſæ terminatio, *Ite, Miſſa eſt*. Hoc eſt, ite, quia Miſſa completa iam nunc eſt. Quæ miſſio miſſa ſit in Miſſis defunctorum, vel etiam mæſti temporis; propterea quòd in luctu diſcedit vnuſquiſque; nec eſt cur hæc dimiſsio tunc clarè enuntietur, vel etiam proclametur. Sed dicitur eius loco *Benedicamus Domino*; quia Deo perquam maximè in occaſionibus mœroris tenemur benedicere, & grates decantare, quæ ibi mox à populo *Deo gratias* reſpondente, gratanter perſoluuntur; & vt gratiis totum gratiæ ſoluatur Sacrificium; ac ait Auguſtinus Epiſt. 59. q. 5. Dionyſius cap. 3. de Hierarc. Eccleſ. & Chryſoſt. in Matth. hom. 32.

Cur *ite Miſſa eſt* dicatur Miſſæ in fine.

Auguſtinus

Dionyſius.

Chryſoſto.

Vicecomes

Nec debet prætermitti quod affert Vicecomes lib. 1. cap. 2. de antiquis Miſſæ ritibus, videlicet, pro nūdinis & publico mercatu non rarò apud antiquos proferri nomen *Miſſa*; vnde forſitan, & Miſſæ prouenit nomen tale, quia ad illam tanquam ad nundinas mercaturámque ditiſsimam deuoti primi temporis Fideles confluebant. Mihi nundinæ Miſſa eſt, quia emporium Diuinorum, & gemmarum ac diuitiarum ad animam ſpectantium prædiues mercimonium; cui ideo confluamus, cum Ouidióque dicamus de Faſtis lib. 5.

Vt olim Miſſa fuerit, & hodie mercimonium.

Nos quoque tangit honos, feſtis gaudemus, & aris;
Turbáque cæleſtes ambitioſa ſumus.

Ouidius.

Qui tamen mos à Miſſa prophanos adhuc homines dimittendi & ſeparandi, ſolemnis ſemper nota vel inter Gentes fuit, Sacrificij celebrandi; nam ritus iſte viguit in populo Romano quem memorat Statius in ſuo lib. 3.

Procul hinc, procul ite nocentes.

Et paucis interiectis:

Inſontes, caſtóſque voco.

Statius. 3. Sil. 3.

Qua mente lib. 1. de Ponto ſic Ouidius.

Talia cæleſtes fieri præconia gaudent,
Vt ſua quid valeant numina, teſte probent.

Ouidius.

De quo aliqua reperies Enar. 16. n. 36.

Ergo Miſſa ſemper fuit Eccleſiæ Sacrificium; à Gregoriique temporibus perfecta, & abſoluta; quare poſſumus cùm Caſtro verbo Euchariſtia hær. 2. arguere in hunc modum: *Chriſtus in Cruce fuit Sacerdos, ſed non ſecundum ordinem Melchiſedech; ergo in Cœna fuit. Deinde aut Euchariſtia eſt Sacrificium, aut nullum Sacrificium eſt in lege noua; quia lex & Sacrificium correlatiua ſunt; vt ait Paulus ad Hebr. Ergo Miſſa Sacrificium exiſtit nouæ legis.* Hocque tanta firmitudine, amentia quanta erit, à Religione Chriſtiana Religionis fundamentum, Sacrificium relegare, atque Fidei proteſtationem idoneam propulſare. Sed ideo Sacrificium, tam magno orbis totius conſenſu vniuerſali, vt poſſit cum decore de Euchariſtia prædicari, quod Caluinus cum dedecore lib. 4. inſtit. cap. 18. §. 18. huiuſmodi vulgauit; *Hæc ſententia, quod Miſſa ſit Sacrificium inebriauit omnes Reges terræ, & populos à ſummo vſque ad nouiſſimum.*

Abſoluta quando Miſſa.

Caſtro.

Caluinus.

QVOMODO NOSTRVM SACRAMENTVM TAM vnicum, quàm ſeptuplex natura ſua ſit. Vbi illius & aliorum ſeptuplicitas exponitur, & de ipſorum differentiis ad inuicem tractatur.

40. IAM nona primis labiis Enarratione deguſtaui, & ſeptuplex, & vnicum exiſtere ſuaprè Euchariſtiæ Sacramentum; ex eo, quia eſt vnum, & tamen vt fons gratiæ, iſtius fluxum aliis diffundit abundanter; ac ideo cum ſex reliquis vel ante vel poſt illa, de more ſumi ſolet; ita vt tandem qui ordinantur, hoc cibo coronentur; qui in Matrimonium copulantur, eodem per Communionem, coniunctionis magnum medium, in ipſis præcedentem, nil minus maritentur, & ſimiliter qui alia recipiunt Sacramenta, hoc ſemper fulciantur. Eſt nanque eorū finis, quod perficit propterea ipſorummet effectus;

Euchariſtia Sacramentum tam vnicum, quam ſeptuplex.

vnde & noſtro Sacramento operationes reliquorum de Cæleſt. Hierar. cap. 3. attribuit Dionyſius. Habet enim cnim Baptiſmio, vt fomitem diminuat, tanquam frumentum & vinum virgines natura ſua germinans. Cum Chriſmate confirmante, vt firmet atque roboret aduerſus Chriſti hoſtes; quia Agni inhabitantis, vt dæmones in Ægypto præſentia, ac ſolo eius conſpectu deterrentur. Cum pœnitentia, vt pœnas deleat ex culpa remanentes; idque etiam tantò meliùs, quantò fini fuit huicce à Chriſto deſtinatum. Cum Vnctione, vt peccatorum reliquias benè tollat, & deleat venialia D. Tho. 3. p. q. 79. art. 4. & Concil. Trid. ſeſſ. 13. cap. 2. Cum Matrimonio, vt duos vniat; *Erunt duo in carne vna; In me manet & ego in eo.* Cum Ordinéque tandem vt hominem ordinatum, & moribus compoſitum ad Sacrum munus reddat.

Zachar. 9. 17
D. Tho.
Conc. Trid.
Gen. 2. 14.
Ioan. 6. 56.

Iuuat, Chriſtum præter hoc nullum aliud Sacramentum, vt ſcimus, accepiſſe; nam Baptiſmus Præcurſoris non erat Sacramentum; & Circuncitio Sacramentum non fuit tanto Domino, dicente D. Paulo; *In Chriſto enim Ieſu, neque Circuncifio aliquid valet, neque præputium; ſed noua creatura.* Quo fit, vt ſine vllo Baptiſmi charactere omogeneum caput ſit Chriſtianorum vniuerſorum, & ſine Ordinis charactere Sacerdos ſummus omnium & caput Sacerdotum; & ſine vinculo Matrimonij, in Matrimonium cum Eccleſia arctiſſimè ligatus, vt ponderat Henriquez lib. 8. de Euchar. cap. 34. §. 7. Sed quare tantùm vnum recepit Sacramentum? Si propter indigentiam? is nulli adſtringebatur. Si verò propter noſtrum exemplum & congruentiam, non vni, ſed & reliquis ſuſcipiendis tenebatur. Ad quid ergo vnius tantùm exemplum nobis dedit? cætera verò ſine exemplo, exempli Doctor tradidit? Puto, quia in Euchariſtia ſuſcepit vniuerſa, & cunctorum Sacramentorum dulcedinem guſtauit, vt ſentit D. Tho. 3. p. q. 62. ar. 5. Cui & mihi in hac ſententia non parum fauet Gloſſa Matth. 5. cap. ſic dicens in principio, *Septem ſunt dona, ſed vnus Spiritus; ſeptem petitiones, ſed vna oratio, ſeptem virtutum beatitudines, ſed vna Charitas.* Sub cuius ego vmbra ſic dicam confidenter, *ſeptem ſunt Sacramenta, ſed vnum antonomaſticè vocatum Sacramentum, in quo reliqua eminenter ſummatim continentur.* Nec diſſonat Albertus in prologo ad Euchariſtiam in iſtum modum loquens. *Quidquid in omnibus Sacramentis & virtutibus ſparſum in gratiis colligitur, totum ſimul hoc in vna gratia inuenitur.*

Euchariſtiæ Sacramentum ſuſcepit tantùm Chriſtus.
Gal. 6. 15.
Henriquez
D. Tho.
Gloſſa.
Albertus magnus.

41. Verùm hominis peccatum natura ſeptiforme, Euchariſtiæ Sacramentum quod ſolum foret homini (vt dixi in Paradiſo) diſſecuit in ſex alia; vt aduerſus ſeptem vulnera, eregionè quoque ſeptem medicamenta reſponderent. Quod indicat Suarez Enarr. præced. n. 28. dum reliqua Sacramenta ſalutis tanquam media multiplicari poſſe ait; quia media multiplicari naturaliter eſt decens, Euchariſtiam verò ſecus, quia illorum finis eſt; & finis atque termi-

Euchariſtia vt Sacramentum ſit ſeptuplex & vnum.

A nus oportet vt ſit vnus. Sed ſic eſt, quod illud ſolùm multiplicatur verè ac propriè, quod multis plicaturis plicatur ſuper ſe; ſeu aliter à ſe ipſo explicatur ſpeciebus & differentiis vniformibus, & Sacramenta congruenter multiplicantur tanquam media, ergo ab iſto Sacramento, quod aliorum finis eſt, multiplicata ſunt omnino. Quod quidem bene poteſt multiplicari modo iſto, non verò duplicari; ſicque vnicum atque ſeptuplex apparet Euchariſticum; ſicut alia ſunt ad inuicem tam varia, quàm diuerſa Enar. vide nonam n. 39.

Illud tamen diuerſitatis naturæ conſentaneum hîc liceat annotare, nempe noſtra Sacramenta vt differunt in ſpecie ſic pariter in effectu ad inuicem differre; etſi effectus B Euchariſtiæ per cuncta diffundatur; quapropter vt exceſſa, excedentiáque ſe habent in mutua dignitate, differentias quorum iam minutim inſpiciamus. Baptiſmus vincit reliqua in magna vi mundandi, qua tollit omnem culpam originalem & actualem, & ſimul harum pœnas. Confirmatio in confirmando, ſeu valde roborando ad opera virtutis egregia perpetranda, & in gratia ſuper gratiam Baptiſmi adiicienda; quæ quanta adiiciatur ex eo coniectabis, quod accidit Apoſtolis in Paſſione & Pentecoſte; in illa fugiendo, quantumuis baptizati, in iſta verò firmiter Iudæis reſiſtendo, & mirabilia efficiendo in Actis enarrata; quia à Spiritu iam erant Diuino confirmati; vnde fuerat eis dictum, *Sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto.* Pœnitentia in remiſ- C ſione frequenti peccatorum, quam tribuit frequentiſſimè. Extrema Vnctio in abolendis reliquiis peccatorum; quocirca pœnitentiæ, vt Baptiſmo Confirmatio, de more ſuper additur. Ordo in ſui dignitate, quam præbet ordinatis, & altioris ſpeciei eſt alia in ordinante; quo fit vt Confirmatio à Sacerdote quouis ſimplici diſpenſatione dari poſſit, at Ordo tantùm ab homine Epiſcopalis celſitudinis. Matrimonium in ſignificatione deſponſationis & vnionis Dei Filij cum Eccleſia. Euchariſtiáque poſtremò in eſſe Sacramenti, & ſubſtantia ſua propria, qua gratiam inſtrumentaliter nullatenus diffundit, vt alia quæ iſtius ſunt vaſa & inſtrumenta; ſed ſubſtantialiter, quia ſubſtantiam & gratię fundamentum, ac fontem ſub D ſe continet. Qua via iterum eſt Euchariſtiæ Sacramentum & ſeptuplex & vnum; vnum quidem dum auctorem & gratiæ cauſam habet; ſeptuplex verò dum per ſex vt per vaſa & inſtrumenta idonea tantæ rei hominibus hanc confert. De differentiis Sacramentorum ſi plures ſcire aues, Viualdus in principio Candelabri ſui aurei; & Turrecremata in cap. *Nihil.* de Conſecr. diſt. 2. qui cum Gloſſa in ipſo cap. non parùm viſu dignus.

Differentiæ inter ſe ipſa Sacramentorum nouæ legis.
Luc. 24. 49.
Ordinationis adminiſtratio a Confirmationis adminiſtratione quãtopere ſit differens
Viualdus.
Turrecremata.

Quomodo autem magis vnicum quam ſeptuplex ſit idem Euchariſtiæ Sacramentum. Vtrumque licet verum, ob varias rationes, & Chriſti quoque ſignum in his duobus modis.

Conc. Trid. Cur plus vnicum, quam ſeptuplex Euchariſtiæ Sacramentum.

42. QVod verè vnicum ſit & ſeptuplex hoc Sacrum, hucuſque ſatis diximus; quibus infimè non fauet Concil. Triden. ſeſſ. 7. Can. 3. Verùm eſſe magis vnicum, quam ſeptuplex Myſterium, hoc claret per ſe ipſum, atque etiam per relatum Concil. Trident. ſeſſ. 13. cap. 3. vbi palmam & excellentiam Sacramentorum reliquorum abſolutè atque ſimpliciter attribuit Euchariſtiæ, quia præcellit in ſubſtantia ſex aliis Sacramentis. Ergo etiam magis vnicum quàm ſeptuplex omnino, cum ſubſtantia ſit tam vnica, quàm qualitates ſunt diuerſæ. Pro quo facit D. Tho. 3. p. q. 65. ar. 3. C. vbi docet ſemper illud quod per eſſentiam quidquid eſt, vincere aliud quod mutuatur naturam & qualitates; & Catechiſmus Pij quinti de Sacrament. in genere ſect. 22.

D. Tho. Catechiſm.

Vlteriùs, quòd eſt finis ſupremus aliorum; finis autem magis vnicus natura ſua A eſt, quàm eſt multorũ terminus; cum vnum ſemper ſit ſuapte prius multis; atque vltimum ſemper primum reſpectu intentionis. Si autem primũ, & vnicum. Nam licet primum numeros ſupponat ſubſequentes, ſemper verè manet vnicum conſideratione fundamenti. Ergo vnicum hoc Sacramentum intentione, ac ratione ſubſtantiæ ſuæ propriæ. Et magis vnicum quàm multiplex; cum omne multiplex diuiſum; diuiſiones verò ab vno, non vnum ab ipſis partibus diuiſis ſit dependens. Vnde & reliqua ad hoc referunt natiuam dependentiam, non hoc ad ſex diuiſa; imò illa ſubmittuntur, & ordinantur Euchariſtiæ; at Euchariſtia non ad illa ſeiuncta naturaliter; quo ductu manet ampliùs & ſeptuplex, & vnum hoc B mirum Sacramentum. Sed dices, quonam modo ordinetur Euchariſtiæ extrema & ſancta Vnctio, cum detur poſt Synaxim in vitæ ſummo termino? Reſpondet Caietanus in 3. D. Tho. q. 65. ar. 3. in effectu præordinari edulio Sacroſancto; dum reliquias tollit culpæ, & animam purificat; quæ optima ad vnionem cum Chriſto diſpoſitio, quam facit Euchariſtia. At verò in re vtraque & vnica & ſeptemplici ſplendet Chriſti veritas; nam & vnicus mediator Adamicæ eſt proſapiæ, & Dei gratiæ ſeptiformis munificus donator.

Euchariſtiæ vt ordinentur ſex alia Sacramẽta, vel etiam extrema Vnctio poſt illam infirmis data.

DE NOSTRORVM SACRAMENTORVM ad priſca differentiis.

43. HIs de noſtris Sacramentis vtrinque ventilatis ad veterum Sacramenta retrogradi conueniens; videréque in quibus à noſtris ſeparentur, ac etiam ſuperentur; quas puto ſeptem eſſe ſequentes differentias.

Differentiæ Sacramentorum noſtrorum à priſcis omnibus.

Prima ſanè vtilitatis; quia antiqua Sacramenta, vel naturalia, vel Moſayca noſtrorum ſolùm vmbræ fuerunt, & figuræ; quæ gratiam propter hoc in ſe non continebant, in ſignáque noſtrorum hanc tantùm conferebant. Noſtra verò quam & continent, completè per ſe conferunt; quantumlibet vt vetera ſignificent quod tribuunt, ſed ſignificando de præſenti, & efficiendo quod ſignificant. Vnde illa ad Chriſtum vſque tantummodo conceſſa, hæc autem ad mundi finem; illa infirma, egenáque vocata per Apoſtolum, quæ inquinatos ſanctificabant ad emundationem carnis; hæc autem ex Chriſti latere, quæ emundant conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad ſeruiendum Deo viuenti; D. Tho. 3. p. q. 65. ar. 1. Scotus ſuper 4. d. 1. q. 4. Concil. Trid. ſeſſ. 7. cap. 6. Catechiſmúſque Romanus de Euchar. cap. 9.

D. Tho. Scotus. Conc. Trid. Catechiſm.

Secunda verò claritatis, quia noſtra multò clariùs myſteria Chriſti exprimunt. Et patet cum priora naturæ Sacramenta non habuerint determinatas materias, neque C formas; poſteriora verò Moyſis habuerint materias in lege deſignatas, ſed formas nullo modo; quare in illis Sacrificiis vocatis pro peccato, quæ reſpondebant pœnitentiæ, vt ait D. Tho. 1. 2. q. 102. art. 1. Sacerdos iubebatur orare pro hominibus, qui offerebant Sacrificium, ſed oratio qualis foret ibidem non vulgatur. Excepto in Sacrificio pro ipſo Sacerdote, in quo oratio non fiebat Leuit. 4. n. 3. ne per ſuam orationem dimiſſus crederetur. Et etiam in Sacrificio acerbo zelotypiæ; in quo verba imprecatoria Dei iuſſu recitata, non oratio ſed imprecatio duriſſima exiſtebat. Quemadmodum Sacramenta inſtituta à Chriſto D Domino materiam & formam habent diſtincta valde clarè; ſeu vt preſſiùs de re loquar cum Conc. Florent. quaſi materiam, & quaſi formam: non enim ſunt hæc duo in noſtris Sacramentis, vt in quolibet compoſito, vel artis, vel naturæ, ad inuicem connexa; cum verbis nanque forma diſparet, atque tranſit; & materia in Euchariſtia non manet vllo modo; id tamen ſatis eſt, vt verbo ad elementum conuenienter accedente, reſultet Sacramentum; nòn quidem in elemento, ſed in homine cui ipſum elementum accommodatur; vel etiam in Chriſti corpore, elementis ſpecierum duarum ſubſtituto; & quod ipſis elementis verborum ſuſceptiuis abeuntibus omninò, illud du-

D Tho.

Leuit 4. 3. & 35. Cur oratio in Sacrificiis, duobus tantùm dẽptis, zelotypiæ, & Sacerdotis. Num. 5. 18.

Vt materia ſit & firma in noſtris Sacramentis.

rat,

A

D. Tho.

rat, atque permanet ſub meris accidentibus, cum Angelico D. in ſua 3. p. q. 66. ar. 1. ad 3. Et etiam pluſquam ſatis, vt noſtra Sacramenta clariora ſint antiquis, nam in ſignis nulla ſunt tam clara, quàm ſunt verba, ſine qoibus omnę ſignum obſcutum ferè eſt; ſicot verba ſine ſignis in tebus demonſtrandis, ſeu in ſignis, quæ demonſtrari in rebus decens eſt, aëtia ſigna forent, & non talia, qualia conuenit habere cultom Dei, & eius famulatum, cum mente, verbo, & opere, & vocibus ac rebus, interiùs & exteriùs ſit Numini parendum, ac ſummè ſeruiendum; vnde non in ſolis verbis ſed in verbis atque rebus ſunt noſtra Sacramenta.

Sacramenta cur in rebus cum verba plus ſignificent.

Tertia autem differentia ſecuritatis nuncupabitur; ſecuriora nanque multò ſunt ſeptem Chriſtiana, quàm omnia legis Moyſis, ne dicam naturalis; cum ex illis vel Circunciſio multorum iuxta mentem nullatenus profecerit Miniſtri ſine Fide, in iſtis verò ſecius.

Quarta debet ſpiritualitatis maioris appellari, maiores quippe effectus ſpiritus ſunt nouis Eccleſiæ Sacramentis; è quibus tria in anima ſigillant characterem; quem carneum tantùm io corpore, vt carnalibos in Myſteriis imprimebat Circunciſio. Vnde ad inſtar Sacramenti illius nefas hodie ſuſcipere bis ea, quæ inferunt hoc ſecum indelebile ſignaculum.

Quinta ſummæ nobilitatis, qiiia noſtra à Deo ſunt inſtituta & promulgata; antiqua verò à Deo inſtituta ſed à Moyſe fideli data populo.

Sesta egregiæ poteſtatis; quia noſtra cum apertam iam habeant cæli ianuam, nos illuc introducunt, quod illa non fecerunt; D Thom.. 3. p. q. 69. art. 5. ad 1. & art. 7. o.

Septima tandem bonitatis ſuperioris abſolutè qoia meliora noſtra ſunt; vt oſtendi n. 12. cum calamo Auguſtini.

De noſtro Sacramento, Euchariſtico videlicet, ad alia ſex Eccleſiæ innatis diſcriminibus.

Euchariſtiæ differentiæ à noſtris Sacramentis.

44. VT noſtra nunc vidiſti antiqua ſupetare, ſic ipſa ab Euchariſtia oil minus ſuperantur. Primò, qoia non in vſu, vt reliqua, conſiſtit, ſed in materia conſecrata; nec in fieri, ſicut illa; ſed planè in facto eſſe; nec tandem in actione, vt vocant, tranſeunte, ſed potiùs io ſubſtantia durante, & permanente; neque enim conſecratio, nec maoducatio ſacri Panis Sacramentum verè ſunt, ſed tantùm vel inceptio, vel eius terminatio, & vltima conſumptio; cap. 1. de Conſecr. d. 4. Seotus ſuper 4. d. 8. q. 1. Catechiſmúſque Romanus de Euchar. n. 9.

Seotus. Catechiſm.

Secundò, quia in aliis materia non mutator; quamtumlibet ſit oleum permulris cæremoniis Feria 5. in Cæna Domini, ab Epiſcopo paratum; in Euchariſtia verò ſecus, vt ſæpius dictum eſt.

Tertiò, quia in Miſſa oblata eſt ſimul Sacrificium; Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 1. de Miſſæ Sactificio.

Conc. Trid.

Quartò, quia in aliis Chriſtus per gratiam ſolùm eſt, hîc verò per præſentiam; vnde & illa geminæ rei vocatur Sacramentum; id eſt, gratiæ, & Chriſti corporis in ea conſiſtentis: Cap. *Cum Martha*; de Celebr. Miſſarum. Cap. 1. de *Summa Trinit.* Magiſter lib. 4. d. 8. & hinc reliqua Sacramenta longiſſimè tranſcendit; habet enim hac ratione Dei gratiam ſubſiſtentem, at reliqua inhærentem; hæc realem ſanctificationem, alia autem inſtrumentalem; hęc caoſam; illa cauſatum; quod ſubeſt diſtantiſſimè, Authent. *Multo magis*, Cod. de *Sacroſanct. Eccleſ.*

B

Quintò, quia ex Sacramentis hoc vnicè ante ſe Coofeſſionis Sacramentalis lauacrum præreqoirit; ſine qua, dummodo copia oon deſit Coofeſſarij, nec dari, neque accipi à quouis iure poteſt; qui habeat culpam gtauem; cum in aliis cum propoſito in poſterum confitendi contritio ſatis ſit; Concil. Trid. ſeſſ. 13. Can. 11. Nauarrus cap. 1. n. 44. in ſuo Manuali.

Conc. Trid. Nauarras.

Sextò, quia tantùm iſtod ieiunium ſemper exigit, ni detur vt Viaticum, & Ordo ex conſequentia; quia in eius ſumptione accipiendum neceſſariò Euchatiſtię Sactamentum.

Septimò, quia donans reliqua, in perſona ſua loquitur, *Ego te baptizo*; *Ego te abſoluo*. Euchariſtiam verò conſecrans, in Chriſti ſic perſona; *Hoc eſt enim corpus meum.* Ita vt tandem ſi quis diceret; *Hoc eſt enim corpus Chriſti*, nil peoitus conficeret; quod maieſtati & dignitati conducit Euchariſtiæ; Suarez tom. 3. in 3. D. Tho. diſp. 59. ſect. 2. in fine.

C

In conſecratione Chriſti corporis res ſatis ponderanda.

Suarez.

Octauò, quia Chriſtus hoc vnicum ſuſcepit ſupra n. 40.

Nonò, quia nemo ſibi poteſt aliud præter hoc adminiſtrare Sacramentum, vt in caſu neceſſitatis licebit Sacerdoti. Quod nec in Matrimonio vllatenus contingit; nullus enim ex cootrahentibos quantumuis ſint Miniſtri Sacramentum ſibi confert, ſed potiùs alter alteri; ita vt neuter ſibi poſſit atrogare Matrimonij collatum Sacramentum, & vinculum Sacratum. Quod ampliùs declatabitur Enar. ſubſequen. n. 11.

In Matrimonio quis Sacramentum impertiatur coniugatis.

D

Decimo, quia hoc Sacramentum vel in ſui applicatione præfertur cunctis aliis; illa etenim applicantur per contactum exteriorem, hæc autem pet interiorem humanæ vitæ actum; nam talis eſt comeſtio; & actio conctis aliis Sacramentorum reliquorum tantopete perfectior, quantopere eſt oobilior, qoàm tactus guſtus intimè ſuauis atque placens.

Vndecimò, quia quæuis Eccleſiæ Sacramenta ordinantur Euchariſtiæ; ita vt oemo niſi per eam perfectione poſſit verè hierarchica illuſtrari. Vnde finis Sacramentorum vocatur frequentiſſimè, & nemo ſumit alia communiter loquendo, qnin ſimul iſtud ſumat; quare adulti baptizati hoc cibo

muniuntur; in implicitóque voto infantuli mundati.

Characterem cur nō imprimat Euchariſtiæ Sacramentum.

Duodecimò, quia non ſolùm Sacramentorum finis eſt, ſed & quatenus Sacrificium Dei cultus ſublimiſſimus. Et hinc prouenit characterem animabus non imprimere; quia per illud ad rem aliam in Sacramentis vel agendam, vel recipiendam excelſiorem Fidelis non diſponitur. Habet tamen ibi Chriſtum, in quo ſine impreſsione Sacerdotalis characteris Sacerdotium plenum eſt, cum Angelico D. in ſua 3. p. q. 63. art. 6. C. & Dionyſ. cap. 3. de Hierarc. Eccleſ. En omnes differentias omiſsis iam perſtrictis; nam reliquæ per nonnullos DD. aſsignatæ plus cerebrum fatigant, quam iſtam rem diſcriminant, expediunt, & abſoluunt.

D Thom. S. Dionyſ.

De Euchariſtiæ Sacramenti ad Sacrificium differentiis.

Differentiæ quænam ſint in Euchariſtico myſterio, dum ipſum eſt Sacrificium, vel etiam Sacramentum.

45. NVnc de noſtro Sacramento cum antiquis Sacrificiis, & cū ſe ipſo in quantum eſt Sacrificium differentias nonnullas præſtringamus. Quatum prima & principalior exiſtit ſine lite, vt Sacramentum datum ſit ad gratiam conferēdam, at Sacrificium ad Diuinitatem decenter venerandam, inclinandam, & propitiandam,

A & ab ea quæque nobis accommoda impetranda; ſatisfaciendúmque pro pœnis non verò pro piaculis & culpis ſeu peccatis. Deſtructio nanque culpæ eſt gratiæ conſtitutio, quæ in noſtro Sacrificio ſub ratione Sacrificij directè non infunditur; niſi de eu in Chriſti cæna, vbi meritorium & ſatisfactorium, rem iſtam intelligamus; Enarrat. præcedent. n. 35. in fine, & D. Thom. 3. p. q. 79. art. 5. D. Thom.

Secunda ex hac dependens, ſi forſan eſt diuerſa, vt Sacrificium dum eſt tale, litetur ſoli Deo; at homini econtrario Sacramentum conferatur: quàm pluries dictum hoc.

Tertia, vt tanquam Sacramentum accipienti tantùm proſit, tanquam verò Sacri-
B ficium omnibus illis fructum afferat pro quibus poteſt recte offerri & immolari; quos reperies qui nam ſint Enarrat. 25.

Quarta, vt quatenus Sacrificium in conſumptione terminetur; quatenus autem Sacramentum in re quæ conſecrata poſt verba Sacra permanet.

Quinta, vt vnica in ſpecie adminiſtretur Sacramentum, & in duplici conſecretur dum quidem eſt Sacrificium; de quo alibi non ſemel exhibui rationem. Vltra quas, aliquas non tam vtiles, quàm potiùs valde futiles inuenies differentias; de quibus Suarez de Euchariſtia diſp. 76. ſect. 3. Suarez.

DE MIRACVLIS EVCHARITIÆ
Sacramentum confirmantibus, & ſimul exornantibus.

46. QVAMVIS multa in locis multis miracula de hoc fuerint, & aliqua mirabilibus perpetuis ſcatentia (vt alibi indicaui) perdurent vſque hodie, hìc tamen hæc miracula non ego memorabo, ſed tantùm delibabo Euchariſtiæ mirabilia, præconiáque eximia; quæ tanta ſunt & talia, vt illis mentis acies humanæ retundatur; & ſenſus ſubtilitate ipſorum deludantur, ac prorſus hebetentur. Omnes enim intellectuales & corporales functiones torpeſcunt coram iſto miraculo ſupremo, tam viſus, quàm olfactus, quàm viſus, quàm & tactus; quàm etiam vel auditus; qui ſolùm Fide monitus, munitus, & armatus, animosè tanti Numinis & percipit notitiam, & palmam illius præripit. Quocirca tanti luminis claritate tranſcendenti Eccleſia demirata, decantat huiuſcemodi:

Quam mirabile, & ſola Fide comprehenſibile ſit nobis Euchariſticum Miraculū.

Quod non capis, quod non vides,
Animoſa firmat Fides;
Præter rerum ordinem.

Clement. *Si Dominum.*

Et Clement. *Si Dominum.* in tt. de reliquiis, venerationéque Sanctorum, admirationibus repleta prorumpit in hæc verba; *Quid hoc Sacramento mirabilius eſſe poteſt? In ipſo nanque corpus & vinum in corpus & ſanguinem ſubſtantialiter conuertuntur, & Chriſtus Deus & homo ſub modici panis ſpecie continetur. Manducatur vtique à Fidelibus, ſed mini-*

Miraculum miraculorum Euchariſticum Myſterium.

C *mè laceratur; quinimo diuiſo Sacramento integer ſub qualibet diuiſionis particula perſeuerat. Accidentia in eodem ſine ſubiecto conſiſtunt. O miraculum!* (inquit Baſilius) *ô omnipotentia! ô Dei circa nos miſericordia! Qui ſurſum ſedet ad dexteram, Sacrificij tempore manibus hominum continetur.* Quibus addi dignus eſt Piſanus noſter vir tam valde commēdabilis, quam planè venerabilis lib. 1. Conformit. Conformit. 12. ſic dicens 2. cap. *Totus homo paueat, totus mundus contremiſcat, & cælum exultet, quando ſuper altare in manibus Sacerdotis eſt Chriſtus Filius Dei viui. O admiranda altitudo, & ſtupenda dignatio! ô humilitas ſublimis! ô ſublimitas humilis! quod Dominus vniuerſitatis Deus, & Dei Filius ſic ſe humiliet, vt pro noſtra ſalute ſub modica panis formula ſe*
D *abſcondat. Videte fratres humilitatem Dei, & effundite coram illo corda veſtra, vt totos vos recipiat, qui ſe nobis exhibuit totum.*

Barthol. Piſanus.

Miraculum ſtupēdum.

Cætera ſanè mirabilia, Creationis, gubernationis, & ſuſtentationis vniuerſi, vt terra ſuper nihil tam firmè ſuſtentetur, & alia quæ his inſunt, vel ipſis ſunt ſimilia in aliis elementis, vel circulis cæleſtibus, & conſideratione ac admiratione multigena ſunt digna, vel tempore ſenuerunt, vel etiam conſuetudine naturæ viluerunt. At verò hoc Sacramentum in mundo ſemper nouum, & quò plus conſideratur, ab indagine plus habili, à mente plus ſubtili, cò minus.

De miraculi Euchariſtici magnitudine multa mira, & dicta ponderanda.

minùs & infirmiùs ab auidis & audacibus ingeniis penetratur; vel etiam inueſtigatur.

Barradas.

Quapropter tom. 4. lib. 3. cap. 7. Barradius in hunc ſenſum Euchariſtiæ Sacramentum miraculorum finem aſſerit: *Nondum venit hora mea, dixit Ieſus in Cana menſa; Iam venit hora mea, dixit in hac cana. Sciens (inquit) quia venit hora eius. Illud miraculum in cana patratum fuit initium miraculorũ Chriſti;*

Ioan. 2. 4.
Ioan. 13. 1.

Ioan. cap. 2. At hoc ſummum miraculum non initium, ſed illorum ſupremus fuit finis; In finem velut omnium miraculorum maximum reſeruatum eſt; In finem dilexit eos. Hincque

D. Thom.

vocat D. Tho. hoc Sacrum in eius Feſto; *Miraculorum à Chriſto factorum maximum.* Et

S. Bernardinus.

S. Bernardinus tom. 2. ſerm. 1. art. 4. cap. 3. feriæ 5. in Cæn. Dom. *Miraculum miraculorum*; quod in prologo ad Euchariſtiam Albertus priùs dixerat.

B

Sed tamen non negandum à miraculis naturæ à nobis hîc libatis, non modicè promoueri Euchariſticum miraculum. Nam ſi ratio nobilitatis elementorum ſit ſeruanda depreſſius terra eſt, & reliquis vt humilius, ſic ſimul ignobilius.

Pro Euchariſtiæ poſſibilitate robuſtum & planè euidens à mirabilibus naturæ & rebus naturalibus elicitũ argumẽtum.

Et nihilominus quis neſcit Euchariſtiæ maximopere fauere terræ molem appenſam ſuper nihilum: ſi enim magnitudo & quantitas tam magna tã ſtabilis & firma continetur ſuper nihil, quis mirabitur ſi Deus cũ ſupernaturaliter multò maiora efficere ſit potens (hæc quippe naturalia & ideo vilipenſa) ſub nihilo contineatur ſpecierum Sacramenti, vt miraculorum longe extremum, extremo loco facti? Quod ſi iſtud de ignobiliori conſideratur elemento, quæ de nobilioribus tribus aliis, vel de cæleſtibus ſpheris periti in ipſis viri egregiè concinnabunt? Mihi terreno, vili, & humili, terrena ſatis ſit in Domini mei laudem vtcúnque ponderare; ſublimibus autem res ſublimes occurrent de hoc Pane, quos precor vt ſublimiter de illo contemplentur, quo deuotio & diſputatio illius ſublimetur, & altiùs vel in cordibus iniquis defigatur.

C

47. At non tantùm præconizanda Euchariſtiæ mirabilia, ſed & eius demiranda præconia diuulganda; vt iubet venerandum

Conc. Trid.

Concil. Trident. ſeſſ. 22. Inter quæ quod primo loco videtur prædicabile, eſt, hoc ferculũ eſſe ipſum in ſuamet ſubſtantia totale & verum bonum; à quo bonitas quæcunque ſpiritus deſcendit.

Euchariſtia bonum ipſum in ſua Scaturigine.

D

De eo nanque exponit B. Auguſtinus lib. 17. de Ciuit. Dei ſententiam Eccleſiaſtici; *Non eſt bonum homini, niſi quod manducet & bibat.*

Eccleſ. 8, 15.

Et omnes vnanimiter Vaticiniũ Zachariæ; *Quid enim bonum eius, & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?*

Zachar. 9, 17

Secundo, eſſe compendium bonorum vniuerſorum. Hoc enim ſatis patet ex laude præcedenti, & ex modo quo Iacobum cæcutiens pater eius ſub mortem benedixit;

Gen. 27. 28.

Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti & vini. De cæli nanque bonis & terræ fecit hîc admirabilem

A

collectam; ſed in eo plus mirabilem, ni penitus decipior, quia cæli & terræ in vnum diuitias copulauit; intermedij tamen aëris prætericus mentionem; non obſtante quòd cum ſaluber & purus ipſe eſt, ſaluti multùm iuuat, & vitæ ſummè fauet.

Cur Iſaaci benedictio de cælo & terra fuerit, oſi agitans de aërio vtiliſſimo & intermedio.

Præterea quòd ex aëre attracto vitam ducimus, per eumque in nobis ſuſtentat vitam anima; vnde anima, atque aër ſpiritus vocantur: & ſi aëri elementum conſideres ſuperius, occurret ignis calor, qui cum animæ calore colludit non mediocriter; quare cecinit de hominibus & de animantibus Virgilius:

Igneus eſt ollis vigor, & cæleſtis origo.

Virgilius lib. 6.

Cur ergo extremitates coniunxit ſine medio? & bona ſine vitæ primario fulcimento?

Quid animæ cum aëre & igne ſit commune.

Nam ſi dicas, memoratum dumtaxat eſſe aërem, ex quo deſcendit ros; tunc certè benedictio manebit imperfectior, cum nulla cæli in ea memoria inueniatur. Reſpondeo, quia hæc omnia quamtumuis Chriſti vmbræ res erant ſine medio ligante diſſolutæ, & maximè imperfectæ, donec tandem verus ros de cælo ad nus deſcendit, qui habuit hæc cetria compendij perfectiſſimi;

Epilogus & compendium bonorum ſolus Chriſtus.

Diuinitatem, nempe, ex cælo, vt ros in vellus Virginis, ſubtiliter cadentem; animã verò ex loco medio, tam aëris, quàm ignis proprietates colligentem; & corpus demum in carne & oſſibus ac humoribus, terræ & aquæ cum lapidibus effigiẽ comprehendens; quo vltimò benedictio Iſaaci plena manſit, & epilogus abſolutus cum illis tribus partibus, principij, medij, ac finis, quo finis in re quaque completus poſſidetur. Sed ideo iã Iſaac benedictio talis fuit videlicet completa, quia de illo pertractabat, quo iſta adimplerẽtur, & mundus bonis omnibus Diuinis ſcateret. Audi S. Bonauent. lib. 6. S. Bonau.
cap. 13. Theologici Compend. qui mihi hæc miniſtrauit, eloquia perſimilia; *Alia dignitas, eaque maxima in hoc apparet Sacramento, quia cum Chriſtus conſtet ex tribus ſubſtantiis, ſcilicet, Diuinitate, anima, & corpore; ipſa quidem Deitas excedit omnia;* Magnus Dominus & laudabilis nimis. *Item anima eius excedit omnes animas, cum ſit plena gratia & veritatis Ioan. 1. id eſt, gratia veritate ſubſtantialiter habita, non virtute & participatione aliunde acquiſita. Et tandem corpus eius excellit omnia alia corpora, quod de ſanctificato corpore Beatiſſimæ Virginis fuit ſumptum, & Diuinitati vnitum. Ergo in Chriſto nobiliſſimum quod eſt in cælo, & nobiliſſimum in terra vnita ſunt.* En optimum bonorum compendium in Chriſti corpore.

Tertio eſſe benedictionis & dominationis vniuerſæ principium fœcundiſſimum, in verbis nunc productis eiuſdem Sancti ſenis; quæ in myſtica & latiſſima ſuper populos & fratres dominatione terminantur,

Benedictio & dominatio omnigena ex hoc cibo.

Et ſeruiant tibi populi, & adorent te tribus; eſto Dominus fratrum tuorum; & incuruentur ante te filij matris tuæ: qui maledixerit tibi, ſit ille maledictus, & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. N. 29.
Quæ omnia niſi omnium Fidelium Redemptori, à cunctis expectato,

à mulris benedicto, & à multis cum incommoditate ipſorum maledicto, quadrare nemo ambiget; de quo lib. de Euchar. cap. 21.

S. Paſchaſ. ſic calamus Paſchaſij; *In hoc pane Iacobus verus benedicitur, & Dominus fratrum ſuorum conſtituitur. Quia nimirum ſine iſto nulla rerum alia proficit benedictio.* Perpende verba vltima; *Quia nimirum nulla rerum alia proficit benedictio*; Imo deficit, & marcet; ſeu corruit atque præceps defertur magno impetu. Ergo pane Chriſti corporis proficimus in Regnum dominationis ſempiternæ, & decoramur in imperium latitudinis immenſæ; vt etiam Ezechielis Oraculum confirmat, in

Ezech. 16.13. iſtum modum loquens; *Decora facta es vehementer nimis; & profeciſti in Regnum*; immediatè uanque ſequitur profectus tanti cauſa; *Ecce, quòd ſimilam, & oleum, & mel comediſti.* Hinc profectus vtilitatum noſtrarum proficiſcitur; videlicet ex tribus his rebus ſelectiſſimis, & vtiliſſimis eduliis; quæ tres alias à Bonauentura hîc proximè adnotatas ad vnguem repræſentant; Dioinitatem quidem mel; oleum autem Chriſti animam; & ſimila eius carnem, ex omni culpæ furfure diuinitus purgatam, ſeu potius ob naturalem munditiem Filij Dei longiſſimè ſemotam. Hac proficimus in regnum ſpirituale contra vitia, vt optimè regamur; ſic enim interpretatur Iacobi Vaticinium; *Aſer pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus.* Et ad Regnum Diuinale,

Gen 49.20. Ioan. 6. 56. vt Dij efficiamur; *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo.* Quapropter forſan olim ſic Deo diſponente Romani in rebus ſacris obſeruantiſſimi cunctorum, quos vnquam mundus nouit, tot numina in frumento & pane collocarunt; vt in pane conſeſſurum aliquando, fore Deum, & homines aſſeſſuros cum eo in ipſo pane pateret inde poſteris. Quæ Numina ſi pani attributa vis agnoſcere, Trugillum in Trinitatis loquentem feſto audi;

Trugillo. In tritico & frumento quot olim Dij fuerint.

O bone Ieſu, quantas, & quam ridiculas inſanias de Deo Philoſophi ſenſerunt, & docuerunt. Et vt vnum de multis dicam, quid puerilius quàm ponere tot Deos pro ſegetibus ſolis, ſicut ponebat populus ille Romanus, qui omnibus imperabat. Videlicet, Seiam, Proſerpinam, Nodotum, Voletinam, Patelenam, Hoſtilinam, Floram, Lacturtiam, Matutam, Runcinam, Tutilinam, quaſi non potuerint vnum Deum inuenire, cui ſemel ſegetes commendarent, partitis muneribus, cui ſata committebant, alij ſegetem prodeuntem, alij creſcentia germina, alij nodos, alij folliculos, alij ſpicam patentem, alij ariſtis ſe æquantem, alij florentem, alij lacteſcentem, alij matureſcentem, alij meſſem, vel frumentum, vt cuncta conſeruarent. O miſerandam inſaniam tantæ cæcitatis, & tenebrarum!

Poſt cibum laudes debitæ, exemplo auicularum.

48. Hinc poſt talem benedictionem & dominationem tanti Regni iam altiùs non conſceoditur. Et ideo ſicut caueis auiculæ cibatæ poſt cibum ferè ſemper in cantum diffunduntur; ſic paruuli & pauperculi inflatione euacuati, qui pauperes ſpiritu (nempe ſpiritu atque vento) ſunt multis viris doctis; ac ideo perquamdiuites virtutibus, & gratiis, in cauea & retiaculis Dei ſui præceptorum, poſt iſtum panem ſumptum laxantur cantilenis; quas cantor Rex pro omnibus intonuit huiuſcemodi; *Edent pauperes & ſaturabuntur, Laudabunt Dominum qui requirunt eum; viuent corda eorum in ſæculum ſæculi.* Nec minores reputandæ, quas Psal. 21.27.

Catholicis pro cunctis communis fundit Pater, & Pontifex Romanus in Clement. Clemen. Si Dominum.

Si Dominum; apud titulum de Reliqoiis veneratiouéque Sanctorum, quo loci deuotiſſimè; *O Sacramentum venerabile, adorandum, venerandum, colendum, glorificandum, præcipuis laudibus magnificandum; dignis præconiis exaltandum; cunctis ſtudiis honorandum.* Et infra de ſolemnitate iſtius Sacramenti; *Hæc eſt commemoratio glorioſa, quæ Fidelium animos replet gaudio ſalutari, & cum infuſione lætitiæ deuotionis lachrymas ſubminiſtrat. Exultemus, nimirum, noſtram memorando liberationem, & recolendo Paſſionem Dominicam per quam liberati ſumus, cuius quidem recordatione vix lachrymas continemus. In hac itaque Sacratiſſima commemoratione, adſunt nobis ſuauitatis gaudium, ſimul & lachrymæ; quia in ea & congaudemus lachrymantes, & lachrymamur deuotè gaudentes; lætas habendo lachrymas, & lætitiam lacrimantem: nam & cor ingenti perfuſum gaudio dulces per oculos ſtillat guttas*

Euchariſtiæ pro præconiis locutio prædulciſſima.

Cui meretur copulari Bernardus apud Buſtum in Roſar. 2. p. ſer. 14. *O ſummum & nobile conuiuium, Sacramentum Sacramentorum, Sanctum Sanctorum, amor amorum; dulcor dulcorum; feſtáque Paſchalia, in quibus adeſt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus; in quibus fit vna caro ſponſa cum ſponſo, anima cum Chriſto.* S. Bernard.

Ideo inter Sacramenta huic ſolùm feſtum agitur Concil. Trident. ſeſſ. 13. cap. 6. de quo reddit rationem Angelicus ſcriptor in ſua 3. p. q. 83. art. 4. *Quia in eo noſtræ ſalutis myſterium totum clauditur; quapropter ei ſolemnitas excelſior deſtinatur* Buſtus proximè in ſerm. allegatus præcedente in Italiæ multis oppidis affirmat conſuetum, vt in menſium ſingulorum Dominica priore de Euchariſtico Conuiuio, feſtiuitas agatur; quod in Hiſpaniæ ditionibus in tertia ſemper agitur. Quo exemplo & deuotione tam ampla nos præmoniti, ac etiam concitati, quantùm poſſumus, tantùm equidem laudemus hocce Ferculum, ſufficienter licet ipſum laodare nequeamus. Celebremúſque pro viribus quod vires noſtras ſuperat; non enim ex impotentia oriri debet tepor, ſed potiùs maior feruor; vt quoniam non ſufficimus, ſufficere appetamus; vt qooniam in re deficimus, defectum ſuppleamus, trudamus, expellamus. Nam Vates Rex dicebat; *Concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini*; quin defectio amoris ei ardorem & deſiderium illius retardauerit, ſed ampliùs ad concupiſcendum intimiùs excitauerit. Et Eccleſia filios ſuos ad vrgens ad has laudes;

Conc. Trid. D. Tho. Euchariſtiæ in Sacramentis cur feſtum tantùm agitur. Ad laudes Euchariſticas Fideles inuitantur. Pſal 83 3.

Quantum potes, tantum aude;
Quia maior omni laude

Nec

Nec laudare ſufficis.

Quocirca in Miſſæ verbis Sacrificium vocat laudis hoc mirum Sacramentum, & tamen cum timore humilitate ſumma pleno, ipſius tractat laudes, in præfationis ſummo fine cantatæ ſolemniſſimè ſic vocem ſuam deprimens; *Supplices Confeſsione dicentes; Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c.* Sed quid mirum ſi Seraphim hoc ipſum prius dixerant; plus alas contrahentes, quam eas relaxantes; ſoluebant nanque duas & quatuor colligebant; quia in laudibus decantandis multò magis deficiebant, quam concupiſcebant tale canticum; cum tamen hoc amore inter crea-

Isai. 6. 3.

In laudibus Diuinis ex infirmitate

A tum longe maximo (excepto amore Virginis) ob ſuammet naturam, patenter concupierint. Quare ad feſtum concelebrandum Eucharistiæ ferueamus; & ad ipſum S. Leonis de Paſſione ſerm. 10. affatum ſemper mente & corde reuoluamus; *Quia etſi difficile eſt, de eadem ſolemnitate dignè aptéque diſſerere; non eſt tamen liberum Sacerdoti in tanto Diuinæ miſericordiæ Sacramento Fidelibus populis ſubtrahere ſermonis officium; cum ipſa materia, ex eo quòd eſt ineffabilis fandi tribuat facultatem, nec poſsit deficere quod dicatur, dum non poteſt ſatis eſſe quod dicitur.*

maior ſemitas, & ex defectu maior debet affectus ſemper naſci.

S. Leo Papa.

EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ

ENARRATIO VIGESIMA-QVARTA;

ET DE ABELE SANCTO TERTIA;

In Figura Sacerdotis, tam Sacrificia, quam Sacramenta prædicta adminiſtrantis.

Super illa verba Gen. cap. 4. n. 5. *Iratúſque eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius.* Et Apoſtoli ad Hebr. cap. 11. n. 4. *Fide plurimam Hoſtiam Abel, quam Cain obtulit. Quæ n. 20. cum multis occurrentibus ligata inuenientur.*

De continuatione *Numerus I.*

Sacrificus cur dictus, & correlatiuos Sacrificus,

SEMPER equidem Sacrificiis & Sacramentis adminiſtrandis correlatiui naturaliter fuere Sacerdotes; & ideo vel in Gentibus Sacrifici vocati; ex eo quia Sacrum officium faciebant; quod ſanè præter hoc, his duobus inſeruiendi, ac ipſa diſponendi, omnino nullum eſt: ita vt etiam viri illi dumtaxat ſæculares, qui erant apud Ethnicos carnifices Sacrorum, & victimas ex Sacerdotum imperio trucidabant, excoriabant, ac para- A bant, & multi & multinomij, vt publici ac notiſſimi miniſtri rei ſacratæ, etſi minoris notæ, Cultrarij, Popæ, Agones, Victimarij, & Victimatores antiquitus ſint dicti; vt auctor eſt Girald. in lib. de Sacrif. ſyntag. 17. Nec parua, ſed per ampla Sacerdotum quondam copia in populo Romano, vt aſſerit Briſſonius de formulis lib. 1. & multò amplior in Iudaico; vbi triginta & octo millia in Paralip. numerantur; ne rei adeo neceſſariæ deeſſent viri apti, ſelecti, & conſecrati; quorum neceſſitas iam hinc clariſſimè innoteſcit.

Sacrificiorum paratores quàm varie nuncupati.

Briſſonius.

Paralip. 1. 23. 3.

DE SACERDOTII NECESSITATE, ET DIGNITATE *neceſſariò maiore cunctis alijs.*

Sacerdotij quæ neceſſitas.

2. HINC palam Sacerdotum colligitur neceſſitas, cum & Ethnici ſine illis degere non potuerint, nec politicam & rationalem vtcunque vitam ducere. Sed meliùs, cum Dei cultus, quibuſcunque rebus aliis, vt ſupra ſæpe tetigi, ſit longè neceſſarior. Ergo, quia Sacerdotes ſunt cultui Dei propinqui, & viri immediati, ſunt etiam pluſquam omnes, cuiuſcunque tandem muneris hi poſſint cogitari, in mundo neceſſarij. Quoniam autem cultus Dei eſt omnibus negotiis humanis eleuatior, & humanitùs exercitus, hinc homo illi deſeruiens hominibus eſt cunctis excelſior di- B gnitate; & neque Angelus, neque mulier; ac ideo, neque animæ in cælo iam beatæ, nec damnati, neque dæmones, ſed homo tantum viuens, Sacerdotij ſunt capaces.

Sacerdotum qualis dignitas.

Angelus quidem, quia Angelus ex hominibus non eſt, vt planè eſt neceſſarium; *Omnis nanque Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur, in ijs quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis.* Nec etiam cultus eius, licet humano præcellentior, humanus vnquã erit; vel ipſe per ſe aptus, vt abſque humanitate, Sacrificium & Sacramenta à Chriſti humanitate perceſſa vim habentia, decenter adminiſtret. Vlteriùs, quia Angelus inuiſibilis naturæ viſibilibus

Hebr 5. 1.

Cur Angelus arceatur à Sacerdotali dignitate.

Digitized by Google

viſibilibus functionibus idoneus non probatur; nec verba ſicut homines proferre naturalia quocúnque modo valet; quod vtique requiritur, vt verbum verum ſit, ſicut pariter elementum in Sacramentis conficiendis oportet eſſe verum. Ob quæ omnia à Sacerdotio naturaliter amouentur ſpiritus Angelici; cum Angelico D. 1. p. q. 51. art. 5. & 3. p. q. 64. art. 7. Qua etiam ratione & anima beata excluditur ab aris; non etenim iam illa adſcribitur humanis, vel poteſt eſſe apta ad munere hoc fungendũ; niſi iterum contingat ad corpus remeare, dum antea talis homo extiterit Sacerdos, & habuerit Characterem, quo Ordo adminiſtratur: Gregor. de Valentia in 3. D. Tho. q. 5. puncto. 3. Quòd ſi Angelus, vel anima beatitudine illuſtrata, conficerent, vel conferrent alicui Sacramentũ, teneret proculdubio; cum illi exiſtant Nuntij fideles veritatis, quos facere id omnino Diuina voluntate ambigere non licet. Sicque S. Amphilochius ab Angelis in Epiſcopum per miraculum ordinatus, ab Epiſcopis ſui temporis vt talis fuit habitus, & rectè, verè, ac propriè ad infulas vocatus; Nicephorus lib. 11. cap. 20. Sozomenus lib. 6. cap. 29. Antoninus in hiſtor. 3. p. cap. 23. & cap. 14. §. 18. quo alia eiuſdem generis commemorat exempla. E quibus conſtat obiter magnopere in hoc Angelos ab homine præcedi, vt latè fert Chryſoſto. in libris de Sacerdotio; & hom. 83. in Commentar. ſup. Matthæ. necnon etiam 60. ad populũ Antiochiæ. Atque Angelum Sacerdotem exiſtere non poſſe. Sed & vnà malos Angelos per eadem argumenta; quorum inſuper Sacramenta collata non vigebunt; quoniam ſpiritus mendacij mortua & inutilia efficiunt quæque opera. Secus autem in contaminatis ac prauis Sacerdotibus; quantumlibet diaboli ſint membra principalia; non enim vt eius membra, ſed potiùs vt ſunt Christi Miniſtri illius munus exercent in Eccleſia D. Tho. art. 7. hîc proximè allegato. Lutherus in tractatu de captiuitate Babylonica, de Miſſaque priuata diabolum bis fecit capacem Sacerdotij; atque ipſum benè poſſe conficere Euchariſtiam. Certauit pro ſodalibus; ſcripſit pro Lucifero; illius tam in nomine affinis quam in rebus; qui ſi aliter dixiſſet, pugnaret ſecum ipſo.

D. Thom.

Cur anima beata ſit expers Sacerdotij.

Valentia. D. Thom.

Quid erit ſi vel Angelus, vel anima beata exerceant Sacramenta.

Sacerdos maior Angelis.

An dæmon eſſe poſſit Sacerdos & conferre valitura Sacramenta. Et quis dixerit eũ eſſe capacẽ Sacerdotij. Lutherus.

Mulier autem non idonea Sacerdotali dignitati, quia vaſa deteriora humanæ ſpeciei, infirmiora, & impuriora ſuapte ſunt mulieres, ac ideo non idonea ſtatui tam peroptimo, cui optima quæcunque debentur naturaliter. Vnde & ſimultatione inferioritatis naturalis, vel Mater Dei Sanctiſſima incongrua tanto apici; quo culmen Sacerdotij euectiùs ſublimatur. Vbi decet obſeruari in Eccleſia primitiua aliud fuiſſe prophetare, aliud autem longè deuium adminiſtrare Sacramenta; primum enim tanquam gratia dumtaxat gratis data, in Apoſtoli doctrina 1. ad Corint. cap. 11. mulieribus conceditur; vt fuit multis ſæculis Eccleſiæ frequentatum; ſecundum verò minimè. Nec putes Diaconiſſas, Præſbyteráſque veteres ſuſceptũ propter Ordinem huiuſmodi vocari, ſed propter nomen ſolùm honoris & officij, in aliquibus Diaconatui & Præſbiteratui nõ abſimilis; de quo breuiter & doctè Theatrum vitæ humanæ verbo Diaconiſſæ tomo. 2. Quocirca Leo nonus Epiſt. 1. cap. 23. inuehitur in Græcos; quòd fœminam Conſtantinopoli Pontificem crearint; vnde fabula mulieris in Papam euectæ orta; quam alibi opportuniùs Lectori refricabimus. De mulierum incapacitate B. Epiphanius hær. 78. cum proximè ſequenti.

Mulieres cur ſint ineptæ Sacerdotio.

1 Cor. 11. 5.

Præſbyteræ & Diaconiſſæ quid fuerint antiquitus.

Theat. vitæ humanæ.

S. Epiphan.

De Sacerdotij antiquitate à tempore innocentiæ; atque primitus de Adamo ſub illa Sacerdote, & de omnibus qui forent, Sacerdotes ſicut ille, ſi ipſa perduraſſet.

3. DE tempore atque lege mundiſſimæ innocentiæ, ob ordinem ſcribendi, oportet primo loco rem iſtam elucidari; legem verò innocentiæ appello tempus illud, quo Adamus ſub ter legem iam ſibi enuntiatam immunis culpæ fuit; & quo poſteritas illius, vel in gratia confirmata, vel gratiam cũ Dei gratia acquirentes ſibi ſinguli, à peccati originalis expertes ſemper crimine, perpetuò in mundo poſſent ſeipſos conſeruare. Cui quidem quæſtioni reſpondeo de præterito, in illo paruo tempore quo floruit innocentia, ac veluti flos tener, & pulcher, cælique, in terra cito periit, Adamum ſolum munere potitum Sacerdotis, quia ſolus homo ille ſtatus feliciſsimi primitias deguſtauit; quem ſic ideo vt Sacerdotem in templo Paradiſi. 8. Enarratione locatum demonſtrauimus. At verò de futuro, in tempore venturo omnes homines, ſi eis bonum innocentiæ perſtitiſſet, hoc gradu fruituros, quia filij naſcerentur cum patris qualitatibus; D. Thom. 3. p. q. 100. & omnes vna voce lib. 2. Sent. diſt. 20. quapropter ex Adamo tunc quiqui naſcituri, parentis ſui dotibus prodirent colluſtrati.

Sacerdotes qui futuri innocentia perdurante, & etiam qui Sacerdos dum illa non diſparuit.

D. Thom.

De Sacerdotibus qui fuerunt in lege naturali.

4. SVb lege verò poſtea naturæ deprauatæ, & dictamine naturali dumtaxat moderatæ, Sacerdotes qui tunc fuerint patere cunctis puto. Erant enim hæreditario tunc iure ſuccedentes, & cum ipſa hæreditate hoc munere fruentes; ita vt qui in familia quacunque primogeniti, ij eſſent pari nexu in illa Sacerdotes, & cum ipſa hæreditate Sacerdotij clarum titulum & locum poſſiderent. Sic opinio antiquitate & celebritate perquamnota, de qua agit S. Clemens lib. 8. cap. 5. Conſtitut. Apoſtol. Hieronymus ad Euagrium Epiſtol. 126. & in

Primogeniti vt Sacerdotes in lege naturali.

S. Clemens.

S. Hieronymus.

Auguſtinus. Eucherius. Comeſtor. Toſtatus. Lippoman. D. Thom.

qq. ſup. Geneſ. Auguſtinos ſup. Pſal. in Pſal. 46. Eucherius ſuper Gen. lib. 2. cap. 48. Comeſtor ibimet cap. 25. & doctiſſimi duo viri Toſtatus & Lippomanus ipſu cap. 25. & cap. 27. D. Thom. 1. 2. q. 103. art. 1. ad. 3. & 2. 2. q. 100. art. 4. ad. 3. & ad Hebræ. 12. Antoninus in hiſtor. 1. p. tt. 1. cap. 1. §. 9. Vbi ſex prærogatiuis hoc aſſerit tunc fieri, atque filiis primogenitis huiuſmodi obuenire.

Antoninus.

Primo loco, vt hæreditatis cum dupla portione maneret maior natu; quocirca Iacob dixit de ſuo primogenito; *Rubem maior in domo, prior in imperio.*

Gen. 49. 3.

Secundo, vt in conuiuiis duplicatis quoque epulis præ aliis ornaretur, & in loco nobiliori præ aliis poneretur; cui honori proculdubio reſpexit Ioſeph inclytus, cum vterini fratris ſui quintoplicauit portionē; etſi metam tanquam munificus & beneuolus in puerum, communem non ſeruauerit, nec ordinem in perſonis, cum eſſet natu minimus, quem talibus indiciis amoris diligebat: amor enim neſcit ordinem ſeruare quando aliquem impenſo amore ſequitur; niſi ordinem ſeruare ſit non ſeruare ordinem, & modum nullum modum. Sed ordo fuit illic myſteriorum excelſiorum, ac pariter locorum, nam frater natu minimus ſedebat loco vltimo, & maximus in primo; nam dicitur expreſsè; *Seorſum ſederunt coram eo; primogenitus iuxta primogenita ſua; & minimus iuxta ætatem ſuam:* Vnde colligo Rubem, qui erat primogenitus, accepiſſe partem duplam iuxta ordinem ſui loci; aliter enim non completè haberet locum talem; & inde fratres alios fuiſſe demiratos quia portio natu minimi & magno cum exceſſu, maioris natu exceſſerit. *Et mirabantur nimis, ſumptis partibus quas ab eo acceperant; maiorque pars venit Beniamin, ita vt quinque partibus excederet.*

B

Vt amor neque ordinem nec modum ſciat igni amoris ſui ponere.

Gen. 43. 33.

Legis naturæ primogenitis quæ fuerint priuilegia.

Gen. 43. 34.

Gen. 27. 4.

Tertio, vt vltima benedictione morientis patris ſui præ cunctis ditaretur; vt patet ex Iſaaci hiſtoria ſolemniſsima.

Quarto, vt eis iuriſdictio in omnes fratres ſuos hoc modo traderetur, & ob iſtam hæreditariam dominij qualitatem, non aliter quàm Domini ab eis vocarentur; hincque dicitur in Geneſ. *Eſto Dominus fratrum tuorum & incuruentur ante te filij matris tuæ,* Non enim fratres illi tunc erant pluſquam vnus, ſed erat hæcce formula & ſolemnitas eo temporis ſeruata in primogenitos.

Gen. 27. 29.

Quinto, vt fratribus in conuiuiis benedictionem largirentur; iuxtà dominij ipſius vim & maioritatis qualitatem, cui conuenit benedictio in verbis D. Pauli.

Hebræ. 7. 7.

Sexto, vt veſtem Sacerdotij peculiarem & pretioſam haberent apud ſe, & ipſi tantùm illa in Sacris vterentur, vt conſtat ſatis clarè ex veſtibus Eſau quæ quidem valde bonæ, & ſedulò ſeruatæ vocantur in Dei pagina.

N. 15.

Septimo verò ſicut addit Toſtatus allegatus, vt ſiclorum quinque pretio in oblatione Deo facta ad diem quadrageſimum, redimerentur à parentibus; iuxta legē quæ

Leuit. 27. 6.

A

in Leuit. oſtenditur de re iſta; quæ inter alias prærogatiuas, hæc homini Sacerdoti videbatur congruentior; vt eſſent ex tunc Domino impenſiùs obligati, obſtricti, & mancipati.

Quamobrem, quia filius, vt vides, maior natu Sacerdos ritè erat, ideo ſua primogenita diuendens Eſau, prophanus nuncupatur, ad Hebræ 12. & Simoniacus à D. Tho. lect. 3. in ipſum locum, Apoſtolum explicante; & à Dionyſio Carthuſi, periurus eapropter, quia poſtquam venditionem firmauit iuramento, iuſiurandum peſſumdauit, & pro alia benedictione, volens adhuc ad priuilegia admitti primogeniti, ad patrem ſuum rediit. Poſt quæ poteſt tam prophanus quàm fatuus vocitari; dū cibo pro viliſsimo mercator velut amens, & venditor inſanus, quid faceret ante crimen neſciuit valde perperam; & quod fecerat poſt peccatum contempſit valde impiè, ac quaſi culpam leuem, hanc noxam vilipendit; *Et accepto pane & lentis edulio comedit, & bibit, & abiit; paruipendens quod primogenita vendidiſſet.* Quam ipſam primogenitorum Sacerdotij veritatem illa veſtis valde bona ipſius primogeniti corroborat non modicè; cum pater ex illius fragrantia perſuaſus, benedictionem iuniori, vel voce refragante alterius, non negauerit. Non enim veſtis erat communis cuique fratri, ſed quidem vel in ſui dumtaxat odoramine eximiè ſingularis, & quæ vt nimis Sacra non poſſe furto ſubiici parenti videbatur. At filius hanc induere & fratrem ſe maiorem vocare non eſt veritus, quia Diuina circa ſe prædeſtinatione per contractum venditionis celebratæ quàm iuſtè communitus, iam iure patri erat, vt alius erat tempore, illius primogenitus; quemadmodum Auguſtinus de Gen. literaliter, & cap. 10. contra mendacium patenter aſſeuerat. Ergo in lege naturali Sacerdotes primogeniti. Quò attinet cùm Deus vt Chriſti Filij ſui Sacerdotium ratum faceret, Vnigenitum per Pſaltem eundem nuncupauit, & poſtea Sacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedech; id eſt, ſecundum legis naturalis, de qua agimus, incruentum ritum illum, & ordinem immolandi; tunc magis vſitatum, vt infra palam fiet; quæ duo cæli tuba ligauit huiuſcemodi; *Sic & Chriſtus non ſemetipſum clarificauit, vt Pontifex fieret; ſed qui locutus eſt ad eum; Filius meus es tu; ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit; Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.*

Hebr. 12. 16.

Eſau primogenitorum diuendens quantum mali, malorū ve patrarit.

Gen. 25. 34.

C

Geo. 27. 15.

Iacobus patri benedicenti quamobrē non mentitus.

S. Auguſtinus.

D

Hebræ. 5. 5. & 6.

Pſal. 2. 7.

Pſal. 109. 4.

5. Hæc de temporis illius primogenitis notoria, quorum iure non perfracto, ſed potiùs illibato, ac ſemper reſeruato, minores quoque filii non rarò Sacerdotes; non quidem hæreditarij, ſed vno ex tribus modis nihilominus electi, ad Sacráque vocati. Primo, patriæ poteſtatis vi ipſa naturali, virtutéque parentibus in filios ſuos indita; *Sacerdotium quippe apud Deum venerantes, iuxta humanam diſpoſitionem exiſtebat; qui hanc dignitatem primogenitis attribuebant;* vt ait D. Thom. 1. 2. q. 103. art. 1. ad. 3. Ergo poterant

Minores natu filii quot modis Sacerdotes in lege naturali.

D. Thom.

Digitized by Google

potetant parentes, & familiarum principales, qui erant velut hodie Epiſcopi inter nos, ex filiis ſuis alios præter ipſos primogenitos, vt poteſt & Epiſcopus ex ſuis diœceſanis, per patriam poteſtatem creare Sacerdotes.

Poteſtas quantùm patria in filios quondam pollens.

Nec malè, cum vel etiam Gentiles inter viros, diffuſiùs ipſa patria patuerit poteſtas, ad filios ſeruitute & morte afficiendos; vt conſtat apud titulum ex iure Romanorum de *patria poteſtate*. Secundo, varietatis, & venuſtatis ex varietate gratiſſimè emergentis; multifariam nanque Deum decebat venerari, à filiiſque multigenis ei Sacram rem litari; vnde ante Sacerdotium Leuiticum inſtitutum plures erant Sacerdotes, de quibus libet Exodi; *Sacerdotes quoque qui accedunt ad Dominum ſanctificentur, ne percutiam eos.* Et tamen ſolus Moyſes in eis erat Summus, ſupremúſque Sacerdos; vt conſtat paulo infra cap. 24.

Exod 19.22. Exod 24.4.

Sicut etiam germanorum reſpectu iuniorum, primogenitos fuiſſe primarios Sacerdotes, videtur menti conſonum. Tertio autem voluntatis Diuinæ ſpecialiter, & diſpoſitionis ſummi Domini, qua filij quiqui hominum Sacerdotes eſſe poterant.

Sacerdotes quondam aliqui ab ipſo Deo facti.

Nam ſenes ſeptuaginta hîc Moyſi aſſociati, vt colliges ex Numeris cap. 11. n. 16. nec erant Sacerdotes, nec poſtea à ſancto Moyſe fuerunt ordinati; ſed ſolùm à ſancto Spiritu vocati, & deſignati. Vnde factum, quòd multoties non tantùm Sacerdotes extiterint filij multi ætate iuniores, ſed & Deo gratiora illorum Sacrificia; vt inde ſignaretur, & populum primogenitum aliquando repellendum, & Gentilicum adoleſcentiorem ſubſtituendum, & reponendum. Probatúrque ex noſtro dilecto Dei Abele, qui primogenitus cum non fuerit, Sacerdos tamen fuit.

Num. 11. 16.

Abel Sacerdos verus, quin fuerit primogenitus.

Nec debent Caietanus, & Oleaſter ſup. Gen. ad cap. 25. vllatenus audiri; dum eadem ſimilitudine Abelis & Caini, in primogenitis antiquis, nullam quò ad Sacerdotium agnoſcunt præcedentiam. Nam vna ex tribus modò præfatis rationibus, & forſitan ea omnibus, vt ego puto verius, Sacerdos Abel fuit; & inſuper ex alia, qua filij primi hominis, tanquam capita familiarum per orbem mittendarum, omnes erant ſicut veri primogeniti aliorum, de quibus dici poſſet; *Ab his diuiſæ ſunt inſulæ Gentium in regionibus ſuis, vnuſquiſque ſecundum linguam ſuam, & familias ſuas in nationibus ſuis.* Quos ideo Sacerdotes inſtitui condecebat, vt cultum verum Dei quacunquè ſecum ferrent. Sicut enim Leui filij quaſi omnes primogeniti Sacerdotio adſcribebantur, ſic etiam Adami liberi, & iure tantò ampliùs maiori & potiori, quantò pauci & Dei obſequio quamualde neceſſarij, tunc homines extabant.

Gen. 10. 5. 32.

Qua via filij omnes Adami primogeniti.

A Sacerdotio an Sacerdotes potuerint remoueri, & cuius nam imperio, in lege naturali.

Poſſet autem velut proprium iſtius loci, quæri, an parentes qui Sacerdotes creare natos poterant, à Sacerdotio poſſent eos ob culpas remouere; in quo ego affirmatiuæ ſententiæ plùs inclinor, tum ob verba D. Tho. in patriam poteſtatem ſuperiùs euulgata; *Qui hanc dignitatem primogenitis attribuebant*, tum ob illud quia poſtea in populo Iudaico habentes quiqui viri defectus corporales, Leuitæ quamuis fuerint, non erant Sacerdotes; Leuit. 21. n. 20. Ergo meliùs propter culpas ſpiritus peiores; quas patres vt Epiſcopi illius tempeſtatis diſcernere ex officio & iudicare tenerentur. Tanta erat tunc parentibus poteſtas & auctoritas, nec quidem ſine cauſis vrgentibus conceſſa; qui ordinantes primogenitos manebant adhuc liberi, vt alios filios ſuos inferrent Sacerdotio.

Leuit. 21. 20.

De Sacerdotibus qui fuerunt in lege data Moyſe.

6. QVi lege ſub ſcrita Sacerdotes Dei extiterint, in dubium magis vertitur. Communis nanque opinio exiſtimat & tenet, omnes legis naturalis primogenitos Sacerdotes per Leuiticos extinctos, ac planè conſepultos, ad quod verbis Numerorum huiuſmodi impelluntur; *Ego tuli Leuitas à filiis Iſrael, pro omni primogenito in filiis Iſrael: eruntque Leuitæ mei.* Bolducius verò modò lib. 1. cap. 8. de Oggio Chriſtiano diuerſo valde tramite exponit hoc Oraculum; Deum ſcilicet, pro primogenitis Léuitas aſſumpſiſſe; ita tamen vt Leuitæ primogenitorum Sacerdotium nullatenus excluderent; ſed vt quod inter germanos familiarum ſingulatum ex iure hæreditario primogeniti dumtaxat, non alij miniſtrabant, hoc facerent deinceps Leuitæ indifferenter, tam primogeniti, quam alij; dum vitiis corporalibus præſcriptis in Leuit. non ipſi tenerentur. In quam ego opinionem non infimè propendeo; non adeo propter hominis inuiſi à me Pariſiis notitiam qualemcunque, ſodalitiíque eiuſdem, in Religione & Religionis profeſſione ſtrictiori allicientem rationem, ſed propter illas, quas accurata & operoſa vigilantia, peroptimè in re iſta, ni fallor exantlauit, quæ methodo breuiori huiuſmodi ſe habent.

Num. 3. 12. & 13. Bolducius; Leuit. 21. 10

Sacerdotes præter Leuitas vt fuerint ſub lege.

Prima, quia iam Aarone euecto ad Sacerdotium, in eum fuit lis ab aliarum tribuum ducibus acerrimè commota, quæ per virgas in Tabernaculo Diuino conſtitutas, vt cuius virga flores produceret ex illis, is tantùm reputandus Sacerdos ſummus eſſet, dirempta tandem fuit. Ergo non de Sacerdotio, ſed de ſummo Sacerdotio litigium ſuſcitatum; non etenim Leuitas communes impetebant, ſed ſummum illorum caput; idque viri primicerij familiarum reliquarum, quorum virgas Deus admitti nequaquam pateretur, niſi ipſi, vt Sacerdotes ſua aliquod in re, vt dicitur, haberent, & etiam vt primogeniti familiarum Sacerdotes, quos per Aaronem non deſtructos hinc claret pluſquam ſatis. Quibus fauet non mediocriter de Zabulonitis & Iſſacharitis, qui procul à Leuitis, Moſaycum Vaticinium, in iſtum modum loquens; *Lætare Zabulon in exitu tuo, & Iſſachar in tabernaculis tuis.* Po-

Num. 17. à n. 1. vſque ad 6.

Cur queſtio de Sacerdotio contra ſummum Sacerdotem Aaronem ſuſcitata.

Deut. 33. 19.

pulos vocabunt ad montem; ibi immolabunt victimas iuſtitiæ. Vnde eruitur iuſtitiæ, non idolatriæ iſtorum hominum fuiſſe Sacrificia. Hebraicè ſic habetur: *Sacrificabunt Sacrificia.* Id eſt, illorum genus omne, iuſtiſſimè immolabunt. Vlteriùs, quòd hæc phraſis, nempe *Victimas iuſtitiæ*, nil minus latè patet; ita vt legis Sacrificia, tam incruenta quàm cruenta in vnum comprehendat; iuſtitia nanque ſæpe lex Moyſis, atque ſimul naturæ nuncupantur; Eccleſ.17. *Pœnitentibus autem dedit viam iuſtitiæ. Teſtamentum æternum (quia non fundamentum fuere leges illæ) conſtituit cum illis, & iuſtitiam & iudicia ſua oſtendit illis.* Vt ipſemet Bolducius de Eccleſia poſt legem cap. 1. cum proximè ſequenti appoſitè adnotauit; naturæ verò in lege erant omnia Sacrificia, & incruenta, vt dicam infra plus aliis frequentata.

Iuſtitia dictæ quondam naturæ lex, & Moyſis.

Eccleſ.17.10 & 20.

Bolducius.

Secunda, quia Michas, quem de Eccleſia ante legem lib.3. cap. 9. ab omni idolatriæ ſuſpitione vindicauerat, ex filiis ſuis vnum in Sacerdotem conſecrauit, quod ille nunquam faceret, Sacerdos niſi eſſet; & tamen ipſe fuit notoriè poſt Aaronem, de tribuque Ephraim, vt ait liber Iudicum. Vnde tribubus in aliis Sacerdotes non deeſſe argumento claro eſt.

Tertia, quia eiuſdem tribus Gedeon princeps & vir magnus Sacrificium in lib. Iudic. litaſſe perhibetur.

Iudic.17.5. & 6.

Quarta, quia tam Iſaiam, quàm Ieremiam, & Ezechielem, Eliam, necnon eius diſcipulum Eliſeum nonnunquam Sacrificia feciſſe comperimus; cum tamen nullus horum ſtirpis Leui fuerit. Quibus addendi Zorobabel & Neemias, venientes ex tribus Iudæ linea; eo tempore, quo populus Ieroſolymam poſt exitum Babelis remeauit.

Sacerdotes qui ex tribubus diuerſis à Leuitica.

Quinta demum, quia tranſacta captiuitate Babylonica ita fuerunt attenuati, extinctique Leuitæ, vt in tribus & viginti Sacerdotibus ſupremis, qui vſque ad Chriſti mortem & ſceptrum Herodianum Tiara ſunt potiti, vnus tantùm, iſque doloſus, ac peſſimus vir Alcimus, Leuiticus extiterit; *Homo Sacerdos de ſemine Aaron venit non decipiet nos.* Nam reliqui ante illum qui ſexdecim fuere, aſſumpti ſunt ex prole ac tribu Beniamitica; ſex verò poſt eundem, præclari Machabæi, ex Iudæ deſcendentibus. De ſexdecim Benjamin Bolducius multa confert lib. 1. cap. 8. de Oggio Chriſtiano, quæ breuitati conſulendo referri malè poſſent. De Machabæis verò à Iuda progeniem deducentibus ipſius mali Alcimi querela ſatis eſt; *Ipſi quibus præeſt Iudas Machabæus, bella nutriunt, & ſeditiones mouent, nec patiuntur regnum eſſe quietum. Nam & ego defraudatus parentum gloria (dico autem ſummo Sacerdotio) huc veni: primo quidem vtilitatis Regis fidem ſeruans, ſecundo autem etiam ciuibus conſulens, nam illorum prauitate vniuerſum genus noſtrum non minimè vexatur.* Ecce Alcimum ſe Aaronis nepotem profitentem, Iudam verò tunc Pontificem aliunde ex generatione diuerſa venientem; veniſſe autem ex Iuda ſuperiùs dictum fuerat: *Et viri Iudæ magnificati ſunt valde in conſpectu omnis Iſraël, & Gentium omnium, vbi audiebatur nomen eorum. Et exiuit Iudas, & fratres eius.* Præterea, quòd & alia vrgente ratione, videlicet, vt Oracula Diuina adimplerentur, oportebat Sacerdotes, Iſraëliticóſque Duces, qui tunc vtrumque erant, tam Duces, quàm & ſimul ſupremi Sacerdotes, ſub Chriſti pium aduentum ex Iudæ tribu eſſe; quò ſenis morientis Vaticinium non deficeret; *Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus eſt.* At verò miſſus Chriſtus regnante Herode primo, cognomine *Idumæo*; qui vt homo alienigena à Romanis regno habito Machabæorum cunctum regimen in Regno & Sacerdotio ab eis abdicauit; quod contigit in Hircano, Alexandri nempe filio, & Ariſtobuli nepote; & Ioannis tandem Hircani qui Iudæ Machabæi ſupremus frater fuerat, ſublato pronepote; ergo viri Machabæi ablati per Herodem à Iuda non à Leui originem trahebant. Qui bene ſimul Regnum & Sacerdotium nacti ſunt, vt iſta recto ordine ad Chriſtum deuenirent, in eiúſque Eccleſia perpetuò remanerent; de quo aliquid cum Cyrillo perdoctus Genebrardus in principio ſup. Gen. & Cyrillus lib. 7. aduerſus Iulianum.

1. Mach. 7.14

Sacerdotij Machabæorum non pauca ſcitu digna.

2. Mach. 14. 6. 7. 8.

1. Mach. 5.63

Gen. 49.10.

Machabæi quando finiti in populo Iudaico.

Nec obſtat, Mathathiam ad filios Machabæos hæc verba exhortatoria dixiſſe mortis limine; *Phinees pater noſter Zelando zelum Dei accepit teſtamentum Sacerdotij æterni.* Vnde elicitur Machabæos Leuitas, velut fuit Phinees, extitiſſe. Nam ideo patrem illum, & meritò vocauit, quia pater non tam ſanguine, quàm dignitate illius erat, vt qui prior Sacerdotij, Machabæis pòſt collati, faſtigio functus fuerat: quemadmodum Religioſi ab aliis oriundi, illos primos ſuæ normæ & vitæ fundatores appellant ſemper patres. Omiſſo, Leui tribum ac Iudæ ſæpe ſæpius per fœminas ad inuicem miſceri in Matrimoniis, vnde & Virgo Beatiſſima, quæ ex ſemine Dauidis, ac ideo ex tribu Iudæ, ſecundum Paulum erat, Baptiſtæ quoque matris, quæ erat ex Aarone, cognata nuncupatur; vt obſeruat Auguſtinus de conſenſ. Euangel. lib.1. cap.2. & Hilarius lib. 1. in Comment. ſuper Matthæum. Qua vix Machabæos exortos à Leuitis haudquaquam denegandum. E quibus cunctis claret in populo Iudaico Sacerdotes ſemper alios Leuitas præter eſſe; imò poſt captiuitatem ex iſtis valde paucos ac raros ſupereſſe.

1. Mach. 2.54

Sacerdotalis & Regalis coniunctæ ſemper tribus, vel ſæpe in Matrimonijs.

Rom. 1. 3. Luc. 1. 36. Auguſtinus. Hilarius.

7. Quod quare ſic contigerit, nunc intrat ventilandum, ſed accidit omnino ob duas rationes, vltra alias quas Bolducius recenſet de re iſta; vnam quidem literalem, moralem verò alteram, & plenam ſenſu myſtico. Quarum prima nata ex hominum infidelium truculentia, contra viros Sacerdotes diſtricta ſemper primùm; hos enim ſuper omnes nituntur indagare, impetere, & necare; vt in feſto S. Laurentij ſcribit Leo Papa. Ita ſæuus Hieroboam Leuitas Sacerdotes à Sacris remouendo 3. Reg. 12. & 2.

Cur Leuitæ Sacerdotes poſt exilium Babylonicum propemodum deleti.

3. Reg. 12. 31.

2. Paralip. 11. 13 & 2. Paralip. cap. 11. Ita etiam Babylonici eoſdem perimendo, vt de ipſis literaliter di- Pſal. 78. 1. catur teſte Lyra; *Deus venerunt Gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum Sanctum tuum; poſuerunt Ieruſalem in pomorum cuſtodiam. Poſuerunt morticinia ſeruorum tuorum eſcas volatilibus cæli, carnes Sanctorum tuorum beſtiis terræ. Effuderunt ſanguinem eorum, tanquam aquam in circuitu Ieruſalem, & non erat qui ſepeliret.* Vbi templũ & templi Dei Miniſtri longè plurimi permagna clade eatincti ad viuum depinguntur. Ex qua tandem Ieroſolymis ſtrage initiata, & Babylone conſummata, colligitur oon nouam fuiſſe tantam cædem, ſed potiùs conſuetam, ac ſimul expectandam, quotieſcúnque aduerſus Fidem inſutreaerit tyrannis, ſibilauerit procella, & incubuerit tempeſtas. Quo factum, vt ſe recipiens cum omni ſuo popolo ex illa ciuitate, de inopia Leuitarum ſic Eſ- B
1. Eſdr. 8. 15. & 18. dras conqueratur; *Congregaui autem eos ad fluuium qui decurrit ad Ahaua, & manſimus ibi tribus diebus; quæſiuique in populo, & Sacerdotibus de filiis Leui, & non inueni ibi,* Quantumuis eos ſedulò per loca conticina quæſitum viros miſerit; quia longo domicilio A exilii aſſuefacti redire contemnebant; è quibus ſolùm octodecim, qui ferè oullus numerus, ſe illi congregarunt.

Secunda verò orta ex Dei intentione, qui Auguſtinus vt ſolet frequentiſſimè de malis bona facere, vt ait Auguſti Eocheri. 27. per illud exterminium Leuiticæ propaginis, iuxta dictum Vaticinium de Sceptro Iudæorum, viam voluit complanare ad regimen vtrumque Sacerdotale & Sæculare in Iuda ſtatuendum, & non adeo ad ſepelienda legalia ſub hac tribu, quantùm ad illa per Meſſiam ex ea progignendum nobiliùs ſuſcitanda, & vſque ad finem ſæculi in Eccleſiæ domo ſibi dilecta conſeruanda, & Ordinem iam tunc Aaronis ſeneſcentem paulatim remouendum, atque illi ſubſtituendum, de quo dicitur in Pſal; *Tu es Sacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech.* Pſal. 109. 4.
B Semper enim Chriſtus fuit Sacerdos in hominibus, non autem ſemper, Sacerdotij, Aaronici inſtituti; Melchiſedechiani verò ſemper; quia ſemper tam in populo Iudaico, quàm in Gentili incruenta Deo ſunt oblata Sacrificia, vt ex n. 9. & 12. pateſcet.

DE DIFFERENTIIS SACERDOTVM TAM Leuitarum, quàm aliorum, in populo Iudaico.

Differentiæ quæ Sacerdotum, Leuitarum, & non Leuitarum in populo Iudaico.

8. EX dictis ſatis liqoet, Leuitas Sacerdotes, ac ſimul non Leuitas in populo Dei eſſe, quorum tamen differentiæ hîc debeot extricari. Prima erat iuxta mentem Bolducii iam relati, vt Leuitici Sacerdotes è cunctis Leui tribus promiſcuè aſſumerentur; ita vt minimus illorũ, quantumlibet non eſſet Aaronis ex familia, ius haberet, ſicut alii, ad ſummũ Sacerdotium; vt Samuel indicauit, qui non Aaronicus, ſed Leuiticus adeptus Pontificium; qua in re aduerſus ſe, & cum textu Paralipo. Bolducius habet Lyram 1. Reg. cap. 1. At verò vt non Leuiticos ex ſolis primogenitis creari tunc liceret: nec enim in tanta copia iam Deo miniſtrãtium quid aliud congruebat; quod poteſt obfirmari ex verbis alle-
Num 3. 12. & 13. gatis; *Ego tuli Leuitas à filiis Iſraël, pro omni primogenito in filiis Iſraël;* Vt nempe primo- D genitos deinceps ſolos velim & admittam copulatim cum nouis Leui prolis; *Eruntque Leuitæ mei*; id eſt, mihi propiures, & chariores quàm antiqui, vt illi qoos ab aliis ſelegi, & ſeparaui.

Secunda, vt Leui Ordinis, *Leuitici*, à ſuæ gentis principio dicerentur; at econtra *Primogeniti*, vt generaliores Sacerdotes, generaliùs quoque nomen, domus ſcilicet Iſrael, hancobrem ſortirentur; de qua quidem di-
Deut. 17. 9. uerſitate non paruum ſignum micat Deuteron. 17. quo dicitur huiuſmodi; *Venieſque ad Sacerdotes Leuitici generis*; quod cap. 24. & 27. repetitur: Et Ioſue 3. n. 3. *Quando vi-* Ioſue. 3. 3. *deritis arcam fœderis Domini Dei veſtri, & Sacerdotes ſtirpis Leuiticæ portantes eam, vos quoque conſurgite, & ſequimini præcedentes* Qua- C ſi ſtirpis differentis Sacerdotes nou defuerint, quorum primi arcæ & templo, ac maximè in Sacrificiis cruentis & ſanguineis debebant ioſeruire, & aliorum in ſolemnitatibus ſequela decorari.

Tertia, vt ſummum Sacerdotem vtrique Pontifices duo ſummi qua de cauſa inter Iudæos. ſuum haberent; de quibus poſſunt optimè explicari duo illi, qui Cayphas & Annas in Chriſti morte viſi. Quo dato multa dubia manebunt reſerata. Erat tamen Summus Pontifex Primogenitus Leuitico ſubiectus, & inferior; hic aotem qui Sacrificiis vtrorúmque Sacerdotum cum plenitudine poteſtatis indifferenter præſidebat.

Quarta, vt ſimul nomen proprium vterque Summus Pontifex officii retinerer; quod nomen in Leuiticis *Sadoc*; vel *Achitob*; in Primogenitis verò erat *Abiathar*, vel Marc. 2. 26. *Abimelech*, ac etiam *Achimelech*. Nam quem 1. Reg 21. 1. Marcos *Abiathar* ſecundo vocat capite, hic quidem Abimelech vocatur 1. Reg. cap. 21. 1. Reg 22. 12 qui vtique Dauidi Sacratos panes dedit. Licet enim Achitob filius, vir idem eodem libro dicator à Saule; ibidem per contẽptum ſic dictum ſatis conſtat; quòd equidẽ Achitobo Leuitarũ ſummo Præſuli inferior planè eſſet. De quibus certè dictis duobus Sacerdotibus tam ſæpe in Sacro textu, tam ſerióque fit mentio, per iſta ſemper verba *Sadoc autem & Abiathar Sacerdotes*; vt præſens etſi noua Bolducii coniectatio probabilis euadat. 2. Reg. 15. à n. 24. 17. n. 15. 19. n. 11. 20. n. 26. & 3. Reg. 4. n. 4. Quales fuerint in Iudæis Pontifices ſupremi, & qualia eorũ nomina.

Quinta vltimò vt quemadmodum diuerſa habebant nomina, ſic pariter haberent diuerſa & Sacrificia; ita vt Ordo Leuitarum cruenti ritus eſſet; id eſt primò & principaliter; nam & eis incruenta licebant Sacrificia in templo Salomonico Leuit. 2. 1. quod erat locus eis dumtaxat aſſignatus. Ordo vero Primogenitorum incruenti ſolùm ritus Melchiſedechiaoíque exiſteret, qui à Rege Melchiſedech huiuſmodi offerente ſic poteſt appellari. Hi autem templi ambitu non erant coarctati, ſed liberi ſicut ante ædificatum templum illud, ad offerendum locis aliis, vt fuſius mòx dicetur.

9. Obſeruátque Bolducius rem ſatis ponderandam, & neutiquam iniucundam; videlicet hæc nomina Primogeniti Pontificia *Achimelech*, vel *Abimelech*, à Melchiſedechi Regis inclyti appellatione deriuari. Nā *Abimelech* pater Melech, ſeu etiam pater Rex, Hebraica lingua ſonat; & *Achimelech* frater Melech, ſeu frater meus Rex: quod cum Regis Melchiſedechi conſentit re ac nomine; ſeu voce & Sacerdotio; quaſi vno modo hic Rex, ſub nomine *Abimelech*, iſtorum Primogenitorum Sacerdotum pater fuerit; & alio, ſub *Achimelech*, illorum frater omnium, ſeu eiuſdem fraternitatis, vt communiter vocamus extiterit, ac formæ; vel normæ & inſtituti, qui vt ipſe Melchiſedech, præſertim poſt Aaronem, ad aliorum differentiam immolabant Sacrificia tantommodo incruenta.

Abimelech & Achimelech Ethymologiæ quæ origo.

Quod vbi ab illis factum, in templo ne videlicet extructo à Salomone, vel extra, vel vtrobi, nunc debet enodari. Et quidem veriſimile, vbique tam in templo quàm extra à Primogenitis hoc ſemper frequentatum. In templo ſanè quia incruenta Sacrificia non deerant in eo, Leuit. 2. 1. & credibile Sacerdotes, ac ſummum Sacerdotem iſtius miniſterii ad illud nec in templo arctari & prohiberi; nam cum eſſet Sacrificii iſtius primicerius, quis poſſet eo priùs hoc ipſum Deo offerre? vel ſi alius eo priùs in templo Salomonico, quod erat locus proprius pro Sacerdotibus Aaronicis, quis poſſet eum illic priuare ſuo munere? cum minus hoc nimirum incruentè Sacrificādi non fuerit incluſū ſub templi illius finibus, ſed vſque ad mundi fines relictum cunctis viris vt ex ſequentibus patebit, in libito, & arbitrio, ac ſumma libertate. Extra templum verò quia incruenta Sacrificia cum Aaronica præceſſerint à mundi natalitiis, non limitabantur eo in templo pro Aaronicis dumtaxat ſpeciatim deſignato (vnde & illic holocauſtorum altare ſolùm erat) ſed ab omnibus fidelibus, tā Iudæis, quàm Gentilibus vbique litabantur. A Gentilibus vt conſtabit ex n. 14. cùm aliis ſubſequentibus; & à Iudæis, vt fiebat in Sacrificio panis azymi, & agni celeberrimi, cum eo manducati; quod vt templo & Tabernaculo Moſayco clarè ſenius, non in Tabernaculo, nec in templo ſed in domibus ſingulorū offerebatur abſolutè; videlicet quò ad domos; non autem quo ad vrbes; quia com eſſet Sacrificium cruentum ex parte agni, & incruentū ex parte panis, vt cruentum coarctabatur ad vnam ciuitatem; at verò vt incruentum extendebatur & dilatabatur ad omnes eius domos, vt Aaronici & cruenti pateret limitatio, & incruenti dilatatio. Vnde incruentum merè ac purè à Primogenitis Sacerdotibus vbique ſemper licitum.

Leuit. 2. 1.

Incruentū Sacrificium vel tempore cruentorum quàm latiùs his patuerit.

Exod. 12. per totum Deuter 16. per totum.

Deuter. 16. 5

Etenim ſtrictè peculiari, ac Aaronico Sacrificio pro populo Iudaico tantummodo inſtituto, peculiaris domus erat; at generali & Melchiſedechiano generalis etiam locus, & totus mundi ambitus; vt exinde in Euchariſticum præconium adimpleretur Malachiæ Vaticinium; *Ab ortu Solis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus; & in omni loco Sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda* Vbi debet ponderari, quòd Solari circulationi aduinculatur Euchariſtia; vt non ſolum illius inde noſcatur latitudo, ſed etiam claritudo. Nec nobis refragatur Ioſephus in Antiquit. lib. 18. cap. 2. de Sacerdotibus Eſſenis huiuſmodi ſe habens; *Eſſeni Sacrificia cruenta non faciunt, propter luſtrationum, quas præſcripſerunt, excellentiam; eamque ob cauſam à communi populo arcentur, & Sacrificia incruenta ſeorſum peragunt, viri cæteroqui anò ad mores optimi.* Nam iſti anachoretæ illius erant temporis, qui ideo templi fores nolebant frequētare. Nec etiam quod ſcribitur in 4. lib. Reg. *Verumtamen non aſcendebant Sacerdotes excelſorum ad altare Domini in Ieruſalem, ſed tantùm comedebant azyma in medio fratrum ſuorum.* Quoniam ibi cum Oſias poſuerit iniquos, de Sacerdotibus indebite officio perfungentibus, tractari ſolùm patet.

Melchiſedechi Sacrificij vel etiam inter cruenta, honoratio & perdu- ratio.

Malach. 1. 11

Euchariſtia Soli innexa ob dilatationem & claritatem.

Ioſephus.

4. Reg. 23. 9.

Ergo in Templo & extra Templum Sacerdotes Primogeniti inſtitutionis incruētæ. Illud tamen aduertendum, quòd ratione ſpecialitatis, in Sacrificiis incruentis in Templo celebratis, ſemper Pontifex Aaronicus, vt proximè libaui in tertia differentia, Primogenitum præcedebat; etſi iſte Sacrificiorum incruentorum curam gereret; vnde eſt, quod Abimelech Melchiſedechiani ſodalitij in nomine & re comes, propoſitionis panes Sanctos ſeruauerit in Nobe; & eos ex officio ac iure ſuo proprio Dauidi diſtribuerit. At ratione generalitatis, & antiquitatis Sacrificii maior erat Primogenitus, ac adeo maius nomen habebat non immeritò; *Sadoc* enim iuſtus eſt; & *Achitob* nomen ſecundum Pontificis Aaronici, eſt frater bonitatis; vtrumque verò idem, vt ſatis per ſe patet; ſed minus quam *Abimelech*, *Achimelech* & *Abiathar*; nam *Abimelech* Rex pater ſonat; & *Achimelech* frater meus Rex; & *Abiathar* pater excellens; excellens nanque pater debet eſſe bonitate, & regali ac Pontificia commixtim pietate, qui rexerit Dei famulos, & ſubditos fideles, ſubtiliori longè aliis regimine indigentes. Sed hactenus de his omnibus diſtinctiùs atque breuiùs quàm in auctore ſuo propriu; quæ quamuis non certiſſima, digniſſima ſunt tamen vt nequeant occultari;

Vt ſe ipſos Sacerdotes præceſſerint ſupremi.

Gobernatores Chriſtiam iam Eccleſiaſtici quā ſæculares, qui patres veros ſubditos.

tari; ac ideo nolui ea furari, & denegare.

De Sacerdotibus qui ſunt in gratiæ, & Chriſti lege.

Sacerdotes qui nam ſint in ge. ge Chriſtiana. Hebr. 5. 4.

D. Tho.

10. NOn decet vt deſcriptis antiquis Sacerdotibus, Chriſtianos taceamus. Hi autem ſunt Epiſcopi, Presbyterique ſolùm, veraciter & ritè ordinati per Eccleſiam; *Nemo enim* (ait Apoſtolus) *aſſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron.* D. Tho. 3. p. q. 82. art. 1. & cum eo vniuerſalis Eccleſiæ exiſtimatio.

Sacerdotes quinam omnes, & qui hominem nullum faciant.

Hæretici qui ſemper extrema meditantur, bifariam in duo hîc deliria diſſecantur. B Alij quidem cum Luthero omnes viros Chriſtianos, quantumuis merè laicos & prorſus ſæculares, facientes Sacerdotes; nec mirum vt Sacerdotes efficiat omnes homines, qui fecit primo n. & ipſummet diabolum. Alij nullum Sacerdotem recognoſcentes in Eccleſia, neque aliquem poſt Chriſtum conſpicuum hac dignitate; quæ diuerſitas in Britannia inter Anglos & Scotos ſæuiſſimè, proh dolor! hoc tempore bacchatur. Vtrique tamen ſeduli, & opinionibus ſoliciti pro Miſſa deſtruenda; quæ vt verum Sacrificium neque ſine Sacerdote, neque debitè per indebitum idonea eſt celebrari. Vtrorumuis verò falſa, ac vana fundamenta, quæ mox à primo lapide videbis reuoluta, euerſa, & deſolata. Et verè C hi debellantur hoc vnico argumento; quia Hoſtia & Sacrificium in cladem magnam hominum, ſuppliciúmque deficient, vt ait

Daniel 9. 27.

S. Daniel ſub tempore Antichriſti; ergo vſque ad tempeſtatem illius deplorandam vigebit Sacrificiũ. Quod verò niſi Miſſa? quæ hodie in toto orbe & permanet, & Sacrificium vocatur à Chriſtiadis; de cuius eouſque duratione inuiolabili nonnihil attingendum n. 13. & Enarratione 25.

11. Primi addunt, quòd ſi aliqui ad Sacerdotium deſtinantur, & ipſi adiudicantur; id eſſe propter ordinem, & Harmoniam Eccleſiaſticam; quo in ea confuſionis ſcandalum vitetur; dum pro libito vnuſquiſque

Sacerdotes quanam via ſint omnes ſæculares.

honoris appetentia arriperet hoc munus; at D verò Sacerdotium ex ſuimet natura aſſumi ſæpe poſſe, dimittique impunè, vt aliud quoduis hominum officium ſæculare. Sed verè hallucinantur: nam licet Chriſti fratres ſint omnes Chriſtiani, vt iſti argumentantur, adoptiui filij ſunt, non autem naturales; qui quidem nec in Ordine Aaronico & carnali promiſcuè admittebantur; nedum in Chriſtiano, quod non carnis ſucceſſione, ſed ſpirituali ordinatione, & characteris impreſſione imprimitur in anima.

1 Petr. 2. 9. Apoc. 5. 10. Exod 19. 6.

Quòd ſi Petrus 1. epiſt. & Ioannes in Apoc. ad omnes Chriſti famulos huiuſmodi loquuntur; *Vos autem genus electum; regale Sacerdotium*; per Moyſem priùs idẽ in lege dictum fuerat; & tamen nullo modo tunc omnes Sacerdotes, ſed illi, quibus ſupra hoc debitum aperuimus. Vel ſic omnes Sacer- A dotes, vt erant omnes Reges, cum appellentur coniunctiſſimè *Regale Sacerdotium*; atqui omnes eo temporis non erant viri Reges, quemadmodum nec hodie, ergo etiam pari paſſu, nec omnes Sacerdotes; niſi ad Hoſtias ſpirituales tantummodo offerendas, de quibus hæcce loca directè intelliguntur, & agunt manifeſtè; ita vt tandem neque Regibus contentis in his verbis conueniens vnquam fuerit prædari Sacerdotium, cum Oſias propter id ſit lepra flagellatus.

Sacerdotium cur Regale vocetur in Dei pagina.

2. Paralip. 26. 17.

In Baptiſmo & Matrimonio miniſtrant tam mulieres, quàm homines quicunque, vel Fidem neſcientes; verum enim nullo modo ex munere & officio; ſed in primo ex neceſſitate, quæ caret omni lege; & in ſecundo quia inſtitutum in tempore innocentiæ, quo omnes, vt præluſimus Sacerdotio fungerentur; omnes, inquam, non fœminei ſed ſexus maſculini; nam fœminæ nullo tempore, vel etiam in Matrimonio interuenirent Sacramento, ni tantùm vt miniſtrantes & coadiutrices Miniſterij; idque paſſiuè ſolùm, vt pariter in copula concurrunt Matrimonij; de quo aliquid inuenies Enar. præcedente.

Mulieres vt concurrant in Sacramento Matrimonij.

Quod ſi etiam agni paſchalis ſolemne Sacrificium, à populo vniuerſo offerri iubebatur; *Immolabit multitudo filiorum Iſrael ad veſperam Paſchæ*; hoc ita factum credas, quia Aaronis Sacerdotio antiquius illud erat ſingulare Sacrificium; ſicque in ipſo adhuc incolume manebat antiquum priuilegium; vt Sacerdotio fungerentur familiarum quiqui duces; non enim immolabatur à ſingulis de populo, ſed à dominis domorum, qui poterant, vel familia, vel vicinia conuocata, vorare totum agnum; per quem reliqui immolabant, & voluntate, & participatione in Sacrificium concurrentes. Quod in Miſſa nunc contingit, vt conſtat inter multa ex verbis Sacerdotis, *Orate fratres, vt meum ac veſtrum Sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem Omnipotentem.* Quo fit, vt Sacerdotes, cuiuſque ſint familiæ, familiarum patres ſint, qui pro populo vniuerſo immaculatum agnum offerunt, populus verò qui cum eis manducat ipſum agnum, familia ſit fidelis, ad feſtum tam notabile, feſtiuum, & principale lætanter congregata. De quo Philo viſu dignus de vita Moyſis lib. 1. Nec addi non digniſſimum quod aduotat Suarez tom. 3. in 3. p. diſp. 40. ſect. 2. non in templo, ſed in tota Ieroſolymæ ciuitate offerri dictum agnum; *Quia Crux Chriſti non templi futura erat ara, ſed mundi*; vt ait Leo Papa de Paſſione ſerm. 8. nam Sacrificium nouæ legis, per illud agni typici, & agni veri vmbræ egregiè denotatum, non in vno tantùm templo, ſed in Eccleſia vniuerſali per Ieroſolymam deſignata litari congruebat.

Exod 12. 6.

In Sacrificio agni Paſchalis an omnes Sacerdotes.

Philo.

Suarez.

S. Leo.

Cur non in templo, ſed in tota ciuitate Ieroſolymitana offerebatur agnus paſchalis.

12. Secundi in ſui necem voluentes ſcripturas, in Euangelio nuſquam ſancto nec in nouo teſtamentò hoc nomen Sacerdotes, ſed tantummodo Miniſtros offendi nobis exprobrant. Quamobrem verbi Dei, Sa-

cramentorúmque Miniſtros, non autem Sacerdotes, ac proinde nec Sacrificium perſiſtere in Eccleſia. Sed vana & nimis falſa illorum argumentatio. Vana quidem, quia vel ex humilitatis fundamento hoc potuit prouenire; cum miniſtrare ſit ſeruire in verbo Redemptoris, *Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare*; & idem prorſus valeat tam Sacris miniſtrare, quàm ipſa Sacra facere, & laicis donare; vnde nomen hoc Sacerdos, nimirum Sacra donans videtur, neque malè, aliquibus exortum. Vel etiam ex differentia, vt à Sacerdotibus Iudaicis (quos inter tunc Apoſtoli) ſic poſſent internoſci; quod, templo paulò pòſt euerſo & deſolato, incepit immutari, & Miniſtri Eccleſiaſtici, vt hoſtes confitentur, Sacerdotes vocitari. Falſa autem, quia falſò de more ſuo arguunt; nam de Sacerdotibus Chriſtianis ſic ait D. Paulus; *Omnis enim Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur, in iis quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & Sacrificia pro peccatis.* Et Apoſtolus Iacobus; *Inducat presbyteros Eccleſiæ, vt orent pro eo*, ac Paulus iteratò; *Tranſlato Sacerdotio neceſſe eſt vt legis tranſlatio fiat.*

Matt. 20. 28.

Sacerdotes clarè oſtenſi in nouo teſtamento.

Hebr. 5. 1.

Iacob. 5. 14.

Hebr. 7. 12.

Quocirca lege veteri in nouam tranſmutata, neceſſe quoque fuit transferri Sacerdotium, in meliúſque mutari; cum ſoluere non legem, ſed potiùs adimplere Redemptor noſter venerit, & ſummo complemento eandem decorare; cui ideo Sacrificia, ſupremum cultum Dei omnino neceſſarium (nam reliqui & creaturis honores tribuuntur) non deformare, ſed reformare veriſſimè incumbebat. Nec creditu poſſibile, vt pro Deo venerando, placando, & inclinando in noſtra beneficia, vel pro ipſis beneficiis ei gratiis perſoluendis, Iudæi Sacrificiis tam multis ditarentur, nos verò qui ob idem indigemus Sacrificio, hoc planè priuaremur. Non ita proculdubio, ſed magis econtrariò; nam quò à Deo pluribus muneribus ornamur, ita quoque Sacrificio ditamur meliori; quod Andreæ & vniuerſalis Eccleſiæ documento, quotidie miniſtramus. Vnde factum, quòd quemadmodum Baptiſmum Sacramentum vocatum non inuenies, & tamen cunctis eſt perſpicuè Sacramentum, ita & noſtrum Sacrificium vel hoſti-

Sacrificium & Sacerdotium in Eccleſia a fortiori monſtrata ratione, quàm olim in templo Dei.

A bus inuitis, eſt verum ac neceſſarium omnino Sacrificium; & veri ex conſequentia illius Sacerdotes, etſi nullibi de iſtis ageretur in Dei pagina. Neceſſarium verò ob Dei tam cultum memoratum, & ipſum ſimul nobis propitium faciendum, quàm ad ipſam Fidem Chriſti idoneè proteſtandam. Nam illud quod in Cruce Sacrificium factum fuit, vlteriùs quòd tranſactum à tempore longiſſimo, inuiſibile atque Fide apprehenſum tantùm eſt, hoc autem Sacrificij ſubſtantiæ refragatur.

Quæ omnia teſtimonia Prophetica non ſinunt vtcunque denegari, dicente ſummo Vate; *Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini; Miniſtri Dei noſtri; fortitudinem gentium comedetis*; videlicet, per doctrinam quæ Gen-
B tes ſuperauit, & illarum ſapientiam Ægyptiacam & mundanam, vt olim Moyſis ſerpens, & baculus deſpectus, ſerpẽtes ſapientum inſignium, deuorauit. Hanc verò ab illis traditam, qui Sacerdotes & Miniſtri hîc ſimul appellantur, vt ſic preſſiùs vaticinatis, qui Sacerdotes & Miniſtri veriſſimè ſunt pariter, reſpondeat Vaticinium; de quibus idem Vates ad calcem libri ſui; *Et aſſumam ex eis Sacerdotes & Leuitas, quia ſicut cæli noui, & terra noua, &c.* Sic erit nouæ legis Sacerdotium, ſubintellige; cuius quidem renouati ac meliùs reformati perpetuitatem per Ieremiam promittit clemens Dominus; *Non interibit de Dauid vir; Et de Sacerdotibus & Leuitis*; videlicet de Chriſto ac eius Sacerdotibus; agit enim in eo loco de inſtauranda Dei Eccleſia, Sacerdotibus
C & Leuitis tam amplè cumulata, & apprimè exornata, vt poſſim proclamare cum Petri veritate; *Habemus firmiorem Propheticum ſermonem, cui benefacitis attendentes, quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec dies illuceſcat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris* Omiſſo quòd in phraſi vtriuſque teſtamenti, Sacrificate & miniſtrate eſt vnumquid tantummodo. Exod. 39. 1. 40. 13. Num. 3. 6. 10. Deuter. 17. 12. 1. Reg. 18. & 3. 1. 1. Paralip. 6. 32. & 13. n. 13. Actor. 13. 2. Hebr. 10. 11. cum aliis mille locis. Quapropter ſi in Euangelio miniſtri tantùm ſunt, hi noſtri ſunt profectò Chriſtiani Sacerdotes.

Iſai. 61. 6.

Exod. 7. 12.

Sacerdotium legis nouæ in veteri prædictum.

Cap 66. 21.

Ierem. 33. 17. & 18.

2 Petr. 1. 19.

VT ANTIQVVM SACERDOTIVM TAM naturale, quàm legale denotarit Chriſtianum; vtrumque maius altero; at noſtrum clarè maximum.

13. CVM Chriſtus ſit totius origo Sacerdotij, ac etiam plenitudo, vt docet D. Tho. 3. p. q. 50. ar. 4. ad 3. & q. 63. art. 6. C. tam naturale, quàm legale Chriſtianum indigitaſſe, hoc tantùm comprobatur. Quod autem præcellẽtius in dubium verti poteſt. Et quidem licet valde in apparatu exteriori excelluerit legale, ego tamen pro naturali ſententiam meam promam; id-

D. Tho.

Sacerdotij mundi omnis origo & finis Chriſtus.

D que quatuor rationibus, quæ antiquitatis, perpetuitatis nobilitatis, & conformitatis, ſeu vniformitatis & identitatis cum Sacerdotio Chriſtiano, vocari rectè poterunt.

Ex prima antiquitatis, hoc Sole claret rutilo; ab Adamo nanque incepit incruentum Sacrificium, de quo 10. Enarr. peregi ſatis latè; ab Abele verò filio Aaronicum & cruentum; inter quorum oblationes tot anni interfluxere, quod ſufficerent ad iuuentutem

Sacerdotium naturale an excellentius quàm legale.

iuuentotem tunc ſegniùs venientem, Abelis informandam, vt palam coniectabis ex ipſo Dei eloquio; *Factum eſt autem, vt poſt multos dies offerret Cain, &c. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui.* Quos dies vnum ſæculum fuiſſe inde collegit exactus Genebrardos centeſimo anno mundi. Vnde Adamicus, qui poſtea Melchiſedechianus Ordo dictus, Aaronicum qui tandem Aaronicus vocatus, intercapedine & curriculo præceſſit ſatis longo; quo panis Sacerdotium vocatur benè primum in 1. lib. Reg. nam vbi fert vulgata; *Dimitte me obſecro ad vnum partem Sacerdotalem, vt comedam buccellam panis*; ſic legitur Hebraicè; *Iunge me quaſo ad primum Sacerdotium, vt comedam buccellam panis.* Et iure priùs omnibus terrenis alimentis litatus Deo panis; vt ille qui ex terræ prouentibus eſt cunctis dilectus primogenitus, & fœtus primicerius; vt in materiis Sacramentorum Enarr. 22. tantillùm delibaui. Quo factum, vt maior natu Sacrificium patris ſui amplexatus ſit Cain; neque illud propter rei oblatæ prauitatem, ſed propter offerentis internam iniquitatem euaſit Deo inuiſum, ingratum, & reprobatum.

Gen. 4. 4.
Genebrardus.
1. Reg. 2. 36.
Sacrificium primum panis, & meritò cum panis ſit terræ primogenitus.

14. Ex ſecunda perpetuitatis nil minus hoc clareſcit. Nam principium ſuum capiens incruentum Sacrificiũ à primo mundi homine, non habuit vnquam finem; nec accepit conſumptionem in Chriſti Paſſione, ſed conſummationem, & conſummatam coronidem atq; metam, in ipſum mundi finem extremum producendam. Quod C graphycè & ſymbolicè detexit Malachias, dum Iuſtitiæ Sacrificium, nec non Iuda, & Ieruſalem, antiquorúmque dierum & ſæculi prioris vocauit Eucharistiam; *Et erunt Domino offerentes Sacrificia in iuſtitia. Et placebit Domino Sacrificium Iuda & Ieruſalem, ſicut dies ſæculi & ſicut anni antiqui.* Communi nanque placito de Euchariſtię Sacrificio, hic locus explicatur; & quia iuſtum ex ſe, & iuſtitiam perantiquis impertiens Sacrificiis, vt Lyra interpretatur; & quia Deo placet ob ipſum Filium Dei, quem continet realiter; à Iudáque, ſeu potiùs à Chriſto Iudæ prole, in Ieroſolymitana ciuitate, vbi obtulit Melchiſedech, & homo mundi primus in hanc ſpem ſepultus, donandum foret nobis. En qualiter à ſæculo & annis antiquiſſimis, ſplendet noſtri panis notitia celeberrima.

Euchariſtici Sacrificij ab ipſo mundi initio quàm magna perpetuitas.
Malach. 3. 4.
Lyra.

Vnde forſitan tam maior quàm prior templi pars, vbi erat Candelabrum ſepteno fulgens lumine; altare thimiamatis ſuauitatis iucundiſſimæ, & propoſitionis ſancti panes, quæ *Sanctum* vocabatur, à Paulo non fruſtraneè *ſæculare ſanctum* dicitur; ſed ideo quia à ſæculo Euchariſtiæ præoptatæ in illis tribus rebus habebat tria pignora illuſtria, & pretioſa; nempe in luce ſeptiformi illius Candelabri, ſeptem Chriſti Sacramentorum effigiem prælucentem; in altari ſuauiſſimè odorem non tam mixtum, quàm myſticum & arcanum quacunque diffundente, ipſius Chriſti Fidei in omnes mundi A partes pergratam diffluentiam; & in panibus Sacratis decoctis formis aureis, ac aurea in menſa poſitis; & iugiter propoſitis, præſentia coram Dei ac facie veneranda, & ſedulò per ſingula hebdomadas mutatis, repoſitis inſtauratis, vltra multa iſtorum panum notatu pluſquam digna, mirandam noſtri panis futuram veritatem.

Hebr. 9. 2.
Cur prima templi pars vocata *Sanctum ſæculi*, vel Sanctum ſæculare.

15. Nec quidem Melchiſedech ob aliud perquamiuſtè initio finéque dierum vitæ caruit, niſi quia ſummus fuit Sacerdos incruenti Adamicíque ritus; qui quidem ritus caret principio & fine aliquo; vt ille qui cum ſæculo in mundo mox exortus, haudquaquam mortem ſuam videbit ante mortem extremam ſæculorum; *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi.* Hanc B obrem Chriſtus dicitur *Sacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech.* Seu, *Qui manet in æternum, & ſempiternum ſuum habet Sacerdotium.* Quod Aaronicum non fuit, ſed præteruolans temporibus, ac verè tranſitorium. Increbuit ritus iſte Adamici inſtituti Melchiſedechi Regis tempore, qui vinum paulò antea inuentum per Noë, antiquo pani addidit, & potum qui dedecore proſtrauerat Patriarcham ſecundum mundi patrem, & auum ſatis proximum, honore cumulauit; vt Chriſtus lignum ipſum tam valde maledictum, quòd omnes qui in illo pependerunt aliquando, eloquiis iuxta Dei, effecit maledictos, benedictionibus repleuit, & laudibus apud omnes mirificè exaltauit; *Et ego cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum.*

Melchiſedech cur nec initium nec finem vitæ habeat. Hebr. 7. 3.
Matt. 28. 20.
Pſal. 109. 4.
Hebr. 7. 24.
Melchiſedechi Sacerdotium æternum cur dicatur.
Deut. 21. 23.
Ioan. 12. 32.

Quod ſi iſtud Sacrificium attenuatum per Aaronicum, intermiſſúmque videbitur, certè nunquam derelictum à doctis iudicabitur; nedum ſeneſcens dicam, & minus antiquatum; deletum, & interemptum; ac hominum morientium, & ad mortem ac finem ſuum ocyſſimè tendentium; quemadmodum per Paulum Leuiticum appellatur. Ob quæ ſane Sanctus ille, plus virtutum quàm dierum grauedine completus, & plus grauidus his fœtibus quàm defectibus ætatis longæuæ prægrauatus, de filio iam à ſe benedictione cumulato, & huiuſmodi ſolemniter in Sacerdotem conſecrato, ſic illico eſt profatus; *Frumento & vino ſtabiliui eum*; id eſt, eum ad Melchiſedechi Sacrificium in pane & vino oblatum ſublimaui; D nam hæc filios erigendi ad culmen Sacerdotij, & Sacerdotij perantiqui in pane frequentiſſimi, ſub horam mortis ſuæ à priſcis Patriarchis, benedictione vel hac ipſa, vel alia valde ſimili, fiebat cæremonia ſtata, & magnihabita. Ideo verò ſtabilitum hunc Ordinem Sacerdotalem meritiſſimè vocauit, quia vſque ad mundi finem ſtabit, & manebit; vt in Patribus prioribus, ſtetiſſe nullus ambiget. Nec enim Melchiſedech obtuliſſet panis munus, ni à maioribus ille ſuis hoc facere didiciſſet; nec Abraham in ſubcinericiis hoc panibus egiſſet, cum Angelos excepit, niſi vſitatiſſima res ipſa à ſæculo extitiſſet; quantumuis iſte panes exhibuerit cum vituli cruento Sacri-

Sacerdotium Chriſtianum perpetuum demonſtratur. Hebr. 7. 8. & 5. 13.
Gen. 27. 37.
Primogeniti ad Sacerdotium vt olim ſublimati.
Gen. 14. 18.
Gen. 18. 6.

A ficio. Omiſſis Sacrificiis quæ poſt Aaronis tempus incruenta ſemper facta in ipſo templo ſunt, de quibus paulò ſupra quòd ſatis eſt oſtendi. His nanque benè inſpectis, vel etiam inter Iudæos (& hoc quidem Primogenitorum Sacerdotum immolarionibus haudquaquam adnumeratis) ſemper fuie Melchiſedechianum continuatum Sacrificium; de quo iam inter Gentiles quid factum, enucleemus.

In honorem Melchiſedech, *Abimelech*, Paleſtinnrum vocati reges omnes,

56. Inter iſtos ſemper viguit, & pretio magno habita, vbilibet terrarum oblatio non cruenta; ita vt demum non dumtaxat Sacerdos ſummus ille, Primogenitorum prædictorum ſuperiùs explicatus, *Abimelech*, & *Achimelech* in honorem Melchiſedech ſit nomine inſignitus; ſed & Reges B Paleſtini, ob præfatum Melchiſedechianum incruentum Sacrificium, ab illis pro decore ſupremo exercitatum, omnes ordine interrupto *Abimelech* vulgari nomine vocatos ſciant omnes hiſtoriæ non ignari. Quorum Regum Sacerdotum ex ordine Melchiſedech multos numerat Bolducius lib. 1. cap. 13. cum proximè ſequenti de Oggio Chriſtiano; & de Eccleſia ante legem lib. 3. cap. 5. vbi de Rege Abimelech confœderato cum Abrabam vittutibus conſpicuam contexit mentionem. Qui de Geutilibus, multis in locis, huic Sacrificio ſeruientibus expendit illa verba prolata à Simeune; *Lumen ad reuelationem Gentium & gloriam plebis tuæ Iſrael.* Non ſolum quia in Chriſto receperunt lumen Fidei, ſed quia hoc Sacrificio vbique inter Gentiles antiquitus flo- C rente, ipſius Chriſti ſpem ac lumen conſeruarunt; nec mirum cum Gentiles ſint Chriſtum præſtolati; Enar. præcedenti.

Bolducius.

Luc. 2, 32.

Mola ſalſa quidnam fuerit in victimis Gentilium.

Vnde fuit inter multos, vel etiam fabularum caligine obcæcatos, tam celebre & ſolemne Sacrificium molæ ſalſæ, vt cruentum nullum aliud, incruento ſiue iſto, compleri exiſtimarint; & hinc vox immolationis, immolandique percrebuit. Quæ quidem mola ſalſa puls quædam ex farte erat commixta ſale & aqua; qua victimæ inter cornua, quaſi ad itam Dei per cornua in Hoſtiis præſignatam, effigie emolliendam, & per eius Sacrificium placatam faciendam (nam multa, ad mola ſalſa placandum ſummum Numen religioſiſſimus Rex Numa præſcripſit in Plutatcho) per D illos vngebantur. Quod compulit & animum grauiſſimum Pythagotæ, eum protulit in adagium receptum hoc documentum; *Abſque farina ne ſacrifices.* Omiſſis teſtimoniis, nec paucis, nec indignis de iſta mola ſalſa aſſertis per Poëtas, è quibus ſic Statius lib. 2. Sil. 4.

Statius.

——— *Sed ſæpe Dijs hoc inter honores*
Ceſpes, & exiguo placuerunt farra Salino.

Sed clariùs & diffuſiùs Horat. per hęc verba.

Horatius 3. Carm. 23.

Te nihil attinet
Tentare multa cæde bidentium,
Paruos coronantem marino
Rore Deos, fragilique myrto.
Immunis aram ſi tetigit manus
Non ſumptuoſa blandior beſtia
A *Mollibus auerſos Penates*
Farre pio, & ſaliente mica.

17. Ex nobilitatis verè uobili ac tertia ratione, Sacrificiis quoque legis ex ſanguine præclaris, clariſſimè abſque ſanguiue pręfertur naturale, nihil etenim tam muudum honeſtumve litari, quàm panis ſanè poteſt, vt rectè 9. cap. opuſc. 58. ſcribit D. Tho. Cruenta nanq; ſordidos immolatores ſuos proprios ſuapte faciebant; at panis nunquam ſordidos, ſed potiùs ſæpe albos; eos ſcilicet, qui verſabant frumeurum commolitum, & ſimilam, in Dei pagina de munditia & albeſcenti candore commendatam. Quare & ſenſu literali oblatio munda eſt Euchariſtiæ Sacrificium Malachiæ 1. cap. & in 9. Zachariæ Eccleſiæ pulchritudo.

D. Tho. Quàm mũdum ſit frumentum, vt debeat immolari.

Malac 1. 11. Zachar. 9, 17

B Hinc quęrit idem Sanctus in cap. ſequenti, cur Chriſtus ſe maluerit relinquere in frumento, cui dubio ſic reſpondet: *Primò, propter huius grani præ cæteris nobilitatem, quod probatur à tribus; quia eſt puriſſimum, & ſola hæc ſpecies inter alias attingit complementum; & alia ſunt differentes ab ea, ægritudinibus quibuſdam; ſicut patet de auro; nam omne metallum purgatione materia in aurum dicunt tranſmutari; ſicut etiam vidimus de granis; quod bonitate terræ mutatur ſiligo, & in triticum nobilitatur. Secundo, quia communiſſimum, cum faciliùs inueniatur communiter loquendo, quàm aliud quoduis granum, & illud comedant præter homines tam aues, quàm iumenta. Tertiò, quia maximè nutritiuum, nam puritate naturali, & competibilitate commuui, & viſcoſitate ſui, maximè mem-* C *bris adhæret nutrimentum.* Hæc ille; quæ veriſſima, vel etiam in ratione & auium & iumentorum, ſi peccatores per iumenta, & Angelos per aues 2. Enarratione hoc pane ſaluos factos, Euchatiſtiæ attribuamus. Quæ ſimul propter iſtas materiæ ſuæ laudes quàm iuſtè in Pſalmo laudis vocatur Sacrificium; *Immola Deo Sacrificium laudis. Sacrificium laudis honorificabit me* Vnde illud pro Heliodoro oblatum in Machabæis; quod *Hoſtia ſalutaris*, ibidem nuncupatut; & aliud quo per Iudam dedicatio fuit templi tum temporis expleta, & *Sacrificium ſalutaris ac laudis* appellarur, Bolducius penem & vinum fuiſſe verum putat; quia cruenta Sacrificia, Hoſtiæ, Victimæ, & Holocauſta cõmuniter vocantor; Sacrificium verò laudis hoc tantùm Sacrificium.

D. Thom.

Euchariſticæ materiæ munditieſ & nobilitas.

Cur laudis Sacrificium dicatur Euchariſtia. Pſal 49. 23.

2. Mach. 3. 32.

1. Machab. 4. 56.

Bolducius.

D 18. Nec deuium quod adducit in Oggio Chtiſtiano; nempe farreum & incruentum ſub lege Sacrificium, in cruentorũ additionem & perfectionem datum eſſe, & in illorum condimentum, coronamentum, & complementum; quo ſine nec completa fuere, nec accepta, & grata ſummo Domino. Hoc autem ſine illis omnimodè abſolutum; poterat enim far & ſimila, ac ipſe panis coctus offerri ſine carnibus, carnes autem ſine iſtis nequaquam offerebantur; quorum quidem Sacrificiorum ſtylus hic, & forma.

Cruenti Sacrificij incruentum vel in templo, perfectio & conſummatio.

Altari carnes victimæ Sacerdos imponebat, deinde ex oleo, & Sale, ac ſimila commixtis, pugillũ colligebat, memoriale nuncupatũ, & hoc addebat pecudi in Hoſtiam

præparatæ;

Cruenti Sacrificij quæ formula, & ſtylus.

præparatæ;. quam poſtea vino iuſuſo, vel largiter inſperſo, abundè madidabar; ac tandem thus eidem in culmine pouebat; quo facto mox ſubiicere curabat ignẽ flammeum; ac iſta Deo oblata, vel ipſo tantùm igne voraci naturaliter; vel etiam deuoratione & comeſtione tam ipſius, quàm hominum offerentiom, eo modo quo iam dixi Enarrat. 22. omnino conſummebat. Quod

Leuit 5. 12. & 15. 24. Leuit. 2. 1.

Boldučius ex Leuit. cap. 5. & 15. confirmat non inconcinnè; & maximè ex ſecundo, in cuius frontiſpicio, poſtquam in cap. præcedent. de victimis crueutis eſt facta plena mentio, de hiſce rebus hìc præfatis incruentis nil minor fit deſcriptio; quam Lyra Sacrificium exiſtimat diuerſom, pro viris indigeotibus; Bolducius verò additum pro aliis Sacrificiis. Et benè poſſent ſimul hæc duo tolerati, vt eſſent quædam oblatio diſtincta pro egenis; & pariter additio, auctariúmque pernobile, ad alia Sacrificia ornanda & cotonanda fidelium locupletium.

Lyra.

Cum fauet Salſæ molæ deſcriptus noper mos; nam ſi iſta Sacrificiorum corooa velut erat, in populo Gentili, cur in Iudaico non coronarentur nobiliora Sactificia prædictis rebus quatuor, è quibus duæ erant ex ipſa mola ſalſa? præſertim cum Gentiles à veris Dei cultoribus acceperint hos ritus? vt ex Clement. Alexan. ac multis clatè patet. Et rectè additamentum plus conſtans ex farina memoriale dicebatur; vel in memoriam incruentorom à ſæculo factorum, vel in ſpem ac ſimul grates beneficiorũ futurorum in Euchariſtia prębendorum; cum hæc loogè vniuerſorum mirabilium Dioinorum memoriale ſit illuſtre, & memoria de qua dicitur in Vate conceptore; *Memoriam fecit mirabilium ſuorum, miſericors ac miſerator Dominus; eſcam dedit timentibus ſe.*

Memoriale quidnam fuerit in priſcis Sacrificiis.

Pſal 110. 4.

19. Ex quarta vniformitatis cum Chriſti Sacerdotio latè legis Sacrificiis præſtabat naturale, ex tritico confectum, de quo vnus teſtis ſatis ſit nobis. D. Tho. qui opuſco. 58. cap. 10. ſic loquitur. *Tertiò dat corpus ſub ſpecie panis triticei, propter corporis ſui expreſſam ſimilitudinem. Triticum enim poteſt conſiderari tribus aliis modis; vt iacens in aceruo; vt cadens in agro, vt in panis complemento. Primo modo Chriſtum ſignificat ex Virgine conceptum. Secundo in mundo paſſum. Tertio, in cælo glorificatum. De primo Mater Chriſti quàmplurimum honoratur*; Venter tuus ſicut aceruus tritici vallatus liliis; Beatus venter qui te portauit. *Quæ virginitatem cum maternitate coniunctam ſimul redolent. De ſecundo peccator liberatur*; Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet; ſi verò mortuum fuerit, multum fructũ affert. *Chriſtus enim per mortem ſuam genus humanum de morte liberauit. De tertio Beatus delectatur*; Quid boou m eius, & qoid pulchrum eios, niſi frumentum electorum? *Quia panis pulcherrimus, dulciſsimus, & nobiliſsimus Beatis erit corpus Chriſti. Vnde etiam triplex bonum in eo poſsidebunt; omnium delitiarum præparationem; omnium deſideriorum impletionem, omnium bonorum ſecuram & æternam fruitionem. De primo* Aſer pinguis panis eius, & præbebit delitias Regibus. Panem de cælo præſtitiſti eis, omne delectamentum in ſe habentem, & omnem ſapotem ſuauitatis. *De ſecundo*, Et adipe frumenti ſatiat te; *De tertio. Luc.* 14. Beatus qui manducat panem in regno Dei; *id eſt, propter omniũ bonorum ſine fine fruitionem.*

D. Thom.

Pani quanta ſimilitudo cum Chriſto vere inſit.

Can. 7. 2.

Luc. 11. 27.

Ioan. 12. 24.

Zachar. 9. 17

Gen 49. 20.

Sapi 16. 20.

Pſal 147 14.

Luc. 14. 15.

Hinc patet, tam legale, quàm naturale Sacerdotiom figuram Chriſtiani geſſiſſe, & prætuliſſe; vtrumque verò altero fuiſſe longè maius; legale in apparatu, & templi maieſtate; naturale io ſignificatu, & proprietate ſimiliori cum noſtro Sacrificio; quare Chriſtus nominatur *Sacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech.* Sed noſtrum verè maximum; quia illa Sacerdotia corporalia tantùm erant, at noſtrum ſpirituale D. Tho. 1. 2. q. 105. art. 1. ad. 4. Illa Chriſtum figurabant, at ooſtrum verum exhibet, vt Hoſtiam, & Sacerdotem; D. Tho. 3. p. q. 22. art. 6. quod alibi non viſum; cum Hoſtia atque Sacerdos mortalium nullus fuerit; adeo vt nullum Sacrificium legatur in Dei pagina Iſaacum deuouiſſe; qui tamen iuxta multa principia ſupradicta Sacerdos verus extitit; quia hoſtia priùs fuerat in patris Sacrificio, & nemo ſimul eſt Sacerdos atqoe hoſtia. Ita Alenſis de hoc Sancto; cuius viti ponderatio Franciſco Patri noſtto colludit non vulgariter: fuit enim Chriſti Hoſtia, & ideo non Sacerdos; Sacrificium, non Sacrificus; atque noui teſtamenti Sanctiſſimus & vnà mirificos Iſaac, qui ligna Crucis Chriſti portauit ſuper ſe, dum poma & Crucis vulnera decerpſit, ac Dei manu decetpta ſecum tolit. Illud autem quod cum quodam Rabbino fert Bolducius, Sacerdotem nempe Chriſtum Leuiticum extitiſſe, ſuffragio compellatum, ac reliquis adſcriptum & ritè ad numeratum, in ipſo Fides maneat, nam mihi inaoe eſt, ex rationibus nonnullis contrarium ſuadentibus; quibus fauet D. Thom. in proximo citatus art. 1. ad. 2.

Pſal. 109 4.

D. Thom.

Iſaac cur non legatur Sacerdos in Dei pagina.

Alenſis.

Franciſci cũ Iſaac egregia comparatio.

DE SACERDOTIS QVIDDITATE, EX MATERIA Sacrificij perſpicuè collucente.

Sacerdotũ à Sacrificiis deuotio inaugurata.

20. His ita de Sacerdotio genericè productis, ſpecificè de Sacerdotis quidditate & realitate nonnihil proferamus, quæ in materia, rerum baſi, Sacrificiorum reſplendebat; vel iſta accipiatur ex ordine cruento, vel etiam ex incruento. In illo nanque victima occiſa, excoriata, crematáque in Deum qoodammodo per fumum ex ea ſuſcitatum attolli videbatur. Quo ductu vir Sacerdos occidi debet vitiis, & mori iniquitatibus; *Qui etenim ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis*: Excoriari vete-

Gal. 5. 24. Epheſ 4. 24. Coloſſ. 3. 3.

Digitized by Google

re homine, & uouo ſuperindui, *Qui ſecundum Deum creatus eſt*, ac tandem in Deum ferri; quæ ſurſum ſunt, quærendo, non autem quæ ſunt ſuper pauperiem vilis terræ.

Thus, oleũ, Sal farina & vinum quid notarint in priſcis Sacrificiis.

In iſto verò thus, oleum, ſal, farina, & vinum iam ſupra inſinuata, & ſæpius immolata diſpoſitionem Sacrificantium, & Sacerdotũ denotabant; & ſpeciatim proloqueudo, thus eorum deuotionem; oleum autem pietatem; ſalque diſcretionem, vt dicitur in Gloſ. Leuit. 2. farina verò & vinnm mortales ſuſtentantia, ſubſtantiam Sacerdotis, quem deuotione, pietate, & diſcretione attemperatum vir nullus prudens negat, vt farina & vinum erant condita rebus illis, nempe ſale, thure, & oleo altari Dei impoſita.

Gloſſa.

Sal quare ſemper miſſuos in Moyſis Sacrificiis.

Vel dicamus, repedantes ad noſtrum Sacerdotium, & paululum ad materias tam affines declinantes, quòd farina & vinum duo mundana ſuſtentacula, firmitatem & perpetuitatem Chriſtiani Sacrificij immolandi in eis rebus iam inde demonſtrabant; vt Sal in Sacrificiis antiquis ſemper mixtum; *Quidquid obtuleris, ſale condies*; illorummet interitum. Sal quippe ſicut Philo de ſomniis lib. ait, eſt corpus parùm ſolidum; quod aqua & qualicúnque humore liquefit, ac facile diſſoluitur. Nam legalia Sacrificia adueniente Chriſti gratia, quæ aquæ in Iſaia coguomine inſignitur; *Rorate cæli deſuper & nubes pluant iuſtum*; omnino tanquam ſal ad nihil ſunt redacta. Niſi illis ſal fortaſſis immiſſum ſemper fuerit, quia inſipida & inſulſa, nec non pariter inſufficientia ad cor diuioæ gratiæ dulcore exſaturandum, palato Dei & hominum veriſſimè exiſtebant; ſicut cap. 1. dicebat maior Vaunm: donec venit Euchariſtia, quæ ſufficit & implet iſtorum deſideria. Vel tandem, vt priſci Patres iniecto ſemper ſale in ſuis Sacrificiis ineptis & inualidis, ſitirent magis noſtrum; ſal nanque ſitim excitat; quam Chriſtus ſolus ſedat: *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.*

Leuit. 2, 13.

Iſai, 45 8.

Hiht. à n. 11.

Ioan. 7. 37.

Fermentom cur prohibitũ in legis Sacrificiis.

Leuit. 2, 11.

Sed iterum ad deuotionem perſtrictam Sacerdotis, non nitet hæc tantummodo in rebus pro antiqnis præſcriptis Sacrificiis, ſed ſimul in prohibitis; quæ dno ſunt, & valde iobibita in Dei lege; fermentũ, nempe, & mel omiſſis rebus aliis ex indecentia reprobatis. Fermentum quidem plana legiſlatoris ratione; eſt enim putrefactum, corruptum, triſte, acidnm; cum nihil tale debeat inferri Dei altari, ſed ſanum, dulce, integrum; & dulcedine non fucata ſpirims reduudans; vel vt minimùm non claudicans. Mel autem tam prædulce cur fuit interdictum? Gloſſa putat propter carnis laſciuiam diſſolutam; ſed fallitur, ni fallor; ſic enim mellis dulcor ab omni carne exulat, vt neque more carneo producant fœtus apes, ſed pariant ſemper virgines, vt literarum humaniorum ſtudioſis ſatis liquet. Et quomodo illic carnis ſapores denotaret, quod omnia cæli ſapida depingit in Dei verbis? *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo.* Quare ego tanquam reprobum non puto mel reiectum; ſed tanquam valde optimum, electum, & deſtinatum pro Chriſti Sacrificio, cui mellea ſoli erat deuotio reſeruata; & hæc frumento ac petra in Pſalmo copulata, vt petream, ſeu perpetuam dulcedinem iu boc ferculo & cælico frumento conſtaret prætequiri; *Cibauit eos ex adipe frumenti, & de petra melle ſaturauit eos.* Careant vtique fermento antiqua Sacrificia, quia nihil corruptionis vel mali in illia erat; ſed tamen mel non habeant, qnia apicẽ bonitatis hunc neutiquam attingebant; deputabatur nanque hoc deuotioni Chriſtianæ, quæ in Chriſtianis deuotiſſimis excedit omne mel, tranſcendit omne nectar. Quæ quidem ex Sacrificiis deuotionis documenta nos docet Abel noſter; nam ſimilæ (vt oblata præfata percurramus) ſimillimum candotem, & puritatem interiorem; vini autem bilaritatem, & odoriferam iucunditatem, deuotionis expreſſiuam in actu ſuo habuit, vt ex cap. 4. Concil. Matiſconen. non malè comprobatur, dum inter offerentes pro Miſſa panem & vinum, hic Sanctus numeratur: *Decernimus* (præſcribit Concil. memoratum) *omnibus Dominicis diebus, altaris oblatio ab omnibus viris & mulieribus offeratur, tam panis quàm vini; vt per has immolationes & peccatorum ſuorum faſcibus careant, & cum Abel, vel cæteris iuſte offerentibus promereantur eſſe conſortes.* Pietatis verò oleum tantopere mirabile, & mirabilibus reſplendens, vt etiam nunc in monte contermino Damaſco; vbi dicitur fuiſſe Abelis Sacrificium, & illum Deo alia litare conſuetum, annoſa & vetuſtiſſimæ antiquitatis ſit oliua, quam indigenæ ex prioribus quas vnquam terra tulit, communi fide credunt; ex illáque pro ſua oblatione neceſſarios ſcidiſſe ramos ipſum, quos pariter cum hoſtia incendit cæli flamma dilapſa ſuper aram, ſtruem ve compoſitam. Cuius oleo ſingulis annis expreſſo & conſeruato per heremitam quendam illic, Sacello in huius pueri memoriam ædificato, aſſiduè commorantem, ipſius paruæ ædis perſimili & nõ parum miraculo maiori, quàm illud cæli flammæ, perpetuò lampas ardet. Nam feria ſemper quinta ſub noctis vmbram proximam, ſufficiens oleum lampadi infundit heremita, & eius aptat lychnum, quem tamen non accendit, ſed die ſubſequenti quę Veneris luceſcit, per anni iugem curſum, accenſus reperitur; de cælo ſuper lampadem nocte illa ſextæ feriæ, ſicut olim ſuper Abelis pergratum Sacrificium, incendio deſcendente. Ita Bolducius lib. 1. de Eccleſia ante legem cap. 20. quod relatione deuotiſsima alterius Capucini luſtrantis plagas illas his vltimis temporibus, teſtatum nobis offert. Quæ ſanè ſi eſt vera, de quo ego in Paradiſo quò ad aliam conſodalẽ iſtius, dubitaui, in ipſo certè die, nimirum ſextæ feriæ, eiuſdem Sancti credo fuiſſe Sacrificium, & mortem contigiſſe; maioremque & illum propterea Chriſti vmbram, qui etiam feria ſexta diuini amoris igne prolapſo ſuper Crucem, conſumptus quantùm decuit, obiuit propter hominem. Cui quidem

Mel quare valde inhibitum in priſcis Sacrificiis.

Pſal. 118 103

Pſal. 80. 17.

Abelis in Sacrificio quàm multiplex deuotio.

Concil. Matiſco.

Abelis vſque hodie miraculum notabile, in ipſo loco proprio quo obtulit Sacrificium.

Bolducius.

Abelis Sacrificium, & eius mors quo die.

dem benè poſſumus rependere hunc affe-ctum. Nam ſi ſanguine perfuſas in Cruce manus habuit, nos oleo has pietatis inun-ctas habeamus; quod nanque in eius volis fuerunt duo claui, in manibus hoc oleum cunctorum ſacerdotum; cum ipſi per Epiſ-copum ſolemniter vnguntur, præſbyteri-que fiunt; quemadmodum Rupertus lib. 2. cap. 5. de Diuinis officiis egregius vir elo-quitur; nec ſanè ſine cauſa. Quæ enim talis pietas quàm clauis manus Dei pro nobis perforari? ergo illius claui pietas, & oleum ſuauiſsimum. Quive claui tam ſecuri, quàm oleum pietatis & dulcedinis ſpiritualis qua Deo conclauamur? & Chriſto in Cruce dura immanium cruciatuum configimur ſuauiter, libenter, & hilariter?

De oleo Sacerdotũ & de eleemoſyna ac pietate in illis quid mirabile.

Rupertus.

De pietate & Chriſti clauis res quædam ponderanda.

Nec rhus Abeli defuit deuotionis ſuauiſ-ſimæ, quæ nomine cum eius mirandum in modum congruit; Abel nanque vapor eſt, cui proprium ſurſum ire, ſicut pariter de-uotio in Deum ſemper tendit; vt dicitur in Gloſſa. Quocirca de hoc thure ſic ait Rex Propheta, *Dirigatur Domine oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo.* Thus olim ſuper panes propoſitionis ponebatur ad innuen-dum quæ deuotio ſit debita Euchariſtico, per illos deſignato; vt Lyra noſter ait Le-uit. 24. At iſta pro Dei Filio, Euchariſtiam ſuo corpore replente, ac faciente, non de-fuit illi iuueni, qui tam citò pro ipſius ob-ſequio vitam fudit. Minus verò Sal exi-mium, ac longè ſapidiſſimum diſcretionis prudentiſſimæ, qua Deo ſuo obtulit; *De primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum.* Nam optimo, & munuſcula debentur quæ-que optima; vt minori cum ratione de Saule dixit Samuel 1. Reg. cap. 9. n. 20.

Abelis nomen vapor.

Pſal. 140. 2.

Lyra:

De thure & deuotione Euchariſtica & Abelica quid maximè obſeruandum.

Geneſ. 4. 4.

1. Reg. 9. 10.

22. Quare nihil demireris, ſi dicat Dei hi-ſtoria; *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad mu-nera eius: ad Cain autem, & ad munera eius non reſpexit.* Sed cur ad huius munera ex æ-quo non reſpexit? Quia reſpicit primariò ad animum offerentis; & ideo priùs hîc per-ſonæ nominantur, quàm munera libata; *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius;* per virum ad viri donum; *Ad Cain autem, & ad munera eius non reſpexit.* Muneribus ex quibus vtriuſque fratris animus colligitur, & patet; fuerunt nanque Abelis, *De primo-genitis gregis ſui; & de adipibus eorum,* id eſt, ſelecta valde; Caini verò econtra *De fructi-bus terræ;* quin laudis verbum aliquod his ipſis copuletur. Vnde clarer hoſce fructus fuiſſe de communibus, ſine aliquo delectu ſolertia & vigilantia ſpiritus deuoti, impo-ſitos Dei aræ; à qua planè differentia pro-ceſſit & cæleſtis; *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain autem, & ad mu-nera eius non reſpexit.*

Gen. 4. 4. & 5.

Reſpectus cur Abel, & deſpectus eius fratris ab oculis Diuinis.

Theodotion pro *Reſpexit* tranſcribit *In-flammauit* reſpectum dicens iſtum, ocolo-rùmque Dei iaculum per ignem Sole rutilo de cælo deſcendentem viſibilem extitiſſe; quæ ſententia nimis valuit Fideles apud omnes: & meritò quia huiuſmodi Sacrifi-cia multa poſtea fuerunt approbata; Aaro-nis conſecratio Leuit. cap. 9. Oblatio Ge-

Theodotion.

Per ignem comprobatum Abelis Sacrificiũ,

A deonis Iud. cap. 6. Dauidis & Salomonis 1. Paralip. cap. 21. & 2. cap. 7. Eliæ Reg. 3. cap. 18. Quod diabolus Dei ſimia in Gen-tium Sacrificiis adſimilauit aliquoties; vt Solinus ipſe ſimia hiſtoriæ Plinianæ, vn-decimo ait cap. *Ibi epulantibus alludit flamma, quæ fluxuoſis exceſsibus vagabunda, quem con-tigerit non adurit; nec aliud eſt, quam imago nun-tia perfecti rite voti.* In quo iterum deuotio Abelis ſplendeſcit; nam quemadmodum aridiſſimus & ignis bibaciſſimus ad ractum illius fomes, ac ſæpe ad Solis radium facil-limè inflammatur, ſic etiam noſter Iuue-nis, vt intus totus fomes, famelicúſque Dei, vbi Solis huius radiis in Sacrificio ſe expo-ſuit in flammas totus abiit; *Reſpexit Domi-nus ad Abel. Inflammauit Dominus ad Abel.*

& alia multa poſtea.

Solinus.

B En clarum & certum eius deuotionis te-ſtimonium: ſolent nanque apparitiones Di-uinæ conformari diſpoſitioni illorum ho-minum pro illis ſelectorum, vt ex celebri Gregorij ſententia cum Philone, eſt doctis viris notum. Quod optimè probatur Sera-phico in Parente: meruit enim Crucifixi nobilitari viſione, & ornari in ſuo corpore mirandis ſtigmatibus, quia nullus ita vul-nera & Chriſti Paſsionem, vt iſte Iſaac cæ-cutiens ob illam deplorandam, portauit in ſe ipſo; vnde factum quòd & plagas, tan-quam materia attemperata ex formula ſi-gilli, Dei Filij reportauit. Inque alumno eius Antonio Luſitano, qui Chriſtum in ſuis brachiis puerulum ſuſcepit; tum quia iſtius Domini infantiæ deditiſsimus; tum C quia (liceat mihi hoc inſimul intexere) hic Sanctus natus fuerat in patria Luſitana, cu-ius nati præ omnigenis hac dote celeberri-mis, ſuis Regibus ac Dominis, quò magis tanto Domino, ſunt longè fidelisſimi. Bene nouerat Deus puer cuius hominis ample-xus, cuius brachia, cor, & pectus, Luſitani nempe viri; quaſi locum ſibi fidum, quaſi aſylum ſibi tutum; quaſi ſcutum firmum & validum; quaſi thronum & fixum tho-rum, quaſi ſolium verè ſolidum ſuper vires adamantinas, quæ igni inſuperabiles ad Malleum confringuntur, & ad alium ſibi ſimilem adamantem conteruntur, vt teſtis eſt Lauanha in Barros 4. decade; & æris ſuper robur, quod malleis non obtempe-rans, ad ignem tandem ſoluitur, in illo re-D quiſierat; vt priùs conquiſiuerat ad maria ſuperanda & ad Fidem dilatandam ex ore Crucifixi loquentis primo Regi, eoſdem Luſitanos.

Apparationes cur Dei ſimiles ſint illis quibus fiunt.

Franciſcus quare plagas, & Antonius Ieſum puerũ in brachiis ſuis portet;

Luſitani de Fidelitate tranſcurſim commendati.

Lauanha Decade 4. lib. 6. cap. 19

Nec defuit malo fratri hæc ægrè contem-planti peringens, etſi nunquam ſuauis in-flammatio, quia viderat Abelem plùs Deo charum eſſe. Hinc armatur & inflammatur inuidia contra puerum ſtudioſum puritatis, & talem candidatum, vt inflammatus non tantummodo extiterit charitate, ſed ſimul & conſumptus; ac patet ex Abelis vaporeo cognomento, quod non hominem ſed va-porem oſtendit iuſtum iuuenem; de quo iu-uenis perſimilis ſic ait Dei Dilectus; *Non ſicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fra-trem ſuum. Et propter quid occidit eum? Quo-*

Abel & eius frater tam ſimul inflammati, quàm igne diuerſiſſimo.

1. Ioan. 3. 11. & 12.

Digitized by Google

niam opera eius maligna erant, fratris autem iuſta. Attendant hîc hæretici an opera ſelecta virtutis requirantur; Et Catholici conſiderent quantopere conueniat aſſumptũ duplex thema. Sicut etenim Cain ex malignitate ſua propria litauit tale munus, quod nullum tandem fuit, ac intrinſeca nullitate ad nihilum redactum; vnde neque à Deo viſum: quod enim nihil eſt videri nunquam poteſt; ſic in vna tantum hoſtia Abel deuouit plurimam; *Fide plurimam hoſtiam Abel, quam Cain obtulit;* ſeu plurem; in textu Græco; quod quia non Latinum, interpres vertit plurimam. Nam ſicut amor Dei, & Charitas, quæ vinculum perfectionis nuncupatur, ex multis facit vnum; at odium ex multis nullum; ſic pietas, & deuotio in iſto Sacrificio ex vno fecit plura; at impietas & indeuotio ex pluribus nil aliud, quàm vanum fecit puluerem, ad flatum vanitatis ipſius diſsipatum; quod facit & quotidie; Sacrificij ſummi pretium debilitans tam valde, vt ex malo Sacerdote multoties infirmetur, ac etiam deperdatur. A quibus parum deuiat ſplendor Rauennatum ſerm. 19. *Abel agnum portans ad Dei Sacrificium, ſicut agnus aſſumitur; Cain geſtans ſibi ſtipulam, fomentum ſibi, per quod exureretur, inuenit.*

Cur Hoſtia Abelis plurima, Caini verò nulla.

Hebræ. 11. 4.

Vt charitas multiplicet, & odiũ res diminuat.

Vnde valor Sacrificij vel creſcat, vel decreſcat, & ſæpius deperdatur.

S. P. Chryſologus.

De Sacerdotis qualitate ex forma Sacrificij nil minus ſplendente.

23. MAteriam forma ſequitur, & præſtantiam Sacerdotalem materialiter diſcuſſam ipſa quoque diſcutienda formaliter nunc venit, & ordine ſuccedit. Quę alia verò forma Sacerdotalis, niſi Fides & intentio in præcedenti Enarratione elucidata? Hæc duo ſatis patent ex donis horum fratrum; in quibus Thomas Anglicus promiſcuè Fidem inuenit, non mixtam charitatem. *Patet, quia Abel habuit fidem per dilectionem optimã; & ideo Cain non placuit Deo, quia non habuit charitatem.* Verùm & Fide claudicaſſe Cainum exiſtimabis, ſi Apoſtoli ſententiam relatam ponderaueris; *Fide plurimam hoſtiam Abel, quàm Cain obtulit;* id eſt, Fide, quam non habuit illius frater peſſimus; in quẽ ſenſum ſic Rupertus ad Gen. 2. *Cain cor ſuum retinuit ſibi, & fructus terræ obtulit Deo. Abel autem primò cor ſuum, deinde rem ſuam offerendo, plurimam hoſtiam per Fidem obtulit; credendo, ſcilicet, futurum eſſe, vt remoueretur gladius ille, quem Dominus collocauerat ante paradiſum, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ; credendo inquam, futurum eſſe illud ſemen mulieris, quod caput contereret ſerpentis antiqui. Hac Fide emeritum, non dubitandum eſt, prophetiæ quoque ſpiritum accepiſſe, vt illud ſemen mulieris ferret, non tantũ fore ſemen mulieris, ſed & Filium Dei; qui verus agnus Dei per ſuam innocentiam ſerpentis conculcaret malitiam, & per ſuum ſanguinem, flammeum gladium reſtingueret.* Vnde eruitur Cainum in ſuo Sacrificio Creatoris ſolam Fidem, non autem Redemptoris, vt equidem par erat (iuxta ea quæ ſunt dicta Enarrat. 22.) venturi tenuiſſe. Abelem verò etiam iam mente concepiſſe affectum Saluatoris, ac matris Saluatoris: non enim ſine aliqua relatione ad Matrem tantam cogitari poteſt filius (vt deſumitur aliquatenus ex proximo Ruperto) qui via demirãda & obliuione nunquam digna, ſolus ille ſuper terram non habuit pluſquam Matrem. Quamobrem nil mireris, ſi iuuenis hic Sanctus vel etiam morte pręuia inuenit prior omnibus in mundo vitam animæ; cum fuerit in eo Mariæ primus cultor, & famulus impenſus, dicente Sacro textu de Virgine Beata; *Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet ſalutem à Domino.*

Thom. Anglicus.

Rupertus.

Abelis fides magna, Caini autem magna perfidia in ſuo Sacrificio.

Abel Mariæ primus obſequioſus venerator.

Prouer. 8. 35.

At alia præter iſtam formalis eſt intentio, & homini Sacrifico peræquè neceſſaria; videlicet perpetua pro populo interceſsio: *Omnis enim Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in iis quæ ſunt ad Deum.* Nota illud *Pro hominibus* vt formam iſtius muneris connexi Sacerdotio, cuius intereſt pro aliis aſsiduè ſupplicare, & taliter orationibus profuſis coram Deo ſe ſupplicem & proficuum in alios exhibere; vt per virum Sacerdotem, quemadmodum per pontem ad Deum valeant quique tranſire peccatores, qui interſtitio delictorum ab illo ſunt remoti; nam Pontifex ſecundum Antonium Luſitanum eſt homo pontẽ faciens, quò per eum tranſmeatis culparum ſæuis fluctibus, ad Cælum poſsint viri traduci criminoſi, cuius verba loco mihi elapſo per incuriam, in iſtummodum ſonant; *Pontifex dicitur quaſi pontem faciens. Duæ ripæ erant hinc & inde; mortalitatis, ſcilicet, & immortalitatis, inter quas fluebat fluuius immeabilis noſtrarum iniquitatum; de quibus Iſaias;* Iniquitates veſtrę diuiſerũt inter vos, & Deum veſtrum. *Venit ergo Chriſtus aſsiſtens Pontifex, qui pontem ſe conſtituit à ripa noſtra mortalitatis vſque ad ripam ſuæ immortalitatis; vt per ipſam tanquam per lignum tranſuerſum tranſiremus ad futura bona poſsidenda; & ideo dicitur,* Pontifex futurorum bonorum; *vt æterna bona nobis daret.*

Hebræ. 5. 1.

Cur Pontifex ſit pons, & Sacerdoti quale munus pro cunctis deprecari.

S. Antonius

Iſai. 59. 2.

Pons noſter qualis Chriſtus.

Hebræ 9. 11

Hoc fecit Abel iuſtus, & nomine, & officio; officio, quia vt vmbra paſtorum Sacerdotum, curauit oues ſedulus; quas pingues deferebat; *Et de adipibus earum,* nomine autem, quia Abel tam vapor, quàm & luctus Hebraica voce ſonat; vt ait ſup. Gen. Rupertus lib. 3. cap. 24. & ideo paſtor melior, Sacerdóſque commodior; quia iſti debent populi peccata deplorare; *Inter veſtibulum & altare plorabunt Sacerdotes miniſtri Domini, & dicent; parce Domine, parce populo tuo, &c.* Hancobrem de futuro ſcribitur *Plorabunt*; hoc enim Sacerdotum præcipuum munus eſt. Nec malè, cum tam lucis quàm luctus fons ſit oculus, qui lucet ex ſublimi, ac populi corporei directionem ſub ſe habet. Vnde illi qui ſunt oculi, & mondo lux doctrinæ, exempli, ac diſciplinæ, pro mundo debent ſemper plorare & deprecari; eundémque ductare; nullum autem mundi bonum vel leuiter optare, niſi mundi ipſius magnam quietem & bonitatem. Lugeo & luceo apud Latinos conſentiunt

Ioel. 2. 17.

Abelis nomen luctus, & quantùm paſtor debeat pro omnibus lugere.

tiuut in præterito, ſed apud Chriſtianos debent ſimul conſentire in præſenti & in futuro; lugendo quouis tempore pro illis quibus lucent, vt luctibus, ac rotibus auroræ charitatis, hos transferant ad lucem & diem ſempiternum.

Cain bonorum mundi poſſeſſio voce propria.

Quod tamen Cain modo diuerſo planè egit; Sacerdos tanquam peſſimus, qui ex mundi bonitate nil niſi bona voluit caduca & commouentia ad mala non caduca, ſed ſemper perdurantia. Bonorum nanque poſſeſſio Cain interpetratur,, nomen quidem à gratabunda inuentum matre Eua, vt grates Deo ſolueret, cum vidit primum filium, (non dum agnito beneficio) in lucem vitæ datum, *Poſſedi hominem per Deum*, vt graphicè depingit Baſilius Seleucenſ. in 4. Orat. *Ex alno, non ex terra, neque ex coſta germen protulit; hoc parentes attonitos reddit. Vidit Eua ſpectaculum inopinabile, naturam numero propagatam, & partita corpora; rémque miram promulgans, Creatorem conteſtatur; Poſſedi hominem per Deum.* At ille bonum nomen ob gratias adinuentum, nefaria ingratitudine in omen ſiue preſſiùs in omne malum vertit; non ſolùm non ſplendens fulgoribus virtutum, ſed etiam locem ponens ſub modio vili ac paruulo bonorum terrenorum; quæ ille ſolùm voluit, poſthabitis cæleſtibus; confringens iam conſilium quod poſtea Chriſtus præbuit. *Nemo accendit lucernam, & ponit eam ſub modio, ſed ſuper Candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt* Quo loci prudentiſſimè D. Tho. in catena. *Sub modio igitur lucernam ponit, quiſquis lucem doctrinæ commodis temporalibus obſcurat, & tegit* Quod videant, atque timeant Prælati lucratores, ne dicam mercatores, de quibus ſic Bernardus. *Noſtri Prælati facti ſunt Pilati; noſtri Paſtores facti ſunt tonſores.* Et ideo Chriſti ſanguinis, vt Iudas traditores; qui tanto mundi pretio, nimirum, Chriſti ſanguini, in aris immolato, diuitias anteponunt.

Gen 4. 1.

Baſilius Seleucenſ.

Auaritia & mercatura taxata in Sacerdotibus.

Matt. 5. 15.

D. Tho.

S. Bernard.

De Sacerdotis probitate ex corpore Sacrificij, & Sacerdotis coruſcante.

24. HÆc recidit non parum in Sacerdotis quidditatem, & realitatem paulò ſupra à nobis explicatam, quæ in eius maceratione conſiſtit corporali. Nunquam etenim Sacrificium Sacerdos bene faciet, niſi prius ipſe fiat Diuinum Sacrificium, vt aſſerit Gregorius lib. 4. dialog. cap. 55. *Neceſſe eſt, vt cum hæc agimus, noſmetipſos Deo in cordis contritione mactemus, quia qui Paſſionis Dominicæ myſteria celebramus, debemus imitari quod agimus. Tunc verè pro nobis hoſtia erit Deo, cum noſmetipſos hoſtias fecerimus.* Et de panibus Cellenſis lib. 1. cap. 1. *Carnem ergo pro carne repone, & ſanguinem pro ſanguine: pro ſanguine, ſcilicet, profuſo in ara Crucis, effuſum in rubore Confeſſionis; pro puro, ex ſe impurum; pro bono malū; pro quieto turbidum, & tandem pellem pro pelle, vt ait S.ᵗᵘˢ Iob, id eſt, patientiam & imitationem manſuetudinis agni incontaminati Ieſu Chriſti, pro viribus rependamus.*

S Gregor.

P. Cellenſis.

Sacrificium vt debet fieri qui offert Sacrificium.

Quibus præſtat, tanquam prior, & à Fidelibus remotior, cuius ideo in laudem Fidei robuſtius eſt iudicium, & inſuſpectius teſtimonium, Iudaicus honor Philo, in opuſculo de Victimis, ſcribens iſtiuſmodi. *Poſtulat Deus à ſacrificante, primùm bonam mentem, & in pietate exercitam; deinde vitam benefactis ornatam; vt dum manus imponit, poſſit libera conſcientia dicere: manus hæ nec muneribus corruptæ, nec innocentis ſanguine pollutæ ſunt; noxam, iniuriam, vulnus, vim intulerunt nemini, nulli rei turpi præbuerunt miniſterium, ſed rebus honeſtis, ac vtilibus, quæ viris iuſtis, honeſtis, ſapientibúſque probantur.*

Philo.

Quos omnes noſtro Abeli in Dominica Orat. ſic aptat ille clarus Carthaginis Antiſtes; *Abel pacificus & iuſtus, dum Deo ſacrificat innocenter, docuit & cæteros, quando ad altare munus offerunt, ſic venire cum Dei timore, cum ſimplici corde, cum lege iuſtitiæ, cum concordia pace. Meritò ille, dum in Sacrificio Deo talis eſt, ipſe poſtmodum Sacrificium Deo factus eſt; vt Martyrium primus oſtendens, initiaret ſanguinis ſui gloria Dominicam Paſſionem, quia & iuſtitiam Domini habuerat & pacem.* Et rectè hoc Sacrificio Sacrificium factus Iuuenis, Martyrij dux & caput; non adeo quia oportet ſacrificare ſeſe ipſum, qui corpus Dei Sacrificat; ſed quia à Chriſti corpore proceſſit omne verum Martyrium, & Sacrificium; vt ait vox Eccleſiæ orat. feriæ 5. hebdomadæ 4. Quadrag. *In tuorum Domine, pretioſa morte iuſtorum Sacrificium illud offerimus, de quo Martyrium ſumpſit omne principium.* Ac ideo ſoli Martyres afflictionibus corporeis ſunt digni corpus illud tractare ſuis manibus, quod dedit ſecum ipſo, vel ante ſuum ortum, nobiliſſimum principium Martyrio & Sacrificio; modò iſti cum caſtigationibus & mortificationibus acerbis, obſeruent Chriſti Fidem, ab hæreſi illibatam; qua puer hic Sanctiſſimus, deuouit munus pulchrum, & Hoſtiam verè plurimam. Quo duos ritus nunc Eccleſiæ comprehendes; è quibus ille;

S. Cyprian.

Vià Chriſti Sacrificio, Sacrificiorúque martyrij principium fluat omne.

25. Primus; cur ſcilicet in Canone Diuini Sacrificij Apoſtoli atque Martyres dumtaxat nominentur, non autem Confeſſores, vel etiam celeberrimi; quos neque in loco Martyrum ibidem inferiorum locari Deus conſenſit; nam aliquibus à nonnullis pro deuotione ſua propria & æſtimatione cum Martyribus prædictis permutatis, hi nouiter ſuffecti & introducti nutu hominum, ij aliis ſuperiores exiſtimati ſanctitate, in die mox ſequenti deleti inuenti ſunt, & deleti nouis aliis ac melioribus characteribus inducti & reſtituti, Nicolao de Ploue teſte, dum Miſſæ Sacrum explicat. Ratio autem talis eſt, quia Martyres Sacrificium pro Chriſto facti ſunt, & hi ſolum digni nomine, vbi recolitur Chriſti Paſſio, ac iuge Sacrificium. Ita S. Antoninus 3. p. tt. 13. cap. 5. §. 4.

Quid acciderit cum aliqui in Sacro Miſſæ Canone demptis Martyribus ſuppleuerunt nonnullos magnos ſanctos.

Nicolaus de Ploue.

S. Antonin.

Nec caret laude myſtica Sanctorum iſtorum Martyrum in Canone locatio, & ordo, ac diſpoſitio; cum tamen bis Ioannes in eis collocetur, & ab Apoſtolis Matthias ſemo-

Cur Martyres tantummodo in Canone ſint Miſſæ.

Digitized by Google

tus offendatur; alij nanque ante Myſterij conſecrationem ſunt locati, hic verò poſt eandem ſcriptus hocce modo; *Cum tuis Apoſtolis & Martyribus, cum Ioanne, Stephano, Mathia, Barnaba, Alexandro, Marcellino, &c.*

Quis ordo ſit Sanctorum in Canone expreſſorum.

Nam vt Apoſtoli cum Martyribos vtrobi inuenirentur, debebant ſanè aliqui pro loco iſto ſecuodo Apoſtoli ſeruari; hi verò decenserat, vt eſſent qui Apoſtoli exiſtunt ſecuodarij; videlicet, Matthias, qui vndecim eſt adiectus; Ioannes, qui interpretatiuè vt homo à Deo miſſus, Apoſtolus eſt tantùm;

Ioan. 1. 6.

Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Et Barnabas ſancti Spiritus Apoſtolus vocatus, vnuſquiſque loco & ordine, quo mortuus eſt, appoſitus. Quod ſi Paulos ad Apoſtolatum poſteriùs congregatus, nihilominus cum prioribus adſcribitur Apoſtolis, id fit ex priuilegio, & ſpeciali dignitate, qua cum Petro ſummo capite perpetuò collaudatur, vt exponit cum Walfrido lib. 6. de Euchar. cap. 16. Cardin. Bellarminus.

Bellarmin.

Vt virgines ſint Martyres.

Aliqui putant, hunc Ioannem ſecundo loco poſitnm, Baptiſtam non exiſtere, ſed charum Euangeliſtam, virgioitatis propter donum bis illic numeratum; è quibus eſt Suarez io tomo de Euchar. diſp. 83. ſect. 2. quod ex S. Bonanent. in Miſſæ expoſitione videtur deſompſiſſe; dum ait, Ioſeph caſtum à patre ſuo dupla hæreditatis portione, ob caſtitatis eminentiam fuiſſe cumulatum, & Ioannem ob virginitatis & Martyrij præminentiam in bino loco Canonis hanc obrem nominatum. Nam & virgioitas eſt Martyriom, ſi Martyribus hic locus non aliis deſignatur. Nec debet prætermitti, Ioannem cum Stephano, virginitatis duo lumina ſecundo in loco prius haberi cunctis aliis, poſt eos recenſitis; quia Virginitas eſt virtus reſpectibus ex multis excelſior vniuerſis; de quo n. 27. redibit nobis ſermo.

S. Bonau. Gen 48. 22. Virginitatis duplex portio, & locus ſuper omnes.

26. Secundus verò cur in Martyrum ſepulchris altaria in primitiua Eccleſia ſint erecta; vt ibi tooc Chriſticolæ haberent vitæ Sacrum, vbi triſtis mortis horror vigebat, ac ſpolia; quemadmodum Vicecomes lib. 2. de Miſſæ ritibus cap. 27. demonſtrat ſatis latè; & inter alia validiſſimo Prudentij teſtimonio, de altari intra ſepulchrum S. Hyppoliti Portuenſis, caneotis in hunc modum:

Vicecomes.

Prudentius.

Talibus Hyppoliti corpus mandatur opertis,
Propter vbi appoſita eſt ara dicata Deo.
Illa Sacramenti donatrix menſa, eadémque
Cuſtos fida ſui Martyris appoſita;
Seruat ad æterni ſpem vindicis oſſa ſepulchro,
Paſcit item Sanctis Tibricolas dapibus.

Altaria cur antiquitus in Martyrum ſepulchris.

At verò cur in Martyris Sarcophagis obſcuris lux vera includebatur? Non equidem vt exiſtimo (etſi multis ſim contrarius) ob metum tyrannorum; Fideles nanque æquè, & certè multò tutiùs in domibus viuorum, quàm in cryptis mortuorum valerent occultari; ſed quia cum Martyribus egregiè ſymbolizat hoc noſtrum Sacrificium; quod ſecus longè aptiùs in domibus idoneis candore & luce plenis, quàm in antris perobſcuris horrificis & tetris, tunc foret immolatum. Nec ſanè meæ menti noo fauet locus ille ex lib. Apoc. *Et vidi ſubtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter teſtimonium quod habebant, Et clamabant voce magna dicentes. Vſquequo Domine non vindicas ſanguinem noſtrum;* Quem Auguſtinus ſerm. 11. de Sanctis ſic exponit. *Rectè ſub altario Sanctorum animæ requieſcunt, quia ſuper altare corpus Domini offertur. Conuenienter igitur, & quaſi pro quodam conſortio ibi Martyribus ſepultura decreta eſt, vbi mors Domini quotidie celebratur.* Expende verba illa; *Et quaſi pro conſortio*, in quibus nihilominus loquutus eſt auarè; eſt enim magis vnio ſimilitudo de qua hîc, quàm aliquod conſortium, & ſimplex copulatio ſuapte diſſolubilis, vt ait apud Gloſſam Ambroſius ſic ſe habens; *Ideo ſub altari, quia Chriſto capiti ſuo per membrorum connectionem apprimè connectuntur.* Vnde altaria vel nunc vſque reliquiis conſecrantur, & qoamuis ſæpeſæpius in atis iſtæ deſint, quæ illis cum eſt copia reliquiarum, colligantur, tamen aram deoſculamur, & Martyres inuocatione perhumili inuocamus; *Oramus etiam te Domine, per merita Sanctorum tuorum, quorum reliquiæ hîc ſunt, &c.* Tantopere ſunt Martyres peraptè ſub altari, vt etiam cum oon ſint, adeſſe ſemper illic his verbis fateamur, & illis modò datis; *Vidi ſubtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter teſtimonium quod habebant.* Quos interfectos eſſe Martyres clariſſimè inde patet, quia Martyres ſunt teſtes; & iſti vita orbati ob dandum teſtimoniũ Dei verbi, quod haudquaquam non audent diffiteri. Ergo noſtrum Sacrificium tam bene ſuper Martyrum ſepulchra celebratur, quàm bene ſubter ipſum ſepulchra illorum ſunt, cadaueráque iacent.

Apoc 6. 9.

S. Auguſt.

S. Ambroſ.

Apoc. 6. 9.

27. Hinc rectè conlectabis quàm meliùs ſuper tumulos non martyrum defunctorum, ſed hominum qui viuentes martyrio voluntario mortificationis ſe ſe tradunt, hoc Sacrum celebrabitur, quod non diligit Martyrium in corporibus quæ remanent, ſed in animabus, quæ per illud ad gloriam cæli volant, & in actione qua ſe iſtæ Martyrio deuouere. Longè igitur delectabitur Martyribus his viuis, & in primis illis, qui, in equuleo ſuæ carnis per caſtitatem cruciatæ patibulum tam ſæuum, quàm iuge patiuntur. Sæuum ſanè ſic dicente Ambroſio de Virginibus; *Non enim laudabilis virginitas, quia & in Martyribus reperitur, ſed quia ipſa martyres faciat.* Iugi autem quia caſtitas perpetua Crux exiſtit, & martyrium perennatum ab ortu ad mortem vſque, etſi mitiùs ob amorem diuexans Crucifixi, excrucians nihilominus, quandóque cordis intima. Quapropter iſti virgines in lib. Apoc. ſequuntur Agnum Chriſtum, quocunque ſe contulerit, id ſt per totam vitam ſicut Vſſuna frater noſter 2. p. in Miſſus eſt ſerm. 15. ſic exponit; *Virgines à principio vitæ vſque ad finem ſequuntur Chriſtum, qui virginaliter natus & mortuus eſt, inter Mariam atque Ioſephum, nimirum quando natus; inter Mariam atque Ioannem, nimirum quando mortuus. Sequuntur*

Virginitas martyrium, & Deo quã pergratum præſertim in Sacerdotibus.

Ambroſius lib. 1.

Apoc. 14. 4.

Vſſuna.

Virginitas Crux Carnis.

tur Agnum quocunque ierit, à præſepio vſque ad Crucem. Nam virginitas eſt Crux qua Chriſti ſponſæ carnem innocentem crucifigunt, ad ipſius Ieſu ſimilitudinem.

Virginitas Crux templi, impoſita eius culmini, & apici altiori.

Vnde ſicut Crux in templis faſtigium illorum eſt, quæ ſolet vt vexillum imponi ſummo culmini; ſic etiam virtus iſta in templo militante, intelligente, atque degente in carnis tabernaculo, eſt virtus honoratior, ac locus eminentior, & portio longè aliis corporeis eleuatior; de quo multa S. Ambroſ. in lectionibus de Virginibus venuſto ludit calamo, quæ quia in Breuiario præ manibus habentur, non indigent afferri, nec ſimul viris piis vllatenus exponi. Quocirca in Euangelio cælorum regno ſimilis, quia cæli petit ſumma cæleſtis caſtimonia; & tanquam à cælo data, in cælum ſemper tendit; vel vt loquar cohærentiùs ad illa Matthæi verba; *Simile eſt regnum cælorum decem virginibus*, non adeo donum tantum videtur cælo ſimile, quàm cælum dono ipſi, nec hoc ad cælum erigi, quàm cælum ad huius verticem. Hincque Agnus cum virginibus in monte viſus gloriæ; quia & gloria ad talem montem immaculatæ pudicitiæ feſtinat conuolare.

Matt. 25. 1.

Apoc. 14. 1.

Virginitas Dei Matrē, nec etiam Filium Dei quantopere exaltarit.

Sed quid mirum, ſi virginitas tam Mariam Dei genitricem, quàm Chriſtum illius Filium, in ipſomet reſpectu eſſendi, Matrem Dei, & Chriſtum ipſius Filium natura non abſimilem, ſed penitus æqualem ſummoperè exaltauit? cum Deum mater nulla deceret niſi virgo; & virginem nullum filium habere niſi Deum. Ergo virginitas vtriuſque agnitio, & exaltatio; quemadmodum conſiderat in Syno. Epheſ. tom. 6. cap. 10. Epiſcopus Ancitæ Theodus nuncupatus; & Auguſtinus verbis aliis nil minus ponderandis, quæ apud D. Tho. opuſc. 58. huiuſmodi offenduntur: *Nobilitas Matris ex Deitate prolis, & nobilitas prolis ex virginitate Matris*; *Cant. cap. 3.* Egredimini; *videlicet ab ignorantia infidelitatis*; Et videte Regem Salomonem, *id eſt, Ieſum Chriſtum*, In diademate; *id eſt, in carne*; Quo coronauit eum mater ſua; *id eſt, eum honeſtauit, in hoc quòd virgo eſt.* Quæ omnia ad noſtram mentem excurrunt perquàm facilè. Nec deuia ſunt ab iſtis quæ in Virginis natiuit. Guerricus ſic exarat: *Noua mater, quæ tam nouo miraculo parit, vt pariat, & virgo ſit, ipſumque pariat, qui ipſam creauit. Mirabilis quidem nouitas fœcunda virginitatis, ſed longè mirabilior nouitas editæ prolis. Nulli enim incredibile iam erit virginem permanſiſſe, quæ peperit, qui Deum agnouerit eſſe, qui natus fuit. Nullatenus ſiquidem cum iniuria naſceretur maternæ integritatis, qui etiã corrupta redintegrare conſueuit. Nec veritas aſſumpti corporis potentiæ præiudicauit Creatoris, quò minus ſeruaret ſibi quod plurimis ſeruauit creaturis: multas enim creaturas inuenies naſci ſine corruptione gignentium, & quadam voce ſua Creatori ſuper inuiolabili partu ſuo perhibere teſtimonium.*

S. Auguſt.

Cant. 3. 11.

Guerricus.

Pro virginitate Matris Dei egregia argumentatio.

Abeli quænam vxor extiterit gemella.

28. Abel noſter bina & pulchra corona redimitus, hæc duo ſectionis præſentis in ſe iungens, tam Martyr, quàm & Virgo in mundo fuit primus. Vel enim ſine ſorore ex aluo matris prodiit, vt aliqui opinantur; vel potiùs cũ conſorte, quæ nomine Delbora refertur inſignita, vt certiùs reputarim; quo meritum caſtitatis, & abſtinentia à re coniugij, ac actio non neceſſaria, ſed planè voluntaria ei fieret in meritũ, qui meritum ex virginitate, optionis iure carens, nequaquam compararet. Cain autem qui contraxit cum fœmina gemella vel *Sane* nuncupata, vt ait Epiphanius hær. 39. vel dicta *Carmanan* vt nobiſcum cum Methodio Pererius notum facit, deterior manſit fratre ad Sacra peragenda. Omiſſo, quòd tam ille ſpeculum virtutis, quàm iſte voluptatis; ille quidem virginitatis exemplar illibatæ, & intemeratæ conſcientiæ; hic verò petulantiæ, & contaminatæ vitæ fex, ac omni iniquitate & impietate longè fœtens; vt hircus primus Erebi, ſicut cæli primus agnus, per Sacrificium Deo redolens, & illi valde placens, ipſius frater extitit. Cum tamen vel peccatum ſufficeret quodcunque, vt eſſet reputandus altaribus indignus; quãdoquidem ob peccatum Adamus ſingulare, nihilominus quòd fuerit præfulgens Sacerdotio, & Sacrificium in vita ſua obtulerit multoties, ſacrificaſſe tamen nuſquam legatur in Dei pagina; vt adnotat Procopius relatus per Pererium tom. 1. lib. 6. in Comment. ſup. Gen. *Ergo tantùm Abelis munera à Deo reſpiciuntur, quia ipſe tanquam iuſtus, Sacerdos primus fuit verè. Vnde eſt, quod patris eius, cum fuerit Sacerdos, nullum quidem in ſcriptura memoratur Sacrificium; quia cum in eo fuiſſet origo peccati, non videbatur conueniens, vt in eodem oſtenderetur origo ſanctitatis, & religionis.* Et rectè primus iuſtus Sacerdos fuit primus; vt hinc liceat coniectari iuſtitia Sacerdotis. Quis Miſſam primam dixerit, hoc aliò iam ſpectat; ſed pro interim inuenietur in cap. *Iacobus* de Conſecr. d. 1.

Caino quænam vxor.

Sacerdos quare primus vocatus ſit Abel; & Sacrificium nullũ prorſus Adami inueniatur.

Procopius.

De Sacerdotis bonitate ſpiritualiter fulgente.

Sacerdotis vim ſpiritus quam volaa eſſe debeat.

29. HÆc redit aliquantulum ad formam Sacerdotis, conſiſtitque in alto ſpiritus volatu, qui ad Sanctum Sacrificium perfectè miniſtrandum omnino præoptatur; vt corpus in ſpiritum quodammodo vertatur; ad corpus verò, aut eius pergraues paſſiones, ſpiritus iam liber à vinculis iniquis haudquaquam reuertatur, dicente cum Pſalmographo; *Funes peccatorum circumplexi ſunt me & legem tuam non ſum oblitus. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt, de laqueo venantium. Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus.* Sed quare nos Apoſtolus de ſolo monet corpore in victimam offerendo, at de ſpiritu nil tangit epiſtol. ad Rom. *Obſecro vos, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem.* Non quidem vt velit animæ deprimere vigorem, & viuidum conſcenſum, ſed potiùs vt ad ſumma erigere & leuare ſtudeat corpus noſtrum, ad ima ſemper pendens. Elegantiùs ſemetipſo ſplendor Ra-

Pſal. 118. 61.

Pſal. 123. 6. 7.

Rom. 12. 1.

uennatum, & auis plus cæleſtis, quam terreæ qualitatis ſerm. 109. *Fratres hic Apoſtolus honorat corpus, non minorat animam. Nam corpus quod aggrauat animam, quod capiunt peccata, quod deprimunt crimina, quod vitia corrumpunt, quod deiiciunt paſſiones, hoc Apoſtolus cupit ſoluere, liberare ſtudet, expirare contendit, vt corpus ad originem animæ conſcendat, non anima deſcendat ad corporis naturam; & anima corpus comitetur ad cælum, non anima corpus ſequatur ad terram. Ergo non deponi animam, ſed corpus Apoſtolus vult leuari, & animam & corpus; id eſt, hominem totum ad hoſtiam ſanctam ad placitum Deo Sacrificium vult venire* Quid pulchrius? Quid diuinius?

P. Chryſologus.

Vt corpus Sacerdotis in animam mutãdum; non autem viceuerſa.

Sed nihil huc inferius ſerm. præcedent. *In tali ergo vita mors expenditur, hoſtia permanet, viuit hoſtia, mors punitur. Hinc Martyres morte naſcuntur, fine inchoant, occiſione viuunt, & in cælis lucent, qui in terra putabantur extincti.* Et preſſiùs paulò infra. *Deus Fidem, non mortem quærit, votum, non ſanguinem ſitit, placatur voluntate, non nece. Hoc probat Deus ad hoſtiam Abraha, Sancti filium cum popoſcit. Nam quid aliud Abraham, quàm corpus ſuum immolabat in filio? Quid aliud Deus quàm Fidem requirebat in patre, qui filium ſicut offerri iuſſit, ſic non permiſit occidi? Talis ergo homo confirmatus exemplo offer corpus tuum, & non ſolum macta, ſed etiam ſecca per omnium virtutum membra. Quia toties tibi vitiorum artes moriuntur, quoties à te Deo viſcera fuerint immolata virtutum Offer Fidem, vt perfidia ſit punita; immola ieiunium, vt voracitas ceſſet; ſacrifica caſtitatem, vt moriatur libido; impone pietatem, vt deponatur impietas; inuita miſericordiam, vt auaritia deleatur Sic fiet corpus tuum mactata hoſtia, ſi nullo peccati ſæculo fuerit ſauciata. Viuit corpus tuum homo, viuit, quoties à te Deo virtutum vita vitiorum mortibus immolatur. Non poteſt mori, qui vitali gladio meretur occidi.*

Hoſtia vita Deo viuo quam vnicè immolanda.

Primum hominis Sacerdotis Sacrificium ſit Sacerdos.

Abrahami Sacrificium pro Sacrificio pœnitentiæ egregiè ponderatum.

Pœnitentia vitæ gladius.

30. At verò veritates Diuinas iſtas planè, humanitatibus ornemus. Victimarum duo genera, maiorum, atque minorum, lactentes quas vocabant, & à teneris vberibus auulſæ matris erant (vt teſtis eſt Briſſonius in ſuo lib. 1. de formul. Rom.) vigebant inter Ethnicos. Quo ductu vir Sacerdos, vel debet intra templum lactari Chriſti ſanguine, vel à lacte transfretari in eiuſmet cruorem; id eſt, vel Chriſti ſanguine, & deuotione in Sacrum eius piiſſimè educari; vel huiuſmodi educatum, tranſire ad ſuum ſanguinem (ſi ita res exegerit) pro Chriſto profundendum; & ita ei Sacrificium gratiſſimum offerendum, dicente Vate flebili; *Bonum eſt viro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua*; hoc eſt, iugum Crucis Domini, ab annis rudioribus. Ita Samuel, de quo multa in Regum commentariis; ita Hiſpali Hildefonſus ſub tegmine Iſidori; ita Antonius Vlyſſiponenſis in illius ciuitatis Eccleſia Cathedrali peroptimè educatus. Ita denique & Abel, qui reptare per Sacrificia, vt Honorius per ſcuta, ex eius mihi clara firmatur pietate, quod Alcimus lib. 1. ſic dixit ad Sororem.

Quæ victimæ maiores, & minores, ſeu lactentes.

Briſſonius.

Thren. 3. 27.

Nulla Deo ſiquidem eſt acceptior hoſtia, quã quæ

A *Immaculata ſibi, primis offertur in annis,*
Sic quondam cum prima nouo ſplendeſceret ortu
Terra nitens, pulchráſque darent ſua ſemina fruges,
Viuentem ducens ad ſancta altaria fœtum;
Innocuum ſonuiſſe Deo, balatibus agnum,
Inſinuante Deo iuſtus cognouerat Abel
Cum capite oblato placuit grex vnus ab vno.

Reluctantes, claudicantes, vel humeris aduectæ, ac alio quouis modo conſtrictæ & recuſantes, ſub tempore Gentilico nõ erant aptæ victimæ; debebant nanque duci pacificè & ſponte, non verò trahi ad aram; vt nobis fidem faciunt Macrobius lib. 3. Saturnal. cap. 5. Plinius lib. 8. cap. 45. & lib. 28. cap. 2. Suetonius in Auguſto cap. 59. & Cicero de Diuinat. lib. 1. ſic ſe habens; *Cum cenſor populum luſtraret, bonis nominibus qui hoſtias ducerent eligebantur.* Virgiliúſque
B ſecundo Georg. lib. dicens.

Quæ victimæ apud Ethnicos ineptæ ad Sacrificium.

Macrobius. Plinius. Suetonius. Cicero.

Et ductus cornu ſtabit ſacer hircus ad aram.

Et Ouidius in amoribus lib. 3. eleg. 12.

Virgilius.

Ducuntur niuea populo plaudente iuuencæ.

Ouidius.

Prohibita ſimiliter ea victima quæ ab ictu quocunque fugiebat, præſertim ſi cruentabat Sacrificii indumenta, vt accidit Seuero, & Pompeio ſciſcitanti per aleam Sacrificij, an deberet belli ſortem cum Cæſare experiri; ex Liuio lib. 21. & Suetonio penes Galbam cap. 18. ac Ammiano Marcellin. lib. 24. Et interdicta eodem filo quæ pecus emittebat funeſtum valde gemitum, luctiſonum, minacem; qua mente Silius ait in ſuo lib. 5.

Ab ara fugiens victima, vel mugiens triſti ſono inepta pro re Sacra.

Nec rauco taurus ceſſauit flebile ad aras
C *Immugire ſono; preſſamque ad colla bipennem*
Incerta ceruice ferens, altaria liquit.

Silius Italicus.

Quibus omnibus inſtruimur ne Deo reluctantes, claudicantes, reſiſtentes vel mugientes in aduerſis, & præſertim ne fugientes ab eius diſciplina vllatenus reddamur, vt dignum ei Sacrificium offerre valeamus.

Sacrificantibus quæ ex Sacrificiis Gentilium neceſſaria.

31. Nec minori ſolemnitate hæ victimæ immolãdæ, tam viuæ, quàm & mortuæ inſpiciebantur minutiſſimè, & examini exactiſſimo defectuum tradebantur. Non enim admittebantur delectu ſine maximo, & maximè percauto; quem Plinius ſatis pandit lib. 8. cap. 45. Neque poſt occiſionem ſine noua & curioſa inſpectione offerebantur. Virgilius lib. 4.

Victimarũ quæ inſpectio adhibita à Gentilibus.

Trepidantia conſulit exta.

Virgilius.

Vnde etiam Sacerdotes ab extis contem-
D plandis extipices vocati; & extipicia Sacrificia. Quoniam autem Romam iſti à Tuſcia vel Herruria aſciti primum fuerant, hanc ob rem lib. 3. Tibulli ſic inuenies.

—— Ventura nuncia fortis
Vera manent Tuſcis exta probata viris.

Tibullus.

In quorum ſanè viſcerum iudicio diſtrictiſſimo, infauſtum ab eis meritò præ cunctis habebatur; ſi cor deeſſet pecudi; vt viſum vtroque die, quo Cæſar atque Pertinax Sacrificantibus eiſdem, ſublati ferro ſunt; auctores M. Tul. de Diuinat. lib. 2. Valerius cap. 6. ex ſuo lib. 1. nec non etiam Suetonius, Plutarchúſque in Iulio; atque Iulius Capitolinus in vita Pertinacis, ſi vel iecur ſine

Præcordia & exta pecudũ quàm valde examinata.

Tullius. Valerius. Suetonius. Plutarchus. Iulius Capitolinus.

ſine capite inueniretur aliquando, vt accidit & Cæſari Conſulatum aggredienti, ac de more Sacrificanti Kalendis eius anni, quo fuit interfectus; Plinius lib. 11. cap. 37. & Cicero, ac Valerius hîc proximè allegati.

Aruſpicũ, & Extiſpicũ quæ vanitas antiquitus.

Quo equidem docemur habere cor & iecur; amorem & voluntatem oblata Dei obſequio, fidelia, obtemperantia; & viſcera nos noſtra, Sacrificium quando petimus, attentè perſcrutari, ac lentè iudicare; ne ſecus iudicemur, & à Domino corripiamur, vt plorat D. Paulus. Quo præcordia tandem noſtra regalia dici poſſint, vt exta dicebantur, quæ fauſta nuntiabant; non moſta, ſicut illa, quę triſtia indigetabant. Chryſologus ſerm. 5. hos irridet ſic dicens; *Occidebatur pecus, vt quod viuum nil ſeierat, diuinaret occiſum; & loqueretur ex fibris mortuum, quod nunquam fuerat ore proloquutum.* At meliùs in doctrinam præ manibos nunc habitam, Tertullian. in Apologet. *Vt mirer, cum hoſtiæ probentur penes nos à vitioſiſsimis Sacerdotibus, cur præcordia potiùs victimarum, quàm ipſorum Sacrificantium examinantur.*

P. Chryſologus.

Pro præcordiis Sacerdotum mundandis quid egregium.

Tertullian.

Porcæ aureæ, vel argenteæ in quibus Sacrificiis, & huius rei moralitas.

32. Sed nec prætermittendus mos alius ſolemniſſimus in populo Gentili, qui traditor à Feſto, nimirum porcæ illæ, tam aureæ, quàm argenteæ, in Cereris Sacrificiis offerri conſuetæ; quæ licet victimarum veritatem non explerint, illarom tamen locum & nomen vendicabant. O temporum felicitas quæ Sacris in impuris habebant porcos aureos! Econtra verò noſtri acerbitas infelix, quòd in illo Sacrificio tam puro vt Sacerdotes efficiat ex ſe aureos, in eo nihilominus non paucos porcos habeat! Et maximè cum noſtrum Eccleſiæ Sacrificium, vt tritici, & in tritico à P. P. antiquis aſſiduè celebratum *Cereale* tantùm ſit; nã à *Geres* quod frumentum Hebraica voce ſonat, manaſſe hoc nomen *Ceres* Bolducius auctor eſt lib. 1. cap. 18. in Oggio Chriſtiano. In quibus Deæ Sacris, in noſtri iam figuram, Sacerdotes veſte niuea indutos cum Ouidio Metamorp. lib. 10. affirmat ipſe auctor:

Ceres vnde deriuata, & quid eius Sacrificiorum Chriſtiano ſit commune.

Bolducius.

Ouidius.

Feſta pia Cereris celebrabant Orgia matres
Illa, quibus niuea velatæ corpora veſte
Primicias frugum dant ſpicea ſerta ſuarum.

Ligni & vitrei quondã calices, ac aurei Sacerdotes; nunc autẽ vice verſa.

Qua in re cum tam ingenti motiuo lachrymarum, męſtiſſimè experimur, quod plorat ius Canonicum; fuiſſe nempe tempore Eccleſiæ primitiuæ vitreos calices & ligneos vbilibet permiſſos, & vſu frequentiſſimos; quia aurei Sacerdotes tunc erant, & argentei; nunc verò ſolùm aureos, argenteos ve permitti; quia vitrei & lignei tantùm Sacrifici ſunt viri; Cap. *Vaſa*, & cap. *Vt Calix*; de Conſecr. d. 1.

De Sacerdotis venuſtate micante inſtrumentaliter.

33. INſtrumenta Sacrificij ſunt vaſa, templa, veſtes, ac tandem ceremoniæ, quę omnia quantùm fas Abelem adhibuiſſe, ambigere non licet; cum ille de pecoribus meA lioribus obtulerit, quare etiam in rebus aliis ſelectiora quæſiiſſe, iam dubio non ſubiicitor. At verò de veſtimentis ſpiritualiter inſpectis Enar. tibi decima libaui, quæ ſunt ſatis; quemadmodum de ipſis literaliter & moraliter in Aarone tomo altero tractabo Deo auſpice; de templis atque vaſis in templo Salomonis, ne ordinem inuertamus, voluménque plus iuſto hoc primũ repleamus. Vnde ſolæ ceremoniæ hîc reſtant explicandæ; & rectè cum has ille perſoluerit exactiùs, cum quibus templa & veſtes non erant eo temporis vtcunque comparanda.

Ceremonię à mundi initio cur magis conſuetæ quàm aliæ Sacræ res.

De quarum voce & nomine ſententia frequens tenet, ab oppido Cerete, vbi Sacra Romanorum fuerunt cuſtodita, illorum quando vrbs per Gallos eſt direpta, ſic eſſe B nuncupata. Valerius lib. 1. in primo illius capite; & Angelicus Scriptor 1. 2. q. 99. art. 3. Vel ſecus à carendo, quia aliquæ in carendo & abſtinendo vel à licitis, conſiſtunt ceremoniæ; de quibus cum Ouidio Epiſt. 16. hoc liceat decantare;

Ceremonię cur ſic dictæ.

Valerius.

D. Thom.

Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis.

De ceremoniarum verò firma antiquitate & veritate res lite carens eſt, ab ipſo mundi initio cum lege naturali, & Eccleſiæ fundamentis, repetere principia, originémque trahere. Nam & lapidem Iacob erexit ac inunxit; Noë altare fecit; Henoch cum Deo ipſo, ac ideo cum decentia ac reuerentia neceſſaria, quæ ceremoniæ ſunt Diuinæ, viſibilis dum fuit, ſanctiſſimè ambulaoit; Enos modo peculiari inuocauit nomen Domini; C Seth Abelem fratrem ſuum imitatione ſuſcitauit; & Abel qui via duplici, opinionis nempe plurium, & oblationis primùm eius in Scriptura memoratæ, Eccleſiæ fuit caput, Sacrificium Deo obtulit haudddubiè pergratiſſimum; ac ideo abſolutiſsimum in cunctis circunſtantiis, quarum ſemper ceremoniæ fuerunt primipilæ, & ipſis tanquam ſummè annexis Sacrificiis, debetur prior locus. Vnde aſſerit Suarez tom. 3. in 3. p. diſp. 15. ſect. 1. Abel multas pro re Sacra ceremonias condidiſſe. Quæ ceremoniæ in lege Moyſis ſummopere excreuere, non ſolùm iuſſu Dei ſolemniter ſcriptæ, ac ſuis imperatæ, ſed etiam humano placito, à viris particularibus non paucies introductæ; cuiuſmodi ſunt feſta, quæ poſt Moyſem longo tempore inſtituit Synagoga, Heſter D quidem cap. 9. & 1. Machab. cap. 4. Nec poteſtas inſtituendi Sacratas ceremonias peculiaribus hominibus in ſcriptura denegatur, ſed potiùs quod eſt valde notandum ab inſultoribus, in Leuit. per hæc verba donatur, & conceditur: *Exceptis donis veſtris, & quæ offeretis ex voto, vel quæ ſponte tribuetis Domino.*

Ceremo-niarum quę antiquitas.

Gen. 28 18.

Gen. 8 20.

Gen. 5. 22.

Gen. 4. 26.

Gen. 4 25.

Gen. 4. 4.

Suarez.

Ceremonię quantæ in lege; & an poſſint à particularibus hominibus inſtitui.

Heſter. 9. 13. 28.

1. Machab. 4. 59.

Leuit. 23. 38.

34. Si igitur Synagoga pro Diuinis motu proprio inſtituit ceremonias, cur iſtas non inſtituet Eccleſia Chriſtiana edocta à Sancto Spiritu, erecta à Filio Dei, & ab Apoſtolis ac Diſcipulis illius informata, & optime inſtituta? Inſtituit proculdubio, & ſanè ſummo iure, ab ipſo Chriſto hauſto, & ab Apoſtolis vſque nunc aſsiduè conſer-

Eccleſiæ an ceremonias inſtituendi ſit poteſtas.

uato. Nam & Apoſtoli poſt Chriſtum Spiritu Sancto, concurrente, de ſuffocatis & nonnullis tunc neceſſariis ordinarunt;

Actor.15.28

Viſum eſt enim Spiritui Sancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quam hæc neceſſaria; vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione, à quibus cuſtodientes vos, bene agetis. Valete. Et Paulus tanquam multa diſponens huiuſcemodi, ſic dixit ad Corint.

1.Cor.11.34.

Cætera cum venero, diſponam, de quo optimè Auguſtinus Epiſtol. 118. Qui de reliquis Apoſtolis ſimiliter profatur;

1.Cor.4.1.

Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei. Quocirca dixit alibi

Theſſa.2.15.

Tenete traditiones; id eſt à me, & aliis Apoſtolis acceptas. Traditiones nanque veniunt à Patribus antiquis;

Deuter.32.7

interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi.

B

Chriſtianorum verò patres Apoſtoli extiterunt, de traditionum quorum firma auctoritate & veritate Baſilius de Spiritu Sancto cap. 27. Irenæus lib. 3. cap. 3. aduerſ. omnes hær. Epiphanius lib. 4. hær. 71. Auguſtinus de Baptiſmo lib. 4. cap. 24. & Epiſtol. ſupra dicta; vbi contra traditiones Eccleſiæ diſputare, extremam vocat ille inſaniam & inſolentiam. Quo iure inſtituendi has Sacras obſeruantias, præcepit vt Euchariſtiam acciperent ieiuni, & Fideles ſe in frontibus munirent ſigno Crucis; de quibus præter viros recenter allegatos, Concil. Trident. ſeſſ. 21. cap. 2. & ſeſſ. 22. cap. 4.

Baſilius.
Irenæus.
Epiphanius
Auguſtinus
Conc. Trid.

Cui Eccleſiæ poteſtati non officit quod ſit ſuffecta Synagogæ, & Synagogæ dicat

C

ejus fundator Sanctus Moyſes;

Deuter.4.2. & 12.32.

Non addetis ad verbum quod loquutus ſum nobis. Id etenim intelligitur de additione per contraria, non autem de explicatione per media neceſſaria; vt doctè & verè ait Gregor. de Valent. in 3. D. Thom. diſp. 6. q. 11. puncto. 1. §. 16. Vnde prouenit, ceremonias vel etiam citra ſcandalum, de induſtria nunquam poſſe relinqui ſine culpa; in Eccleſia multæ nanque exorirentur ſimultates, ex varietate in ceremoniis tantummodo ſublata. Imò Miſſæ ceremonias ignorantis Sacro nefas antiquitus adeſſe, vt de antiquis Miſſæ ritibus lib. 1. cap. 11. teſtatur Vicecomes.

Gregor. de Valent.
Pro ceremoniarum puritate duo maximè aduertenda.
Vicecomes

35. De vtilitate ceremoniarum exploratum cunctis erit, ex meritis has Chriſti, & inſtitutione Eccleſiaſtica, ex opere operato

D

proficere animabus, quo ſæpe Crux hominibus, quantumuis Fide vacuis, quærendo illius opem, vel ea ſe ſignando, eſt viſa ſalutaris; effecitque vt illi, qui erant vaſa vacua, hoc ſigno vaſa manſerint ſignata contra dæmonem, qui aliquos aſpiciens munitos ſigno Crucis, eoſdem non inuaſit, ſed protulit de talibus; *Vas vacuum, ſed ſignatum*; vt Orat. de Iuliano, de ipſo Imperatore Nazianzenus nobis refert; & de ignoto quodam Hebræo Epiphan. hær. 30. Gregor. in dialog. lib. 3. cap. 3. nec non S. Auguſtinus lib. 83. qq. q. 79. Quæ vtilitas ceremoniarum ex opere operantis excreſcit non permodicè; hocque ad cultus Dei obſequia potiora.

Crux bona ſæpe malis, & ipſis infidelibus, eadem prægnans.
Ceremoniarũ quantùm vtilitas ſit efficax & multiplex.

A

Ad Fidem primo loco; nam illa, quæ nos credimus externis ceremoniis; hæc firmiter ſub illis tenere proteſtamur.

Deinde ad ſpei anchoram tenaciùs iaciendam, quià vt ait Catechiſmus de Sacramen. in Gen. ſect. 18. *Ceremoniæ rem declarant, ante oculòſque ponunt, & altiùs in Fidelium animos imprimunt, ac mentes hominum intuentium ad ſublimium rerum cognitionem erigunt.*

Catechiſmus.

Poſt hæc ad charitatem ferueutiùs excitandam; deuotio nanque creſcit ex ingreſſu Eccleſiarum, decore & pulchritudine micantium multiformi; vt inquit Auguſtinus Epiſtol. 119. cap. 11. & lib. 9. Confeſſ. cap. 6. cũ ſequenti. Et per conſequens ad mentem Dei radiis illuſtrandam; nam charitas radicatur in centro voluntatis; voluntas verò à mentis indagine præceditur; cum cognitum nil ſit quin volitum ſit priùs; Auguſtinus in Ioan. tract. 118. & de Sanctis 19. iuncto cap. *Nunquid*; de Conſecr. d. 5. Quod robur maius obtinet in viris rudioribus: cum enim in rebus valde communibus & obuiis conſiſtant Sacramenta, apparatus niſi aliquis iſtorum corda ſubleuet, ad cogitandum de ſublimitate contenta in his myſteriis, contemptui verſus rudes dabuntur perquàm citò.

Auguſtinus
S. Auguſtinus.

Vlteriùs, ad Religionem ſecuriùs conſeruandam; nam ſicut carnes ſal, & cortex ſeruat nucleum, ac intimam medullã: ſic etiam ceremoniæ Religionis interiora defendunt, atque protegunt. Omiſſo quòd conſtamus tam anima, quàm corpore; & ita re vtraque debemus Deum colere: *Placendum eſt Diuinis oculis, etiam habitu corporis*; ſcribit Cyprianus Domin. Orat. & diffuſiùs D. Tho. 1. 2. q. 101. art. 2. Vnde olim penes veteres illorum tota cura in eo verſabatur, vt ſcirent qua nam forma, deceret numen coli; ac in Dialogo de regno diuinus Plato ait. Et ſic Moyſes vbi accepit cæleſtes ceremonias ſ[illegible]orentia mox negotia ex ſoceri conſilio, quod illi viſum optimè, commiſit viris aliis.

Cyprianus.
D. Thom.
Exod 18.20

Tandem autem vt Orthodoxi per medias ceremonias, ab aliis diuerſarũ religionum dignoſcantur: Et ideo viri Sancti maluerunt ſemper mori, quàm iſtas temerare: militiæ nanque ſignum deſertor ſolus abiicit; de quo illuſtres Machabæi ſpeculum ſunt nitidum, & innumeri Chriſtiadæ, qui mortem cunctis ſæculis profeſſioni & Chriſti cinguli abiectioni prætulerunt.

2.Macha.6.

De Sacerdotis ſublimitate localiter conſtante.

36. ET locus rei locatæ, & Sacris iuuant loca, quæ templa ſunt, & aræ; at templa pro ſecundo volumine relicta; tum propter quod iàm tetigi ſectione præcedenti; tum etiam quia tempore, quo vixit Abel noſter, hæc clauſa non extabant, ſed tantùm cælo peruia, & ſepta muris arborum; ſicut 10. Enarrat. inuenies explicatum; quamobrem de altaribus hìc ſolum agendum erit.

Altare

Altaris quodnam ethymon, & quare ſit in alto.

Altare nanque altus Sacrificandi locus eſt, quod iſti duo fratres putantur erexiſſe. Hoc autem ex ſolo & valido dictamine naturæ, quæ in alto Deo monet offerri Sacrificia, vt & ſitu corporali Diuinitatem veneremur, & plus ipſi appropinquare exteriùs videamur: quidquid aſſerat Bolducius de Eccleſia ante legem lib. 1. cap. 2. in ſpelunca quadam hos fratres Sacrificare conſuetus, nam in ſpelunca ſine timore incurſus alicuius, qui non inferis litabant, ſed Domino cælorum, aërium iudicabitur. In alto Noë fecit altare poſt diluuium; in altúque Dei iuſſu altaria fecit Moyſes, de quibus ſic Origenes morali ſuo more. 1. Leuit. n. 9. relatus apud Gloſſam. *Sacerdos non in humili aliquo loco, ſed in alto & Sancto, id eſt, ſuper altare Sacrificium ſuum collocat; cùm non indignis hominibus, & humilem vitam, ac terrenam degentibus pandit Diuina Myſteria, ſed illis, qui altare Dei ſunt; in quibus ſemper ardet ignis Diuinus, & ſemper conſumitur caro. Super hos ergo diuiſus iſte altaris vitulus collocatur.*

Gen. 8. 20.

Origenes.

Altare & mons ſpiritus in terra quis excelſior.

Laurent. Iuſtinian.

Quem locum non tam altum, quàm montem eleuatiſſimum, excelſis præ myſteriis; illum nempe in quo Abraham immolare filium voluit, & etiam in quo Dei Filius Sacrificatur inceſſanter, Iuſtinianus Sanctus vocat de Euchariſtiæ in Concione. *Eſt enim altare, ſuper quod corpus Chriſti myſticè immolatur; mons ſpiritualis, ſublimis, atque præcipuus; in quo Patriarcha filium ſuum præcipitur offerre.* Quis autem mons æqualiter ſpiritualis & ſublimis in mundo corporali, vt hominis mens alta, abſtracta à corporalibus, & in ſpirituales ac Diuinas materias ſubleuata? In hoc igitur altari & monte ſublimiſſimo, multò potiùs quàm in alio erecto corporaliter, litauit puer noſter: quia ſicut frater eius dejecit vultum ſuum, ita Abelem verſus cælum elatam ſemper faciem credibile geſtaſſe; tum quia nequam fratri oppoſitus in moribus, tum quia in cælis erat illius conuerſatio, vt corpore contenderet quò fixus corde erat. Seraphicus ac parens, qui velut vir cæleſtis, in cælum ſemper os contra normam Religioſam ſublime deferebat. Cain tanquam terrenus, & terræ fructus offerens, ac verſans terræ glebas, defigat vultum terræ; at puer qui vt vapor, vel etiam in ſuo nomine, ſuperna requirebat, in ipſa quæ ſunt ſupra, & faciem pulchram eleuet.

Abel atque Franciſcus cui facie verſus cælum inceſſerunt elata.

In vultu lucet vita, & hominum actiones.

37. Quid autem demirandum cum iuuenis tam inclytus Sacerdos bonus fuerit, qui ptę animæ dulcedine in Deum ſemper tendit, ille autem eregionè Sacerdos verè malus; qui præ animi grauedine, & amaritudine qua labitur à Domini amicitia, non poteſt non corruere, præcipitémque ferri, & cæleſtibus relictis, terrenis mancipari; nam ſpiritu abeunte, ad corpora tranſitur, vel miſer fit collapſus; vt de mundi contemptoribus ſic Hugo Card. *In paradiſo continuerant parentes primi, egreſſi ſtatim ad carnales delicias tranſierunt; deficiente enim ſpirituali ſolatio curritur ad temporale; vnde 1. Reg. 15. dum diceret* A *Samuel Sauli* Abjecit te Dominus; *Statim Saul dixit;* Honora me coram populo; *quaſi diceret; ex quo amiſi ſolatium Domini, curram ad ſolatium mundi.*

Hug. Card.

1. Reg. 15. 30.

Amiſſo Dei ſolatio, ad mundi mox accurritur.

Certè ego non demiror in malo Sacerdote deiectionem vultus eius; mirarer, ſi non vultus concideret illius; nam quis mœrore dignus, vt ille qui Diuina prophanè Deo offert? & qui cum Deo verſans, ab illo auerſus eſt? quique deſerens cæleſtia, dumtaxat bona ſæculi, ac cæni fugientia, & nimis fœtulenta in labili, atque turpi profluuio conſectatur? quando ex ipſa conſcientia lætitia vel triſtitia ad extra deriuatur; vt in lib. de his fratribus Ambroſio viſum eſt. Sed obſtupeo Cain praui ingratam obliuionem, qui primogenitus cum fuerit in hominum B proſapia, & donis mille aliis à Domino ditatus, poſt dies ipſe multos cum marcidis donariis plus deſes & ingratus, quàm alacer & gratias ob gratias ſoluturus, acceſſit ad altare. Quod de eo ſolo ego, non de Abele intelligendum ex textu perſuadeor; *Factum eſt autem poſt multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. Abel quoque obtulit; &c.* id eſt, pariter cum illo, ſicut ſolus ſæpeſæpius offerre conſueuerat; ita vt tandem Abelis noſtri Sacrificia multa fuerint; in ſocietate verò fratris hac tantùm vice vnica; quæ inuidiam ſibi attulit, & necem ſimul intulit. Dictio enim *Poſt multos dies,* in probrum Cain ponitur; cuius narratio à fratris ſui narratione punctó ibi interiacente, ſeparatur. Vnde & munera Caini fuerunt C reprobata, Abelis verò grata; vt Ambroſius cap. 7. libri proximè allegati teſtatur per hæc verba. *Duplex culpa Cain, vna quod poſt dies obtulit; altera quod non ex primis fructibus. Sacrificium autem commendatur alacritate & gratia.*

Triſtitia vel lætitia quid denotent in vultu.

S Ambroſ.

Gen. 4. 3.

Cainus tam ingratus quam gratiis cumulatus.

S. Ambroſ.

Ergo gratus quia alacer & diligens Abel in oblationibus frequentibus; ſicut eius frater fuit ingratus maximopere, quia incurius atque ſocors in donis offerendis, quo plurimam Abel Hoſtiam, vt loquitur Apoſtolus, quàm Deo Cain obtulit; non ſolùm fide, & merito, in iſto Sacrificio, quod vitæ illius extitit Viaticum Euchariſticum; ſed inſimul & numero, in multis præcedentibus. Cum enim multæ ſint miſeriæ terrenorum, Sacerdotem pium decet (è quibus Abel primus) placare ſummum Numen D aſſiduis Sacrificiis: & econtrà cum Cain Sacerdos prauus fuerit, ſacrificauit tantùm ſemel: quæ enim maior prauitas in homine Sacrifico, quàm Sacrificium vix in vita offerre Deo ſuo? Ideo quaſi non Sacerdos à Deó non reſpicitur; quia nomine Sacerdotis indignus comprobatur; qui rarò ſeſe confert ad Sacra adminiſtranda; quos monet D. Paulus; *Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* Nam vacuus atque vanus Sacerdos ille eſt, qui in vanum ſuper ſe, ne eo fungeretur, ſuſcepit munus tantum. Sicut enim in lege Moyſis Sacrificium iuge erat, quod omittere nequaquam licebat Sacerdotibus; ſic nobis plus incumbit litare Sacrificium, quod in pane quotidiano

Hebræ. 11. 4

Sacerdotio quàm indignus qui paucies facit Sacrum.

2. Cor. 6. 1.

Num. 28. 7.

Sacrificium quotidianũ quoti ſie frequentandum.

Digitized by Google

habemus hac de cauſa; hincque iugiter & quotidie debemus ſemper iungere, ni obex quiuis detur, Sacrificia Sacrificiis.

Contentio non monoda, ſed potius compeſcenda.

38. Hoc certum & exploratum de viris Sacerdotibus. An autem ſæcularibus, cum bene ſe diſponunt, Communionis Sanctæ ſit conueniens hæc frequentia, tã varia quam & dubia habetur de re quæſtio; quæ hodie plures vires, ſi forſitan non ignes aſſumpſit in hac vrbe, & orbe Pariſino. Quocirca nolo in ea iudicium meum ferre; vt faciam per ſilentium ſilere litigantes: non etenim fouendus, ſed potiùs extinguendus perſimilis eſt rogus; ne quod datur pro concordia diſcordiæ fomes fiat; & pater à quo panem quotidie poſtulamus, in filiis conturbetur; vt ille, quem duobus, non prodigis ambobus, ſed vno bono & frugi, turbarum nihilominus ſerm. ſuo. 4. depingit ſic Chryſologus.

P. Chryſologus.

Inuidia quid in fratribus, & patris charitate.

Cor patris anxium variis arctatur motibus filiorum, & inter diuerſos pignorum caſus, genitoris pietas ſtupefacta diſcurrit; quia videt fratrem fratris reditu mox fugari, & ſalute alterius ſibi alterum mox perire; ac mœrorem longum breui gaudio penſatum, inuidia liuore turbari. E quibus in priores de quibus hic peragimus, ſic fratres pedem refert. *O zeli tumor! duos non capit domus ampla germanos. Et quid mirum fratres? fecit inuidia, fecit, vt mundi tota duobus eſſet anguſta fratribus latitudo. Namque ipſa Cain iunioris erexit in mortem, vt eſſet ſolum zeli liuor faceret, quem primum fecerat lex natura.*

Inuidia inſatiabilis; & quomodo imitetur peruersè Creatorem.

De Sacerdotis charitate finaliter hæc omnia, vt fine atque corona egregia coronante.

39. EX fine præcedentium hic finis concinnatur, qui Charitas eſt nos cum Deo & cum hominibus arctiſſimè coniungens, & ligans vno nexu, ac nodo ab eius parte haudquaquam diſſolubili. Hæc autem rectò fluit ex cibo charitatis, quo carens languens anima, ſic quæritur in Cant.

Cant. 2. 5.

Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo; id eſt, amore cibi, & acri deſiderio Euchariſtici deficio, langueſco, cõtabeſco. Nam ibi ſic Hebraicè. *Fulcite me lagenis vini; conſternite mihi mala*; Quod ponderans Ghiſlerius diffundit hæcce verba. *Quid ni præ amore deficiat illa anima, cui deficit cibus amoris? Quid ni amore langueat, qui vinum non bibit amoris? Eccleſia igitur ex perſona illarum animarum, quibus haud copia eſt Sacrificij huius, ob huiuſmodi inopiam viribus ſeſe deſtitui aſſerens, hanc à Sanctis Sacerdotibus opem implorat, vt vinum ei propinent ſanguinis Domini quo fulciatur; vtque mala eius afferant, fructum nimirum Chriſti in Cruce pendentis, qui eſt ſicut malus inter ligna ſyluarum, corpus ac carnem illius Sacratiſſimam.*

Ghiſlerius.

Euchariſtiæ amoris cibus, quo ſine langueſcit anima.

Hinc olim in feruentiſſima Eccleſiæ pueritia, poſt ſumptum Chriſti corpus, pauperibus à diuitibus conuiuium parabatur, vbi ſumma cum amicitia commixtim comprandebant. Cuiuſmodi apud Græcos conuiuium fuit aliud, cui nomen erat Agapes, videlicet, dilectio, quod in Martyrum natalitiis, parentum ve funeribus ab illis ornabatur; de quibus in Baronio anno Chriſti 57. à n. 139. Et rectè à noſtro cibo vbi Charitas & amor Diuinus prandebatur, tot prandia charitate decocta pullularunt: nemo etenim contingere edulium tale quit, qui in Deum, Deique ſeruos non diligat impensè, non intimè amplexetur? Vnde & Dominus miratus duritiē traditoris, quòd pane tanto paſtus perſtiterit in noxa, per verbum in Scriptura admirationibus inſeruiens, vt adnotat Toletus ſic dixit ad diſcipulos; *Ecce manus tradentis me, mecum eſt in menſa.* Cui Iudæ pertinatiæ Chryſologus alludit ſer. 121. ſi verba mali diuitis in illum tranſfundantur; *Purpura, byſſo, delicatis veſtibus, epulis blandis, ferrea viſcera crudelis animæ nutriebat.*

Conuiuium quodnam Agapes.

Admiratio hinc manducare, & Deum non amare.

Luc. 22. 21.

P. Chryſologus.

Quo manſit mirabilior dilectio Redemptoris, conſilium diligendi infeſtos aduerſarios implendo in ſuo corpore, vt ait Bernardinus tom. 2. ſerm. 2. art. 1. cap. 1. feria 5. in Cæna Domini; *Dominus enim cibans traditorem ſuum propria ſua carne, membra inſtruxit, quòd deberent benefacere inimicis ſuis.* Vnde meritò de hoc Domino ſic dicitur in Vate; *Cuius ignis eſt in Sion, & caminus eius in Ieruſalem.* Nam licet ibi Lyra de altaris igne perpeti, qui authenticis eloquiis præſcribitur in Leuit. hoc putet explicandum; ego quidem intelligẽdum de altaris Sacramento in monte Sion condito hancobrem verum credo; quia Chriſti amoris ignis in ſuo altari lucet, & ardet feruentiſſimè; nam etiam altaris ignis (cum omnia genti Hebraicæ in Apoſtoli doctrina contigerint in figura) alterius iam altaris ac ignis formam dabat; qui ignis & caminus iſtius panis eſt, oppoſitus ex diametro camino Babylonico; cuius ignis qui ingentior exteriùs videbatur, cum ad homines vorandos accenſus tantum eſſet, non ſanè maior erat, ſed potiùs longe minor, ac ideo nunquam ad cubitum (metam & terminum iubilæi) peruenit quinquageſimum; hic autem ſemper ſcit clementer indulgere, & crimina ignorare.

Diligere inimicos vt doceat Euchariſtia.

S. Bernardinus.

Iſai. 31. 9.

Leuit. 6. 12.

Dani. 3. 47.

40. At vero Cain peſſimus, vt poſtea Iudas impius, exaſperatus Sacrificio figura Chriſti corporis, nec Deum, neque fratrem ex illa oblatione diligere curauit, ſed ampliùs deteſtari; nam vultum cum deiecit, in terrámq; coniecit, iam odio cęlum habuit, vt illi viri nocui, de quibus Rex Propheta; oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Sic enim plures docti exponunt illa verba, *Cur iratus es, & cur concidit facies tua?* nimirum contra Deum, qui ipſum de delicto ſciſcitabatur actualiter, & contra fratrem ſuum, quem vita iam priuauerat. Non ſanè propter vim oblati Sacrificij: hoc enim nulli nocet, ſed propter virus intimum ipſius offerentis; qui malum non accepit ex illo Sacramento, ſed bonum malè malus accepit, atque obrulit; quemadmodum de Iuda ſcribit Auguſtinus in Commentar.

Pſal. 16. 11.

ſup.

Deus pius in Cain, cùm ipſum non aſpexit. Oleaſter.

ſup. Ioan. tract. 26. Nec etiam quia Deus aſpexerit Abelem, & illum non aſpexerit; nam vel in eo ipſo quod eum non aſpexit, proſpexit rebus eius, vt ait Oleaſter; *Dominus volens prouocare Cain, vt de cætero cum illi munus vellet efferre, meliora ſeligeret, non illi nocuit, ſed munus fratris acceptauit, vt eum ad fratris mentem reuocaret.* Sed quia ſemetipſum peruerſum atque malignum, vt appellatur à Ioanne, nullatenus inſpexit, conſiderauit, ſeu agnouit; & quia fratris opera, qui iuſtus verè erat, vt ibi nominatur, non ſolum non conſpexit affectu charitatis, ſed potiùs zelo inuido ſummopere deſpexit; eſt etenim æmulatio inuidiæ fundamentum, vt alius templi Dei Sacerdos quoque reprobus, & illinc exturbatus, qui lucem niſi extinctam videre non valebat. Vnde inuidus non videns Latinè interpretatur; non enim poteſt inuidus videre bona quæuis, lucentia in conſodalibus.

1. Ioan. 3. 12.

1. Reg. 3. 3.

Inuidea res non videns in alijs lucis opera.

Hinc venit ei inuidia, cum iſtáque triſtitia, quæ inuidum corrodit, vt cecinit Horatius.

Horatius 1. Epiſto.

Inuidus alterius macreſcit rebus opimis;

Cum triſtitia verò filia iſtius deſperatio, ſic enim per Gregorium hæc vitia catenantur; cum deſperationéque inuidia ſupremæ ſpeciei, & ira contra Deum; à quo ſorte infeliciſſima egreſſus eſt Cain; cùm dixit fratri optimo; *Egrediamur foras*; id eſt, à templo iſto, vel ſitu Sacrificij, & loco vbi Deus eſt; in locum vbi committam quod dæmon mihi ſuggerit. In qua quidem egreſſione cum Iuda comparatur lib. 2. de his fratribus cap. 4. per Ambroſium; videlicet cùm ille poſſeſſus à diabolo egreſſus eſt à domo Sanctiſſimi Cænaculi; *Eo quod iam cum Domino Ieſu ſtare non poterat, quia cœperat eſſe cum diabolo.* Nam ſi Iudas à diabolo inuaſus nominatur, vt Chriſtum morti traderet, à diabolo inſtigatus per Catharinum Cain dicitur, vt fratrem Chriſti vmbram à vita dulci tolleret; mulieris nanque ſemen, quod contereret eius caput, futurum Sanctum iſtum diabolus timebat.

Gen. 4. 8.

Cain fratrẽ necaturus quid priùs illi dixerit.

Ioan. 13. 2.

41. Quid verò fecit fratri iam foras prouocato? Hanc certè illi propoſuit, quaſi iurgij pro fomento, impiiſſimam ſententiam, quæ in Paraphr. Hieroſol. & Tharg. Chaldai. huiuſmodi inuenitur. *Non eſt iuſtitia, neque iudex, neque ſæculum aliud; neque remuneratio iuſtis, nec punitio impijs; eò quòd ſuſcepta eſt oblatio tua cum beneplacito, mea autem non eſt ſuſcepta.* Cui frater iuſtus refragans, reſpondit econuerſo. *Eſt iudex, eſt iudicium, eſt ſæculum aliud. Eſt item merces pro bonis, & pœna pro impijs; miſericordia quoque Dei creatus eſt mundus, & eius prouidentia gubernatur. Quia verò meliora fuerunt opera mea tuis, ſuſcepta eſt oblatio mea, tua autem non eſt ſuſcepta.* Cui recti prauique litigio verbis habito, materia licet præſens grauiſſima ſit planè, tamen propter varietatem ſuapte periucundam, ac rei affinitatem, nec non etiam vtilitatem feſtiuis ſæpe dictis faciliùs adimpreſſam, de lupo ac hædo fabulam, quam affert Rufus Feſtus in choro Poëtarum, lectorem non celabo. Hęc autem pro his fratribus qui hædi & lupi verè, ſeu lupi & agni mitis, innocui & innocentis naturis præfulſerunt, in iſtum modum ſonat.

Tharg. Chaldai.

Cain in fratrem verba eũdem iam iam impetens, & prouocans in litem, ac cauſam illius mortis

Forte lupum melior curſu deluſerat hædus,
Proxima vicinis dum petit arua caſis.
Inde fugam recto tendens in mœnia curſu,
Inter lanigeros adſtitit ille greges.
Impius hunc raptor mediámque ſequutus in vrbem,
Tentat compoſitis ſollicitare dolis.
Nonne vides, inquit, cunctis vt victima templis
Immerita pecudum morte cruentet humum?
Quod niſi ſecuro valeas te reddere campo,
Heu mihi! vittata tu quoque fronte cades.
Ille refert, modò, quã metuis precor exue curam
Et tecum viles improbe tolle minas.
Nam ſat erit Sacrum Diuis fudiſſe cruorem,
Quàm rapidi fauces exſaturare lupi.
Sic quoties duplici ſubduntur triſtia caſu,
Expedit inſignem promeruiſſe necem.

Rufus feſtus.

Hædi Lupique fabella, tam hilaris, quàm vtiles.

Quam nobis Chriſti pietas in caſu qualicunque concedat in obſequium illius Sacrificij quod victima eſt perennis pro hominum ſalute, vt iugiter pro eo parati ſimus mori, qui iugiter pro cunctis, itinere indicibili, & moriendi non capaci, niſi virtualiter ob culpas indignè manducantium, emoritur in ara.

42. Poſtquam autem vltro & citro hi fratres contenderunt, & iunior tanquam hædus paratus Sacrificio, optaret magis mori quam Deum ſuum offendere, & animam peccati nigredine turpare, ac vitam vel breuiſſimè traducere in piaculo, ſenioris ceſſit furiæ, malitia ignota ad crimen ignotum cataphracti. Hic verò conſurrexit, videlicet repentè, in alium nihil tale memoria volutantem, vt notat P. de la Haye, & interfecit eum; etſi minimè ſciatur, excidij quonam genere; niſi quod illius mors cum effuſione fuit ſanguinis non adeo perpetrata, quam potiùs rubricata, & in memoriam Chriſti ſanguinis purpurata, & decorata, vt colligitur ex verbis ipſius Redemptoris Abelem ſecum in pagina Matthæi comparantis *A ſanguine Abel iuſti; &c.* quem lapidibus vel fuſtibus effuſum exiſtimauerim; etſi ſarculo opinetur Prudentius in his verſibus.

Cain quo mortis genere occiderit Abelem.

Gen. 4. 8.

P. de la Haye.

Math. 23. 35.

Frater probatæ ſanctitatis æmulus
Germana curuo colla frangit ſarculo,
Mundum recentem cæde tingit impia.

Prudentius.

Et palmis Fortunatus in ſuo lib. 3.

Nec tamen his fractus, fratrem deducit ad arua
Atq; vbi deprehenſum deſerto in gramine vidit,
Elidit geminis frangens pia guttura palmis.

Fortunatus.

Vtcunque res acciderit, hoc noſtro pro ſolamine eſt longè indubitabile, quòd mors in primo mortuo deluſa manſit ampliùs, quàm libera ad necandum; quæ virum non occidit, ſed ad vitam meliorem tranſmiſit ſecuriſſimè, vt video ſup. Gen. q. 94. ſic dicere Athanaſium: *Quare cum peccaſſet Adam, Abel, qui iuſtus erat mortuus priùs eſt? Quia noluit Deus vt mortis fundamentum firmum eſſet. Nam ſi Adam primus fuiſſet mortuus, firmam illa baſim habuiſſet; tanquam quæ primum mor-*

S. Athanaſius.

Morte Abelis mors deluſa, & irrita ad necandum.

A *tuum peccatorem abripuiſſet; quia verò eum qui iniuſtè ſuit interemptus, primum recepit, lubricum habet & debile fundamentum.* Et rectè eum mors illa ipſius vitæ mortem; ac ideo mortem ex ſe viuificantem naturaliter, vt fuit Chriſti mors, ſignauerit expreſsè; de qua Cyrillus in fragmentis huiuſmodi pro-

S. Cyrillus.

loquitur. *In Abelis innocentia mors oppignerata eſt, quaſi prius tranſmiſſa foret in eum, qui poſtea ſine culpa moreretur.* At verò in Chriſti morte inuenta eſt mors decepta; ſicut S. Leo Papa de Chriſti Paſſione ſerm. ſcribit de-

S. Leo Papa.

cimo. *Omnium ſanè captiuorum amiſit ſeruitutem, dum nihil ſibi debentis perſequitur libertatem.*

Vlteriùs, quòd & pariter ex ipſa Abelis parte, qui primus iuſtus fuit, & forſan horum maximos, haudquaquam ei mors mortifera mortalis eſſe poterat. Nam iuſtos ſolus Deus eſt potens interficere, mors autem reueretur hos ſibi non obnoxios, vel rectè ſuæ legi ac ſceptro optemperantes; dicente

Vt iuſti mors à Deo non autem à morte veniat.

B

Sapien. 3. 1.

Sacra pagina: *Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis. Viſi ſunt oculis inſipientium mori, illi autem ſunt in pa-*

Sapien. 4. 11.

ce. Et ibi paulò infra. *Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius.* Nimirum à Deo raptus, vt olim Enoch Sanctiſſimus, qui in ſuos ſolus habet hanc mortis facultatē; non quia Deus fungatur hoc munere occidendi, nec quia iuſti morti ſubiecti ſint directè, ſed quia per hanc mortem inflictam à manu Dei, ad vitam ſummam tranſeunt, *Vbi mors non erit vltra, neque luctus, neque clamor,* nec quidquid horum ſimile. Vnde & multi tanquā Martinus per media mortis tela mearunt illibuti; & duo Dei Dilecti in vtroque teſtamento per manum Dei ſunt mortui; de Moyſe namque Dei dilecto, nuncupato, Eccleſ. 45. ſic alibi inuenitur; *Mortuuſque eſt ibi Moyſes ſeruus Domini in terra Moab iubente Domino. Et ſepeliuit eum in terra Moab contra Phogor.* At de Ioanne Euangeliſta Diſcipulo dilecto, non morti occubuiſſe affirmant viri graues, & literis inſignes, quorum taceo fundamenta, vt nota, & cunctis obuia.

Apoc. 21. 4.

Dilecti Dei non mortui, vel mortui à manu Dei, & vitæ ſcaturigine.

C

Eccl. 45. 1.

Deuter. 34. 5. & 6.

43. Nec tantùm Chriſti mors, & iuſti mors à morte non purum eliminata; ac mors ab horum morte deluſa in noſtro iuuene ſunt apprimè ſignata; ſed etiam res nonnullæ ſub iſtis conſopitæ. Et quidem primo loco Sacerdos vitæ iuſtæ fulgoribus ornatus, qui à viris ſæcularibus, vel vitæ ob ſanctimoniam, vel linguæ ob acrimoniam, & ſolidam doctrinam, inuidia mox pulſatur; & crebrò variis modis impetitur & quæritur cum multis mortis iaculis, defixis ſaltem in fama, quæ vincit res corporeas; vt ſenſit Tertullianus aduerſus Gnoſticos cap.

Sacerdotes à ſæcularibus ſuapte laceſſiti.

D

Tertullian.

8. *A primordio iuſtitia vim patitur. Statim vbi coli Deus cœpit, inuidiam Religio ſortita eſt.* Omiſſis neque raro eis viris Sacerdotibus, qui aliis Sacerdotibus, vt iſte frater nequam, ex animo aduerſantur; idque ob lucri lutum, quo refricant in ſe quod de Romanis fundatoribus Lucani tuba cecinit;

Sacerdos qualis ſit contrarius Sacerdoti.

Lucanus.

Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.

Deinde Dei iudicium tremendum & generale, de quo doctus Saluianus de Gubernatione Dei ſic ait; *Puto quod quædam cenſura iudicij eſt, in hoc enim, quòd vnius Sacrificium Deus ſuſcepit, alteriùſque excluſit, euidentiſſimè vtique & de vnius iuſtitia, & de iniquitate alterius iudicauit.*

Iudicium à mūdi ortu. Saluianus.

Poſt hæc autem figuraliter & allegoricè, qui ſcopus eſt noſter principalis (in quo ſenſu iam mors Chriſti hîc fuit figurata) figurantur etiam Chriſtus; & populus Iudaicus; hic in fratre fratricida, ille in alio ſæuè & impiè ab iſto trucidato; vnde inquit Auguſtinus lib. 12. cap. 9. contra Fauſtum Manich. *Occiditur Abel à fratre ſuo, occiditur Chriſtus à populo Iudæorum; ille in campo, hic in Caluario.* Quod Abbas Tuicienſis proſequitur extenſiùs ad iſtum locum Gen. *Iam non reſpexit Dominus ad Cain, id eſt, ad Iudæorum populum, & ad munera eius, dicit enim ille;* Non accipiam de domo tua vitulos. *Prophetico quoque teſtimonio palam eſt, quia ad Abel, id eſt ad Chriſtum, & ad munera eius Deus reſpexit; dicit enim de illo Spiritus ſanctus;* Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. *Totum quod fecit Abel parabola eſt, vel figura D. N. Ieſu Chriſti. Abel ouium paſtor fuit, & Chriſtus de ſe ait;* Ego ſum paſtor bonus, ego ſum paſtor ouium. *Hic paſtor, idémque verus Agnus Dei Sacerdotio ſuo functus eſt hora Sacerdotij ſui, qua fuit veſpera veteris Paſcha, accipiens panem & vinum, & benedicens;* Accipite (*inquit*) Hoc eſt corpus meum. *Tunc noſter Abel obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum. Quia quamuis Sacrificium illud in exteriori ſpecie panis & vinum erat, in veritate tamen erat Agnus Dei, primogenitus omnium agnorum, qui pertinent ad caulas tali. Et non ſolum obtulit de primogenitis gregis, ſed etiam de adipibus eorum: etenim hoc verius panis & vini Sacrificium non modo caro & ſanguis, ſed ſpiritus & vita eſt, quia vera Diuinitas in pane & vino eſt.* Et hæc pinguedo optima, ac adeps tam eximia, vt omnes res Eccleſiæ ad illam dirigantur.

Sub Abel & Cain fratribus depictus Chriſtus eſt, ac populus Iudaicus.

S. Auguſt.

Rupertus.

Pſal. 49. 9.

Pſal. 109. 4.

Ioan. 10. 14.

Et tandem in ſenſu iterum figurali & allegorico, non ſolùm Chriſtus Dominus, & populus Iudaicus; ſed etiam & Chriſtianus, ac item Iudæus quilibet intelliguntur ſub his fratribus; hic enim frater ſenior in domo ſummi Patris, qui cum eo in domo ſua aſſiduè perdurauit; ille iunior qui à Patre per luxuriam idolatriæ ſe procul abdicauit; quouſque reſipiſcens ad patrem ſuum rediit, qui filium vt pius Pater ſuſcepit in amplexus, veſtiuit, calceauit, & annulo adornauit; ac tandem, lautè & muſica læti ſſimè ſonante, amanter eum vitulo cibauit ſaginato; quod videns toruo vultu, & ægro ferens animo germanus maior natu, inuidia exagitatus, à patre ſe exemit vtrumque cibaturo, à fratre ſe ſeduxit manente in domo eius, ad menſam illius perpeti quiete conſeſſuro, ac paternis quibuſcunque delitiis fruituro; malens exors domicilij manere tam iucundi, quàm conſors eſſe fratris in domo patris optimi; in quem fratrem ſemper poſtea exarſit hac de cauſa ſuperbus atque

Iudæus & Chriſtianus ſub Abele atque Caino depicti à mundi initio.

Luc. 15. 12.

Iudaici in Chriſtianū inuidia quāta populi.

que ſenior; de quo aptè Iulianus Archiep. Toletan. lib. 1. contr. Iudæos in iſtum modum fatur: *Quicunque Iudæus eſt homo, cum videt Sacrificium Chriſtianorum toto orbe pollere, ſibi verò honorem illum magnum ſubtractum fuiſſe, deficiunt oculi tabe mœroris, & prælo amaritudinis.* Sed latiùs & deuotiùs ſerm. ſuo 5. Chryſologi eloquentia, quam audi attentione aloquio illius debita: *Occiditur patre vitulus ſic iubente, quia Chriſtus Deus Dei Filius occidi ſine patris voluntate non poterat. Audi Apoſtolum:* Qui proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. *Hic eſt vitulus, qui in epulum noſtrum, quotidie ac iugiter immolatur. Sed frater ſenior, ſed ſenior filius, populúſque legalis veniens ex agro* Meſſis quidem multa, operarij autem pauci; *audit in domo patris Symphoniam, audit choros, & introire non vult. Hoc quotidie oculis noſtris intuemur. Nam venit Iudæus ad domum patris, id eſt, ad Eccleſiam; ſtat foris per inuidiam; audit Dauidicam cytharam perſonare; audit ex concentu Prophetico ſymphoniam; ex populorum vario conuentu choros audit, & introire non vult, per inuidiam ſtans foris; dum Gentilem fratrem priſtinis iudicat & horret ex moribus; ipſe paternis bonis ſe eximit, ipſe ſe paternis excludit gaudiis. Quod autem dixit;* Ecce tot annos ſeruio tibi, & nunquam mandatum præterini, & nunquam dediſti mihi hædum; *tacendum potiùs, quam loquendum eſſe iam duximus, quia Iudæus loquitur, & non facientis verba ſunt, ſed tumentis. Pater egreditur, & dicit filio;* Fili tu ſemper mecum es. *Quomodo? Per Abel, per Henoch, per Noë, per Sem, per Abraham, per Iſaac, per Iacob, per Moyſen, per omnes Sanctos, per quos Iudaica generatio in Euangelio lecta deriuatur;* Et omnia mea tua ſunt. *Quemadmodum? quia tibi lex, tibi Prophetia, tibi templum, tibi Sacerdotium, tibi Sacrificia, tibi regnum, tibi munera, tibi (quod eſt ſuper omnia) natus eſt Chriſtus. Sed quia ſuper inuidiam perdere vis fratrem, paternas epulas, patris gaudia dignus es non habere.* Hæc ille; quibus ſimilia ſerm. 109. & Bernardus ſuper Cant. ſerm. 75. nec non pariter Procopius explanans verba Moyſis; *Et ego prouocabo eos, in eo qui non eſt populus;* quæ ille ſic exornat. *Non illis tantopere dolet defixa ſeruitus, non diſperſio, non templi amiſſio, quantopere gentium pietas, & dignitas; earum videlicet, quæ antea rudes erant, atque indigna, quæ in populorum numerum recenſerentur.*

Iulianus Toletanus.

Rom. 8. 32.

Matt. 9. 37.

Luc. 15. 29.

Deut. 32. 21.

Procopius.

44. Vnde in Miſſæ expoſitione cap. 1. vir Seraphicus appoſitè allegorizat in noſtrum Sacrificium, iſtorum populorum fortunam commutatam, huiuſmodi ſe explicans: *Deſignat autem Crux ante pectus Sacerdotis per ſtolam cancellatam, populum Iudaicum in ſiniſtram partem tranſire, quia Chriſtum in Cruce occidit, & in ipſum credere noluit. Populus autem Gentilis in Chriſtum Crucifixum credidit, & ſe in dexteram partem per Fidem collocauit: quod eſt expreſſum in Gen. 48. quando Iacob nepotibus ſuis Manaſſe & Ephraim benedicens cancellatis manibus, dextram ſupra iuniorem, ſcilicet Ephraim, læuam verò ſuper ſeniorem, ſcilicet, Manaſſem poſuit, & ait; inter alia;* Iſte quidem erit in populos & multiplicabitur; ſed frater eius mi-

Cur ſtola à Sacerdote cancellata deferatur. S. Bonau.

Gen. 48. 19.

Duorum populorum alterna quoquam ſors,

A nor maior erit illo, & ſemen illius creſcet in Gentes. Et rectè vt benedictio Diuina vtrique populo obtingeret hoc modo; alteri ante Crucem Chriſti, poſt Crucem verò alteri: per Crucem nanque vnus, quia in illum credere noluit, de dextera felici tranſiuit in ſiniſtram, & alius per eandem ſalutis noſtræ arborem, quia credidit in Crucifixum, de ſiniſtra manu Dei in dexterá tranſiuit. Quid ergo frater ſenior Cain populus Iudæorum Abelem noſtrum rodit? cum & iſta commutatio iuſtiſſima ex ſe fuerit, & à ſuo progenitore Iacobo viro eximio tam pridem deſignata, & verbis tam magnificis & claris prophetata? Quàm ſatiùs illis eſſet in Crucem & Chriſtum credere, vt dextera tam vtili nobiſcum potirentur. Sed re-

& mutua commutatio.

B dcat in duobus capitibus ſequentibus Bonauenturæ meditatio, quæ ita rem abſoluit: *Ideo Miſſa inchoatur in dextro cornu altaris, quia Iudæi in dextro, Gentiles verò in ſiniſtro ibidem deſignantur. Et Sacerdos tranſit inde ad ſiniſtrum cornu, vt cantet Euangelium, quia Gentiles deuotiùs quàm Iudæi Euangelium ſuſceperunt; Iudæi quidem pauciores, Gentiles autem multò plures & fideliores Chriſti legi. Vnde etiam ad Euangelium plura lumina accenduntur; quia lumen Fidem ſignificat, quæ in Chriſtum credimus, qui ex Gentibus venimus.*

Duo populi vt depicti in Miſſæ Sacrificio.

Cur lumina cùm Euangelium cantatur accendantur.

Ob quæ omnia de horum fratrum diuerſitate meditata, Bolducij mihi neutiquam de Eccleſ. ante leg. lib. 1. cap. 20. probatur opinatio; dum in vno eodémque ſepulchro conſepultos, annorum poſt curriculum longiſſimum interfuſum, fuiſſe à patre ſuo ſcribit, ſed cur, neſcio. Nam qui in vita tam diſiuncti in moribus fuere, poſt mortem qua de cauſa per virum pluſquam omnes dictatum Sapientia, coniunctim eorum corpora ſepulchro tegerentur? Non eis congruebat conſortium ſepulchrale, quod Stephano tranſportato in Vrbem, cum Laurentio mirando modo obtigit. Imò dixerim, & crediderim Abelis oſſa pij, cadauer fratris impij mox illinc reſputura, & procul abiectura; vt poſtea viſum fuit in tumulo Eliſei. De quibus tam diuerſis qui fratribus maluerit res plures indagare, in Saliano & viris aliis profeſſoribus iſtius, inueniet quantùm fas, præſentem elucidatam.

C

Bolducius.

Abel atque Cain an ſimul conſepulti.

4. Reg. 13. 21.

45. Nunc finitam Enarrationem miraculis claudamus. E quibus vnū ſatis in odium

D quo Cain à tempore Sacrificij non potuit fratrem ſuum videre rectis oculis; nam & noſtrum Sacrificium ab oculis aliquorum ſe abſtulit non paucies, vt aſſerunt hiſtoriæ, & caſus perquam noti, quorum vnum, & quod eſt aptiùs Enarrationi iſtorum fratrum, ob odium viri vnius in alterum patratum, Thomas à Kempis vir inſignis cap. 8. de diſcipulis in iſtum modum refert. *Eo tempore quo ego Monaſterium Montis S. Agnetis, illic moraturus intraui, quidam deuotus Clericus mecum diu in eodem loco habitans, pro quadam cauſa, ad vicinum Monaſterium perrexit. Cúmque in itinere eſſet, iunxit ſe illi quidam ſæcularis, cum eo ſocialiter vadens, ac fami-*

Miraculum Euchariſtiæ in odium conſeruantes.

liariter colloquens. Factum eſt autem dum pariter ambularent, & de Deo conferrent; ait ille ſæcularis Clerico ſecum commitanti. Dicam vobis amice dilecte, quid mihi in vita mea breuiter accidit. Longo fui tempore, quo intrans Eccleſiam nunquam potui Sacramentum Altaris in manibus Sacerdotis videre. Æſtimans autem quia nimis remotè tunc ſtarem, & pra caligine oculorum non poſſem bene videre, acceſſi propiùs quantùm auſus fui, & licuit; ſed nihil penitus profuit mihi, nihilque in manibus Sacerdotis conſpexi. At iſtud etiam vltra annum mihi euenit, & qua de cauſa non ſatis perpendi. Tandem in me reuerſus, & multùm perplexus ad Sacerdotem me contuli, & cuncta ei in Confeſſione denudaui. Ille benignè me audiens, & cautè ſecreta perquirens, inuenit me ſtare in odio cuiuſdam proximi mei, cui pro nulla re volui offenſam quam me offenderat, dimittere. Animaduertens bonus & diſcretus Confeſſor, culpam malitia mea, increpando, & admonen- A *do me, aſſerens periculoſum valde fore, in talis duritia ſtare, nec poſſe aliquando veniam promereri, niſi ex corde dimitterem offenſas omnes, atque idcirco iſtud mihi accidere; quia non eſſem dignus Dominum Sacramentum oculis malignis intueri. Auditis his ſacris monitis, acquieui conſilio Sacerdotis, & toto corde compunctus, remiſi ex integro iniurias nolens me ipſum de cætero vindicare, quatenus poſſem Deo reconciliari, & gratiam perditam recuperare. Tunc demum Sacerdos me abſoluit, & impoſita pœnitentia abire permiſit. His geſtis ſtatim ad Eccleſiam intraui, & Miſſam audiui; & Deo mihi propitio facto, Sacrum corpus Christi in manibus Sacerdotis oculis meis clariſſimè vidi; & gratias agens, Deum in mirabilibus operibus ſuis benedixi.* Hæc ille; quod miraculum ſufficiat ſingulare, ob ſingularem narratoris auctoritatem & grauitatem.

EVCHARISTICÆ

EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ ENARRATIO VIGESIMAQVINTA;

QVÆ EST QVARTA DE ABELE; IN Figura Chriſtiani Valoris Sacrificij.

Super Gen. eloquia cap. 4. n. 9. *Et ait Dominus ad Cain; Vbi es Abel frater tuus? Qui reſpondit, neſcio: nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? Dixitque ad eum. Quid feciſti? Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Et illa S. Pauli ad Hebræ. 12. n. 24. *Acceſſiſtis ad teſtamenti noui mediatorem Ieſum, & ſanguinis aſperſionem meliùs loquentem, quam Abel.* Quæ ſuo loco concordantur nimirum. n. 7. cum ſequentibus duobus.

De continuatione Numerus I.

POST mortem primi iuſti iniuſtè perpetratam, ſtatim ſummus Iudex, piiſsimúſque Pater fratricidam de qualitate interrogat delicti; tam vt ipſe confiteatur, & veniam conſequatur, vt ait in hunc locum Angelicus ſcriptor; & Ambroſioa cap. 9. in lib. de his fratribus, quàm vt forenſi conſuetudine hic reus exquitatur, & A tandem recto modo ac pondere plectatur, vt Gloſſa nobis aſſerit. Qua Diuina exquiſitione iuridicè complera, tunc valor Sacrificij Chriſtiani ſeſe offert, ad verba ſubſequentia; *Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.* Et rectè poſt Sacrificia, Sacramenta, & Sacerdotem, qui iſta duo tractat; de valore Sacrificij & Euchariſtiæ Sacramenti ingreditur tractatio. Sed de Dei interrogatione agamus primo loco.

D. Thom. S. Ambroſ.

DE IVRIDICA INTERROGATIONE CAINO à Deo facta.

2 SVB paucis multa quæſiit, & multo condonãdi peccatum deſiderio, qui cautè, lentè, & piè, ac crimen ignoraſſet, vt criminoſum ad ſe pertraheret, ſic eum interrogauit; *Vbi eſt Abel frater tuus?* Quod quia valde patulum, ad allegoriam de Euchariſtiæ iudicio veniamus.

Gen. 4. 9.

Stephanus Cantuarienſis hæc verba apud Tilmanum inflectit noſtro cibo, ſeu nulla inflexione ob materiæ affinitatem, accommodat, ſic dicens. *Hæc ei non incongruè dicuntur, qui ſumpto Chriſti corpore, redit continuò ad ſordes priſtinas, & ſæculi vanitatet.* Nam verè frater noſter in iſto pane Chriſtus; quò venit non per animam, nec etiam per B reſpectum Diuinitatis Sacroſanctæ, ſed ſolum ex vi verborum per ſuam humanitatem; quocirca ait Chryſoſto. hom. 61. ad pop. Antiochiæ. *Volui frater veſter fieri, carnis propter vos & ſanguinis communicaui; vobis viciſsim ipſam carnem, & ſanguinem, per quæ cognatus veſter factus ſum, trado.* Hic frater; hic cognatus, hic proximus cognatorum cunctorum propinquiſsimus, vbi homini per latrones approximans plagato, cum vino Sacramentali clementer ſoſpitauit. Vnde rectè D. Thom. applicuit huic Myſterio quod dixit S. Moyſes; *Non eſt alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt nobis.* Deuter 4. 7.

Stephanus Cantuar.

Cur Chriſtus noſter frater, cognatus, atque proximus in Euchariſtiæ Sacramento Chryſoſtomus.

Verùm fratrem tam beneuolum, in eo quo

ſe nobis approximat tam valde, occidunt alij fratres ſæpiſſime & ſæuiſſimè, de quibus ille quæritur; *Amici mei & proximi mei aduerſus me appropinquauerunt, & ſteterunt*; id eſt, aduerſo Marte, & modo dimicandi; appropinquandique vtrinque, diuerſis hinc & illinc minantibus (quantumuis fraternis) diris pilis. Ego quidem beneficiis in illos appropinquans, in verbis præcedentibus; *Non eſt alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi*; illi verò ingratitudine, multimodiſque vitiis deſcriptis in præſentibus; *Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt, & ſteterunt*. Ingratitudo nanque eſt amicorum & proximorum, appropinquare aduerſus proximum; ac inſuper ſtare, & fixè permanere in iſta ingratitudine; & in omnibus peccatis, quæ vt ſatellites cum Rege, cum iſto congregantur: cuncta enim ingratitudini miniſtrant ſatellitium, & agunt clientelam; *Appropinquauerunt, & ſteterunt*; id eſt, firmi & impœnitentes ſuarum iniquitatum. Quam præliandi & obuiandi in ferculo Euchariſtico conſuetudinem nequiſſimam, in alio Pſal. Chriſtus detexit ſatis graphicè; *Extraneus factus ſum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ*; id eſt, inuiſus fratribus; longioquúſque propinquis. Hoc autem qua de cauſa? Hæc redditur ſtatim: *Quoniam zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me*. Nã *quoniam* verbum eſt naturaliter cauſale. Cauſa verò tanti criminis, vt abiiciant Deum homines, tanquam extraneum, & peregrinum, ac inſimul indignum, ipſius Dei profectò ſupremum donum fuit, quo comeſtibilem ſe fecit; *Zelus domus tuæ comedit me*. Quamobrem ſuperaddit: *Et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me*. Hoc eſt peccata illa, quæ ipſi propter alia committerent in te, commiſerunt propter hoc præclarum munus meum; & ideo talia probra (quod ampliùs ſentiendum) ceciderunt ſuper me.

Pſal. 37. 12.

Vbi Chriſtus frater noſter, & homo illius hoſtis.

Ingratitudini vt Reginæ inſeruiunt cuncta vitia.

Pſal. 68. 9.

N. 10.

3. Alio modo in Euchariſtia occiduntur ſæpe fratres in magna quantitate; quia ob hominis cuiúſque, & Sacerdotis principaliter communicantis in mortali, communicatam ſortem miſeram, multæ animæ iugulantur exempli mali gladio, in populo fideli. Idcirco inter nonnullas allatas rationes Communio hoc Sacramentum frequenter vocitatur, quia ab illo grex communicat, ſeu bene, cum fit bene; ſeu malè, cum fit malè communio Chriſti corporis. Vnde Deus de Sacerdotibus per Malachiam ſic profatur; *Vos autem receſſiſtis de via, & ſcandalizaſtis plurimos in lege, irritum feciſtis pactum Leui*. Quid aliud nanque eſt ſcandalizare plures homines, quam ipſos graui cultro ſcandali enecare? Et per Ieremiam cap. 11. *Quid eſt, quod dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa?* Sed multa in quanam re? in officio Sacrificandi indebitè perfuncto; *Nunquid carnes Sanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es?* id eſt, offerens ad libitum in aris quibuſcúnque, quæ confuſionis eo in loco à Vate nuncupantur. Hoc

In Euchariſtia cur moriantur quã ſæpe multi fratres.

Communio in malum ſenſum cur ita ſit vocata.

Malach 2. 8.

Ierem. 11. 15.

N. 13.

A ſcelus multa ſcelera; hoc crimen multa crimina; hoc malum multa mala in gentem popularem, in planos Chriſtianos: *Quid eſt, quid dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa?*

Peccata Sacerdotum tam valde ſingularia, vt nonquã ſingularia, ſed contra totum populum.

Et ſymbolicè ac vrbanè vrbanus Iſaias, qui tanquam vir ex curia, accuratiùs inter omnes Prophetas ſemper loquitur; *Omne caput languidum, & omne cor mœrens; à planta pedis vſque ad verticem capitis non eſt in eo ſanitas*. Vbi duo ſunt patenter notatu magno digna. Et quòd morbus hic à capite deſcendat vſque ad plantas; & quòd mox ab ipſis plantis aſcendat vſque ad verticem. Nam à capite vſque ad pedes diffunditur contagium; & à pedibus vſque ad culmen, ac orbem, & latitudinem refunditur citiſ-
B ſimè mortalis ægritudo; quin aliquid remaneat à plaga tanta ſanũ, à lue tali liberum: vt aqua quæ tantumdem aſcendit in ſublime, quantùm ab ipſa ſublimitate defluxerat ad ima. Audi Ambro. cap. 5. de dignit. Sacerd. *Sicut in corporalibus morbis, capite vitiato, neceſſe eſt reliquum corpus inundatione ſuperioris morbi lathaliter irrigari; ita & hi, qui caput videntur eſſe Eccleſiæ, morbo ſuo fraternum vitiant corpus, vt nihil ex totius corporis compage inſauciatum poſſit euadere, quod negligentium Sacerdotum vitioſitas non infecerit. Vnde populum videmus nugacem & indoctum, eo quòd tales habeat Sacerdotes.* Quæ verba ſunt per ſingula minutim ponderanda, & maximè pro nobis, qui agimus de fratribus, in illa additione *Fraternum vitiant cor-*
C *pus*. Cui ſimilis Chryſoſt. rhetorica aſſueta Matth. 21. *Sicut de templo omne bonum egreditur, ſic & de templo omne malum procedit. Vidit ſtudioſus agricola arborem pallentibus foliis marcidam, & intellexit, quia læſuram in radicibus haberet. Nam verè cum videris arborem in frondibus pallentem, intelligis quia aliquam culpam habet circa radicem, ita cum videris populum indiſciplinatum & irreligioſum, ſine dubio cognoſce, quia in Sacerdotibus culpa eſt.*

Iſai. 1. 5. & 6.

Ambroſias.

Peccata Sacerdotum peſtifera omni populo, contagium viris aliis.

Chryſoſto.

Certè vitia Sacerdotum nec ſunt nec eſſe poſſunt omnino ſingularia: ſunt enim vniuerſalia in cladem plurimorum, & generalia naturaliter ex multis circunſtantiis; tum quia viri publici ſunt ipſi, & generales, tum quia vel præpoſiti ad regimen ſpiritus iam ſunt inferioribus, vel ſaltem tendunt omnes ad hanc dignitatem; de quibus ſic
D Apoſtolus; *Obedite præpoſitis veſtris & ſubiacete eis: ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri*; videlicet, ſaluandis. Vnde claret pro damnandis eiſdem quoque fore, ſi forſan dormitauerint, ne dicam, ſi dormierint, ſterterint, & ſomno habenas relaxauerint. *Non dormitabit, neque dormiet qui cuſtodit Iſrael*; ſcribitur de Domino; ſed vtinam de hominibus frequentiùs non dicatur; *Et dormitant, & dormiunt*; ipſi enim nihil vigilant, quaſi rationem pro animabus non eſſent reddituri. Audiant tamen iſti Moyſem in Aaronem fratrem ſuum gementem, & ſæuientem: *Quid tibi fecit hic populus, vt induceret ſuper eum peccatum maximum?* Nam maximè eſt damnoſum

Hebr. 13. 17.

Pſal. 120. 4.

Exod. 32. 21.

ſtatui

Leuit. 4. 3. & 13.

ſtatui populari, peccatū Sacerdotis. Quamobrem Deus iubebat vt idem Sacrificium pro peccato Sacerdotis, & pro populi totius peccato immolaretur. Æqualia nanque ſunt, & grauiùs Sacerdotis, ſi à populo ſeparatus, honoratúſque plus illis à nobis iudicetur: habet enim crimen populi, & ſuum ſuperadditum, quod onere præponderat honoris ratione; quemadmodum Chryſoſtomus lib. 6. de Sacerdotio præſenſit per hæc verba. *Oſtendere volens Deus hominum peccata, longe maiori ſupplicio expianda à Sacerdotibus, quàm dum à priuatis fiunt, mandat, vt tantundem pro Sacerdote, quantum pro vniuerſo populo Sacrificium offeratur. Quod quidem quid aliud ſignificat, quàm Sacerdotis vulnera maiori medicamento indigere, quàm coniuncta ſimul vniuerſi populi vulnera indigent. Porro maiori non indigerent, niſi ea grauiora forent; grauiora autem fiunt propter Sacerdotis, qui ea commiſerit, dignitatem.* Viden quomodo à Sacrificio, & Sacramento, vt à Caino indebitè tractato, hic, fratres occidantur? Hæc propter ſolos fratres & proximi vocantur ad Sacrum, de quo agimus. Nam vbi fert Vulgata; *Comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi*; LXX. tranſtulerunt; *Comedite proximi, & bibite, & inebriamini fratres.* Et etiam Deus à malo Sacrificij tractatore de fratribus per eum deperditis exquirit; *Vbi eſt Abel frater tuus?*

Chryſoſto.

Cant. 5. 1.

De Caini reſponſione ad iudicem ſupremum.

4. RESponſio fuit *Neſcio*; *Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego?* in qua neſciens duas protulit egregias veritates. Alteram ſanè fratris ſui cuſtodem ſe non eſſe; quæ verba premens Philo *De eo quod deterior* huiuſmodi profatur: *Miſeram profectò ducturus erat vitam ſi te cuſtodem tanti boni natura tribuiſſet.* Nec iniuſtus iuſti fieret coſtodia conſentanea, cum iuſtus Deus hos cura cuſtodiat ſolertiſſima; *Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis; viſi ſunt oculis inſipientium mori, illi autem ſunt in pace.* In pace nanque erat, & robore natiuo, qui robore poſt mortē clamauit contra viuum, & validum, atque dirum auctorem cædis hominum; *Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.* In manúque Dei poſitus, vt in cuſtodia ſua propria; pro quo iudicem & cuſtodem ſolertem Deus agebat. De quo optimo Iuſtorum cuſtode noſter Ferus: *Quod Deus tam diligenter de Abele inquirit, ſignum eſt, quòd pro ſuis Sanctis curat; nō dum in vita, ſed etiam poſt mortem; imò per hoc oſtendit, ſe ſuorum & cuſtodem, & vindicem eſſe; id quod ſumme nos conſolari debet; cum Paulus de ſe dicat; ſiue viuimus ſiue morimur, Domini ſumus.* Quæ cuſtodia talis eſt, vt propterea quòd Deus noſtri ſeduliùs recordetur, videatur ſui oblitus; nec homini præpoſitus ſed potiùs tam poſtpoſitus, vt dicat ipſe auctor; *Quod autem ſuam iniuriam diſſimulet, & tantum inquirat, quæ Cain in fratrem impiè commiſerat, ſignum eſt, quòd ita Deus pro ſuis eſt ſolicitus, vt potiùs diſſimulaturus ſit quæ in eum commitimus, quàm quod in proximos, vt vel ſic abſterreamur à læſione fratrum, vnde & in Propheta dicit, Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Quod etiam Deus obſeruat in noſtro Sacrificio; *Vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.*

Philo.

Cur cuſtos fratris ſui nequaquā Cain fuerit.

Sapient. 3. 1.

Gen. 4. 9.

Ioan. Ferus.

Iuſtorum Deus cuſtodia, & iudex, ac patronus oblitus ferè ſui, illorum vt recordetur.

Matth. 5. 25.

Alteram verò veritatem, dixiſſe rectè *Neſcio*; ore ſuo ſemetipſum, vt alter ſeruus nequam, iuſtiſſimè condemnans: neſcius enim fuit ille, ignarus, & ſtolidus, dum odium atque liuorem naturali fratris ſui præpoſuit charitati. Neſcius etiam, quatenus Deo, cui omnia ſunt aperta, ſe voluit occultare: vnde & ille Fideicida ſerm. 24. vocatur ſup. Cant. à luce Claeuallis. Et neſcius loco vltimo, dum ad cuſtodiam iunioris germani ſui Abel putauit non arctari, cum tamen hæc cuſtodia, vt Lyra aduertit hîc, de lege ſit naturæ; naturaliter nanque fratribus, ex naturali iniunctione conſulere obligamur; & quà eos nos tenerrimè diligere conſtringimur; illac ipſos increpare tenemur, & corrigere. Eſt etenim correctio Diuini amoris riuulus, ab eo recto curſu ad homines dimanans; defectu cuius viſitur, permaximè in cænobiis, Eccleſia vulnerata, malorum limo merſa, contemptuique expoſita, & omnium facta hodie abiectum peripſema; vt docet nihil de-uius Angelicus ſcriptor. 2. 2. q. 33. art. 1. & 2. Quocirca tanquam res eximiè neceſſaria correctio fuit ſemper & vmbris figurata, & verbis commendata; tam hîc, quàm in Ioſeph ad fratres ſuos miſſo, & (aliis multis miſſis) in locis ſubſequentibus; *Melius eſt à ſapiente corripi, quam ſtultorum adulatione decipi.* Corrigere ergo melius, quàm fratribus blandiri, & eis conſentire, ac crimina diſſimulatione nocenti tolerare. *Probata virtus corripit inſipientes.* Hîc etenim probatur exacta Dei & proximi dilectio requiſita, ad animæ ſalutem proficuè faciendam; *Corripiet me iuſtus in miſericordia & increpabit me; oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Bene autem in miſericordia officium tale vocat, quia magna miſericordia, & magnum amoris ſignum, eſt proximum corrigere; vnde correctio in Euangelio fraterna nuncupatur; fraterno quippe amore hæc pollet naturaliter, quo etiam debet fieri, vt proſit animabus. Quomodo autem hæc facienda, vt res momenti tanti, attingam ſaltem breuiter.

Cur bene Cain Deo reſponderit per *Neſcio*.

Correctionis quanta mala defectu in Dei Eccleſia.

Correctio cur fraterna de iure naturali.

Gen. 37. 14.

Eccleſ. 7. 6.

Sapient. 1. 3.

Pſal. 140. 5.

Correctio amoris ergo fraterna nuncupata.

5. Quatuor igitur, ni decipior, conditiones requiruntur, vt bona, atque iuridica, & ideo fructuoſa, euadat hæc correctio. Videlicet in crimine, euidentia manifeſta; in corrigente beneuolentia exorta à charitate; in modo & occaſione, patientia circumſpecta, & tandem in ipſo viro correctore vitæ alterius, correctio vitæ eius, cum alia copulata. Quæ omnia deducuntur ex verbis Redemptoris. De prima nanque ait *Si peccauerit in te*; nimirum coram te peccato tibi noto; vt inquit Auguſtinus; hoc

Correctioni quæ fraternæ vt poſſit eſſe vtilis, fiūt partes neceſſariæ.

Matth. 18. 15.

ſignificat in te; non autem contra te; nam peccatum contra hominem primariò non committitur, ſed ſemper contra Deum; quapropter inquit Pſaltes delinquẽs vel in pro-
Pſal. 50. 5. ximos grauiſſimo peccato; *Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci.* De ſecunda benignitatem in fratrem perſuadet dum ait *Frater tuus:* ſolet etenim benignè à fratre frater excipi, ac ſimul obiurgari. De tertia patientiam inſinuat illo *Vade*; non curre, nec feſtina; ſed vade paſſu lento, maturè, & op-
2. Tim. 4. 2. portunè; dicente D. Paulo; *Inſta opportunè, importunè, argue obſecra, in omni patientia & doctrina.* De quartâque amborum correctionem ſic inſinuat; *Et corripe eum inter te & ipſum ſolum*; vt te & ipſum tangat affectus corrigendi, & inſuper correctionis effectus ſalutaris; nam ſi tuum non correptus tu fratrem corripueris; & ſi tuum non correctus tu proximum correxeris; non corripies, neque corriges, ſed potiùs plus corrumpes infectum peccatorum; ita tandem quod hæc virga corripiendi fratres noſtros, vtrumque debet fratrem æqualiter contingere; & quemadmodum in prouerbio communi circunfertur, vtrumque menſurare, metiri, & moderari: virga etenim qua homo correxit primùm ſe, & alios bene corriget; virga autem qua non ſe diſcuſſit primo loco, nil boni prorſus faciet.

Iſai. 11. 1. Hæc eſt virga quæ de radice egreditur
Correctio Ieſſe virga cum floribus & fructu, nil minus quàm Diuino. Ieſſe; tam patens ſuper terram; quàm florida vel cælo; tam apta ad corrigendum vt virga lentè egrediens, quàm optima ad perficiendum hoc munus charitatis, vt virga duos populos coniungens in ſe ipſa, quos verberat cum floribus, emendátque cum fructu benedicto ventris Matris perpetuò intemeratæ, qui illic deſignatur. Et maximè cum Ieſſe incendium charitatis ſecundum quoſdam ſonet, quo incendio præcedentes conditiones adimplebis, cú aliquem correxeris: non enim amoris ignis ſcit crimen niſi patulum & publicum obiurgare. Nam ſecus eſſet criminis non publici corrector, ſed taciti detector & malus publicator. Nec etiã poteſt niſi amanter reprehendere, cum amor ſit in ſe; & debeat iuxta ſe effectus ſuos edere. Nec ve repentè cædere; hoc quippe neſcit amor, qui cædit ſe, cum cædit perſonam ſibi charam; & neutiquam ſcit iſtam contingere ni lentè, ne dum ferire, & plectere, vel acriter & celeriter vt-
Gen. 21. 24. cúnque verberare; quemadmodum Abraham, qui priùs cum Abimelech firmauit pactũ pacis, quàm eum corripuerit. Nec tandem nouit onera alterius ponderare, niſi pondere atque onere inſpecto ſuo proprio,
Gal. 6. 1. 2. vt ait Doctor Gentium; *Fratres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis (id eſt, ſpiritus, & Dei veſtigiis inhæretis) huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans te ipſum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.* Quæ lex certè correctionis clariſſimè dignoſcitur, cum de ea in verbis iſtis ſpecialiter agatur. Non enim verba & verbera ſunt dura amori vero, ſed vbera atque

A humeri ad alios ſubleuandos, defectu quorum Oza Dei arcæ temerator, Euchariſtiæque perconſequens in arca figuratæ, ab illo eſt interfectus, teſtante ſoli Sol Antonius Luſitani, qui feria 3. hebdom. 3. in
Quadrag. ſic ait. *Qui corripit, ſit correptus, ne ore ſuo ſe condemnet, & Diuinam indignationem ipſo facto incurrat. Exemplum de Oza, qui dum non eſt mundus ſecundum legem, dum arcam humeris ſuis non importat, cum tamen præceptum eſſet quod Sacerdotes præcederent populum arcam Domini portantes, extendit manum correctionis ſuæ, vt ſubleuaret arcam, & tunc Dominus iratus contra eum, ibidem interfecit eum.* Quomodo autem iſta correctio contra malos communicantes oporteat adhiberi res aliò eſt deſtinata, perfun- S. Antonius
2. Reg 6. 7.
Oza quia carens humeris percuſſus; contra illos, qui proximis non pinſunt.

B ctoriéque perſtricta à Chryſoſtomo in Matth. hom. 83. *Siue Dux, ſiue præfectus, ſiue diademate coronatus, indignè accedat, prohibe, maiorem illo poteſtatem habes. Propterea vos ô Sacerdotes hoc inſigniuit Deus honore, vt talia diſcernatis.* S. Chryſoſtomus.

6. Dices puerum Sanctiſsimum Abelem nonhabere, in quo à fratre peſsimo reciperet conſilij auxilium ſalutare. Sed nihilominus ad ſui ipſius correctionem tenebatur, & interioris fratris ſui, qui habitat in vnoquóque Adami filiorum, vel Deo ſeruientium, vel ſpiritu peccandi ab illo recedentium; vt colliges ex verbis diſerti noſtri Viſuna, ſerm. 40. in p. Occidentali, loquentis in his terminis. *Vnuſquiſque tenetur ad correctionem ſui, & de ſe ipſe debet quiſquam* Viſuna.
Vt homines ſint duo in vnoquoque hominum, & homo ad correctionem alterius in ſe hominis latentis coarctetur.
C *accipere præceptum*, Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter, & ipſum ſolum; *In te namque fratrem habes, quia in te ſunt duo homines, ſpiritualis & animalis, de quorum primo dicitur*; Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram; *De ſecundo autem* Formauit igitur Deus hominem de limo terræ; *Propter quos duos homines, qui ſunt in eodem homine, Ezechiel ſic profatur*; Hæc dicit Dominus Deus; Homo, homo, de domo Iſraël. *id eſt terrenus, & cæleſtis, ſenſualis & rationalis, vt aſſerit Hieronymus ad iſtum locum Vatis. Quando Spiritus facta carnis mortificat, corripit fratrem; & quando caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, in eum frater peccat. Iacob & Eſau inuicem ſe reprehendebant in materno ventre. Venter eſt primus motus, quo incipiunt noſtra formari opera; de quo ventre Sapiens*; Initium Matt. 18. 15.
Gen. 1. 26.
Gen. 2. 7.
Ezech. 14. 4.
Hieronym.
D Sapientiæ timor Domini; Eccle. 1. 16. *Quia cuncta bona opera in hoc timore inueniuntur, ſicut cuncta peruerſa in timore hominum, qui exuit penitus à nobis ſeruitutem Dei*; Si hominibus placerem, non eſſem ſeruus Chriſti. *Si ergo peccauerit in te hic tuus frater intimus,* Vade & corripe eum, inter te, & ipſum ſolum; *per internam contritionem, qua cor contritum & humiliatum corripitur de facili. Sed quia hoc nondum ſatis, adhibe tecum duos teſtes, Confeſsionem & ſatisfactionem; & ſic tandem dic Eccleſiæ negotium tuum omne, per pœnitentiam Sacramentalem, de qua ſequitur in textu*; Quæcúnque alligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cælis, &c. Hæc ille; quibus nuſquam inuenies meliora. Eccleſ. 1. 16.
Gal. 1. 10.
Matt. 18. 18.

Quia vero Cain ſe, vt Dauid Adoniam

non

Correctionis contẽptores dãnatis iam peiores.

non vnquã reprehendit, hinc fuit condemnatus; dãnatóque deterior in corpore mortali, iuxta Stephani Cantuat. ſententiam apud Tilman. vbi viros correctionem fraternam contemnentes, vel diuite in ioferoo iam pœnas tolerante, egregia conſideratione inferiores, & peiores, oſtendit per hæc verba; *Qui aliorum contemnit ſalutem, non ſolum Cain, ſed & diuite, qui ſepultus eſt in inferno, peior eſt. Nam Abraha dixit; rogo, vt mittas Lazarum in domum patris mei.* Ergo Caìn ad correctionem adſtrictus huius fratris, in illo inhabitantis, ob iſtam vilipenſam, ſe ipſum condemnauit; & fratrem ſe neſcire, illiúſque cuſtodiam nullatenus curare, veriſſimè abneganit. Cui ſimills per omnia Iudaicus fuit populus, in præceden. Enarrat. ſub numeris poſtremis ſignificatus per Cain; de quibus Auguſtinus lib. 12. cap. 10. ſic ait contra Fauſtum. *Vſque adhuc quid nobis reſpondent Iudæi, cum eos interrogamus de Chriſto, niſi ſe neſcire Chriſtum, quem dicimus? Fallax enim Cain ignoratio, Iudæorum falſa eſt negatio. Eſſent autem quodammodo Chriſti cuſtodes, ſi Chriſtianam Fidem accipere, & cuſtodire voluiſſent. Nam qui cuſtodit in corde ſuo Chriſtum, non dicit quod Cain;* Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego?

Stephanus Cantuar.

S. Auguſtinus.

Iudæus Caino ſimilis, neganti fratris ſui habere curã vllam.

De clamore, atque valore Abelis noſtri ſanguinis, qui viam ſummo Iudici ſternit ad ſententiam inferiùs proferendam; ad verba ſubſequentia; Quid feciſti? vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.

7. VBi primom interrogationi de Abele à Deo factæ negauit frater oequã, non ampliùs reũ Iudex interrogat, vt priùs; *Vbi eſt Abel frater tuus?* ſed potiùs eum increpat; vt notat Iuterlinea; *Quid feciſti? Vox ſanguinis tui Abel clamat ad me de terra.* Quæ increpatio per eloquia non pauca ſubligata, vſque ad vltimam ſententiam protenditur in eum. Sed his omnibus vſque ad finem Eoarrat. reſeruatis, ſuppreſſis, atque aprè à nobis occultatis, de Abelis noſtri ſanguinis concutieotis Cæli fores, valòre diſſeramus.

Gloſſa Interlin.

Literaliter in Cælum clamabat ſanguis ille, quia quatuor ſunt peccata in cælũ conclamantia; videlicet homicidium; & Sodomitica loxoria; oppreſsio innalidorum; operariorúmque mercedis retentio, & periniqua illorum non ſolutio; de quibus hic fit mentio; & Gen. 18. Exod. 3. & Iacobi 5. Et quia à Deo in ſenſu codẽ literali, vt alia tria crimina, vindictam poſtulabat, vt de Martyrum reliquorum ſic ſanguine profertur in lib. Apocal. *Vidi ſubtus altare animas interfectorum propter verbum Dei; & clamabant voce magna (id eſt clamore magno & valido) dicentes. Vſque quo Domine non vindicas ſanguinem noſtrum?* Et quia vt pars iuſtitiæ,

In cælum quatuor crimina & qualia ſint clamantia.

Gen. 18. 20

Exod. 3. 7.

Iacobi. 5. 4.

Apoc. 6. 10.

Vindicta quando licita, & Sanctis quænam inſit.

A hoc poteſt exorari, qua mente Dauid Sanctus iam moriens precabatur; *Non deduces canitiem eius pacificè ad inferos.* Et tandem, quia non adeo aduerſus peccatores, quàm aduerſus ipſa tetra peccata, ſcaturiginem malorum vniuerſorum, vindictam expoſtulabant; vt inquit de his Martyribus ſer. 39. de temp. Auguſtious; *Sancti ſe vindicari cum petiut, non contra ipſos homines, ſed contra regnum peccati petunt, quo regnante tanta illi perpeſſi ſunt.* Quo ductu ſui ortus infelici diei illi, initio culpæ omnis maledicebat vir ſplendidus ob radios patientiæ; *Pereat dies, in qua natus ſum; & nox in qua dictum eſt, conceptus eſt homo.* Cum tamen nullam culpam contraxerit mortalem, ſed ſolam originalem, in ventre & natiuitate priori B nobis inditam; quæ quidem in cunctis eſt malorum primum oſtium, noxarum ſæuum limen; & miſeriarum vitæ noſtræ mortiferum priocipium, exordium nocentiſſimum.

3. Reg. 2. 6.

S. Auguſtinus.

Iob. 3. 2.

Niſi forſitan dixerimus non clamare per ſe ipſos, per ſanguinémque ſuum, & vulnera, quantumuis hæc ota videantur, ſed illorum per peccata, qui eos occiderunt, ita vt demum ſint peccata quæ clamant, & clamore aſſidoo nunquã ceſſant aduerſus malos edere (vt non pereuntia niſi aculeo infixo pœoitentiæ) mæſtiſsimum clamorem; ex illis per quos iſta extiterint patrata. Qua via lib. 2. cap. 9. de hoc Martyre egregiè ſic Ambroſius. *Non dixit, de fratris clamat corpore, ſed de terra clamat. Etſi frater parcit, terra non parcit, ſi frater parcit,* C *terra condemnat. Ipſa eſt in te & teſtis, & iudex, teſtis acrior, qua adhuc fratricidij tui ſanguine madet; iudex aſperior, quæ tanto ſcelere coinquinata eſt, vt aperiret os ſuum, & exciperet ſanguinem fratris tui de manu tua. Bene vox ſanguinis tui clamat ad me de terra; non frater ſed innocentia, & gratia germanitatis in ipſa morte clamat. Non accuſat frater, ne videatur fratricida, non accuſat vox ſanguinis, non anima eius; ſed vox ſanguinis accuſat, quem tu fudiſti; tuum ergo facinus, non autem tuus frater accuſat te, de terra clamante contra te.*

Vt clamet vox Abel, & Martyris cuiuſuis.

S. Ambroſ.

Deus hominum nõ iudex, ſed hominum peccata, quæ teſtes ſunt, & iudices eoſdem condemnantia.

8. Moraliter primo loco clamabat ſanguis iuſti, quia iuſtus Deo obediens oon poteſt vnquam mori, nam fonti vitæ patet, in quo ſunt vita omnia, & etiam mors quæ vitam mortalibus interſecat. In teſtem voco hominem cunctorum genitorem, ac etiam pe- D remptorem, qui ioobedieoria vitam ſuam, in obedientia verò mortem impoſitam cognooit; & Acathius Heremita, qui vt Climacus ſcribit de obedientiæ gradu quarto, in primo vitæ flore, vt noſter Abel mortuus; hoc credere non valens vicinus quidam ſenex eiuſdem loci incola, vel iuoeniſ deſuocti robuſta valetudine, vel certè deſiderio, doloréque illius amanter perſuaſus, ad eius venit tumulum, quem baculo percutiens, ſic ait voce mæſta; *Frater Achati, putas ne mortuus es?* Cui iuuenis in vita prõptiſsimus obediens, & virtute obedientiæ inſigois in eremo, reſponſum tale dedit; *Et fieri quomodo poteſt pater, vt moriatur homo*

Obediens nunquam mortuus; & quomodo vel mors ſit vita in Deo vera.

Ioan Climacus.

obedientiæ deditus? Sic igitur & Abel, tam Deo quàm parentibus obtemperans ſolerter, vt filius obedientiæ poſt obitum clamabat, quia merito obediendi habebat vocem mortuus, qui viuus voci Dei reluctaos nunquam fuerat; & voce propter Deum priuatus ſua eſt propria.

Poſt mortem iuſti viui; iniuſti in vita mortui.

Deinde verò ſanguis clamabat iuſti huius, quia iuſti in amicitia & gratia Dei ſublati, poſt mortem viuunt adhuc in vita meliori, vt quiqui in culpa viuunt & crimine mortali, ſunt mortui in vitæ halitu plus viridi, & vitali Chryſoſt. ad Rom. hom. ſie

Chryſoſt.

8. *Trucidauit Cain, trucidatus eſt Abel; vter igitur mortuus erat? is qui poſt mortem clamat, aut is qui dum viueret, timidus, trepidúſque erat? Hic ſanè quouis mortuo miſerabilier erat.* Et prior eo Philo acumine aſſueto, in lib. *Quod deterior;*

Philo.

Abel quamuis credas interemptum, viuit; exemptus nempe ex inſipientis mente, viuit in Deo vitam feliciſſimam. Atteſtatur nobis Diuinum oraculum, quod vociferaret eum ait in clamore, & clamore prodere quæ à malo ſocio paſſus eſt. Aliqui si non amplius erat, quomodo loqui poterat?

Clamabátque poſtremò eodem ſenſu ad mores Fidelium collimato, quia Sancti vel poſt mortem cum Deo colloquuntur; *Defunctus adhue loquitur.* Et ab ipſo in rebus illis, quas petunt, audiuntur; ſeu petant rei vindictam ſuperiùs explicatam, quo ductu dixit Deus; *Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra*; id eſt, clamorem eius non poſſum non audire, vim nanque tantus clamor clementiæ meæ infert; quocirca te condemno; *Nunc igitur maledictus eris, &c.* & eodem ſuper Threnos Paſchaſij meditatio: *Magna vox iuſtitiæ, per quam mortui non ſolum loquuntur, ſed etiam ſicut Abel clamant.* Seu poſcant reis veniam; de quo præclarus locus habetur ſummo in Vate; *Et protegam ciuitatem iſtam propter me, & propter Dauid ſeruum meum*; quem Chryſoſtomus in Gloſſa expendit in hunc modum. *Dauid mortuus eſt, & merita eius vigent. O rem admirabilem! ô ineffabilis Dei clementia! Homo mortuus viuo patrocinatur. O iuſtorum & poſt conſummationem inexpugnabilis pugna vicerum!* Baſilius toto regno Iudaico caput facit Baptiſtæ pretioſius, quod magna laus ſanctorum, vt vnius tantùm hominis, & mortui caput integro ſit Regno ponderoſius; *Ego* (inquit loco Herodis) *dimidium regnum pollicebar, tu verò Baptiſtæ caput exquiris toto meo regno longè pretioſius; nam aut alterũ Baptiſtam monſtra, aut quod obſcurum nõ eſt, toto meo regno ſpoliare anes.*

Hebr. 11. 4.

Sancti mortui viuos homines tuentur per quam optimè.

Paſchaſius.

Iſai. 37. 35.

Chryſoſt.

Baſilius.

Baptiſtæ & viri iuſti cuiuſuis laus mirabilis.

At verò laus exigua pro Chriſti Præcurſore, cum Sanctus quiſque mundum exuperet in pretio; vt graphicè, & ſententia æterna cedro digna ſcribit in Imperfe. hom. 27. Chryſoſtomus, vel quiſque illius auctor extitit: *Plus vales apud Deum electus vnuſquiſque, quam planè totus mundus peccatoribus repletus.* Quæ veritas pro multitudine illorum qui ad pœnas mittuntur inferorum, tam vrgens eſt, quàm pollens eximia claritate. Nam quis erit qui res omnes vel nobiles & pulchras, ne dicam viles alias iſtius mundi miſeri, cum vna tantum ſtella, & ea cæli, minima, audebit comparare? nedum cum Sole orbem replente venuſtate? vel cum homine quocunque accepto coram Deo, de quo dicitur cum deſit nobilior comparatio, fore vt poſt mortem ſuam reſplendeat ſicut Sol; *Fulgebunt iuſti ſicut Sol in regno Patris eorum.* Quid autem ſi carbones cum Sole cõparemus, & reliquas res tetras, ignobiles & turpes? cum tamen nihil turpius quàm homo ſit peccator. Ergo nemo demiretur, ſi carbones tot turpiſſimi ad inferos trudantur, & iuſti ſemper pauci ad cælos euchantur; ſiue Abelis clamor tam fauet toti mundo, quàm valet pluſquàm omnis illius amplitudo. Sed lentiùs de hoc iterum in ſenſu excelſiori.

Damnatorum pro multitudine quam mul- tos conturbante egregia ponderatio.

Matt. 13. 43.

9. Figuraliter & allegoricè clamabat ſanguis ille pro ſanguine meliori futuri Redemptoris, ſeu iſtum iam vocabat; quia veniam vniuerſaliter peccantibus adduceret, & crimina excuſaret; non adeo commiſcendo vindictam cum clementia, quàm potiùs cum clementia clementiam adminiſtrando; de quo ſanguine clementiſſimo in alio Abelis noſtri tam pridem figurato, Rupertus ſup. Gen. lib. 4. cap. 6. in iſtum modum audi: *Ille ſanguis clamando, vnius hominis & fratris nefarium ſcelus accuſabat, & ſi (quod verum eſt) aliud futurum annuntiabat, ſoli Deo adhuc audibilis, vel intelligibilis erat; hic autem ore terræ fidelis, quæ ſumus nos, pro omni mundo interpellat, & vniuerſorum peccata excuſat; ac eos ipſos, qui fuderunt illum ad pœnitentiam inuitat; impœnitentibus verò ſuum iudicium palam annuntiat.* Et S. Clemens Alexandr. lib. 1. cap. 6. in ſuo pædag. *Sanguis enim vocem nunquam emitteret, niſi ſanguis verbum intelligatur. Vetus iuſtus typus noui; & ſanguis vetus qui interpellat, pro nouo ſanguine interpellat.*

Abel ſanguis dum clamabat, vocabat Chriſti ſanguinem.

Rupertus.

Clem. Alexandr.

Aduenit verò tandem hic ſanguis tam pergrandi clementia ſingularis, qui quamuis ſemper meliùs clamauerit quàm Abel, vt ait noſtrum thema, in Cruce & in Euchariſtia clamauit multò fortiùs. Vtrobi nanque adeſt Diuinus ſanguis iſte effuſus pro hominibus, vt ſæpe dictũ manet. Cum verò ſanguis clamet, exinde ſonat clariùs, vbi vulnere non eſt aliquo cum limite profuſus, ſed totus planè fuſus; & vel poſitus in calice, quò totus ebibatur, vt accidit in aris; vel aqua ſuperueniente ablutum viri corpus, & prorſus à quocunque cruore mundefactum, quod diximus *Enxeguado & Lauado de todo ponto* in noſtra Luſitania; quò ſanguinis in corpore nil poſſit ſupereſſe, vt accidit in Cruce. Quam rem fortaſſis Paulus reſpiciens, Chriſtum in Cruce Sacerdotem Melchiſedechianum inducit ad Hebræos; non quòd illic Melchiſedechi obtulerit oblata; ſed quod aræ & Crucis munera contineant idem corpus, & madeant ipſo ſanguine, æqualiter pro nobis profuſo, & profuſiſſimè clamante ac poſtulante miſericordiam Dei, qua egent piacula vniuerſa. Apoſtolus profatur: *Quemadmodum & in alio loco dicit, Tu es Sacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech. Qui in diebus carnis ſuæ, preces, ſupplicationéſque ad eum, qui poſſit* illum

Hebr. 12. 24.

Quis clamor Chriſti ſanguinis, & vbi nam intentior.

Hebr. 5. 6. & 7.

illum ſaluum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia. Quo loci ſic Ambtoſius. S. Ambroſ. *Sacerdos fuit Melchiſeuech, propter victimam de qua dixit,* Niſi manducaueritis carnem filij hominis & Ioan. 6. 53. biberitis eius ſanguioem, non habebitis vitam in vobis. *Totum autem quidquid Chriſtus in carne ſua egit, preces ſunt & ſupplicationes, pro peccatis humani generis. Sancta verò ſanguinis eius effuſio, clamor validus eſt, in quo exauditus eſt à Deo Patre, pro reuerentia Paſsionis ſuæ, ſine peccato.* E quibus primus clarè de Cruce tantùm loquitur, niſi quatenus Melchiſedech appoſitum ibi nomen, hoc Sacrificium cum altaris commiſcet Sacrificio, & vnum ſolùm facit; ſecundus verò ſimul de Cruce & Euchariſtia; vbi ſanguis Iuſti noſtri æquali amore clamat, æquali vi arietat aheoos cæli poſtes, & eos nobis reſerat.

Clamoris Chriſti vis æqualiter vociferans in Cruce & Euchariſtia.

Nec deuiat, quòd & Chriſtus in domo panis natus, ibidem primum emiſit clamorem puerilem, & primum fudit ſanguinem. In præſepio nanque fuit à Virgine caurerio Moſaycæ legis cæſos; vt videas quantùm ſanguis Abelis figurati cum pane ſit coniunctus. De iuuene Dauide in curia Regis

Cur Chriſtus primũ ſanguinem in domo panis fuderit.

A Achis ſic ait textus ſacer; *Et immutauit os ſuum coram eis, & collabebatur inter manus eorum, & impingebat in oſtia portæ.* 1. Reg. 21, 13. Quod ita in LXX. habetur verſione; *Tympanizabat ad oſtia porta, & ferebatur in manibus ſuis.* Porrò vultus immutatio, ex litera vulgata; & ferebatur in manibus ſuis ex alia LXX. ad immutationem ſpeciei triticeæ in Chriſti corpus, & portationem Chriſti à ſe in ſuis vlnis propriis, cum nemo ſemetipſum portarit aliquando, Auguſtini iuxta mentem, in Cæna bene excurrunt; tympanizatio verò ad Crucem, & noſtrum Sacrificium.

B Ad Crucem, quia vt ait præfatus Auguſtinus io Pſalm. 33. *Vt tympanum fiat, corium in ligno extenditur; dictum eſt tympanizabat; id eſt Crucifigebatur, in Cruce extendebatur.* S. Auguſt. Ad Sacrificium verò noſtrum; quia *Hoſtia vociferationis* vocatur à Pſalmiſta in Pſal. 26. Pſal. 26. 6. Et vociferatio vox eſt fera; vel clamor cælum feriens. Hic autem ſolus eius, qui meliùs clamat quàm Abel, & qui ex terra proclamando, cæleſtes fores quatit, proſternit, atque laxat; de quo prędicta verba; *Cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia.* Hebr. 5. 7.

DE CLAMORE, ATQVE VALORE ABELIS noſtri ſanguinis, ex opere operato intenſiuè primo loco à nobis ponderato. Vbi obiter de Indulgentiis materia elucidatur.

Hebr. 5. 7.

10. CLAMOR validus & exauditus vocatur Chriſti ſanguis, in verbis nunc productis epiſt. ad Hebræ. quare valorem huius clamoris & exauditionis decens eſt ad pondus reuocare; idq; priùs intenſiuè, & ex opere operaro; cum prior ſit in rebus intentio, quam extentio; & opos in eiſdem naturaliter & opificio naturæ elaboratum, quàm opus operantis artificialiter peractum. Illud etenim eſt mareria, totius formæ baſis, hoc verò forma tantùm, quæ materiæ inſenſu iſto prioritatis & fundamenti longiſſimè poſtponitur, quamuis ſenſu pretioſitaris conttatium ſæpe accidat; quo dixit Mantuanus. *Materiam ſuperabat opus.*

Ex opere operato in Miſſa vt valor detur.

Ergo citra quoduis dubium Eochariſtiæ Sacrificium, quò ad ſui operationem, materia & forma ſimul æqualiter conſtare; & materialiter ac formaliter valore non fraudari; marerialiter tamen iſtum habere ſibi intrinſecum; inſeparabilem, & innatum, ex opere operato propterea vocitatum; quia nullum Sacrificantis, operantiſve mortalis expectat ſanè meritum, virturem, & efficaciam; vt traditur dilucidè in Concil. Trid. ſeſſ. 22. ad capita priora. Et probatur ſatis clarè ex termino adæquato, ſi ad Sacramenta nouæ legis, vel veteris Sacrificia texatur comparatio.

Ad Sacramenta nouæ legis, quia iſta effectum habenr ex opere operato, vt ſop. dictum fuit Enar. 23. Ergo & noſtrum Sacri-

C ficium, cum Sacramentum quoque ſit, & Sacrificium Chriſti ſanguine redundans abundanter; cuius virtute & efficientia repleta Sacramenta vocantur vaſa gratiæ. Gratiam igitur ex ſe habere Euchariſtiæ Sacrificium, iam conctis norum erit; etſi clariùs innoteſcit ex verbis Saluatoris; *Qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum.* Matt. 26. 28. Vnde forſitan ſuo nomine offerri tantùm voloit, vt de huiuſmodi operatione eſſemus certiores.

Ad Sacrificia legis veteris, quia vt ait Catechiſmus Rom. Pij V. cap. de Eochar. ſect. 69. Catechiſm. *Euchariſtia peculiare noui teſtamenti Sacrificium Deo eſt acceptiſsimum. Si enim veteris legis Sacrificia, de quibus ſcriptum eſt,* Sa-

D crificium & oblationem noloiſti; *& iterum;* Quoniam ſi voluiſſes Sacrificium, dediſſem vtique, Holocauſtis non delectaberis; *ita placuerunt Deo, vt odorem ſuauitatis odoratum in illis eſſe, id eſt, grata illi fuiſſe affirmet Scriptura, quid nobis ſperandum de Sacrificio, in quo ille ipſe immolatur atque offertur, de quo cæleſtis vox bis audita eſt;* Hic eſt Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui? Iuuat Buſtns in Buſtes. Roſar. 2. p. ſummo in fine petitioni quotidiani obſeruans noſtri panis, remiſſionem peccatorum in Luca ſubligari, vt pateat Luc 11. 4. quantùm iſta adhæreat Miſſæ ſacro. Nec Sacrificij legis nouæ decebat maieſtatem (vt ad Sacramentorum eiuſdem legis collationem recurramus) Sacrificium tale habere, quod Sacramentis minus eſſet; at iſta donant gratiam ex opere operato; ergo

In Euangelio cur poſt panis petitionẽ mox ſequatur remiſſio peccatorum.

etiam & Sacrificium ſub ipſa lege vigens.

Sacerdotes duo in Miſſa, & qualis principalis.

11. Ratio verò propter quam Sacrificium ſemper Miſſæ, vel ex malo Sacerdote, Sacrificandi contra normam, quæ ex offerente tota pendet, valorem ſuum hauriat, hæc vera & patens eſt. Quia cum in Chriſti nomine, & à præſente Redēptore hoc fiat Sacrificium, duo vtique Sacerdotes offerentes ſunt in eo; è quibus primus Chriſtus, qui abſolutè ſicut eſt, ſic etiam à nobis dicitur Sacerdos principalis; ſecundus verò homo canonicè ordinatus, qui eſt minus principalis, cum placito communi, de quo agit D. Tho. 3. p. q. 83. art. 1. ad 3. & Suarez cum non paucis tom. 3. in 3. p. diſp. 77. ſect. 1. Cum autem ſemper Chriſtus ſit Hoſtia summè placens, & acceptus pluſquam hoſtia vel mors Abelis Sancti; ad quem, & eius munera Deus reſpicit perpetuò, hinc eius Sacrificium eſt iugiter proficuum ex opere operato; ita vt ex parte Chriſti, qui infallibiliter eſt bonus, infallibilis euadat prædictus Miſſæ valor; econtráque ex homine non rarò fallax maneat, quia ipſe ſæpeſæpius eſt falſus Dei miniſter, vt prauus, atque nequam.

D. Tho. Suarez.

Quando ex opere operato, vel ex opere operantis dicatur Miſſæ valor.

Sed quoniam primus valor etiam alio deficiente, deficere non valet, ideo quando ſolus iſte in Miſſa valor datur, appellatur ille valor ex opere operato; quando verò dicto merito Sacerdotis quoque meritum vnitur, atque additur, tunc dicitur, & rectè ex opere operantis; non equidem quòd primum ex opere operato euaneat propter aliud ex opere operantis, ſed quia ex hoc tam valde excreſcat verè illud, vt à merito maiori cognomen ſibi vendicans, tunc Miſſæ valor ſit communiter vocatus ex opere operantis. Cur autem Sacerdotis in Miſſa maius meritum, quàm meritum ſit Chriſti, cum omne à Chriſto fiuat, & Chriſtus ſit ibidem Sacerdos principalis, paulò infra n. 14. cum ſequentibus duobus inuenies explicatum.

Cur meritum ſit Miſſæ propitiatorium & impetratorium; non autem meritorium, ſatisfactorium, vel expiatoriū directè pro peccatis.

Et ne nos in re æquiuoca laborare videamur, hoc vnum adiiciamus; Miſſæ nempe quoduis meritū, directè ſicut eſt per Deum deſtinatum, ordinatum, & inſtitutum, non eſſe meritorium, quòd bona mereatur; neque etiam ſatisfactorium, quòd ſatisfaciat pro peccatis; nec ſimul expiatorium pro culpis & delictis, hæc purgans, atque expians; quia Chriſtus non eſt modò in ſtatu promerendi, ſatisfaciendi, & expiandi; hoc enim pœnis fit, quæ illi iam non competunt; *Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur; mors illi vltra non dominabitur.* Sed eſſe propitiatorium, impetratoriúmque tantummodo; nam ad Deum propitiandum, & nobis inclinandum ſunt data Sacrificia; à quo tandem ſic propenſo, propitiato, & inclinato, tunc facilè eſt res quaſque petitas obtinere. Et benè per auxilium hoc Miſſæ comparatur, quia Miſſa prout dixi Enarr. 22. realis eſt oratio, & Chriſtus in ſtatu orandi & impetrandi in gloria Patris eſt, dicente Cæli Aquila; *Sed & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum*; quo nomine Abel ſanctus donatur de quo agimus; *Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris*; adiungitur ibidem; videlicet per Miſſam; propitiatio nanque ſicut ex optimis Theologiæ principiis notum eſt, ad propitiationem per Sacrificia dumtaxat factam pertinet. At cum hodie præter Miſſam non detur Sacrificium, de hoc patet ſatis clarè hæc verba intelligenda; & ſimul contemnendam illorum opinionem, qui fide iacta in Chriſtum abſque operibus & meritis affirmant ſaluos fieri; non etenim aquilina Ioannis mens ſic dixit, *Et ipſe eſt remiſſio pro peccatis noſtris; deletio, & abolitio,* ſed *propitiatio*, qui propitium conſtituit nobis Patrem; hoc autem, modo dicto; nam alius nullus datur.

Rom 6. 9.

1. Ioan. 2. 1.

Pro Miſſæ veritate, & contra Fidem ſine operibus egregium teſtimonium.

Quòd ſi Miſſa meritoria & ſatisfactoria, ſeu expiatoria non paucies nuncupatur, ex rebus id procedit, quas ipſa nobis impetrat; quando enim remiſſionem ſatisfactionem, & expiationem, peccatorum cuiuis impetrat, tunc dicitur ſatisfactoria & expiatoria delictorum; quando autem adeptionem vel gratiæ additionem meretur per hanc viam propitiandi, & impetrandi, tunc dicitur meritoria, & cauſa noſtri meriti, quod influit huiuſcemodi.

12. His ex opere operato de Miſſa enucleatis, quid operetur, quidve impetret intenſiuè, videamus. Et in primis, vt à minimis hanc fabricam erigamus, etiam ad bona temporalia impetranda multùm valet, quippe quæ orationibus frequenter impetrantur; D. Tho. 2. 2. q. 83. ar. 5. & Paulus ad Timot. *Obſecro primum fieri orationes & gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus & omnibus, qui in ſublimitate ſunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus, in omni pietate, & caſtitate.* At qui oratio Miſſa eſt, non ore tenus facta, ſed pariter & opere; ac opere inter omnia ſupremo pietatis, quo ideo orationes ſummopere eleuantur, & quo hodie gratiarum actiones hîc relatæ communiter ſoluuntur, ergo ad bona temporalia conueniens conſequenda. Auguſtinus tom. 5. lib. 22. cap. 28. Et Concil. Trid. ſeſſ. 22. Can. 3. Non verò hoc factum credas ex opere operato; inſtituta nanque fuit pro animæ prouentibus; neque bona temporalia ſunt ita neceſſaria, vt digna exiſtimentur ſuffragio indefectibili.

D. Tho. 1. Tim 2. 1.

Miſſa bona temporalia hominibus conſequitur; nequaquam verò, vt dicunt, ex opere operato.

Culparum pœnas ſoluit ex opere operato.

Illud noſtrum Sacrificium infallibiliter largitur ex opere operato, quod ſequitur immediatè poſt bona temporalia; & inter hæc bona, ac bona ſpiritualia potitur loco medio; remiſſionem nempe pœnæ, quæ remanet ex culpa. Hæc enim ſpiritualis natura ſua eſt, ſed duratione temporalis; quapropter inter bona ſpiritualia & temporalia videtur collocanda; quam quidem Miſſa tollit ex opere operato; quia hoc per impetrandi fit viam & rationem & quia Miſſa ex ſe, vt dixi in præcedentibus, citra dubium poteſt aliquid ex opere operato; ſed ſed ſic eſt, quòd ex inſtitutione primaria & ſua propria, nec culpæ expulſionē nec gratiæ collationem eſt potens operari, ergo pœnæ remotionem, quæ ſupereſt ex culpa (hæc

prius

prius Sacramentis conuenientibus amota) donabit incunctanter. Et tandem, quia ordini Diuinæ prouidentiæ res talis Miſſæ congruit, cum nullum Sacramentum exiſtat pro hoc opere; quocirca Sacrificio relinquitur pœnarum deletio, vel totalis, cum feruor ingens datur in homine offerente, vel ſaltem partialis, ex parte, non ex toto; vt quidem frequens eſt; cum mente D. Tho. 3. p. q. 79. art. 5.

D. Thom

Spiritualia bona gratiæ an tribuat Miſſæ Sacrum ex opere operato,

Bona autem ſpiritualia, quæ in genere bonorum ſupremum locum obtinent, & culpæ ſunt remiſſio, ac gratiæ Dei infuſio, vel eius augmentatio, hæc Miſſa non largitur ex opere operato. Sed vel accidentaliter, vt quando Sacrificium Sacramentum ſimul eſt, quemadmodum contingit in viris Sacerdotibus, cùm offerunt pro ſe; vel formaliter ex opere ipſius operantis; videlicet per modum impetrationis, neque ſemper infallibiliter quod petit à Deo conſequentis, ſed ſicut placet Domino, & offerens pro merito ſe aptat, obtinentis; vt patet ex materia, & impetrandi fundamentis, de quibus D. Thom. citatus loco proximo. Quomodo autem naturaliter, augmentum donet gratiæ Euchariſtiæ Sacramentum, & caſu primam gratiam, hoc ſatis dictum fuit Enar. 9. & Enar. 23.

Vnum bonum ſingulariter ſpiritualitérque ſupereſt, remiſſio nempe criminum dumtaxat venialium, quod dari & Euchariſtico concedi Sacrificio, non poteſt controuerti; ſicut 9. Enar. n. 38. à nobis dictum fuit.

Venialia vt deleantur per Miſſæ Sacrificiũ

C Valde tamen controuerſum, an ex opere operato, vel per modum impetrationis hic pullulet effectus. Et quidem iuxta dicta in iſta ſectione per modum impetratiuum venire non ambiguum; at verò Canus ſentit ex opere operato; quia ad Diuinæ prouidentiæ ſpectat ſplendorem, vt quemadmodum ęgritudines ſuapte grauiores, curari ſemper ſolent remediis grauioribus, ita etiam leuioribus ſufficiant pari paſſu medelæ leniores. Sed peccata grauiora, videlicet mortalia, tolluntur Sacramentis, ergo alia leuiora venialia nuncupata, hoc noſtro Sacrificio. Iuuant autem nec mediocriter ex iure Pontificio Cap. *Verum ſub figura*; & cap. *Iteratur*; & cap. *Quid ſi ſanguis*; de Conſecr. d. 2. vbi dicitur hoc Sacrificium quotidie Deo offerri, quia delinquimus quotidie; nimirum, venialiter; ſine quibus offenſionibus Ioannis iuxta mentem, non viuont neque iuſti. Et Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 2. quo loci pro Fidelium viuorum iniquitatibus idipſum Sacrificium vult perpetim immolari; atqui viuorum crimina ſunt ſolum venialia, ergo iſta Miſſæ ex opere delentur operato. Suarez de Euchariſtia diſp. 79. ſect. 5. hoc iudicat probabile, etſi ille toto cælo propendeat in contrarium, dicens neque venialia, niſi via impetrationis, auferri in Sacrificio; ea tamen diſtinctione, vt infallibilis ſit ſemper huiuſmodi impetratio; & maximè cum pro ſe obtulerit vir idem qui facit Sacrificium. E quibus lector doctus adhæreat cui voluerit; illud obiter

Canus.

1. Ioan. 1. 8.

Conc. Trid.

Suarez.

A aduertens, de Miſſæ non valore, ſed de noſtra diſpoſitione in ea dubitari, cum dicimus humiliter. *In ſpiritu humilitatis, & in animo contrito ſuſcipiamur à te Domine; & ſic fiat Sacrificium in conſpectu tuo, vt placeat tibi Domine Deus.*

13. Ex qua vltima efficatia aduerſus venialia, in qua mibi magis Cani probatur iudicatio, Sacrificij noſtri colligo immenſam efficientiam, & robur citra dubium valoris infiniti. Nam quis poteſt infallibiliter vel per viam impetrationis, dimittere peccata, vt aſſerit Suarez, vel ex opere operato, vt Canus certum credit, ni tantùm ſolus ille, cui offenſio peccatorum, vt dixi paulò ſupra, immenſa collimatur? Ita bene Phariſæi argumentati ſunt in Luca. B Sed Deus eſt infinitus & inſimul contentus in iſto Sacrificio, ergo manet naturaliter (& ex opere operato) Chriſtianum Sacrificium valoris infiniti. Quo in negotio licet cohors tam maior, quàm nobilior ex Scholaſticis antiquis contrarium iudicarit; videlicet D. Tho. Sent. lib. 4. diſt. 45. art. 4. & Bonauentura eodem loco art. 2. Scotus quodlib. 20. & Sotus de iuſtitia. lib. 9. q. 2. ac tandem Couarru. qui multos pro ſe affert in cap. *Alma mater*; t. p. §. 5. n. 5. recentiorum tamen multi tuentur partem meam; Caietanus tom. 2. ſuorum opuſcu. tract. 3. q. 2. cum alia ſubſequen. & in 3. D. Tho. q. 79. art. 5. Syluester verbo Miſſa 1. q. 9. Canus de locis lib. 12. cap 13. ad. 10. Vigoerius in Inſtitut. cap. 16. §. 2. nuperque C obiectiones reſoluens Bellarmini, in contrarium argumentantis, Marcellinus Capucinus in ſua Encyclopedia fol. mihi 429. & 430. Vbi meriti infiniti ex opere operato, prout Crucis Sacrificium, Altaris Sacrum facit.

Miſſæ valor infinitus ex opere operato, quo pateat argumento.

Supra. n. 5.

Luc. 5. 21.

D. Thom. Bonauent. Scotus. Sotus. Couar.

Caietanus.

Syluester.

Canus. Viguerius.

Marcellin.

Quod Suarez ſupra proxime 11. ſect. non audet denegare; dum ab effectu re & opere completo, & conſequuto, valorem Miſſæ ſeparat; ita vt valor ſit immenſus & infinitus ex ſe ipſo, effectus verò non; quia effectus ad valoris ſubſtantiam non ſpectat, ſed ſolùm ad efficatiam. Qua inſpecta (quod eſt aliud quamualde ponderandum) haudquaquam hoc Sacrificiũ euadet infinitum; cum nec Crucis tale fuerit, vel vnquam eſſe potuerit; ex eo quia efficatia effectum rei concernit realiter obtentum, hoc autem eſt D impoſſibile offendi in infinitum; quia effectus infinitus infinitum quoque poſtulat ſubiectum & fundamentum, cui debeat radicari; ſubiectum verò huiuſmodi non datur extra Deum. Ergo poteſt Miſſæ Sacrum infinitum verè eſſe, & tamen infinitum effectum non producere.

Suarez.

Vt Crucis Sacrificium effectus ob exiterit immenſi, & infiniti.

Quare autem nec effectum, Crucis effectibus æqualem, producat noſtrum hodie oblatum ſuper aram, cum vnum & idem prorſus exiſtat Sacrificiũ, quæſitu dignum eſt. Nam latronis illic viſa mirabilis conuerſio; Longini illuminatio; contritio circunſtãtium, qui pectora vel publico (quantumlibet à proceribus Iudaicis deteſtato) dolore percuſſerunt; reſectio veli templi;

In Cruce multa ſigna, in Miſſa pauciora, ac etiam inferiora; etſi quàmmulta, & magna vſque hodie perdurantia.

conuulſio magna terræ, apertio ſepulchrorum; multorúmque Sanctorum ex illis reſurrectio, & tandem cæli ac orbis communis offuſcatio; quæ omnia mirum in modum fuerunt ſtupenda, & maiora longo tractu, quàm accidunt in Miſſa; in qua ſigna exteriora videntur ſatis rarò, quamuis multa ſint in mundo, vel hodie mirabilibus non paucis rutilantia, & integra durantia, quæ in 1. Enarrat. inuenies indicata. Quapropter cum tam ipſum, quam ipſius ſit valoris, & Crucis, & hoc noſtrum Altaris Sacrificium, effectuum tam diſparium oportet quæri ratio, quæ triplex atque talis, ni fallor, planè eſt.

Cur facta tot prodigia in Chriſti Paſſione.

14. Prima ex parte rei oblatæ, quæ illic atque hîc offertur diuerſimodè, ac etiam diuerſiſſimè. In Cruce nanq; fuit deſtructum in Dei honorem, ipſius Filij Dei humanitas, & eſſe, ei proprium ac naturale; Sacramentale verò in Miſſa. Quis autem in dubium poterit quodcúnque euocare, quòd eſſe naturale Sacramentali debet maximè præferri, & anteponi? Bellarminus de Euchariſtia lib. 6. cap. 4. non æſtimat hoc plurimi, ſed quanta id ratione, hoc viderint, qui legerint, poſt mortem ſtatim Chriſti præfata mirabilia fuiſſe perpetrata, & in mortis velut tantæ ſtuporem & teſtimonium Euangelij conſcriptores dixiſſe planè abſorptos, & omnes conſpiratos; *Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo vſque deorſum, & terra mota eſt, & petra ſciſſæ ſunt.*

Matt. 27. 51. Marc. 15. 38. Luc. 23. 45. Ioan. 19. 34.

Etſi Aquila plus videns, & illuminationes plus attẽdens, de illuminatione & viſu tantùm Longini verba faciat; vt ſanè de re, maximum, ex ſcelere & facinore, ſupplicium promerente; miſericordia tamen Dei dumtaxat retributa ac longè cumulata; ac ideo prophetata, promiſſáque iã pridem in verbis Zachariæ. Quod quamuis multi negent Longino contigiſſe, ſed alteri quem loco ſubſtituunt huius Sancti, aperientis vitæ venam, & veniam ſibi ac gratiam (maiori etſi ex crimine) propterea conſequentis; pro illo tamen eſt recentiorum, nec non veterum communis opinatio, cum Baronio in Martyrolog. & Petro de Natalib. lib. 3. cap. 202. de quo etiam ſic concinuit Baptiſta Mantuanus:

Zachar. 12. 10. Ioan. 19. 37.

Baronius. Petrus de Natalibus. Baptiſta Mantuanus.

Tu cæcus nõ mente minus, quam corpore, Sanctum
Lancea, & admoto pectus mucrone petiſti;
Inde cruor confuſus aquis haſtilia circum
In digitos lapſus tetigit, cum lumina morbum
Suſtulit: iſta Deus collyria miſit, vt atram
Ex animo, ex oculis fugiens gratia nubem
Secum ageret, vitæque daret te cernere fontem.

Longinus Chriſtum ferit, & quare viſũ reperit.

Quibus fauet Dionyſij Areopagitæ circa Solem, contra ordinem naturæ in plenilunio obtenebratum, demiratio, & proclamatio; *Aut Deus naturæ patitur, aut perit mundi machina.* Quare nihil demirandum ſi Sacrificium Dei patientis Sacrificio Dei latentis aliena ſub ſpecie, præcedat multifariam, ac etiam maximoperè.

Dionyſij circa Solis eclipſim demiratio.

15. Secunda ex parte hominis pateſcit offerentis, qui illic fuit Chriſtus æterni Patris Filius; hîc verò purus homo. Nam licet Chriſtus ſit in Miſſæ Sacrificio Sacerdos principalis, qui ex opere operato valorem ſemper confert, id quidem de realitate, validitate, & conſtitutione procedit Sacrificij, non autem de oblatione, operationéque illius; nec ſubinde de efficacia eiuſdem oblationis, vel impetrationis indeſinenter oblationi cohærentis, quæ ſanè ex intenſiuo feruore oblationis totaliter dependet, ac etiam naturaliter. Probatur antecedens, quia Chriſtus in altari non operatur per ſe ipſum, ſed per hominem offerentem, per quẽ propriè & immediatè perficitur oblatio. Conſequentia verò quia oblatio ſic ab homine immediatè Deo oblata, plus ex homine, quàm ex Chriſto excreſcit, vel decreſcit, vt patet ex iam dictis, & ex aliis mox dicendis; videlicet, quia Chriſtus Sacerdos quamuis ſit in Miſſa principalis, reſpectu validitatis & ſtabilitatis Sacrificij (nam ſi Chriſtus non adeſſet, Sacrificium corporis eius nullatenus daretur) reſpectu tamen rei oblatæ & applicatæ, à qua illius valor & operatio deriuatur, Sacerdos prior Chriſto, & principalior nõ negatur. Chriſtus enim, prout eſt oblatio Sacrificij, illius opus eſt; Sacerdos verò offerens eſt verus operator; vnde à parte Chriſti meritũ proueniens & dimanans, dumtaxat opus eſt, quod dicunt operatum; at ex parte Sacerdotis, (vt etiam dici ſolet) eſt opus operantis. Quantò igitur operator operatæ rei reſpectu excedit ipſum opus, cui tribuit vim, & formam (nam materia ſiue forma diſpoſitio tantum operis, nõ autem quoduis opus exiſtit verè & propriè) tantò equidem Sacerdos excedit in hoc Chriſtum; qui veluti materia in Sacrificio ſeſe habet, & Sacerdos velut forma. Nec malè, cum oblatio, ac victima ſit Chriſtus; homo autem ſupereminens Sacrificus illius; vnde tãquam ſupereminens benedicit Chriſti Corpus iam verè conſecratum; quemadmodũ Enar. 2. dictum fuit. Quid igitur mirabile ſi boni Sacerdotis pretioſiſsima ſit Miſſa; & mali hac ratione exigui valde pretij; quandoquidem ille eſt, qui actione ſua facit eſſentiam Sacrificij. Boni tanquam bonæ viduæ acceptiſsima minuta, tranſcendit nummos Chriſti; id eſt, Chriſti, etſi præſentis valorem ſupergreditur; mali verò ferè pretium rei Sacræ totum perdit, ad nihilúmque redigit. Ipſi nanque per ſe offerunt oblationem Sacrificij, quod ex parte principalioris & potioris Sacerdotis hoc ſenſu nullum eſt.

Vt Chriſtus ſit in Miſſa Sacerdos principalis.

Sacerdos quantùm in Miſſa ſit longè maior Chriſto, ita vt illo vel decreſcat, vel creſcat Sacrificium.

Marc 12. 43.

Cur creſcat, vel decreſcat ex Sacerdote Miſſæ valor.

Permaximè cum Miſſæ operatio immediata à Chriſto non proueniat, ſed tota à Sacerdote. Et hinc Filij Dei concurſus, qui eſt cauſa vniuerſalis, ac quaſi rei præſentis remota & ſecundaria, per offerentis Sacerdotis, qui certè eſt cauſa proxima oblationémque eliciens, magnopere impeditur, attenuatur, & extinguitur, ſi vltimũ hocce verbum non nimiũ iudicetur. Nam quemadmodum actiones Redemptoris noſtri Chriſti in mortali vita ſua, ab æterno Patre eius nequaquam procedebant; cum ta-

In Sacrificio à quo ſint Chriſti elicitæ actiones.

men

men in Diuinis ad extra quæque actio ſit Triadi communis; ſic etiam Chriſti merita haudquaquam in Sacrificio ab ipſo producuntur; ſed ab homine, qui cũ illis in quantùm merè homo, cõmune nihil habet. Præterea, quòd & res oblata à Sacerdote, cum vniuerſaliter concurrat, per ſe non operatur, ſed per aliam particularem cooperantem ſuper aram. Particulares verò cauſæ, ſecundæque vt vocant, modificant, & diminuunt reſpectum generalem; vnde cælo ſub eodem tot rerum diſparilitas, tot climatum diuerſitas; de quo debent Caietanus & recentiores auſcultari in 1. D. Tho. q. 14. art. 13. & q. 19. art. 8. Ergo nihil ſtupendum ſi per cauſam peculiarem infirmetur Chriſti meritũ; quod alio perquamſimili exemplo declaratur. Infinitè nanque Deus in ratione ſpeciei, animarum beatarum vnitur intellectui, & Beatus nihilominus qui finitum lumen habet, & intellectum limitatum, quæ ſanè eſt cauſa proxima impreſſionis ſine limite, non fruitur vllo modo impreſſa infinitate, & infinitate ſpeciei; nec totaliter & infinitè Dei recipit obiectum impreſſum menti ſuæ, imo à Dei immenſitate ſic homo differt illic, vt naturaliter infinities ab illo ſuperetur; & hoc quidem cum eſt bonus, ac actualiter Beatus. Quid autẽ quando malus Sacerdos Sacrum facit? Adde ſola applicatione operationem Sacrificij vigere, & exhiberi; hæc autem nullo tempore, vel caſu, ſiue auſu & hominum conatu reddetur infinita; cum applicanti creaturæ infinitas non quadret, ſed potiùs aduerſetur. D. Thom. ſup. 4. d. 45. q. 2. art. vlt. q. vlt. O validæ & ahenæ valoris Sacrificij diuerſitatis rationes!

Caietanus in 1. p. q. 48. art 5.

D. Thom.

Vt per cauſam peculiarem taxetur generalis.

Vt finitè & infinitè communicetur Deus Beatis D. Thom.

16. Tertia redditur à cunctis, quia talis Dei voluntas, vt incruentum Sacrificium infinitũ in rei ſubſtantia, euaderet finitum; quod ille cur voluerit ex trino fonte venit. Primum quidẽ ex Sacrificij ipſius eſſe proprio, quod per hominum applicationem opportuit immolari; ac ideo ſine valde finito & coarctato, qui nobis eſt incognitus, & in ſcrutinio Dei imperuio prouiuſcunque diſpoſitione iuſtiſſimè taxatus, vt loquitur Suarez diſp. 79. ſect. 11. de quo aliqua reditura in numeris ſequentibus. Deinde ex rectitudine Diuinæ prouidentiæ, quæ ſanè ſicut Crucis infinitũ Sacrificium, non pro omnibus ſed pro aliquibus, idque diuerſo modo, diuerſâ que menſura (rem aliter quàm à nobis vtcunque capi poteſt, ſublimiùs ponderando) applicare tantùm voluit, ſic aræ quoque Sacrum immenſum ex ſemetipſo pro numero diſtribuit, & pondere ac menſura: ita enim cuncta Deus rectiſsimè diſponit. Alioquin in eo iuſtitia perderetur, & multi ſine operibus iuſtitiæ ſaluarentur, nec præmia tunc vllatenus pro meritis darentur, quod menti contradicit. Tandem ex hominum indigentia, vt Sacrificium ſine quo Religio non conſiſtit, frequentiùs haberetur; quod neutiquam contingeret, ſi Miſſa vt infinita oblata ſemel eſſet. Ob quæ Chriſtus mundi ſalus in cæ-

Cur Miſſæ Deus valorem voluerit arctare.

Suarez.

Qua via Sacrificium nec Crucis infinitum.

Sapien. 11. 21.

Rom. 8. 34.

A

leſtibus pro nobis perpetuò deprecatur, cum interpellatione tantùm vnica, pro omnibus impetrari quæ vellet, longe poſſet.

Hæ vtique ſunt cauſæ cur iſtud auguſtiſſimum & immenſiſſimum donarium oblatum à Filio Dei per homines arctatur. Quod ſi P. P. aliquando Sacrificium cum Sacrificio æquare viſi ſunt, hoc debet de re ſolùm contenta interpretari, non de actu & efficatia oblationis vtriuſque, quæ ex hominum offerentium varietate diuerſiſſima ſic etiam variatur. Reliqua igni Dei potentiæ, & amoris ſui immenſi, vt carnes agni, congruit à nobis ſolùm tradi, dicendo cum Apoſtolo; *O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei: quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius.*

Exod. 12. 10

Rom. 11. 33.

B

De indulgentiis ex valore & clamore Chriſti ſanguinis enatis, breuiloquium.

17. HInc quæſtio inter morales de indulgentiis perobſcura, iam bene elucidabitur, quin duo in re præſenti ab Eccleſia factitata pugnare ſecum ipſis, imò potiùs concordare, & coadunari videantur; vt ſunt à Pontificibus pro animabus Purgatorij pleniſſimas ac creberrimas indulgentias promulgari, & animas nihilominus morari in ipſo igne diutiùs quàm ab hominum iudiciu capiatur, & permittatur

C

ab indultis tam largiter conceſſis. Vnde eodem prorſus tempore, quo calamo hæc exaro, cum à Domino Luſitaniæ Legato & Almiranto totius maris Indici, Sacerdos quidam Gallus Sacrificare pro animabus prædictis iuberetur, ille equidem qui ſalibus ſuapte plenus erat, reſpondit huiuſcemodi. Vt animæ deferantur ad ignem Purgatorij plùs decet celebrari, quàm in tanta Indulgentiarum feracitate deprecari, ab eo vt liberentur & flammæ dirè in animas agentis, cruciatibus. Videtur nanque in tanta liberalitate gratiarum, vel quòd animæ in fornace purgante nullæ erunt, vel quòd perperam ſint iſtæ tam multæ nobis datæ; in vanúmque de vi, qua pollent, commendatæ.

Indulgentiarum per obſcura materia elucidata, & breuiter expoſita.

Circa crebras indulgentias ſententia ſatis lepida.

Sed nihil ex his verum; imò verò pro il-

D

larum explicatione ſupponendum, indulgentias concedendi tres formulas exiſtere; quarum prima per communicationem; ſecunda per abſolutionem, tertia autem per ſuffragium & extrinſecum iuuamẽ ab aliis applicatum, Fidelibus aptatur. Per communicationem, ea vocatur, qua fruitur indulgentiis, qui eas donat aliis, diſtribuit, & impertit; vt verbi gratia, Confeſſarius. Per abſolutionem, qua viuentes abſoluuntur Sacramentaliter in Confeſſionis Sacramento, quæ ideo tantùm eis concedi rectè poſſunt, qui concedenti ſpiritualiter & actualiter ſunt ſubditi. Per ſuffragium verò qua Purgatorij ſanctæ animæ à viuis adiuuantur. Nam cum Pontifex ſuper iſtas

Indulgentias applicandi tres formulæ, & quæ illæ.

A iuriſdictionẽ nullam habeat, quò per viam abſolutionis à pœnis eas liberet, id perficit per modum ſuffragij interiacentem, vt viui pro defunctis ſuffragantes & orantes eiſdem poſſint vtiles ſuppetias miniſtrare; quas inuocabat ſub figura, qui vtique clamabat *Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem vos amici mei; quia manus Domini tetigit me.* (Iob. 19. 21.)

De quibus hoc tenendum; videlicet, Quòd prima miſcetur cum ſecunda; qua de cauſa nil de ea dicendum nobis ſupereſt. At verò quòd poſtrema per applicationem particularem deuoti fit Fidelis, ac ideo, ſicut patet, ex opere operantis; quod intenditur, vel remittitur, ex bonitate aut prauitate ipſius applicantis; prout numeris præcedentibus abundè dictum manſit; Caietanus tom. 1. ſuor. opuſco. tract. 16. q. 5. & Sotus ſuper. 4. diſt. 19. q. 1. art. 4. & lib. 3. cap. 6. de natu. & gratia; Canus de locis cap. 13. ad. 9. §. *Qui verò*. Et ſi aliqui econtrariò ex opere operato, per Dei promiſſionem, & clauium poteſtatem; *Quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis*; de iuſtitia has indulgẽtias proficere defunctis applicatas per ſuffragium, exiſtimẽt, & credant; è quibus hi tres ſunt, Petrus Soto lib. 3. de pœnis Purgatorij; Couas in cap. *Alma mater*; §. 5. n. 11. & Suarez tom. 4. d. 35. ſect. 3. n. 4. Sed iſtud quonammodo, cum per homines res fiat infirmos internuntios? quorum quidem interpoſitio tam frequenti applicatione, inualida frequenter, quàm Diuina Regis cæli acceptatione ſemper eget? Eo vtique quo homines in legationibus Regalibus, pro aliis agunt multa momenti, & ſummi ponderis. Exẽplum quarum fuit vſurpatum in re præſente à Cardin. Bellarm. lib. 6. cap. 4. de Euchar. Sacramento. Et vltimò quòd media & formula ſecunda, quam (vt aliis difficiliorem ad finem reſeruaui) cum donetur pœnitentibus ſub clauium poteſtate, & per modum abſolutionis in abſoluendi tribunali, negotij plus faceſſat, quam duæ præcedentes: videtur nanque certius & infallibilius apud iſtam, indulgentiarum emolumentum; de quarum tamen vi, cum inuiſibilis exiſtat, & multiplex Dei meoti, iuxta ea quæ præcedenti expoſita ſunt numero, nunquam dubiũ vel ſcrupulus omnino ſolui poteſt. In quo ego inter antiquam, modernámque doctrinam, aliorum nihil curans ſententias extirpare, ſincerè meam tantùm, humiliterque promam; hæc autẽ talis eſt. Nec per modum abſolutionis abſolui pœnitentes efficatia indulgentiarum, à pœnis ob peccata remiſſa, reſeruatis; niſi forſitan diſpoſitio præceſſerit tam feruida, vt caloris eius igne rubigo tota remanens completè conſummatur. Non quidem modo aliquo, indulgentiis perurgentibus, ex opere operato, ſed ex opere operantis, & magno amore Dei, ad quælibet pœnarum ligamina rumpenda ſe ipſum præparantis. Ad quod moueor coniecturis nonnullis validiſsimis, quas breui enuntiabo.

Caietanus. Sotus. Matt. 16. 19. P. Soto. Couas. Suarez. Bellarmin.

In indulgentiis quæ opinio, ex auctoris opinione, oporteat retineri.

18. Prima eſt, promiſſiones conditionales appellatas, in omni prorſus iure, humano atque Diuino, nõ aliter quàm impletis conditionibus deberi; vt palam fit Iuriſtis in tt. percelebri de *Condit. & demonſtrat.* Et Theologis nil minus ex principiis quæ in materia de gratia ſunt notoriis; ac etiam ex D. Tho. 1. 2. q. 71. art. 5. ad. 1. & 2. 2. q. 79. art. 3. ad. 4. Quod ampliùs roboratur ex locis Euangelicis; Actor. cap. 2. *Omnis qui inuocauerit nomen Domini ſaluus erit*; id eſt, non ſolum ore, ſed opere atque Fide informata Charitate; vt ait Interlinea; ſine qua informatione informes ſunt virtutes. D. Thom. 1. 2. q. 114. art. 3. & 2. 2. q. 1. ar. 9. ad. 1. Ac Ioan. 16. *Si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis*; hoc eſt modo congruenti, & vtiliſsimæ animarum ſaluti neceſſario; nam vt ait Auguſtinus tract. 102. B in ipſum Euangeliſtam; *Non petitur in nomine Saluatoris, quidquid petitur contra rationem ſalutis.*

Vt gratiæ promiſſiones niſi impletis conditionibus nequaquã debeantur. D. Thom. Actor. 2. 21. Ioan. 16 23. S. Auguſtin.

Ratio autem plana eſt, quia nihil poteſt rectè, conuenienter ve abſolui, niſi datis priùs terminis habilibus in rebus. Quid verò magis habile, vel magis conducibile, quàm conditiones comparandæ, & ſimul conſeruandæ virtutis adimpleri, vt impletis requiſitis promiſſa emolumenta exinde iuxta titulum promiſsionũ conſequamur? Cum certè nec diabolus, niſi poſt conditiones, & eas ferè ſemper duriſsimas completas, res ludicras & vanas dumtaxat dare nouerit; *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.* Quò magis ille Dominus, qui amicitiæ ſuæ inclytæ admittit ſolos eos, qui in C operibus virtutis, pro boni tanti pretio, nauandis occupantur; *Vos amici mei eſtis*; ſeu eritis; ſupponitur, ex aliis quæ ſequuntur. Ecce Dei promiſsionem. *Si feceritis quæ ego præcipio vobis*. Sed ecce impletionem, promiſsionis tam excelſæ, vt Creatori per amicitiæ arctiſsimum ligamẽ ligetur creatura, miſeriis celeberrima. Quid ve autem magis iuſtum in bonis tam pretioſis, ſupremis, ac cæleſtibus, quàm vt nos per bonitatem & proportionatam Charitatem, ad ipſa conſequenda, iuſtitia diſponamur? cum meritum ex ſe exigat iuſtitiæ æqualitatem? D. Thom. 3. p. q. 49. art. 6. C. Ergo pariter pœnarum, per indulgentias mediantes, promiſſa relaxatio proportionem iuſtam & aptam, vt effectus inde pullulet ex poſtulat ſuaptè; quod ex duabus veritatibus firma- D tur robuſtiſsimè.

Termini habiles requiſiti ad quæque facienda. Math. 4. 9. Ioan. 15. 14. D. Thom.

Prima, quia ex naturali dictamine atque ordine, hoc aliter non datur: actiuorum quippe actus in vera Philoſophia non niſi in patiente diſpoſito imprimuntur; præſertim, quod & actus tam obiecto, quàm agenti, & in illud contendenti, proportionatus eſſe debet, ex mente. D. Thom. 1. p. q. 89. art. 6. C. & 2. 2. q. 26. 7. Ergo etiam, quò obiecto indulgentias conſequendi, & agenti hoc procuranti proportionetur talis actus, oportet ipſum agere quæcunque ſunt decentia.

Vt actus actiuorum in patiente ſint diſpoſito.

Secunda, quia Eccleſia, non ſecus, ſed huiuſmodi hoc ſemper intellexit; dum indul-

gentias

gentias ſine cauſa ptoportionata & rationabili inhibuir riguroſè, & vetuir diſpenſari; ſicut Papa Clemens VI. in Extrauagant. de pœnitent. quod in vltimo Conc. Conſtantienſi quoque legitur, ſtatuit, & decreuit. Vnde tertius Innocentius Eccleſiæ magnum iobar, & Pontifex clatiſſimus; in cap. *Cum eo*, de *pænitentiis & remiſsionibus*; nihil minus quàm irrationales, & imprudentes indulgentias ſoperfluas ille vocat, quarum vſum, tanquam ineptum deplorat eo in loeo, in quo illom quiqoi docti, probatique ſequuntur. E quibus vnum audi Andream Vegam noſtram lib. 3. cap. 39. in Concil. Trident. *Qua ratione (ſcribit ille) & abuſum concedendi pleniſſimas indulgentias propter vnum Aue Maria, vel vnum Pater noſter, aut alia ſimilia, vehementer cuperem de Eccleſia tolli. Eneruat enim ſatiſfactiones pænitentiales, & dedecorat Eccleſiam, atque ipſas indulgentias contemptui exponit, & aduerſariis noſtris cauſam calumniandi præbet; & contra auctoritatem veterum, & contra ipſum ius Pontificium introductum eſt.* Quo cum vellem à Dei Eccleſia facilitatem in re tam graui longiſſimè ablegari, & deuotiolos non paucos ab illa exterminari, qui amoris ſui proprij, plùs longè quàm Diuini, iniquo, occulro, & iugi aculeo terebrati, ac ſæpe exagitati, ſe vno, eóque arido perforaturos cælum gemitu ex toto corde credunt, ex quibus illi ſunt, qoi indulgentias imprudentes annuntiare plebi inſciæ in iute non ſinuntur, ſed potiùs obuiantur.

Clemen 6.

Innocen 3.

Indulgentiarum ſuperfluitas ab optimis quibuſcunque Fidelibus plorata.

Andreas de la Vega.

A B

Quibos tamen non obſtantibus, omnes magno ſe feruore ad indulgentias conſequendas pro viribus diſponant, quia diſpoſitis vt deeet profieiunt maximoperè; etſi iuxta diſpoſitioois perſcriptos ſuæ terminos, quos tranſgredi oon licet. Et Pontifiees econtrà de iſtiuſmodi largitate non temerè carpantur; nam ſi iudicis ſententia non poteſt neq; debet iniuſta reputati, dum aliud non probatur, per text. in cap. *Non nos*. diſt. 40. minus poterit Pontificis ſolertia vellicari; præcipuè cum & nobis rationes ſæpe minimæ, apud illum vires magnas propterea ſuperinduant, quia Prineipes Catholici, quibus multùm deferendum, hoc flagitant enixè; & quia paucitas multiplicata, vt eleëmoſyna Crueiatæ, non paruam vrilitatem rei affert Chriſtianæ, & populo Fideli.

Ob largiſſimas indulgentias non Pontifex carpendus, & huius rei quæ ratio.

C D

19. Secunda coniectura ex verbis Matthæi claret, quam Suarez paulò ſupra adduxit in contrarium; Non eteoim ſic aiunt; *Quodcunque dimiſeris, vel remiſeris, vel feceris ſuper terram, erit pariter dimiſſum, remiſſum, & approbatum in meo cæli Regno*; Sed *Quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis.* Magna antem eſt differentia inter ſoluere, & dimittere, remittereve culpas, præſenti rei inſeruiens. Nam ſoluere eſt à nexu qoocunque rem exoluete; econtrà vetò rem dimittere, aut remittere, eſt debitum, vel culpam cum omni pœoa annexa completè condonare: cum remittere ſit illud, quod retro prorſus mittitur; in priſtinúmque locum

Matt. 16. 19.

Ad indulgentias cócedendas quid poſſint claues Petri.

A

omnino retromittitur; & dimittere rem ſit; diuerſis valde modis, & inſuper omnigenis proiicere atque mittere in partes remotiſſimas; huiuſmodi in Grãmatica hęc dictio *Di* præpoſita Latioæ lioguæ ſeruit; vt patet ex his verbis diſſemino, diſpergo, diffugio, atque diffamo, dimano, & multis aliis rei huius claris teſtibus. Congruit autem verbum ſoluere pro culpis & cenſuris, quæ ligant, & ſubinde peroptime ſoluũtur per clauium poreſtatem; at remittere, & dimittere pro pœnis remanentibus; hæ quippe non ſoluuntur cum culpis condonatis, ſed permanent poſt eas, io Confeſſionis Sacramento totaliter ſolutas, & prorſus enodatas; quemadmodum poſt vulnera curata, & medicata, ſuperſunt cicatrices, moltoties indelebiles.

Vt pœnæ peccatorũ cicatricibus ſint ſimiles.

B

D. Tho. 1. 2. q. 87. art. 6. C. Quæ quidem in corporalibus rariſſimè aboleotur, quia Medici & Chirurgi ſunt homines potentia, vel arte, laborantes; at verò in ſpiritualibus non rarò eluuntur, quia medieus eſt Deus immenſæ poteſtatis. Quantumuis propter nimiam duritiē cicatricum ſuapte contumacium, non facilè ſoluantur à medicis Ecleſiæ; cum Eccleſia tamen ſoluat tam culpas, quàm cenſuras, quò homo poſſit mundus intrare io cioitatem, vbi nemini coinquinato pateſcit quiuis aditus; ſed permagna difficultate vel ignis Porgatotij, qui cuncta plùs indomita purificat & tollit, vel igne amoris Dei potentiori naturaliter, quo culparum cicatrices ardenter calefactæ, in totum diſſoluuotur.

D. Tho.

Apoc. 21. 27.

C

Quod optimè reperies depictum in Euangelio, ſi felieis peccatricis conuerſionem contempleris, de qua Diuinus Medicus; *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* En proprietas abſolutè peccata remittendi, eum pœnis ſibi adiunctis; non autem modo tepido ſoluendi tantùm culpas; hoc verò amoris igne diuini hæc operantis, clariſſimè pattatum; *Quoniam dilexit multum.* Sed lentiùs caſum iſtum noſtrorum delictorum ſpeculum & ſpem, vt deeet, contemplemor. Acceſſit illa ad pedes Cæleſtis Confeſſarij, veram & publicam Confeſſionem noxarum ritè faciens; vt ex omnibus quæ edidit indiciis clarè patet; vnde dixit Auguſt. cum multis hoc dijudicans lib. 50. hom. hom. 23. *Acceſsit ad Dominum immunda, vt rediret munda, acceſsit ægra, vt rediret ſana, acceſsit confeſſa (id eſt vera Confeſsionis adducens ſecum partes) vt rediret profeſſa*; hoc eſt, velut tunc enata & nouiter adſcripta in Chriſti famulatum. Tam altè dolens fœmina adhibuit haſce partes, confeſſáque eſt ſordes, vel per voeem lachrymarum, vel per illam quam iſtarum profluuia intercepere, vt ab omnibus abſoluta nõ ſolùm quò ad culpam, ſed etiam quò ad pœnam exinde planè manſerit; hæc enim vis io verbis, *Remittuntur ei peccata multa*. Nam multa res eſt talis, & viſa ſatis rarò; cum tamen à peccatis abſolui ſit commune in viris pœnitentibus: Ergo illa ab omni culpa, cum pœnis adiacentibus, omnino liberata.

Luc. 7. 47.

Magdalenæ quæ confeſſio ad pedes Chriſti facta.

Auguſtinus.

D

Id verò propter quid? Non certè propter

Chriſti abſolutionem, vt talis eſt, vel etiam vt nobis ille à culpis abſoluendi reliquit poteſtatem, qua poſſet ad mulierem ſpecialiter proferre, *Ego te abſoluo à peccatis tuis*; vt dixit ad conuiuas ibidem circunſtantes, *Remittuntur ei peccata multa*; ſed potiùs propter ſui internum amoris ignem, quo animam mundauit, propterque diſpoſitionem, qua ad pleniſſimam indulgentiam ſe ipſam (Chriſto auſpice) eximiè preparauit; hinc additur cauſalis, *Quoniam dilexit multum*. Et ne iſtud ſingulare illi fœminæ dumtaxat, ſed & omnibus ſe bene diſponentibus generale apertè oſcereretur, adiunxit pius Dominus; *Cui autem minus dimittitur, minus diligit*; quo loci Lyræ calamus: *Poteſt dici, quòd in peccato ſunt duo remittenda, nimirum culpa & pœna; culpa autem ex Dei liberalitate remittitur, cum nullum bonum meritorium poſſit eſſe in nobis ſine gratia, quam non habemus ante culpæ remiſſionem; ſed habita gratia & culpa dimiſſa, adhuc remanet pœna remittenda, ad cuius remiſſionem facit bonum opus noſtrum informatum charitate, & de hac remiſſione loquitur Dominus, vnde & ſequitur*; Cui autem minus dimittitur, minus diligit. *Remiſſio autem culpæ aut nulla eſt, aut totalis ſimul; ſed remiſſio pœnæ fit per partes, & non tota ſimul, de communi curſu, licet aliquando fiat tota ſimul propter feruorem pœnitentis & liberalitatem Dei, & hoc fuit in propoſito in hac muliere. Ideo ſequitur*; Remittuntur tibi peccata tua; *non ſolùm quantùm ad culpam, ſed etiam quantùm ad pœnam ex vehementi amore Dei, & horrore peccati præteriti.*

Pœnitentia quantum cunctis ſit peruia & generalis.

Lyra.

Hæc ille; quibus rei præſenti meliora ne fingi quidem poſſent; Quot verba tot myſteria, hæc autem ſic perſpicua, vt aliquo explicatu indigeant nullo modo, præſertim in illis verbis; *Sed habita gratia, & culpa dimiſſa, adhuc remanet pœna remittenda, ad cuius remiſſionem facit bonum opus noſtrum informatum charitate.* Vnde duo ſatis clarent: Primum claues non abſoluere à culpis ortam pœnam, niſi inuenerint diſpoſitionem paratam ex parte noſtra, quæ in materia indulgentiarum, vt verè obtineantur, ſupponi ſemper debet. Secundum, diſpoſitionem prædictam per Dei gratiam acquiſitam & præparatam, pœnarũ remiſſionem in Confeſſione non obtentam ex opere operato, ibidem verè hanc conſequi ex opere operantis; ſi operatio & diſpoſitio in ſua quantitate reſpondeat illi habitæ à S. Magdalena.

In Confeſſione vt nam culparum & pœnæ deleantur.

Perſimile eſt quod Lucas enarrat de muliere, quæ Chriſtum ſola tetigit; *Quis me tetigit?* dixit ille cum actualiter à turmis comprimeretur ipſe Dominus; *Turba te comprimunt, & affligunt, & dicis quis me tetigit?* Illa nanque ſola mulier deuotè & conſentaneè, vt ſalutem compararet, tum Chriſti corpus attigit; quapropter ille addidit: *Tetigit me aliquis? nam & ego noui virtutem de me exiſſe?* Indeuotè verò reliqui, & communi tactu illo, quo tanguntur inaduertanter quæcunque res corporeæ. Quod accidit frequenter in noſtro Sacramento; nam pauci ſunt, vel rari, qui corpus Chriſti ſciant in ferculo tam alto (quamtumuis ipſi approximent, aſſiduo comitatu) communicandi modo excelſo, quo indulgentias Eccleſiaſticas exinde naneiſcantur, attingere complectè, perfectè, & delicatè; id eſt, eo ſublimiſſimo & feruido contactu, quo maculas ſanguifluas, vt in fœmina præfata, oportet emundari. Hunc apicem celſiſſimum & mulier iſta contigit, & alia iam propoſita; & Latro, qui terrena non amans, ſed deſpiciens, & vitæ nolens aliquid, ſed calcans vniuerſa, ad ipſum cæli Regnum feruore tranſuolauit; *Domine, memento mei, dum veneris in regnum tuum.* Tuum planè, non mundanum, à quo tu adipiſcendo per mortem iam egrederis; tuum etiam, non humanum miſeriis refertiſſimum; tuum tandem tam æternum, quàm bonis feliciſſimũ; ad quod morte pertranſita tranſire te non dubito. Et ſic de Regno tali reſponſum tale audiit; *Hodie mecum eris in paradiſo.*

Luc. 8. 45.

N. 46.

Contactu quonam tangi oporteat Chriſti corpus.

Luc. 23. 43.

10. Tertia demum coniectura Eccleſiæ in re eadem conſuetudo vetus eſt, qua pro homine cum plenaria indulgentia decedente, ſeu accepto iubilæo in ipſo illius anno, offerre plures Miſſas de more ſemper habuit; vt pro anima quacunque videmus quoque plures in Altari priuilegiato quotidie celebrari; quod Eccleſia non permitteret ſi certò comperiret, vel ex vſu frequentiori probabile æſtimaret, indulgentias infallibiliter ſortiri effectum ſuum, ex opere operato.

Decedentibus cum Iubilæo, & pleniſſima indulgentia, cur aliæ accommodentur.

Duo tamen arietare videntur hanc ſententiam. Primum quidem ex ea parte quæ indulgentiis ſuffragatur; has nempe vim habere ex opere operato, exinde coniectari; quia Baptiſmus ſibi hauriens virtutem ex Chriſti ſanguine, cum culpis pœnas delet, vt docet D. Tho. 3. p. q. 61. ar. 3. Ergo pariter indulgentia ex eodem Chriſti ſanguine, in Eccleſiæ gazophilacio depoſito deſumpta, hoc ipſum factitabit. Sed diſpar datur ratio. In Baptiſmo nanque Pater eſt filium qui inuitat, & vocat voce propria, vi magna longè prædita; *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos.* Qui veſtit, atque calceat, & annulo decorat, ac vitulo ſaginato opipare alimentat; quo fit, vt veſtis data nõ qualis qualis ſit, ſed illa ſtola prima prioris innocentiæ, in terra quantùm culpæ eſt licitum, innouata; & ideo Chriſti Paſſio ſic agit in Baptiſmo ex opere operato; quia Patris illic opus attenditur, non filij. In indulgentia verò filius eſt Patrem qui requirit, quod ille debet facere ex opere operantis; nimirum, ſe aptando amore & deſiderio ardenti in talem Patrem, & cum filio diſſipatore ſubſtantiæ hæreditariæ, ac pariter corporeæ, in iſtum modum loqui; *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo. Surgam (ſcilicet à culpa) & vadam ad patrem meum, & dicam ei (in Confeſſionis Sacramento.) Pater peccaui in cælum, & coram te; iam non ſum dignus vocari filius tuus: fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis.* Quò Patris eius brachia ſic ruant ſuper illum; quemadmodum ſuper filium vocatum

à regione

Indulgentiæ cur plenariæ præponderet Baptiſmus.

Ioan. 15. 16.

Luc. 15. 22. & 23.

Baptiſmo quantum arrideat filij prodigi parabola.

N. 18. & 19.

à regione longiſſima peccati pet aquam Baptiſmalem quotidie factum ſcimus, & Fidei aſpectu cernimus: *Cum autem adhuc longe eſſet, vidit illum pater ipſius, & miſericordia motus eſt, & accurrens, cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum.* Videlicet amore, & indulgentia, qua cogitari haudquaquam poteſt maior, vt meritis illius æquetur iſte filius; de quorum vtroque poteſt intelligi hęc patabola; cum Pater ſit qui vocar internis deſideriis, & filius qui eiſdem ad Patrem ſuum vadit. Præterea, quòd & filios renatos per Baptiſmum nec culpæ, nec & pœnæ ſtatns condecebat; nam culpa non eſt naſci, quantumuis culpa ſit ex Adæ prole concipi; quæ etiam in natiuitate Baptiſmatis deletur; vt quod mali nacti ſumus concepti per Adamum, hoc boni inueniamus per Chriſtum iam recepti & meliùs generati ad vitam excelſiorem.

N. 10.

Filij prodigi pro indulgentiis quam apta ſit parabola.

Secundum verò ex parte indulgentiis refragante, nimirum, rem videri inutilem, & inanem has ipſas conſectari, & nimiùm procurare, cum iuuent ſolum hominem ex opere operantis; id eſt, ipſius hominis feruore, atque valore; qua via ſemper viſcera Diuina nobis patent. Ergo vacua & infructifera indulgentiarum diſtributio aperta per Pontificem. Sed neutiquam admittenda huiuſmodi ſequela; ſunt etenim indulgētiæ vel ipſimet feruori pro illis neceſſario, mirandum in modum vtiles; idque ſeptem ex rationibus, hucuſque à nobis dicta egregiè cotonantibus, & ita concludentibus.

21. Prima ſanè à reſeratione theſauri Ecclesiaſtici notiſſima Fidelibus; quò enim hic reſeratior, eò omnibus communior, diffuſior, & capacior; nam quidquid patet, facile; vnde facile intt oire pet portam reſeratam, & ex arbore faciliùs per alium iam inclinata colligere eius poma, quàm vtique ex erecta, & procera, ac excelſa. Eccleſia nanque ex Chriſti theſaurum immenſis meritis, ac etiam ex Matris eius, Sanctorúmque cunctotum diuitiis tam omnigenis ſic habet congregatom, vt inde ſolùm erues, quòd valens Chriſtum monduni gutta ſanguinis redimere, profluuio magis voluit, & plagis tam diruptis, vt tandem à planta pedis vſque ad verticem ſui capitis non fuerir in eo ſanitas; quemadmodum in Extrauagan. de de Pœnitent. & remiſſion. docetur elegantet. Quem theſaurum noluit Chriſtus reponere in ſudario, in agro ve abſcōdere, ſed Petro & ſucceſſotibus illius commendate, vt Pontifex Romanus. *Qui eſt fidelis ſeruus & prudens quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tempore; ſeu in tempore tritici menſuram*, hunc ille pro menſura, ptoportione, & capacitate diſpenſet Chriſtianis; idque uon omni tempore, ſed aliquo per eum taxato, & deſtinato; ſic enim viſum Paulo dum tempora à temporibus pro Deo deprecando diſcernir per hęc vetba; *Tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis.* Quando verò tempus hoc vtiliùs deputatum, niſi quando diſpen-

Indulgentiarum vtilitates ſeptenæ enumeratæ.

De Eccleſiæ quæ theſauro ſit veritas habenda.

Matt. 24. 45.
Luc 12. 42.

2. Cor. 6. 2.

A ſatot Myſteriorum Diuinorum hanc gazam cunctis aperit: in cuius iam figurā ſic Moyſi dictum fuit; *Sanctificabiſque annum quinquageſimum, & vocabis remiſſionem cunctis habitatoribus terræ veſtræ: ipſe eſt enim Iubilæus. Reuertetur homo ad poſſeſſionem ſuam, & vnuſquiſque ad familiam ſuam* Cut autem pręter alios ſanctificatus annus ille, niſi quia quædam tempora à temporibus excepta, acceptáque ſunt Deo; quotum dies ſanctificati Fidelibus illucent, & in eis ſit remiſſio in gregem Chriſtianum; ac homo ſic remiſſus ad poſſeſſionem ſuam redit, id eſt, ad paradiſum, in quo fuerat vt poſſeſſor (terreni ſub figura) à Deo conſtitutus.

Leuit. 25. 10.

Indulgentiis & remiſſionibus proficiunt certa tempora.

22. Secunda verò ratio ab applicatione meritorum perutilis dupliciter, & vtrobique cum exceſſu in noſtrā vtilitatem. Non B enim Chriſti merita aperiuntut tantùm nobis, ſed etiam pet eundem, compaſſum noſtræ nimiæ ſpiritualis egeſtatis Pontificem applicantur; vt apperta ea quærantur; & applicata quærant nos, quod maiùs longè eſt; & ſimile rei viſæ in veteri Dei populo; vt quemadmodum Dei arca applicata per Achiam afflixit Philiſtæos, & eos debellauit, ſic tautorum theſaurorum applicata nobis arca ingentes de Dei hoſtibus & Erebi phalangibus victotiam reportemus.

Indulgentiæ nunc Dei arca in populo Fideli.

1. Reg. 14. 18

23. Tertia autem ex inuocatione, placatione, & intereeſſione Pontificis eiuſdem, quamualde ſalutaris; nam ſicut olim Aaron de altari ſumpto igne, arreptóque thuribulo ad mediam multitudinem, quæ morte vaſtabatur, alacriter cucurrens, *Inter mortuos, C atque viuentes homines ſtans pro populo, deprecatus eſt, & ceſſauit plaga.* Sic thuribulo orationis à Pontifice ſublato, & igne de altatī Euchariſtici Myſterij, ſanguinis Chriſti cōparato, intrepidè inter mortuos & viuos conſiſtente; videlicet inter malos, vt ſurgant à peccato, & inter bonos ne labātur in lubricum culparum; ſeu intet viuos adhue, & mottuos patientes in igne Purgatorij, oratione ſua feruida, quæ ditigitur vt incenſum in Altiſſimi conſpectum, mirificè vtrorumque miſeriis itut obuiam.

Num. 16. 46

Indulgentiæ Dei thuribulus, & qualis efficaciæ.

24. Quarta à vatia excitatione deuotionis in Fidelibus, rū temporis ob cauſas multigenas exorta, nilminus peraccommoda, quæ cauſæ ſunt Romaui Pontificis hortamina, vt boni Ducis vox exhortans ad certamen; Indulgentiarum diuulgatio vbique tam deD uotè quàm feruidè propoſita, & doctè proclamata; ac ipſius Iubilæi lætiſſimum cognomen; quod à Iubilo & lætitia huiuſmodi vocatur; quibus homines ad maiorem deuotionem concitantur, & ad pietatis Apoſtolicæ imitationem compelluntur; ac ad iacula feruoris maiora perducuntur; quo illi plùs agentes ex opere opetantis ampliorem ſanè veniam culparum conſequuntut. Sic lituis in agminibos pugnantes efferantur; ſic in populo Dei priſco, ne noua nos ad libitum ſonare videamut, tubis homines in Iubilæis alacritati erigebantur; *Et clanges buccina menſe ſeptimo, decima die menſis, propitiationis tempore, in vniuerſa terra veſtra.* Quia

Iubilæus à iubilando, & quid iubilus ac clāgor tubarum in eo adiuuet.

Leuit. 25. 9.

his rebus exterioribus ad interiora prouocamur.

25. Quinta ab hominum communicatione, confortationéque altrinſeca exinde procedente, & adiuuamine commixto non parum fructuoſa; conflantur enim tunc ex locis remotiſſimis, ac Pontifici ſupremo in annis iubilæi, & in aliis tempeſtatibus, inferiori ſuo modo, vt capiti vniuntur, quo virtus tam multorum vnita multò fortiùs negotia vitæ agit; multa quippe communicatio, & meritorum magni pretij, ex multorum ſocietate in charitate coniunctorum facillimè tunc oritur; illam nanque quam Sanctorum communionem confitemur in ſymbolo Apoſtolico, hanc ipſam in plurimorum iuſtorum charitate veriſſimè conſequimur, de qua ſcribit Paulus; *Communicet autem is, qui catechizatur verbo, ei qui ſe catechizat in omnibus bonis.* Amicorum nanque talia vniuerſa ſunt communia; quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus ipſorum, per Spiritum ſanctum, qui datus illis eſt.

Sanctorum quid communio, præſertim in Iubilæis.

Galat. 6. 6.

Rom. 5. 5.

26. Sexta ab omnium Beatorum & Angelorum interceſſione magnopere æſtimanda, quæ eo temporis rebus omnibus hucuſque elucidatis non modicè excitatur, & nobis inclinatur; quocirca ſic precamur in die illorum feſto; *Omnipotens ſempiterne Deus, qui nos omnium Sanctorum tuorum merita ſub vna tribuiſti celebritate venerari, quæſumus, vt deſideratam nobis tuæ propitiationis abundantiam multiplicatis interceſſoribus largiaris.*

Concurſus meritorum Sanctorum quàm proficuus.

27. Septima tandem ab exultatione ipſorum cæli ciuium viuentibus inſignis. Nam vt meliùs ſe conforment cum Eccleſia militante, indulgentiam velut capiũt ex noſtris indulgentiis, & iubilum non vulgarem ex noſtris iubilæis. *Si enim gaudium erit coram Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente*; Quis erit illis iubilus ex tot millibus peccatorum in iubilæis conuerſorum! certè montes Regni Empyrei huiuſmodi oblectati, & gaudio prouocati, *Dulcedinem ſtillabunt, & colles fluent lac, & mel.*

In iobilæis quantùm iubilēt Beati triomphantes, pro Chriſtianis militantibus.

Luc. 15. 10.

Ioël. 3. 18.

28. En permagnam Indulgentiarum Eccleſiæ vtilitatem; vel iſtæ in Iubilæis communibus ſint datæ, vel in illis indulgentiis cognomine frequenti plenariis vocitatis; quæ à magnis Iubilęis non differunt in ſubſtantia, ſed tantùm in accidentibus, ſeptem vſque nunc prædictis oſtenſis rationibus. Quantumuis verum ſit, non ex opere operato, ſed ex opere operantis has tantùm comparari, vt probant præter dicta Bonifacius Papa VIII. in Extrauag. de *Pœnitent. & remiſſione pecc.* in cuius fine ait; *Vnuſquiſque tamen plus meriti & indulgentiæ efficaciùs conſequetur, qui Baſilicas ipſas ampliùs & deuotiùs frequentauerit.* Ac Domini ſententia de diſpenſatore ſeruo ſuo ſuperiùs memorata, *vt det illis in tempore tritici menſuram*; Vnde patet vel in tempore plus vberi & felici, ac meſſis fertiliſſimæ actualiter in campis Eccleſiæ ventilatæ, & præ manibus cunctorum patenter circumactæ, non debere ſine menſura hoc triticum donari; menſura verò eſt cuiuſque ad ipſum triticum aptatio & deſpoſitio.

Iubilæi ab indulgentia plenaria in quo diſcrimen.

Bonifacius VIII.

Luc. 12. 42.

Ex opere operantis cur valeant indulgentiæ.

Quapropter ad indulgentias quandocunque reſeratas, vt eas aſſequamur, deuotè pręparemur; alacritérque ſemper pro ipſis accingamur. Nam propterea quòd in totum non pœnæ remittuntur, ſed pro meritis ſingulorum, ideo magis debet quiſque eò pluries ad conſequendas eaſdem ſe conferre, vbi meriti plus queat ad veniam conſectari. *Nemo* (etenim vnquam) *nouit poteſtatem iræ Dei, & præ timore eius, iram eius dinumerare.* Illud conſtat à peccato dumtaxat vno, & primo, tam præterita, quàm præſentia, futuráque in mundo manaſſe cuncta mala, quod attonitos nos redderet, ſi fixè & ponderanter hoc ipſum attenderemus. Deinde propter hoc, & alias rationes, Eccleſiam non inaniter ſed ſolerter & prudenter pro quolibet mortali ſeptem annos pœnitentię, vt tradunt Sacri Canones, antiquis iniunxiſſe, vnde durat vſque hodie in Bullis hęcce formula; *Tot de iniunctis pœnitentijs tibi annos relaxamus.* In qua verbum *De iniunctis* pro iniungendis ſumi debet, ſi exactè velut olim nunc eſſent imponendæ; & non potiùs relinquerentur expiandæ atque ſoluendæ ad ignem Purgatorij; vt aduertitur à Soto lib. 4. d. 21. q. 2. art. 1. Tandem autem indubitanter ab omnibus haberi, Purgatorij pœnam ſæuam curriculo decennij nequaquam naturaliter finiri, & terminari; vt neſcio quo ſuaſus ſcripſit idem Soto; ſed in annos, neque paucies longiſſimos differri, vt conſtat ex nouiſſimis Dionyſ. Carthuſ. art. 47. & ex Diſcipulo in promptuario exemplo 83. & 84. qui vſque ad mundi finem durare poſſe aiunt, & in aliquibus realiter affirmant perdurare; nec caret hoc principio, in verbis S. Iob. *Quis mihi det, vt inferno protegas me, & abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus, & conſtituas mihi tempus in quo recorderis mei.* Quare neque defunctorum debemus intermittere vllatenus memoriam, nec longiſſimas indulgentias ſuperfluas reputare, quamtumuis has ampliſſimas, pro anniſque longiſſimis indultas videamus.

Pro indulgentiis conquirendis quæ extent rationes.

Pſal. 89. 11.

Peccati mira grauitas.

Quæ formula in indulgentiis nunc duret ex antiquis.

Soto.

Purgatorij quam durabile incendium ſalutare.

Dionyſ. Carthuſ.

Diſcipulus.

Iob. 14. 13.

29. Quæ omnia lepidiſſimo & notantiſſimo miraculo pro Eccleſię indulgentiarum valore iuſtum erit firmare, & coronare; quod accidit in Italia Religioſo cuidam noſtro Bertholdo nuncupato, de quo Marcus Vlyſſiponenſis 2. p. Chronicorum lib. 1. cap. 30. in Gallicana verſione ſcribit rem tam ſalibus quàm vtilitatibus repletam, pro indulgentiarum veritate, quæ ita ſe ſe habet.

Marcus Vlyſſipon.

Prædicauerat vir iſte feruore conſueto, & omnibus comperto, quodam die quu de more in fine Concionis, indulgentias noſtri Ordinis Concionatores audientibus à Pontificibus conceſſas, diſtribuit circunſtantibus. Quo prouentu ſpirituali non contenta quædam mulier egena temporalibus, & rerum mundi neſcia, à Bertoldo tam argento & numis prorſus vacuo, quàm pleno Dei ſpiritu, ſubſidium ſummis precibus pecuniæ poſtulauit; ille verò qui argento carebat, niſi illo, eloquij noſtri Dei de

Pro valore indulgentiarum miraculum percelebre.

quo

Pſal. 11 7.

quo dicitur in Pſal. *Eloquia Domini eloquia caſta; argentum igne examinatum probatum terræ, purgatum ſeptuplum*; Ex iſtomet eloquio argentum cudit optimum, pro huiuſmodi muliere, & mercatore diſpiciente indulgentiarum vim quamcúnque, eximiè ſalutare; nam eleemoſyna pro illa quam mulier flagitabat, chirographum illi fecit ad dictum mercatorem, vt ſub ſchedula præfata ei daret talem ſummam, qua fœmina indigebat; eo pacto vt ex valore Indulgentiarum in Concione ab ipſo conceſſarum hæc mulier mercatori donaret partem aliquam. Qui vterat indulgentiis infeſtus clarè hoſtis, & aliis ſpiritualibus negotiis non impenſus; inter riſum, & irriſionem obſtupuit ſibi factam, & quaſi iam Diuina adactus poteſtate, à mulieris deuotæ, infirmæque conflictu ſe liberum eaoptabat, & priùs non extitiſſe (vt exiterat) indulgentiarum notiſſimum aduerſarium. At mulier, quæ inſtinctu maiori pulſabatur, inſtabat pro ſolutione peconiæ efflagitatæ; Bertoldi verbis hærens, & petens, vt illius chirographum cum pretio ab ipſa poſtulato altrinſecus in ſtateræ iudicio ap-

Pro indeuotis mercatoribus res valde ponderanda.

A penderetur; nam ſciebat indulgentias in ſchedula contentas æquaturas & exceſſuras pecuniȩ pondus eſſe.

Quo ſacto, & re vtraque ad libram reuocata, metallo ponderoſo præponderauit leuis charta; quam illico Mercator recepit magna fide in ſuæ lucrum animæ, & mulieri pecuniam impertiit liberaliter; ac conctis hoc miraculo materiam confitendi Eccleſiæ poteſtatem, Chriſti ſanguinem æſtimandi, vt cauſam tanti pretij; nec non Deum collaudandi, pro mirabilibus quæ quandoque in bonum noſtrum facit. Alia molta magnæ vis inoenientur à curioſis in Chronicis Minorum, cùm de indulgentiis noſtri Conuentus. S. Mariæ de Portiuncula memoria celebratur. Quis negabit indulgentias vel ad homines excitandos ad B deuotionem, tali eaemplo, & aliis non conducere?

Hæc ſub valido clamore Abelis noſtri ſanguinis, ſeu Chriſti mihi viſum de indulgentiis prolibare; in quibus ſi quid contra Catholicám doctrinam, indictum reputetur.

DE CLAMORE ATQVE VALORE ABELIS Chriſti ſanguinis, ex opere operato, extenſiuè nunc examini & limæ commendato.

Vt Eccleſiæ toti vtile ſit Miſſæ Sacrificium.

30. IN primis valet omnibus, pro quibus applicatur: in hoc enim à Sacramento differre Sacrificium, vt iſtod proſit omnibos, pro quibus immolatur, illud verò accipientibus dumtaaat, dictum ſæpius: etſi pluries propter hominum multigena demerita non ſemper ſentiatur huiuſmodi profectus; de quo videndus Caſtro verbo Miſſa hær. 3. Ergo prodeſt inceſſanter Eccleſiæ vniuerſali; pro ea nanque iugiter ſacrificat Sacerdos, vt expreſsè definitur in Conc. Trident. ſeſſ. 22. cap. 3. vnde ille Sacrum faciens, in primo loco inquit; *In primis quæ tibi offerimus pro Eccleſia tua Sancta Catholica.* Et hoc etiam mediatoris, officium quod Sacerdos eaercet, ea ſe poſtulat; qui ideo ſi Fidelem eacluderet quemcúnque, in grauem culpam caderet, vt tenet D. Thom. 2.2.q.15.art.8. ad. 9. & Nauarrus de Oratione cap. 19. n. 120. Quæ petitio pro Eccleſia includit intra ſe Fideles peccatores; nam pro omnibus aſſeritur; *Et omnium circunſtantium, quorum tibi Fides cognita eſt, & nota deuotio, &c.*

Caſtro.

Conc. Trid.

An Fidelis quiuis poſſit excludi à Miſſæ Sacto in oratione Sacerdotis.

D. Thom. Nauarrus.

Vnde proficit poſt viuos, fidelibus defunctis deteotis in camino peracri Purgatorij; hi nanqoe ſunt Eccleſiæ, & indigent ſuffragiis, quorum medio illis perutile altaris Sacrificium; pro quibus vir Sacrificus ibidem ſic exorat: *Memento etiam Domine famulorum, famularúmque tuarum, qui nos præceſſerunt cum ſigno Fidei, & dormiunt in ſomno pacis.* Quod quidem non eſt nooum, ſed natum cũ Eccleſia, vt patet ex Liturgia Apoſtoli Iacobi; ex Clemente lib. 6. Conſtitu. Apoſtol. cap. 29. ex Tertulli. in ſuo lib. de corona militis; ex Conci. Carthag. 3. cap. C 29. ex Chryſoſto. hom. 69. ad pop. Antioch. vbi aſtruit, hoc fuiſſe edoctum per Apoſtolos; ex Auguſtino lib. 9. cap. 13. Confeſſ. & alibi multoties; cuius vnum refert locum contrarium ſuadentem lib. 1. cap. 8. de origi. ani. Suarez de Euchariſt. diſp. 78. ſect. 2. quem illic ſatis explicat. Hi autem continentur intra limites Eccleſiæ, vt de animabus Purgatorij conſtabit paulò infra cum mente D. Thom.

Sed & ignis Purgatorij eſt vtile animabus.

Iacobus. S Clemens. Tertullian. Concil. Carthag. Chryſoſtomus. Auguſtinus.

At verò ab illa procul & diſſitis hominibus, eſt etiam Miſſæ Sacrum proficuom & ſalutare; iofidelibus videlicet, cum & pro vita Darij Regis Sacrificatum ſit in lege 1. Eſdr. cap. 6. & pro ſalute Heliodori lib. 2. Machab. cap. 3. & pro Spartiatis lib. 1. cap. 12. Qood poſtea pro Ro- D mano Imperatore factitatum Tertullianus ad Scap. cap. 2. teſtis eſt. Et ſimiliter hæreticis etſi tales ipſo iure excommunicatione ſint mulctati, ac proinde ab Eccleſiaſtico commercio ſeparati; pro quibus quoque Miſſa offerri potuiſſet, niſi Eccleſia propter metum & terrorem incutiendum hoc ipſum interdiaiſſet; nam pro ipſis indirectè, ad tollendum nempe ſciſma hæc ipſa celebratur; & pro excommunicatis eodem modo, ſi ſint non declarati, vel declarati; & iam perteſi delicti à ſe commiſſi, qui à vinculo excommunicationis deſiderent abſolui; pro iſtis nanque poteſt offerri Miſſæ Sacrum; vt Henriquez cap. 15. de iſto Sa-

Infidelibus ſimiliter.

1. Eſdr. 6. 10. 2. Machab. 3. 31. 1. Machab. 12. 11. Tertullian.

Et eacommunicatis, ac hæreticis.

Henriquez.

[A] crificio non paucis aſſeuerat; nam orare pro excommunicatis mentaliter non dedecere, hoc nullus auctor negat. Quo vides toti Eccleſiæ & orbi Miſſam vtilem; nec mirum, cum prudenter ſcribat idem Doctor cap. 17. §. 3. *Miſſa prodeſt pro omnibus viuentibus. Cibus enim communi ore in ſtomachum ingeſtus, prodeſt ſingulis membris.*

Ac demum toti orbi, Eccleſiaſtico, & terreno.

31. Et tandem extra confinia tam mundi, quàm Eccleſiæ, per accidens eſt vtile hoc noſtrum Sacrificium Saluatis & damnatis; iſtis quidem ſicut alibi cum Iſidoro & Ferrarienſi Vincentio elucidaui; illis verò dum pro ipſis in gloria iam quietis in actionem gratiarum offertur talis actio; vt inquit cum Theologis Bartho. Chaſſaneus in catalog. glor. mundi p. 12. conſider. 31.

Extra orbem quonammodo ſaluatis & damnatis.

Chaſſaneus

An anima Traiani per Gregorij Sacrificia educta ſit ab inferis, ſcribitur diuersè; [B] nimirum affirmatiuè in S. Damaſceno, cuius tamen non tam dictum, quam ſuppoſitum hoc aſſertum communiùs reputatur. Ergo fabula, liberatam iſtius viri animam; de cuius nihilominus ſaluatione quidã extat Hiſpanicus libellus à P. Alfonſo Chacon ſolerter concinnatus. Sed retunditur non male Hiſpanus ab Hiſpano, & ab Hiſpalenſi quod eſt amplius, ac proinde ab Imperatoris Traiani conterraneo; Petro ſcilicet Mexia, in hiſtoria Imperiali; vbi in vita iſtius Principis ſalutem illius animæ, mendacium contra cælũ, contra infernum, contra Gregorium & etiam contra Imperatorem Traianũ rectè vocat. Contra cælum, quia ad illud tranſlatus nunquam fuit; [C] contra infernum quia carcer à quo non eſt redemptio, natura ſua eſt; contra Gregorium atque Traianom, quia neutri tale accidit; vel iſti egrediendo à loco irremeabili, vel illi à tali ergaſtulo Gentilem & perſecutorem Eccleſiæ liberando. Certè in vita S. Gregorij eius operibus inſerta lib. 2. cap. 44. hoc redditur obſcurius; pro parte nanque aſtruitur, pro partéque negatur: nõ enim pro ſalute Traiani poſtullaſſe ſcribitur Gregorium, ſed ſolùm lachrymatum fuiſſe, & iſtis lachrymis extinxiſſa pœnam ignis; ſine qua ſed in inferno vt antea remanſiſſe; quia ad cælũ ſine Baptiſmo Ioan. 3. n. 5. non patet vlli aditus. At nec iſtud, [D] ſi perpendas, conſtanter affirmatur, ſed ex alia quadam hiſtoria tantũmodo narratur.

An anima Traiani ab inferis educta.

P. Mexia.

Ioan. 3. 5.

32. Extenſiuè verò Miſſa proficua tantùm illis, in quibus diſpoſitio ac termini ſunt habiles, quos ſemper prærequiri in rebus, paulò ſupra perſpicuè demonſtraui. Sunt autem termini habiles, in materia de qua agimus, hæc quatuor requiſita, Capacitas; & ſtatus, diſpoſitio, & indigentia; quæ ita intelligenda. Capacitas eſt primi ſuſceptio Sacramenti, videlicet, Baptiſmi, & characteris Chriſtiani, ſine quo effectuum Miſſæ ex opere operato omnino nemo capax; teſtante D. Thom. 3. p. q. 79. art. 7. ad. 2. & Auguſtin. de origine aui. lib. 1. cap. 9. quare dicitur in Canone; *Memento etiam Domine famulorum, famularúmque tuarum, qui nos præceſſerint cum ſigno Fidei*; Ita nanque dici [A] ſolet communiter Baptiſmus, ſignum Fidei, vel ſigillum per quod à viris reliquis diſcriminantur Chriſtiani. Ergo etiam ſignum proprium effectus Sacrificij; vt illud quod eſt ianua ad alia Sacramenta, ſit etiam ad Sacrificium ex opere operato, nam ex opere operantis, per impetrationem & applicationem eſt vtile vniuerſis. Status eſt, quo homo viator eſt ad gloriam, in quo non ſolùm viui, ſed pariter & mortui detenti in Purgatorio propterea continentur, quia ob pœnas quas patiuntur, à culpis ſuis ortas, ſpectant ad Eccleſiam; vt quæ liberat à culpis abſolutionis miniſterio, ſuccurrat & in pœnis per media ei poſsibilia; in quibus nullum æquatur valori Sacrificij; quapropter ordinatis actualiter ſic dicitur; [B] *Accipe poteſtatem offerendi Sacrificium, pro viuis, & defunctis.* D. Thom. ſup. 4. diſt. 45. q. 2. art. 3. ad. 3. & Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 1. Diſpoſitio nil eſt aliud, quàm gratia conſequuta, qua habita hic effectus ex opere operato, ſiue minùs, ſiue magis Fidelis gratus ſit, vigorem ſuum obtinet, cui ſola culpa nocet. Indigentia, pœna eſt aliqua, quæ ſupereſt à culpa iam priùs condonata, nam pœnæ iunctæ culpæ, vel igne valde exuſtæ, non prodeſt Sacrificium.

Supra. n. 18.

Ad Sacrificij emolumentum ex opere operato, quæ quatuor requirantur.

D. Thom.

Auguſtinus

Baptiſma cur ſigillum vel ſignum Fidei dictum.

D. Thom.

Conc. Trid.

33. His de Miſſæ vtilitate extenſiuè ponderatis, interrogo an hic valor eodemmodo ſumptus, & extenſiuè comprehenſus, ſit prorſus infinitus, ita vt tandem cùm pro multis offertur Sacrificium, ſic ſingulis proficiat, ac prodeſt cùm pro vno litatur ſin- [C] gulariter.

Affirmatiuã ex fundamentis videtur multis vera. Primum, quia ſecus Miſſam audientes tantò eius minorem fructum caperent, quantò plures ei adeſſent, quod tamen eſt abſurdum, & tam Chriſti liberalitati, quàm ſolemnitati in qua Fidelium augetur ſæpe Charitas, & feruor ac deuotio; nec non etiã ſimul meritum, naturaliter contrarium. Secundum, quia quando Sacrificium multi offerunt, nequaquam illius fructus minuitur in ſingulis, nec ratione rei oblatę, nec ratione oblationis, nec perſonæ tam remotè, quam proximè offerentis. Ergo etiam nulla prorſus ratione concurrente ad iſtud Sacrificium, cuius valor hac de cauſa [D] immenſus planè erit acceptus extenſiuè. Tertium autem quia in noui ordinatione Sacerdotis, conſecrationéque Epiſcopi, ſunt multi conſecrantes, qui pariter conficiunt, & omnes parem fructum percipiunt ex altari; vt cunctis notum eſt. Quod itidem dicendum, de caſu quouis ſimili, ſi forſitan contingeret; quocirca immenſum eſſe valorem vnius Miſſæ huiuſmodi intellectum, & augmentabilem infinitè, videtur veriſimile; ac idcirco placuiſſe Doctoribus nonnullis; Caietano in 3. p. q. 79. art. 5. & tom. 2. opuſcu. tract. 3. q. 2. Syluestro verbo Miſſa. 1. q. 9. & Petro Soto de Euchariſtia ſect. 7. cum aliis conſodalibus.

Miſſæ valor extenſiuè an taliter proficuus, vt æqualiter tantùm plurimis hic valeat quãtùm vni.

Conſecrantes multi pariter vt merito ſint pares.

Caietanus.

Syluester.

P. Soto.

Negatiua verò in illo principio radicatur, quòd aliter Sacerdos ſtipendia poſſet

plura

A plura accipere pro vno dumtaxat Sacrificio, vel acceptis iam à pluribus, ſatisfacere illis omnibus eadem oblatione, applicãdo Miſſam ſingulis, ſi pro ſingulis applicita tam vtilis exiſteret, quàm vtique eſt pro vno. Sed omnium menti boc durum, ac inſuper Eccleſiaſticæ coofuetudini contrarium; de qua optimè Villalobos tom. 1. tract. 8. difficul. 16. Quid ergo io controuerſia præſeoti ſentiendum, quę ponderis noo modici videtur per hęc dubia?

Villalobos.

Quid? eſſe non tam magnam, quam potiùs verè minimam; ſi veritatea iam pręiactæ hic etiam repetantur, videlicet, ex parte in ara rei oblatæ infinitum ſemper eſſe valorem Sacrificij; in illo quippe adeſt, *Qui dat omnibus affluenter, & non improperat*; quamobrem ſicut lux diffunditur in omnes, quin ideo minuatur; ſic omnes qui taotummodo interſunt Miſſæ vni, ex parte rei oblatę æqualem ſibi fructum pro deuotiooe ſingulorũ percipere inde poſſe, in dubium nulli vertitur. Ex offerentis verò parte finitam clarè eſſe prædictam oblationem perſpicuè demonſtrati ex iſtis rationibus. Primò, quia vir Sacerdos cæleſte munus applicans virtutis eſt finitæ, & ſæpe valde exiguæ, quæ frigidè operatur. Cum autem tota ratio, & ſubſtantia Sacrificij ſit palam cõſtituta in actione Sacerdotis, hinc etiam ſi hoc munus valoris ſit immenſi, generalitas tam ampla ab actione particulari (vt in ſuperioribus oſtendi cum normis Philoſopbiæ) ſuaptè limitatur. Secundò, quia Miſſa, nec meritoriè, nec ſatisfactoriè, ſed tantùm impetratoriè Fidelibus eſt vtilis; impetratio verò ſit per modum orationis, & oratio fortior eſt pro vno, quam pro pluribus; tam ob illam rationem, quia orator eſt finitus, quàm ob alias quas adducit ſubtilis Doctor noſter quodlib. 20. Concil. Cooſtant. ſeſſ. 8. waldenſis de Sacrament. cap. 105. in ſuo tom. 3. Tertiò, quia vel in Cruce operatio finem habuit, vt ſupra dictum fuit; ergo pariter in Miſſa; quo B plures manifeſtè ab vna non accipiunt, quod pauci ſiue vnus illius fruens pretio. Secus vna Purgatorij extingueret incendium, & rumperet ergaſtulum. Et ſic manet explicatum vt noſtrum Sacrificium, finitum, & infinitum, vtroque modo ſit; videlicet intenſiuè, & extenſiuè pooderatum, ex opere operato. Sed iterum hoc pendamus ex operc operantis.

Iacob. 1. 5.

Stipendia plura ao licita, pro vna tantùm Miſſa.

Supra n. 15.

Scotus. Concil. Conſtant. Vvaldenſis.

Sup. n. 13. & n. 16.

DE CLAMORE ATQVE VALORE EIVSDEM Abelis ſanguinis, intenſiuè penſitato ex opere operantis.

34. EX opere operãtis quid poſſit intenſiuè Abelis Chriſti ſanguis nunc venit explicandum. Et qoidem licet Miſſa ex opere operato æqualis ſit effectus, ſiue à bono, ſiue à malo litetur Sacerdote, ex opere operantis boc aliter contingit. Primum patens eſt ex textu in cap. *Cum ſcriptura*; & in cap. *Significaſti*; & in cap. *Non nocet*; de Conſecr. d. 1. & ex Vincent. Ferrari. de corp. Chriſti ſerm. 1. huiuſmodi ſcribente; *Iniquitas Sacerdotis nihil obeſt Sacramento. Probatur exemplo duorum canalium, aurei videlicet, & lignei, per quæ aqua æqualiter venit in hortum, ad irrigandum eum. Ita in propoſito. Fons vnde procedit aqua totius gratia eſt Chriſtus*; Fons ſapientiæ Verbum Dei in excelſis. *Canalia, per quæ tranſit aqua Conſecrationis, Sacerdotes ſunt. Chriſtus autem in fine faciet ſicut Dominus hor*ti*, qui poſtquam vſus eſt canalibus, canale aureum ponit in theſauro cæli*; Qui mihi miniſtrat me ſequatur; & vbi ego ſum, illic ſit & miniſter meus; *canale verò ligni putridi conicit in ignem, ad comburendum illud; vnde ait D. Paulus*; Probet autem ſe ipſum bomo; *vſque ad verba quæ ſequuntur*; Non diiudicans corpus Domini. Et ex Kempis, atque Buſto, qui miraculis hoc firmant; ille lib. de diſcipulis cap. 8. hic Roſar. 2. p. ſerm. 13. p. 5.

Eccleſ. 1. 5.

Ioan. 12. 26.

1. Cor. 11. 28. Kempis. Buſto.

Secuodum verò claret ex S. Bernardino tom. 4. ſerm. 4. art. 2. cap. 2. de Euchariſtiæ Sacramento, vbi Miſſæ ſuper vim ex opere operato, mirandas vires aſſerit ex opere operantis, quas prodit per hæc verba; *Aduertendum eſt, quod in hac oblatione magis attenditur affectus offerentis, quàm quanti-* C *tas oblationis, quamuis hæc ex ſe infinita ſit; in cuius myſterium Luc. 21. plus obtulit vidua duo minuta offerens, quàm cæteri omnes plus offerentes. Etſi ergo hæc oblatio ex ſui quantitate ſufficiat ad ſatisfaciendum pro omni pœna, eſt tamen ſatisfactoria illis, pro quibus offertur, vel etiam pro offerentibus, ſecundum quantitatem ſuæ deuotionis, ſed frequenter non pro tota debita pœna.* Quæ verba ita ſunt, vt inde iotelligamus, quamualde io Sacrificio ſuper opus operatum excreſcat uperantis, id eſt hominis Sacrifici particularis operatio, quæ ſicut ſopra dis ımus ad o. 16. excedit, atque limitat operatiooem generalem. Nec latuit hæcce veritas vel ipſos fabularum caligine obcæcatos, aut ſaltem præpeditos Gentiles doctiores, è quibus ſic Ouidius D de Triſtibus 2.

S. Bernardinus.

Quãtùm opus operantis excedat operatum in Miſſæ Sacrificio.

Sed tamen vt fuſo taurorum ſanguine centum,
Sic capitur minimo thuris honore Deus.

Ouidius.

Et Epiſtol. 19.

Non boue mactato cæleſtia numina gaudent,
Sed quæ præſtanda eſt, & ſine teſte Fides.

Sine teſte, non ſine opere, vt aſſerunt hæretici iſtius tempeſtatis, tam doctrioa, quàm & vita deteriores ipſis Ethnicis teterrimè offuſcatis. Quod poſtea Fidei Chriſti iam luce irradiatus ſob temporibus Gratiani Auſonius in Parecbaſi huiuſmodi cantauit:

Pateátque, fac Sacrarium
Nullo paratu extrinſecus,
Pia verba, vita innoxia

Auſonius ex Poetis antiquis Chriſtianus.

Rei Diuinæ copia eſt.
Nec thus cremandum poſtulo,
Nec liba cruſti mellei
Poculúmque viui caſpitis
Vanis relinquo altaribus;
Deus precandus eſt, mihi,
Ac Filius ſummi Dei
Maieſtas vniuſmodi,
Sociata Sacro Spiritui;
Et ecce iam vota ordior
Et cogitatio, numinis
Præſentiam ſentit, pauens.
Pauet nequidquam Spes, Fides, &c.

Quantùm verò Miſſa creſcat ex opere operaotis non poteſt certò aſſequi, etſi poſſit coniectari ſupra modum multum eſſe ex tribos ratiooibus. Prima, quia Bernardinus in verbis ſupra datis, hunc valorem ſuper alium infinitum nimis effert. Non quidem quòd finitum excedat infinitum, ſed qnia ſpeciale interſecat & limitat reſpectum generalem. Et etiam quia Miſſa, vt verum Sacrificium, ex hominis Sacrifici dependet actione; quo fit vt Chriſti merita per iſta valde aſcendant, vel etiam valde coucidant; ita vt taodem pretium illud ex opere operato, iam minimum, iam maximum euadat per conſortiũ ex opere operantis. Secunda, quæ non parum coincidit cum prima, quia aliter Sacrificium, cum habet quidquid boni (quantumois hoc ſit minimum) ex parte Sacerdotis, haodquaquam vocaretur ex opere operantis; cum tamen ille ſemper cooperator ſit cum Chriſto, & Chriſti certus valor, vt hominis incertus; Chriſti immeoſos ex ſeſe, vt homiois limitationi immerſus ſuæ propriæ, vndecimo ficut numero vbertim dictũ fuit, niſi hominis hæc ipſa meritoria limitatio ditigeret, ac velut circunſcriberet ſecum ipſa, ac quaſi poſt ſe traheret valorem Chriſti immenſum; ita vt iſta ſumma ſit in ſummis Sacerdotibus, qui ſummi ſunt virtutibus; in infimiſque infima. Quod ex caoſa ſupradicta actionis Sacerdotalis procedere ſit palam. Tertia, quia rem eandem miracula teſtantur; è quibus hæc auſculta.

Rationes propter quas Sacerdotis maius ſit, quàm Chriſti in Miſſa meritum.

De Nicolao Tolentinate ſuffragiorum ſylua refert ſcripta Loſitanè, vna hebdomada Miſſarum pro animabus Purgatorij quammultas eduxiſſe. Et de qoodam Religioſo Dominici inſtituti, quandam animam mancipatam in ignis annos quindecim, Miſſa vnica liberaſſe à facibos illios. De Ioannéque Aloerna alumuo Franciſcano, ita ſemel in re Sacra pro animabus doluiſſe, & teneritudine tam ſumma pro illis obtuliſſe, vt magnam ipſarum vim in ſpecie fauillarum in cælum conſcendentem ad eleuationem Sacræ Hoſtiæ meruerit cooſpicere; de quo auctorem citat Antoninum

Miracula miranda de opere & valore ex Miſſa celebrata à bonis Sacerdotibus.

S. Antoninus.

A 3. p. tt. 24. cap. 8. §. 15. Nec mirum cum & olim ſub veteri teſtamento Sacerdoti ſemper victimæ præſtantior pars obtigerit, vt docet D. Thom. 1. 2. q. 102. art. 3. ad. 8. Quam partem ſi Sacrifici, non omnes, ſed qui optimi, probati & iuſti ſonr, animabus adaptauerint, has plurimùm iuuabunt; vnde Henriquez lib. 9. cap. 17. n. 6. de iſto Sacrificio plus vnam virtuoſi prodeſſe Miſſam ait, quàm plures vitioſi. Et Nauarrus in Manuali cap. 25. n. 79. moratis tantùm viris committi Miſſas monet. Nam praui non ſolummodo non ſuas ſaluant animas, ſed inſuper & alias ob noxas & irreuerentias admiſſas in rem Sacram miſerrimè condemnant.

D. Thom. Henriquez. Nauarrus.

B 35. Hæc de opere operautis in alios collimato, at verò in Sacerdotem eundem deſtinato, demiranda longè dices quæ de B. Fratre noſtro Nicolao Factore; ob facta, réſque geſtas in hello amoris Dei hoc nomine digniſſimo, in eius vitæ calamus Barezij ſic exarat.

Barezius.

B. Nicolaus Factor ohiit anno vitæ noſtræ 1583. qui Euchariſtiæ Sacramentum mira deuotione quoaduixit proſequutus eſt. Contigit illi, neque paucies, vt io Proceſſionibus huius Myſterij io Ecſtaſim raperetur, in medio platearum; & ita per dimidiam, vel integram, vel duas horas interdum permaneret. Sæpiſſime inter celebrandum, vel poſt celebrationem longo tempore extra ſe abſorptus perdurabat. C Singulis annis ſic in feſto Chriſti corporis lætabatur, vt quaſi ebrius præ amore illius videretur; & aliquando coram eo, vel eius Tabernaculo, velut Dauid præſente arca ſaltaret totis viribus. Quadam vice in Cæna Domini poſt eius corpus poſitum in luminum ſepulchro, de more raptus eſt, & tandiu ſine ſenſu, vt illic Sacris veſtibus exutum propter populi moleſtam profluentiam, detulerint in cubiculum; in qoo Sabbathi vſque ad Sancti ſic veſperam durauit. Multoties ex Euchariſtia ei Chriſtus loquebatur. Semel in Paſchæ proceſſione Euchariſtiam deferente turba aoium ſuperuenir, & circumcirca volitauit, de quibus interrogatus, reſpondit eſſe Angelos Regem ſuum comitantes, & lætitiam demouſtrantes externo D famulatu. Aliquotiés in Communiooe ſæcularium ſic abreptos, vt ei nulla vi ex digitis Euchariſtia ſit ablata. Erga quam amore tanto hic Sanctus ferebatur, vt ſolo aſpectu eius quampluries raperetur. Hæc Barezius qui cum aliis recenter memoratis oſtendunt ſatis clarè quantùm ex opere operantis conſcendat Miſſæ valor.

B. Nicolai Factoris miracula Euchariſtica.

DE CLAMORE ATQVE VALORE PRÆDICTI Abelis noſtri, extenſiuè trutinato ex opere operantis.

36. OFFERENTES quatuor ſunt in Miſſæ Sacrificio, nempe Chriſtus, & Eccleſia, Sacerdos atque populus; è quibus Chriſtum claret nil penitus mereri, cum extra viam ille merendi iam ſit poſitus, & Eccleſiam conſimiliter per actionem ſuam ptopriam; quæ cum ſit indeterminata, merendi non eſt capax, ſed meretur per actionem determinatam Sacerdotis ſuperiùs explicatam; ita tamen vt Sacerdoti proueniat primum meritum, Eccleſiæque ſecundum; tam in Fidelibus abſentibus, quàm maximè in præſentibus, de quorum primis dicitur; *Pro quibus tibi offerimus*; videlicet abſentibus, vbicunque à Sacrificio hoc diſſiti offendantur; de ſecundis verò illud quod ibi ſuperadditur; *Vel qui tibi offerunt hoc Sacrificium laudis*; hîc mecum concurrentes, ac ſimul circunſtãtes; & hoc iuxta deuotionem, ac Fidem ſingulorum; *Quorum tibi fides cognita eſt, & nota deuotio.* D. Tho. 3. p. q. 79. ar. 5. & 7. & q. 83. ar. 4. ad 8. Etiam ſi non dubitandum in æquali diſpoſitione maiorem ſemper partem Sacrifico obuenire, vt diximus cum hoc ſancto, & exemplo legis veteris n. 34. Eſt enim valor Miſſæ tripliciter diuiſus, in generalem, ſpecialem, & alium ſpecialiſſimum; è quibus primus eſt pro cunctis in communi; ſecundus pro perſona cui Miſſa deſtinatur; tertius autem pro eadem rem Sacram faciente; quæ vbi partem ſuam, vel ſibi, vel alicui contigerit aptare, excreſcet valde meritum. Quo tamen ille nunquam ex opere operato (vel iſtud cuiquam tribuens) vtcunque ſpoliabitur; hoc enim neque volens ſe poteſt abdicare; vt aſſerit Suarez tom. 3. in 3. p. diſp. 79. ſect. 9. imò creſcet ſibi aliud ex igne Charitatis; cuius fructus nec Gentilium ingenium ſubterfugit, Epigram. 41. ex ſuo lib. 5. dicente Martiali.

In Miſſa qui mereantur, & quorum maius meritum.

D. Tho.

Sacrificij maior pars ſub lege Sacerdotis.

Sacerdos an ſe fructu priuare Miſſæ poſſit.

Suarez

Quas dederis, ſolas ſemper habebis opes.

Illud quæritur, Sacerdote non applicante Sacrificium, vel applicante non indigenti; aut homini incapaci, cui ibit eius fructus? In theſauro Eccleſiaſtico reponi dici ſolet; ſed meliùs dic manere; illud etenim reponitur, quod à loco ſuo exiens, denuo ponitur in eo, & iterum locatur. Sed hic valor ex Eccleſiæ theſauro non exiuit, quia nemini applicatus, nec pro aliquo acceptatus à Deo fuit vnquam, ergo manet, non reponitur in gaza Eccleſiaſtica. Quod æquè ſentiendum de Sacramentis, quæ non ſunt ſortita effectum illum, cui vtique fuere directa & deſtinata; quemadmodum opinatur Suarez loco proximo; qui ſecundam intentionem, ſi prima non tenuerit, ibidem docet fore Sacrificis perutilem; ac fini Sacrificij idoneam & ſalutarem.

De Sacrificij non applicati, vel applicati infructuosè quid fructu ſentiẽdum?

Sacerdoti an ſit conueniens intentio ſecundaria.

Aliæ Sacri Chriſtiani huc attinent quæſita & leuiores quæſtiunculæ. An Miſſa pro futura & incerta intentione; videlicet, pro primo, ſecundo, & quouis alio, quos optimè Deus nouit, me eſſe quæſituros, ad ſtipendium accipiendum, vt Sacrificem pro illis, litari rectè poſſit. An ſtipendium iuſto titulo pro Miſſa accipiatur. An ille qui accepit pro pretio pinguiori, poſſit Miſſas pro minore, ſecondo Sacerdoti ſecurè commendare. An Miſſa vel quotidie, vel in die pluſquàm ſemel à Sacerdote queat vno ac ipſo celebrari. In campóque, vel etiam in Eccleſia violata. Indumentis quibuſcum; & quota diei hora. Quæ omnia cum ſimilibus à nobis omittuntur; tum quia minus aptæ Abelis noſtri ordini; tum quia in quibuſcunque ſummiſtis valde obuiæ; quos inter Villalobos tom. 1. tract. 8. à difficult. 12. accuratè prout ſolet, de dubiis iſtiuſmodi.

De Miſſa quæſtiunculæ minores indicatæ.

Villalobos.

DE CLAMORE QVOTIDIANO ABELIS Chriſti Sanguinis; cur clamétque quotidie, cum pretij ſit immenſi; qui vna poſſet vice quæ vellet impetrare. Quod ex noſtri Sacrificij figuratione primo loco exponitur, nec malè.

37. NON clamauit, ſed notanter per vocem de præſenti, de iuſti Abelis ſanguine Deus Iudex dixit *Clamat.* Ergo iugiter & meliùs Abelis Chriſti ſanguis pro omnibus nunc clamat; vt themate in ſecundo affirmat D. Paulus; qui quidem clamor Chriſti tam ſæpe repetitus, non infirmitatis, ſed pietatis maioris ſignum eſt; ſicut huius Sacrificij figuris demonſtratur. Nam figuras velut vmbras reſolui congruebat, extingui, terminari; Euchariſtiam verò vt illam, quæ veritas eſt ipſa, perpetuò permanere; de quo S. Cyprianus elegantia conſueta ſerm. in Cœna Do. relatus à Pagnino lib. 10. cap. 36. Iſagogæ ſup. Bibli. in iſtum modum loquitur: *Perpes eſt hoc Sacrificium, & ſemper permanens holocauſtum. Nulla panem hunc multitudo conſumit, nulla antiquitate veteraſcit. Vna eſt domus Eccleſiæ, in qua Agnus editur; nullus ei communicat, quem Iſraelitici nominis generoſitas non commendet. Hu-*

Quotidianum qua de cauſa Chriſtianum Sacrificium; quod multis explicatur.

S. Cyprian.

ius panis figura fuit Manna, quod in deſerto pluit; ſic vbi ad verum panem in terra promiſsionis ventum eſt, defecit cibus ille. Per ſingula Sabbatha Propoſitionis iam frigidi & duri mutaci conſueuerant, & calidi panes eiuſdem numeri in menſa proponi. Iam nulla ſit panis mutatio; vnus eſt panis caloris continui, ſtatus integri, qui ſemel oblatus Deo in ſapore dulciſsimo, & candore puriſsimo perſeuerat. Nec ſolos Sacerdotes ad panes huius dignitatis Leuitica prærogatiua admittit; vniuerſa Eccleſia ad has epulas inuitatur, aqua omnibus portio datur, integer erogatur; diſtribuitur, non demembratur; incorporatus non iniuriatur; recipitur, non includitur; cum infirmis habitans non infirmatur; nec pauperum miniſterio indignatur: Fides pura, mens ſyncera hunc habitatorem delectat; neque immenſi Omnipotentis Dei magnitudinem paupercula domus noſtræ anguſtia offendit, vel arctat.

Euchariſtiæ perpetuitas ab eiuſmet figuris peroptimè auſpicata.

E quibus tanti viri eloquiis venuſtiſſimis, præcipuas tres figuras Euchariſtiæ iam impletas, & in veritatem commutatas clariſſimè adducentibus, mirè noſtri Sacrificij perennitas oſtenditur, duratio demonſtratur. Illas nanque permutari, hoc verò perdurare decebat naturaliter; de iſto nanque dicitur; *Ecce ego vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſæculi*; de illis autem ſic; *Omnia in figuris contingebant illis*. Et ideo tanquam vmbræ, figuræque, conueniens, vt illæ præterirent; ſic enim Paulus alibi; *Præterit enim figura huius mundi*. Qui epiſtol. ad Hebr. non ſemel vmbras dixit illorum Sacrificia; quocirca velut vmbræ, quæ fugiunt teſte Iobo; fugerunt tandem ad radios micantis veritatis. Vnde graphicè, & emphaticè de noſtro Sacrificio à mundi rudimentis perbellè figurato ſic clanxit cæli Aquila; *Agnus occiſus ab origine mundi*. Quia occiſa à mundi initio fuerunt animalia, vt per ſanguinem Chriſti ſanguinis effuſio ſignaretur. Nam cum ſanguis animantium creaturam rationalem non poſſet emundare, mundabat in figura. Et ſic poſtea in veritate effuſo Chriſti ſanguine euanuerunt tot figuræ, tot Sacrificia & templum ipſum, quo illa offerebantur; hoc autem totum factum à parte anteriori.

Matt.28.20. 1.Cor.10.11. 1.Cor.7.31. Hebr.10.1. Iob.14.2. Apoc.13.8. Hebr.9.13.

A poſteriori verò inde Chriſtiani Sacrificij probatur durabilitas, & vſque in mundi finem aſſidua perpetuitas. Nam. quia Chriſtus tandiu ante vitam carnis ſuæ occiſus in figura, non minus, imò magis apertè condecebat, vt in vero Sacrificio, poſt vitæ ſuæ terminum perpetuò occideretur, ac veritas tanquam veritas perenniter duraret; vſque ad tempus quo veraciter cum ſummo mundi fine, deficiat Sacrificij neceſſitas aſſidua, & religionis vrgens cauſa. Non enim ſic figuris ſubſeruit perduratio, vt ſeruit veritati; nec enim voluit aliud Auguſtinus edocere de Fide ad Petrum lib. vnico apud Pagninum paulò ſup. cap. 23. *In illis carnalibus victimis figuratio fuit carnis Chriſti, quam pro noſtris peccatis ipſe ſine peccato foret oblaturus, & ſanguinis quem erat effuſurus in remiſsionem peccatorum noſtrorum. In iſto autem Sacrificio gratiarum actio atque commemoratio eſt* A *carnis Chriſti, quam pro nobis obtulit, & ſanguinis quem pro nobis fudit. In illis ergo Sacrificiis, quod pro nobis eſſet donandum figuratè ſignificabatur, in hoc autem Sacrificio, quod nobis iam donatum ſit euidenter oſtenditur. In illis Sacrificiis prænuntiabatur Filius Dei pro impiis occidendus; in hoc autem pro impiis annuntiatur occiſus; vt latè teſtatur Paulus ad Rom. 5.* Quoniam autem Sanctus iſte de Sacrificiis ad Sacrificium collationem concinnauit, hinc eandem veritatem perpetuitatis Chriſtiani Sacrificij contemplemur.

Durabilitas Sacrificio quàm valde noſtro congruat.

Auguſtinus.

Secundo ex comparatione Sacrificiorum vetuſtorum, noſtrum fore neceſſariò quotidianum comprobatur.

B 38. FVerunt quidem omnia antiqua Sacrificia Sacrificij Chriſti ſigna, & tamen in ſe vera. Ergo etiam noſtrum verum, quantumuis ſignum ſit in Cruce iam peracti; niſi fortè quis inſaniat plus eſſe in rem præſentem futurum annuntiare, quam præteritum Sacrificium repræſentare, & renouare. Ita Hoſius 1. p. cap. 41. quod duobus ille Sanctis appoſitè corroborat; videlicet Auguſtino contra Fauſt. Manich. lib. 20. cap. 21. huiuſmodi ſcribente; *Huius Sacrificij caro & ſanguis ante aduentum Chriſti per victimas ſimilitudinum promittebatur; in Paſſione Chriſti per ipſam veritatem reddebatur; poſt Aſcenſionem Chriſti per Sacrificium memoriæ celebratur.* Eſt igitur hoc verum, vt alia, Sacrificium; cum omnia à Chriſti morte virtutem ſuam hauſerint; Et Bernardo ſerm. C 2. feria 5. in Cœna Do. qui hanc vltimam ſententiam confirmat huiuſcemodi; *Chriſtus pro ſalute mundi ſemel factus eſt hoſtia ſalutaris, reconciliatio generalis, omnibus Sacramentis tam præcedentibus quam ſequentibus virtutem dedit, & efficatiam, vt tantæ & tali hoſtia ſanctificarentur omnes liberandi per illam. Vnde legitur occiſus ab origine mundi, per quod non tempus occiſionis determinatur, ſed ſalutis; prius enim mors eius profuit, quàm fuit.* Quamobrem quid mirandum, ſi profuit antequam fuit, ſit hodie poſtquam profuit perfectum Sacrificium; nam ſi actum in ligno Crucis non abſtulit præcedentia, nec auferet hoc ſubſequens, perdurans velut illa durantia per tot ſæcula; quò per verum Sacrificium adoratores veri Dei, adoremus ipſum Deum, vt eſt D apud Ioan. in ſpiritu & veritate; id eſt, in Sacrificio ſpirituali valde ſimili, donec tandem Numen idem adoremus in veritate & ſpiritu abſolutè; abſque aliquo Sacrificio, vel nubilo, ac velamine, quod claudat nobis eius conſpectum feliciſſimum.

Reiteratio Sacrificij altaris quàm conueniens.

Card. Hoſius.

S. Auguſt.

S. Bernard.

Ioan.4.23.

Reclamant hic hæretici repetitionem Crucis aliam, iniuriam Crucis eſſe. Si enim ſatis fuit, ad quid per Miſſam iterum repetitur tam ſæpe? Quibus facilè reſpondetur, cum Apoſtolo, de lege ac Fide argumentando. *Nunquid legem deſtruimus per Fidem? ab ſit, ſed legem ſtatuimus.* Quod nos de Cruce & Miſſa valemus vſurpare. Nunquid Crucem labefactamus per Miſſæ Sacrificium?

Rom 3 31.

imo

Vt Miſſæ Sacrificium nil deroget ex alio in Cruce celebrato.

imo Crucem renouamus, & denuo collocamus, per Sacrificium tanquam verum, illius contentiuum. Nec ideo Cruei iniuriam hæc infert repetitio; aliter enim Sacrificia, quę Crucem pręceſſerunt, eidem probro eſſent, cum Crux tam pręcedentia, quàm ſuccedentia ſecum ipſa Bernardi iuxta mentem, Sanctificata verè fecerit, quapropter ſicut Crux non illa diſſipauit, nec ab illis fuit aliqua iniuria deturpata, ſic meliùs in hoc noſtro.

39. Quod aptiùs declaratur ex alia differentia, quam ponderat. Suarez tom. 3. in 3. p diſp. 74. ſect. 1. Sacrificia nempe eſſe in triplici diſcrimine; Alia nihil remittentia, nec remiſſionem peccatorum pręteritam applicantia, ſed futuram ſub figuris & vmbris promittentia. Aliud, ita perfectiſſimum, vt ex ſui ſufficientia potens fuerit ad peccata quæcunque remittenda. Tertium, nihil ex ſe remittens, ſed remiſſionem per ſecundũ peractam ſolùm applicans. Prima fuerunt Sacrificia naturalia, atque Moſayca. Secundum Crucis tantùm. At Euchariſticum ſupremum; quod quomodo ſecundum Sacrificium Crucis applicet, nunc intrat explicandum. Ac ideo pro explicatu rei huius ſupponendum, inimicum Deo hominem per culpam remanſiſſe, & neceſſariam reconciliationem ei duplicem fuiſſe, vt iterum ad Dei glutinum neceſſitudinis rediret; primam quidem ex parte Dei, ſecundam ex parte hominis, nõ enim poteſt opus ſalutis noſtrę fieri, niſi Dominus nobiſcum, noſque cum illo ſimus. Ex parte ſanè Dei, quia nemo poteſt eius mereri primam gratiam, ſi ille priùs nobis gratioſus non appareat, propitius non exiſtat; quæ propitiatio, & reconciliatio in Cruce facta fuit. *Suſtulit de medio chirographum decreti contrarium nobis, & affixit illud Cruci. Reconciliati ſumus per mortem Filij eius*; quod iterum repetitur ad Coloſſ. 1. n. 20. & 22. ad Epheſ. cap. 2. n. 16. & 2. ad Corint. cap. 5. n. 18. vbi *Myſterium reconciliationis*, appellatur Crux ab illo, qui didicit in cælo, tam ea quæ profatus, quàm arcana quæ non licet hominibus profari. Ex parte verò hominis, quia nullus ad Dei gratiam admittitur inuitus, vel nolens eſſe bonus. Propendenti nanque Deo ſe debet homo impendere, adiungere, admoueri, adminicularíque cum eo. Quis enim nolens portam ingreditur, vel parulam? quiſve fontem redundantem in medio ciuitatis cõtemnens poteſt ipſum, ad ſordes abluendas, vel ad ſitim recreãdam idoneum ſibi facere? Nos decet portam ingredi, & fontem Chriſtum quærere, qui patens fons exiſtit in verbis Zachariæ; *In die illa erit fons patens domus Dauid, & habitantibus Ieruſalem, in ablutionem peccatoris, & menſtruata*; Et fons quinque fiſtularum, vt melius quinque ſenſuum vulneribus ſubueniat, ſufficiat appetitibus. Debet etenim fons talis à nobis vltrò quæri, hauriri, & applicari ægritudinibus omnigenis.

Sacrificia ſunt in triplici, eàque maximè notanda, pro noſtro differentia.

Coloſſ. 2. 14.
Rom. 5. 10
Coloſſ. 1. 22 & 22.
Epheſ. 2. 16.
2 Cor. 5 18.

Fons Chriſtus, & quàm amplus.

Zachar. 13. 1.

Per Miſſam Crucis

Quæ applicatio fit peroptimè per Miſſæ Sacrificium, vt dictum fuit ſupra Enar. 22.

Dei Filij quippe mors ſufficiens ex ſe fuit ad cuncta mundi crimina totaliter mundanda; ſufficiens, ſed non efficax; non enim cuncti ſunt redempti ab illo Domino, qui pretio ſui ſanguinis non omnes ſoſpitauit, ſed tantùm quos elegit abyſſo Sapientiæ Diuinæ inſcrutabili, & dignos ſe per Fidem ac opera adinuenit; vt dixit in Matth. *Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum*; Non ergo oportet ſanguinem tam diuitem refundi, & iterum reſpergi, cum reconciliatio Dei ad homines per illum ſit completa, ſed vt iterum applicetur præſtantia tanti Balſami; quò homo Deo ſibi per ipſũ iam propenſo, per mediũ Sacrificij conueniens coniungatur. Quando enim quis in lege poſt Sacrificium pro peccatis pręteritis peccabat, alio nouo Sacrificio ad maculam abſtergendam, & ſe Deo reconciliandum recenter indigebat. Sed in Eccleſia præter hoc Sacrificium nullum ſupereſt, eo igitur, & non alio, applicari nobis debet ſufficientia Crucis Domini. Præſertim, quòd in illo recenti Sacrificio noua ſanguinis effuſio connexa cum præterita neceſſaria priſcis erat. Ergo Miſſa nihilo ſecius ad applicandum Crucis meritum, quia illic fuit ſanguinis effuſio prorſus vera; hîc autem vera & myſtica, vt infra elucidabitur; & dicitur expreſsè in cap. *Iteratur*, in cap. *Neceſſaria*; in cap. *In Chriſto*, in cap. que *Semel*; de Conſecr. d. 2. in quibus Chriſtum in Miſſa immolari perhibetur; quia myſtica immolatio atque ſanguinis ſeparatio in diſtinctis ſpeciebus ibidem præſentatur. Vnde & Miſſa aliquo modo redemptio nuncupatur: *Pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc Sacrificium laudis; pro ſe, ſuiſque omnibus; pro redemptione animarum ſuarum.* Tum quia ſic mactatio repræſentatur valde propriè, tum quia hoc Sacrificio redimimur nunc vere; non per nouam redemptionem, ſed per nouam applicationem antiquæ iam peractæ; quam infinitas illius non deſtruit, ſed conſtituit, & altiùs ratam facit. Nam ſi Crucis ſufficientia ſufficeret tantummodo, nullius Sacramenti applicatio neceſſaria ad vitam nobis eſſet. Sed ſic eſt quòd nec hæretici hoc opere fatentur, quantumuis ore dicant inſanias in contrarium, imò teſtantur ſe egentes, Baptiſmum dum ſuſcipiunt, & illo emaculantur, ergo etiam non tantummodo egent tali Sacramento ſed vnà & Sacrificio; cum iſta duo cardines Eccleſiæ ſemper fuerint, & Eccleſia abſque Sacrificio perſiſtere non valeat; nec vllum præter iſtud in ea inueniatur.

Chriſti vt fiat applicatio.

Matt. 26. 28.

Immolatio, nec non ſanguinis effuſio quæ in Miſſa.

Canon Miſſæ.

In Miſſa quę redemptio.

Quæ doctrina Dei Oraculis probatur conſentanea: reconciliatos nanque Deo in locis ſupra datis nos nouerat Apoſtolus, & tamen ipſe ait; *Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo.* Et Chriſtus, qui in Cruce pro nobis eſt precatus, ac ſufficienter exauditus pro ſua reuerentia, ad Hebr. 5. ipſe modò nihilominus aduocatus noſter eſt, apud Patrem ſuum iugiter in cælico palatio pro nobis interpellans. Cuius Oratio à

2. Cor. 5 10.
Hebr. 5. 7.
1. Ioan. 2. 1.

tanto Domino Dominica vocata, cum in genere orationis ſit omnium perfectiſſima, non ſemel atque iterum, ſed ſæpiſſimè quotidie à nobis iteratur; ad quod inſuper conſilio Diuino coarctamur, ex parabola trium panum, & aliarum pro aſſiduitate orationis eo in loco à Chriſto coniunctarum. Nec demum reiteratione pretioſorum eduliorum, quæ in menſis lautioribus de more frequentantur, deteriora ſed meliora conuiuia efficiuntur. Quid igitur mirandum, ſi in Domini Conuiuio hoc viuat ſemper ferculum, & iugiter apponatur cum fructu non vulgari illius commenſalibus? Certè Patres exhibendum in Cruce Sacrificium per irrationalia Sacrificia aptabant ſibi quondam; at non meliùs iam exhibitum per rationale & Diuinale hoc nobis applicabitur? Ita ſanè; nec propterea hoc plura Sacrificia, ſed vnum, & prorſus idem, quantumlibet multoties quotidie repetitum; de quo latiùs cum nonnullis grauiſſimis auctoribus in numeris ſequentibus.

Luc. 11. 2.
Luc. 11. 5.

Tertio, ex Chriſti inſtitutione, ad ſuæ Paſſionis memoriam recolendam, hoc etiam confirmatur.

40. INſtitutio ad refricandam, ac ſemper renouendam, & ideo retinendam memoriam Chriſti mortis, ex eius patet ore; *Hoc facite in meam commemorationem. Hæc quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis;* quæ quidem ſi fideliter à nobis perpendatur, neceſſaria proculdubio à quouis iudicabitur. Nam ſi Patribus Sacrificia Deus dedit ab initio, vt Crucis poſt venturi memoriam compararent, & applicatione ſibi vtili tam pridem accommodarent, quantò meliùs nos contingit præteritam iam Hoſtiam Sacrificio eiuſdem Hoſtiæ, non vmbratili ſed vero, & hoc cultu indefectibili, perpetuò memorare; vt donatam veritatem veritate repetamus, ſicut veteres figurantibus colebant figuratam, promiſſam, præſtolatam. Quæ ſanè recordatio quam valde ſit proficua ex rationibus & figuris dignoſcitur hoc modo.

Luc. 22. 19.
1. Cor. 11. 24.

Ex figuris, quia de Agno præſcribitur in Exod. vt quotannis in memoriam liberationis ab Ægypto, & gratam commemorationem collati beneficij, præteriti, & tranſacti, immolaretur à Iudæis. At verò noſtri Agni immolatio in Cruce facta non fuit in memoriã alterius beneficij, ſed ipſum beneficium, & ipſa liberatio, ac hominum redemptio per illam præſignata. Neceſſariúmque vt idem duraret Sacrificium, poſt ipſum Filij Dei in ara Crucis actum; nam ſi figuris Deus figuram quotannis imperauit, & voluit renouari; iuſtum erat, vt quotidie veritatem coli faceret, virere, & permanere per ipſius veritatis oblationem renouatam, ac ſemper frequentatam. Hæc autem Miſſa eſt, cum Sacrificium Sacrificij Redemptoris nullum aliud ſciatur in Eccleſia, de qua Miſſa liceat nobis cum Moyſe ſic pro-

Miſſa ex Chriſti inſtitutione perpetuum Sacrificium figuris cõprobatur.

A fari; *Et cum dixerint vobis filij veſtri, quæ eſt iſta religio? dicetis eis. Victima tranſitus Domini eſt, quando tranſiuit ſuper domos filiorum Iſrael in Ægypto, percutiens Ægyptios, & domos noſtras liberans.* Hic Agnus quippe eſt; hîc veri Iſraëlitæ; de quibus D. Paulus; *Non omnes qui ex Iſrael, ij ſunt Iſraelitæ, neque qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filij: ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen, id eſt, non qui filij carnis, hi filij Dei; ſed qui filij ſunt promiſſionis æſtimantur in ſemine.* Hîc verus & perpetuus Religionis noſtræ cultus; de quo ſi filij veſtri, & poſteri Chriſtiadæ hoc ipſum interrogauerint, *Quæ eſt iſta religio?* Quod corpus atque ſanguis (vt creditis firmiſſimè) ſub panis viníque oblata ſpeciebus, ſic dicite Fideles. Victima tranſitus Domini eſt, quando Filius Dei

Exod. 12. 26.
Rom. 9. 6. & 7.
Ioan. 13. 1.

B tranſiuit ex hoc mundo ad Patrem ſuum, per Crucis Sacrificium; poſtes corporum & animarum noſtrarum tingens ſanguine Diuini ſui corporis, percutiens viros peſſimos Ægypti inferioris, & domos noſtras liberans ab angelo occiſore. Quod munus ſuper captum humanum valde aſcendens, in terra obliuionis ſepultum ne maneret, re alia mentem noſtram excelſiùs ſuperante, pane ſcilicet, & vino, ad illud perennandum & gratitudine iterandum, ſe prius conſecrauit; & corpus ſuum ac ſanguinem propterea in rebus iſtis ſolerter commendauit; *Hoc facite in meam commemorationem. Hæc quotieſcunque feceritis in mei memoriam facietis;* quemadmodum per Hoſium inuenies ponderatum 1. p. ſuorum operum cap. 41.

Memoria quantum agni ſubſeruiat Euchariſtiæ.
Luc. 22. 19.
1. Cor. 11. 24.
Card. Hoſius.

C 41. In alia Deus figura mandauit paulò infra, quod noſtro partim ſcopo directiùs collimatur. *Sume vas vnum, & mitte ibi Man, quantum poteſt capere Gomor, & repone coram Domino ad ſeruandum in generationes veſtras.* In memoriam gratabundam cæleſtis alimenti, quo pauit in deſerto progeniem Iſraeliticam; vt conſtat ex præhabitis quæ clariùs ſic intonant; *Imple Gomor ex eo, & cuſtodiatur in futuras retro generationes, vt nouerint panem, quo alui vos in ſolitudine, quando educti eſtis de terra Ægypti.* Vbi quidem ad æternandam notitiam illius cibi in itinere per annorum ſpatium quadraginta miraculis non paucis Hebræis dilargiti, idem prorſus beneficium, ex illa prima vice, qua pluit, aſſeruatum; & idem mirum ferculum, non aliud eius ſimile (vt erat ille agnus) colle-

Exod. 16. 33.
N. 32.
Memoria priſci Mannæ quãtùm cohæreat Euchariſtiæ

D ctum ſeruabatur, quod puro, vel incluſum in dicto vaſe aureo, nobilitates ſuas priſtinas, & proprietates perantiquas nequaquam perdidiſſe, ſed potiùs retinuiſſe, ac ſemper conſeruaſſe, ita vt tandem ex vaſe modico eductum poſſet poſtea, ſi foret hoc neceſſe, omnes homines ac ſingulos vbertim ſatiare, de illo cum dicatur; *Nec qui plus collegerat, habuit ampliùs, nec qui minus parauerat reperit minus.* Vt panis, qui omnimodus inueniebatur in ſaporibus, & in ſingulis qualitatibus agnoſcebatur ſingularis; atque ſimul tam in toto, quàm in parte non partitus, ſed integer & totus. Vnde meritò non alius diuerſus à priori, nec quotannis ſed quotidie, ac iugi diligentia perpetuò cuſtoditur.

N. 18.

cuſtoditur. Debet nanque quod eſt vnicum tam vnicè ſeruari, quàm illius commemoratio aſsiduè memorari.

O equidem Euchariſtiæ pulcherrima pictura! quæ vnica & perennis memoria Crucis eſt, quotidiana veneratione à nobiſcelebrata; & tanquam Dei referta, eſt omnibus ac ſingulis tam vnicum conuiuiũ, quàm etiam tam genericum, vt in Eccleſiæ Tabernaculis generaliter & ſingulariter pro cunctis Chriſtianis perenniter & ſolerter ac gemma tanti pretij, ſub claue conſeruetur. De qua vnica & omnifaria Eccleſiæ oblatione ſic Haymo à noſtro Caſtro adductus verbo Miſſa. *Quæ ſanè commemoratio vna tantùm eſt, & non multæ, ſicut antiqua Sacrificia. Quomodo vna eſt, & non multa, cum & à multis, & diuerſis in locis, diuerſiſque temporibus offeratur? Quia Diuinitas Verbi Dei, quæ vna tantùm eſt, & omnia replet, & tota vbique eſt, ipſa facit, vt non ſint plura Sacrificia, ſed vnum Sacrificium, licet à multis offeratur, vt ſit vnum corpus Chriſti cum illo quod ſuſcepit in vtero virginali, non multa corpora. Nec nunc quidem aliud maius, aliud minus, aliud hodie, aliud cras offerimus, ſed ſemper id ipſum, æquam magnitudinem habens. Proinde, vnum eſt Sacrificium Chriſti non diuerſa, ſicut illorum erant. Nam ſi aliter eſſet, quoniam in multis locis offeruntur, multi eſſent Chriſti. Vnus ergo Chriſtus vbique eſt; & hic plenus exiſtens; & illic plenus; vnum corpus vbique habens. Et ſicut quod vbique offertur, vnum corpus eſt, non multa corpora, ita etiam vnum Sacrificium, non plura Sacrificia.* Hæc Haymo cui accedit ſententia Philoſophica; *Vbi eſt vnum propter alterum; ibi vnum tantùm eſt.*

Haymo.

In multis locis Chriſtus, vt vnus tantùm ſit, & vnũ Sacrificium.

42. Ex rationibus ſunt multæ, tam opere hoc diſperſæ, quæ veniunt huc facillimè, quàm illa penes Hoſium ſuperiùs allegatum à Petro Abbate Cluniacenſi accuratiſſimè collecta, quæ inutilibus expunctis, & ſuperfluis amandatis in iſtum modum ſonat. *Illud certè non tantummodo ab incredulis opponitur, ſed à Fidelibus exquiritur, cur hoc Miſſæ Sacrificium tam pluries iteretur, cum tamen Chriſtus ſemel oblatus ſuper Crucẽ, ad tollenda mundi crimina ſufficiens verè fuerit? Et maximè cum vtrobique ſit idem Sacrificium; ergo alterum ex duobus, & præcipuè Miſſa iſtud redundans, & neceſſitatem præterfluens iudicandum. Sed neutiquam, cum Chriſtus Dei Sapientia ſecundum Paulum, & qui vt ealis Sapientia errare nunquam valet, hoc facere præceperit in commemorationem ſuæ mortis. Hæc cauſa Sacrifitij; memoria nempe Chriſti. Nouerat optimè Saluator quid fecerat pro homine, ſumendo carnem hominis, nouerat poſtea quæ facturus moriendo propter hominem. Sciebat ſe hoc opere ſaluaturum iri hominem, ſed abſque tanti operis dilectione affectuoſa ſaluandum nullum hominem. Ideo erat tale opus præcipuè commendandum, vt Chriſtus diligeretur, dilectus haberetur, habitus nunquã perderetur. Sed hactenus memoratio nequaquam ſeruaretur memoria percunte, nec fugax ex ſe diu memoria teneretur, ni ſigno comparente. Ne igitur à corde effluere contingeret, quod cordi ſuper omnia hærere congruebat, ſigno tanti Sacrificij, vt fune indiſſolubili colligata nobis manſit præ-*

Petrus Cluniacenſis.

Memoria eius nam Crucis quotidianè neceſſaria.

A *dicta recordatio, & actio gratiarum; quò redemptus grates ſummas pro redemptione ſemper ageret. Quæ memoria ſicut aliæ multarum ſanè rerum, vel etiam Diuinarum, quas fama & ſcriptura incolumes perdurant, ſine alio quouis ſigno deſigi noſtris ſenſibus hauddubiè benè poſſet; ſed quia iuxta Horatium;*

Segnius irritant animos demiſſa per aures
Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.

Horatius.

Et res tam grandis erat, vt ad eam diligendam non ſigniter ſed ſignanter, & inſigniter nos aſſiduè moneri teneremur, neceſſarium & dignum fuit, vt admonitio mortis Chriſti per aures non tantummodo, ſed pariter per oculos adhiberetur multò fortius, & ideo à Chriſto nobis relictum tale ſignum, quod iugiter reiterare præcepit per Apoſtolum: Quotieſcúnque enim mandu-

Quàm firmior ſit impreſſio cuiuſque rei per oculus, quam aliter per aures.

B cabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat. *Quare hoc? & cur tu Paule non dixiſti Incarnationem Domini? Natiuitatem Domini? Circumciſionem Domini? Aſcenſionem Domini? ſed ſolùm mortem Domini? Quare illa quæ glorioſa videntur dimiſiſti, & quod erat ignominioſum eligere voluiſti? Vt oſtenderem in morte Domini ſalutem mundi poſitam; & ita poſitam, vt deberet perpetuò memorari, ac Sacrificio non diuerſo, ſed ipſo, quò adamuſſim rei grates reſponderent, perenniter offerri.*

1. Cor. 11. 26

Hæc igitur eſt mors in Euchariſtia memorata, & incruentè reiterata, in cuius homo affectum tam valde ſic afficitur, vt eius nullo modo tam queat obliuiſci, quam vera Fide credit, & amplectitur non tantùm ardenti voluntate, ſed &
C *manibus contrectat, & ore ſuo ſumit, ac memoria mortis Chriſti, à mortuis libentiſsimè operibus ſe continet. Quoniam autem hoc Sacramentum memoriam Chriſti renouat, Fidem auget, ſpem corroborat, & firmat Charitatem, non ſuperfluum ſed neceſſarium eſt plebi Chriſtianæ. Quod vt melius tu in te, & diſcere à te poſsis, interrogato ipſum, quando magis moucaris: An cum dicitur, Chriſtus olim apparuit inter homines, vel cum audis de præſenti, Cum hominibus verſatur? An cum percipis, in Cruce antiquitus pependit, vel cum dicitur nunc quoque offertur in altari? An, inquam, plus te eius abſentia prædicata, quam præſentia demonſtrata perurget ad amorem? Sed ſcio, quia magis mouetur cor præſentibus, & quantò magis Chriſti comburitur ardore, tantò magis ei ingeritur remiſsio peccatorum, teſtante eodem Domino;* Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.
D *Et Petrus 1. Epiſtol.* Charitas operit multitudinem peccatorum. *Non igitur inutile hoc Sacrum reputandum; quo memoria Redemptoris viuacius excitatur, & feruentius eius amor in nobis radicatur, quò pleniorem peccatorum remiſsionem conſequamur.*

Præſentia Chriſti in ata quàm vtilis Fidelibus oporteat iudicari.

Luc. 7. 47.

1. Petr. 4. 8.

Hucuſque Cluniacenſis, cui accinit Caſſiodori Epiſtol. 26. de Regum liberalitate huiuſmodi ſententia: *Quamuis magnificentia noſtra ſit omnibus vbique gratiſsima, multò tamen acceptiora credimus, quæ noſtri præſentia conferuntur. Quia maiora de conſpectu Principis populi ſumunt quàm de largitate beneficia conſequuntur.* Nec longe à nobis eſt Angelicus Scriptor inquirens p. 3. q. 61. ar. 4. An poſt Chriſti deſiderati impletam veritatem con-

Caſſiodor.

Rex præſens liberalior & ſuis tunc vtilior.

D. Thom.

ueniant Sacramenta, quod ſoluit in hunc modum; *Quamuis veritas praecedentium figurarum per Chriſtum impleta ſit, tamen neceſſaria nobis eſt prateritamemoria beneficiorum Dei.* His verò conculcatis non deſunt incircumciſi in prauis deſideriis, qui agminibus Iſraël præclaris tot Doctotibus, & viris pientiſſimis, non timeant exprobrare. Sed quomodo cognoſcetur Sathanica progenies, ſi ſuper omne quod eſt Deus, non geſtiat exaltari; & ſemper illud agat, vt deſipiens propter carnem, vel volens cuncta ſapere, & nemini acquieſcere, ſpiritu ſuperbiæ, in corde ſuo dicat; *In hoc Sacramento non eſt Deus.* Quos decet enecare lapidibus Diuinis, ne mole gigantea, & viribus ingentibus quibus pollent frequentiſſimè ad opera maligna, vel ſuperbiant ſibi ipſis, vel aliis ſint opprobrio.

Pſal. 13. 1.

Quarto, ex iugi & quotidiana defectione infirmitatis humanæ hoc roboratur.

43. HÆc nobis ita propria, vt de fortioribus dicatur: *Septies in die cadit iuſtus.* Ingis igitur & quotidianus defectus noſter eſt, qui quotidiano medicamine propterea ſummè eget, ac nouo Sacrificio, vt quondam in lege veteri, de cuius more ſupra attigimos nonnihil. Cum autem præter Miſſam in Ecclesia nullum ſit, vt conſtat, Sacrificiom, hoc pro noxis quotidianis quotidie deuouetur. Et etiam quia Paulus ſic dixit ad Hebræos; *Sine ſanguinis effuſione non fit remiſſio.* Quod de veteri non ſolùm, ſed de lege quoqoe noua, cum abſolutè proloquatur, intelligi eſt neceſſe; ergo item ſine Miſſa remiſſio nequit dari; ibi enim ſanguis funditur, dicente Chriſti voce; *Qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.* Non per nouam effuſſionem, ſed per nouam applicationem, & per veram effuſionem ſiue myſticam, ſiue realem, in libamine reali, quod ſanguinis ſit Chriſti, hanc velis ponderare.

Prouerb. 14. 16.
Supra. n 39. ad mediū.
Hebræ. 9. 22
Matt. 16. 28.

Nam quemadmodum in Scriptura, vel cum integer diſtribuitur, & frangi panis dicitur; ſic ſanguis hic effunditur, cum aliis vel diuiditur, vel ſumitur à nobis. Vlteriùs quòd conſumptio inanimati Sacrificij pro ſanguinis effuſione valebat reliquorũ: quapropter ſemper Chriſti in Miſſa ſanguis funditur, vt per eum ſemper fiat remiſſio peccatorũ. Poſſet in lege ſua Chriſtus inſtituere, ſi vellet, cruentum Sacrificium; alicuius nempe agni, & quod iſte ad applicandum tranſactum Crucis fructum quotidie litaretur, quin Crucis hoc iniuria exiſteret vel leuis; vt adnotat Suarez tom. 3. in 3. p. diſp. 74. ſect. 1. Sed meliùs & decentiùs hoc complet Euchariſtia; tum ob illa quæ adducit ſplendor Aquinatum 3. p. q. 74. art. 1. ad. 1. tum propter bona ex Chriſti præſentia venientia; de quibus modò egimus; & 8. Enar. n. 63. tum qoia ſanguis Agni hîc funditur peroptimi, & modo longè optimo, tã Fidei, quàm Fidelibus. Iure igitur quotidie tam ſæpius iterata; non quatenus inualida, & reiterationibus egena, ſed quia nos tantopere infirmi & imperfecti, vt noſtræ indeſinenter infirmitates repetantur; ſicut petimus quotidie Confeſſionis Sacramentum, non quia infirmum ſit, ſed quia nos tam fragiles, vt nobis ſemper eius & ſuppetat neceſſitas, & adſit indigentia.

Vt ſanguinis effuſio in Miſſæ detur Sacro.
Suarez.
D. Thom.
Vt Miſſa ob quotidianos defectus, ſic à nobis quotidie celebretur.

44. Ita alumnus Auguſtini Primaſius Vticeoſis ad Hebræ. 10. *Non ſuæ ſed noſtra infirmitatis cauſa hoc repetitur Sacramentum; & in commemorationem Crucis Chriſti, ſicut ipſe dixit;* Hoc facite in meam commemorationem. Et paucis interiectis: *Quia quotidie peccamus, quotidie egemus mundari; & quia ille non poteſt iam mori, dedit nobis hoc Sacramentum corporis & ſanguinis ſui; vt ſicut paſſio illius redemptio & ablutio fuit totius mundi, ita & iſta oblatio ſit redemptio, atque mundatio omnibus in vera fide illam offerentibus.* Cui ſimilis Emiſſenus ſermone in celeberrimo, qui incipit *Magnitudo cæleſtium beneficiorum*; vel quiſquis fuit auctor illius concionis quæ multis attribuitur; *Vt celebretur per Myſterium quod iugiter offerebatur in pretium; & quia quotidiana, & indefeſſa currebat pro hominum ſalute redemptio, perpetua etiam eſſet Redemptoris oblatio, & perennis illa victima viueret in memoria, & ſemper præſens eſſet in gratia.* Et Catechiſmus Pij V. ſect. 51. cap. 4. *Iſte panis quotidianus in remedium quotidianæ infirmitatis ſumitur; quia ſicut quod innati caloris vi quotidie detrahitur, paulatim additur, & reficitur naturali alimento, ita anima quotidie peccatis deficiens, quotidie etiam reficitur Sacramento iſto.* Ac pariter quicúnque grauiſſimi Doctores; è quibus Auguſtinus & illius ſcrutator Magiſter lib. 4. diſt. 12. liter. F. nec non metricè Hildebertus Cænomanenſis per hos verſus:

Nam quia peccantes medicina ſemper egemus,
Hanc pro peccatis medicinam ſemper habemus.

Vnde Caſtro verbo Miſſa hær. 1. Miſſam vocat perenne Sacrificium, perenniter ac ſi flueret, virtutémque diffunderet, quin iſta minuatur, nec in Crucis impotentiam & contumeliam conuertatur, ſed potiùs in præconium; cum hæc virtus & potentia ab ipſa Cruce fluat. Videatur D. Thom. opuſcu. 58. cap. 1. in ſecunda cauſa.

Primaſius Vticenſis.
Euſebius Emiſſenus.
Catechiſm. Pij V.
Auguſtinus Magiſter.
Hildebert.
Caſtro.
D. Thom.

45. Hinc multi ad Communionem quotidianam nos hortantur, vt quotidie de quotidianis defectibus ſanemur: quorum vnus eſt Magiſter cum aliquibus quos affert in loco nunc producto; cap. *Si quotieſcúnque* de Conſecr. d. 2. & Catechiſ. cap. 4. ſect. 60. quæ teſtimonia cunctis ſunt tantopere notoria, vt vanum illorum ſit eloquia memorare. Quare poterit dubitari vtrum communio quotidiana ſit decens ſæcularibus; de quo P. R. Antonius de Molina in Inſtruct. Sacerdot. tractatum fuſum edidit, & hodie de re ipſa eduntur multa opera in aula Pariſina, plus opera diaboli, qui gaudet controuerſiis, quàm forſitan Dei zelo; cum vni deuotionem deiicere conentur, & alij

Communio quotidiana an laicis conueniens.

alij ſic euehere, vt debeat citò cadere, & calamitatibus ac periculis in ſæculis his perditis, exponi neceſſariò; ſeruato ſemper iure paucorum, qui non ſubſunt communi moderamini, ac normæ reliquorum; & iis priùs demptis, qui ad aram ex ſuo munere accedere quotidie tenentur actualiter; nam cæteris, niſi forſan eximiis in virtutibus, qui quidem rari ſunt, perutile erit verba Leonis Sancti pendere ſerm. 4. in Quadrag. de Paſchalis feſtiuitatis excellentia & reuerentia, in qua Dei Agnus editur, tractantis deuotiſsimè, & eloquentiſſimè prout ſolet loquentis in hunc modum:

S. Leo Pa.

Debebatur quidem tantis Myſterijs ita inceſſabilis deuotio, & continuata reuerentia, vt tales permaneremus in conſpectu Dei, quales nos in ipſo Paſchali feſto dignum eſt inueniri. Sed quia hæc fortitudo paucorum eſt, & dum carnis fragilitate auſterior obſeruantia relaxatur, dumque per varias actiones vita huius ſollicitudo diſtenditur, neceſſe eſt de mundano puluere etiam religioſa corda ſordeſcere, magna Diuinæ inſtitutionis ſalubritate prouiſum eſt, vt ad reparandam mentium puritatem quadragintâ nobis dierum exercitatio mederetur, in quibus aliorum temporum culpas, & pia opera redimerent, & ieiunia caſta decoquerent.

Quinto idem ex duratione Eccleſiæ terminatur.

Matt. 28. 10.

Duraturum in mundi finem probatur Miſſæ Sacrum.

44. DE Eccleſia, duraturam in finem mundi vſque Fidelium nemo ambigit; *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi.* Ergo etiam duraturam Euchariſtiæ Sacrificio, cum aliud nullum habeat, & Religio ſine Sacrificio conſiſtere non valeat; quemadmodum cum Auguſtino multoties indicaui. Hoc eſt igitur quod cum ea aſſiduè perdurabit; de quo dicitur

Daniel 8. 12. & 12. 11.

in Daniele ab Anti-Chriſto prope mundi interitum tollendum, nimirum in ritu publico; quapropter eò vſque patenter permanebit. Nam quantumlibet Porphyrius de Antiocho tantummodo hæc loca interpretetur, hoc ob ſuam impietatē, & odium

Miſſā quomodo Anti-Chriſtus ſub finem mundi tollet.

in Chriſti nomen mendaciò claro fecit; licet enim ſecundariò loquantur de Antiocho, dum ille in ſe figuram expreſsit Anti-Chriſti, primariò de hoc monſtro venturo in finem mundi oportet explanari; vt veritas ipſiſsima Fidelibus expoſuit, Danielis Vaticinium cum Anti-Chriſto, non cum

Matt. 24. 15.

alio Tyranno conferendo; *Cum videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta ſtantem in loco ſacro, qui legit, intelligat.* Quæ collatio reiteratur in lib. Apoc. & 2. ad Theſſal. cap. 2. Vlteriùs quòd in

Apoc. 13. à n. 2. Theſſal. 2. 8.

verbis Apocal. & Matthæi ac ſimul Danielis per triennium cum dimidio tyrannidem Anti-Chriſti futuram aſſeueratur; *in tempus & tempora, & dimidium temporis*; quod quidem non ad Antiochi, ſed ad Anti-

1. Machab. 1. 11. cap. 6. 16.

Chriſti durationem hauddubiè pertinere, exinde clarè patet, quia ille plus durauit, vt conſtat ex Machab. lib. 1. cap. 1. n. 11. & A cap. 6. n. 16. & iſte propter iuſtos tam breui finietur; *Vt niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro, ſed propter electos breuiabuntur dies illi.* Quid clariùs pro Chriſtiani duratione Sacrificij? Ita Hippolitus perantiquus Eccleſiæ Sanctæ Martyr, Hieronymus, & Lyranus hunc Vatem elucidantes; & Auguſtinus de Trinitate lib. 13. cap. 17. ac Epiſtol. 49. q. 3.

Matt. 24. 22.

Altarium quænam veritas in Chriſti ſit Eccleſia, & quæ inde pro Euchariſtiæ Diuino Sacrificio concluſio deducatur.

Augetur hæcce veritas ex altaribus, quorum vſus coæuus eſt Eccleſiæ. Sed ſic eſt, quòd Sacrificiis, pro quibus ſunt erecta, altaria tantùm ſeruiunt, quæ altaria ſemper patula fuerunt in Eccleſia, ergo palam in ea viget Sacrificium Chriſti corporis, cum alio quouis careat. Nec putes de manufactis altaribus me loqui, quæ quidem B vel idolis erigere eſt perfacilè, ſed de altaribus teſtificatis per ipſam veritatē; Matth. 5. cap. *Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, &c.* & 1. ad Corint. cap. 10. *Non poteſtis menſæ Domini eſſe participes, & dæmoniorum*; iuncto eo quod in ipſo contextu iam præceſſerat; *Nonne qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris?* Quæ perpetuitas altarium Eccleſiæ fuit palam per Iſaiam prophetata; *In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti.* Quod enim poſt rem datur euerſam & reprobatā, hoc nunquam reprobabitur, hoc ſemper perdurabit, & fixum permanebit. Atqui iſtud poſt Sacrificia Iudæorum reprobata cap. 1. à n. 11. Gentilibus promittitur, ergo altare & Sacrificium in populo Chriſtiano à Gentibus C collecto perſiſtit inconcuſsè; vt colliges ex ſecuritate verborum præcedentium; *In die illo erit altare Domini in medio terræ Ægypti*; id eſt in medio Gentilitatis ad Fidem iam conuerſæ, ſecurè, tanquam in medio; defixè, tanquam altare poſt altarium legis veteris euerſionem, prophetatum. Quod veritus Caluinus de Sacrificiis ſpiritualibus hoc voluit explanare, ſed perperam, & peruerſè, cum protinus addatur; *Et cognoſcent Ægyptij Dominum in die illa, & colent eum in hoſtiis & muneribus.* Quæ munera futura de corpore Dei Filij, ex verbis adiacentibus non malè coniectatur; præcipuè dum prædicitur; *Benedictio in medio terræ, cui benedixit Dominus exercituum.*

Matth. 5. 24.
1. Cor. 10. 21. & 18.
Iſai 19. 19.
Iſai 1. à n. 11.

De Gentilium conuerſione præclarum Vaticinium.

N. 21.
N. 25.

45. Nec latet hæc doctrina ex noſtro Sacerdotio ſecundum ordinem Melchiſedech D æterno nuncupato; *Tu es Sacerdos in æternum; ſecundum ordinem Melchiſedech.* Nam duratio quæ non poterit hinc colligi, cum termini ſint adeo prolongati, & à Sacerdotio perituro Iudaico ſequeſtrati? Res per alia Vaticinia promiſſa Chriſtianis, de quibus Auguſtinus lib. 17. de Ciuit. D. cap. 5. Cyprianus contra Iudæos lib. 1. cap. 17. Euſebius de præparatione lib. 4. cap. 26. quos Eucherius & Gregorius in Reges ſunt ſequuti.

Pſal. 109. 4.

Ex æternitate Sacerdotij rei Sacræ perpetuitas.

Sed tandem conſummatur Euchariſtiæ durabilitas à Sacrificij quidditate; nā cum iſtud ſit in mundo de lege naturali, vt ſæpe dictum eſt, natura gratia non deſtruitur, ſed conſummatur, & perficitur. At lex

Perpetuitas Sacrificij ex lege naturali.

Chriſti, lex eſt gratiæ antonomaſticè vocata, ergo iſta quanam via delere poſſet vnquam antiquum Sacrificium? delere, nullo modo; augere, & confirmare; hoc aptum & longè verum; vt dicitur ab auctore antiquiſsimo & Sanctiſsimo Pontifi. Clemen. lib. 6. cap. 23. Conſtitut. Apoſtol. qui in Liturgia à ſe compoſita Sacrificium Miſſam vocat, vt fecit & Iacobus, Baſilius, & Chryſoſtomus in aliis à ſe editis. Ergo ſemper duraturum Eccleſiæ Sacrificium.

S. Clemens

A Licet enim ad redemptionē ſufficiens Crucis fuerit, ad Religionem non ſic fuit, quę pro ſuo fulchro poſtulat, vt ſæpius explicaui, continuum Sacrificium; quod qui negant Miſſam eſſē, nil aliud operantur, quàm quod Petrus Cluniacenſis aduerſ. Petrum Bru. ſcribit in hunc modum; *Qui ab Eccleſia Sacrificium tollunt, hoc tentant, vt gens illa, quæ pluribus eſt à Deo cumulata beneficiis, ſit illi minus grata, & minorem honorem ac cultum exhibeat tanto Domino.*

Petrus Cluniacenſis.

AD CLAMOREM IVSTI ABELIS
triformis reclamatio.

Abelis vocis echo & qualis reclamatio.

46. CLAMORI nunc Abelis, vt echo repercuſſa, & rediens ſæpe ſæpius non ſimplex, ſed vel duplex, vel triplex, vel & ſeptuplex, pro anfractibus qui ingeminant mugitus, ſiue gemitus; maiores ſua origine, & voce quæ dat cauſam, vt loca ferant opem clamantibus in agris, ac canit Naſo inclytus;

Ouidius,

Et quoties ego te, toties locus ipſe vocabat
Ipſe locus miſeræ ferre volebat opem.

Vt echo vocem (inquam) reduplicans hoc modo, clamori nunc Abelis reſpondet reclamatio, ſeu clamor in contrarium, qui videtur reſonare præcipue à tribus locis. E quibus primus eſt Apoſtol. ad Hebræ. nimirum à quinto cap. cum aliquibus ſequentibus; quæ aſſonant, & repetunt, vna Crucis oblatione ſanctificationem factam eſſe; & Chriſtum ſemel tantùm hanc ipſam perfeciſſe, ac prorſus conſummaſſe. Ita cap. ibi nono ad. n. 12. *Introiuit ſemel in Sancta redemptione inuenta.* Et n. 25. *Neque introiuit, vt ſemel offerat ſemetipſum; quemadmodū Pontifex intrat in Sancta per ſingulos annos, in ſanguine alieno; alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi: nunc autem ſemel in conſummationem ſæculorum, ad deſtructionem peccati, per hoſtiam ſuam apparuit.* Et cap. 10. n. 14. *Vna enim oblatione conſummauit in æternum ſanctificatos.* Et n. 18. *Vbi autem horum remiſsio, iam non eſt oblatio pro peccato.* Vnde Miſſæ Sacrificium ſuperfluum iudicabitur, cum per aliud Crucis noſtra peracta ſalus fuerit, completa, & conſummata.

Hebræ. 9. 12. & 25.

Cap 10 14. & 18.

Sed vnde talis echo reclamat contra Abelem, inde Abelis clamor iterum reſultat multò clarius, diſtinctiúſque auditur illius vis, & veritas. Nam vltra quæ de Crucis applicatione neceſſaria, non autem de innouatione hucuſque dicta ſunt, (renouari nanque Sacrum omnino non decebat, applicari verò decet ob multa iam expoſita) conſiderari lente debet, Apoſtolum ad Hebræos dirigere hanc Epiſtolā; ad Hebræos, qui increduli efficatiæ Chriſti mortis, & duri nimis erant; vnde oportuit de re iſta grandiloquo ſermone *Introiuit ſemel in Sancta redemptione inuenta*; quammulta proclamare, ad quos tanquā contumaces in Cru-

Sacrificium Chriſtianū quod ex

B cis vim immenſam, non erat cur eis aliud diuerſum proderetur; ſecus enim diligentia tum operis tum olei, cum eis perderetur, in illumque commiſſum tam notum quàm & nocens *Nolite Sanctum canibus*, de quo in Cane tabido, ineptè incurreretur. Quemadmodum econuersò cum idem D. Paulus Fidelibus ſcripſit, tam amplè atque magnificè profatus eſt de pane in ara conſecrato, vt fuerat de Cruce loquutus cum Hebræis. Non poſſum non referre ad vnguem illius verba, turgentia, & maieſtate tam magna promulgata, vt reuerentiam cum terrore, & dilectionem cum tremore legentibus incutiant, quæ ſonant ad Corinthios; *Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Ieſus in qua nocte* C *tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit, & dixit; Accipite & manducate; Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur — Hoc facite — in meam commemorationem. Similiter & calicem, poſtquam cœnauit dicens; Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine — Hoc facite — quotieſcúnque — bibetis in meam commemorationem. — Quotieſcúnque — enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat. Itaque quicúnque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini. Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini.*

Epiſtola ad Hebræos videtur eneruari, robuſtius confirmatur.

1. Cor. 11. à n. 23.

D Quæ ſingula ſingularia occludunt Sacramenta, de veritate Chriſti corporis in iſto Sacramento, deque eius repetitione à Paulo bis præcepta *Hoc facite*; & *Hoc facite*; *Quotieſcúnque*; *Quotieſcúnque*, id eſt, pluries quàm quotidie, ſi pluries dari poſsit. Obganniant nunc hæretici, & inter dentes verba in cunctis ſigna viſcerum, elidant, atque frangant; nam Chriſtus ore Pauli vtrobi ſatis clarus; incredulis erga eum, & vim illius ſanguinis Epiſtol. ad Hebræ. at credentibus ad Corinthios, qui de eius operatione in Cruce nil negantes, hanc extra Crucem dari & iterum inueniri in aræ Sacrificio, vnanimes concedunt.

Quàm diſsimili propoſito ad Corinthios, & ad Hebræos Epiſtolæ ſint factæ.

47. Secundus vero locus & echo iuſti Abelis reclamans in contrarium, eiuſdem Pauli

Secunda reclamatio.

eſt,

Hebr 6.6. Pſal 109 4. eſt, & prius Regis Vatis, de Chriſto ſic dicentium; *Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.* Vnde aliqui Sacerdotem æternum Chriſtum faciunt. Si autem æternus verè Sacerdos, eo ipſo Sacerdos ſingularis, cui alius non ſucceſſit, vt illius Sacerdotij perſiſtat durabilitas. Quod enim æternum eſt, nec vicibus protenditur, nec viciſſitudinibus ligatur, vel dilatatur temporaliter, ſed ſemper fixum manet, in vno ſtatu rato, perennis conſiſtentiæ. Quare Chriſtus ſi Sacerdos æternus ex ſe eſt, in cęlis ſolus eſt Sacerdos legis nouæ, quin miniſterio Sacerdotali indigeat ſuper terram; quod non ſolùm Sacerdotium, ſed etiam & Sacrificium, cui ordinantur Sacerdotes, eodem ferit ictu, & vulnere proſternit. Vnde Eccleſiæ perduelles hoc dubium magnifaciunt; quibus latè, doctéque reſpondent

Bellarmin. Suarez. Bellarminus de Euchar. lib. 5. & Suarez tom. 3. in 3. D. Tho. diſp. 74. ſect. 2. quorum fuſis ſolutionibus pro interim ſuppreſſis, faciliùs & germaniùs fortaſſis reſpondebis; In cęlo Chriſtum Dum. Sacerdotem non exiſtere, vel Sacerdotio perfungentem, quod in eo Sacerdotij egeſtas nulla detur; & quòd ibi pro terrenis fungatur iſto munere, ridiculum ſit ſatis, & ampliùs quàm vel egeat, vel debeat ponderari. Vocari verò

Æternitas Sacerdotij in Chriſto elucidata. hîc non ęternum Sacerdotem, ſed in ęternum, quod eſt aliud diuerſum toto cęlo, & durationem Sacerdotij illius tantùm exprimit, id eſt vſque ad mundi finem, vt ſectione pręcedenti dilucidè monſtrauimus. Imò verbis ſub eiſdem *Secundum ordinem Melchiſedech*, decurſum ſucceſſiuum multorum Sacerdotum in tertis valde promit; nam *Secundum* relationem ad alterum fert ſecum; & *Ordinem* ad quammultos, qui ordinem conſtituunt; & alij, morte media, poſt alios ſuccedentes Hierarchiam Eccleſiaſticam non ſinunt interrumpi; ſed ſeruant illibatam. Vlterius, quòd in Cruce cui hærent

Vbi Chriſtus Melchiſedech extiterit Sacerdos in Cruce, an in Cænaculo? praue æmuli, Chriſtus Ordinis Melchiſedech non extitit Sacerdos, ſed potiùs in Cænaculo; vbi illum ſi aduerſarij agnoſcunt Sacerdotē, cur etiam non cognoſcunt ſucceſſionem quam præcepit per monitum

Luc 22. 19. Euangelicū; *Hoc facite in meam commemorationem.*

1. Cor. 11. 24. Et iterum Apoſtolicum 1. ad Cor. cap. 11. n. 14. *Hoc facite in meam commemorationem.*

Sed & aliter reſpondendo, non inficiabuntur Crucis meriti doloſi æſtimatores, quod nos numero 39. in fine delibauimus; nempe Chriſtum poſt effectum illius vitæ arboris tranſactum & conſummatum, in cælis apud Patrem pro nobis intercedere; ac ideo mortis ſuæ, ſine qua propitiatio Fidelium nulli datur, dicente cæli tuba ad

Rom 3. 25. Rom. 3. *Quem propoſuit Deus propitiationem per Fidem in ſanguine ipſius*; applicare nobis merita in cælico palatio. Ex quo duo pluſquam clarè & facilè educuntur; videlicet, in Cruce applicatum Crucis meritum nullatenus fuiſſe, nî tantùm generaliter; &

Vt Sacerdotiū Chriſti in cælo nequaquā dari poſſit. ſpecialiter ſuper terras hoc meliùs atque aptiùs per interceſſionem Sacerdotalem debere factitari; nam in cælo Sacrificij & Sacerdotij non tantummodo non datur indigentia, ſed potiùs indecentia, at in terra & in Eccleſia quæ Sacrificio ſuſtentatur, quam magna congruentia. Vnde Chriſtus qui in cælis valorem ſuæ Crucis electis ſuis applicat præſentia corporali, cur in terris non applicabit eandem Crucis vim pręſentia ſui corporis ſub Sacramento latitantis?

Ita planè; quo in ſenſu explano D. Paulum; *Vnde & ſaluare in perpetuum poteſt, accedentes per ſemetipſum ad Deum, ſemper viuens ad interpellandum pro nobis.* Hebr. 7 25. Si de Chriſto modo iſto in mundo Sacerdote addamus quod ſubſequitur; *Omnis enim Pontifex ad offerendum munera & hoſtias conſtituitur. Vnde neceſſe eſt, & hunc habere aliquid quod offerat.* Cap 8 n. 3. Vt obtulit per ſe in Cœnæ Sacrificio, & nunc per Sacerdotes; qui poſtquam Chriſtus petiit cæleſtia tabernacula, cœperunt ſui Ordinis officia adminiſtrare, & Aaronicos à templo ac mundo exterminare, qua mente ſuperadditur; *Si ergo eſſet ſuper terram; nec eſſet Sacerdos (nimirum Chriſtianus) cum eſſent qui offerrent ſecundum legem munera, qui exemplari & vmbræ deſeruiunt cæleſtium*; N. 4 & 5. tunc ipſi Sacerdotes vmbratiles Eccleſiæ, dumtaxat ſatis eſſent. Nunc autem quòd iam vmbris ſucceſſit Sol, & veritas melioris teſtamenti, diſparuit ritus vetus, & nouus tantùm manſit, quocirca mox connectit; *Nunc autem melius ſortitus eſt miniſterium, quantò & melioris teſtamenti mediator eſt, quod in melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt.* N. 6. *Nam ſi illud prius culpa vacaſſet; (hoc eſt defectu innato) non vtique ſecundi locus inquireretur.* N. 7. *Vituperans enim eos dixit; Ecce dies venient, dicit Dominus, & conſummabo ſuper domum Iſrael,* Ierem 31 31. N. 8. *& ſuper domum Iuda teſtamentum nouum, non ſecundum teſtamentum quod feci patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem illos de terra Ægypti.* N. 9. Et iterum poſt pauca; *Dicendo autem nouum, veterauit prius. Quod autem antiquatur & ſeneſcit, prope interitum eſt.* Id eſt, tempore Ieremiæ allegati in præcedentibus eloquiis per Apoſtolum; iam verò nunc extinctum & prorſus interemptum; poſtquam nouum teſtamentum tam multis hîc aſſertum Aaronico eſt ſuffectum.

Vnde cum de teſtamento ad teſtamentum ſit collatio, non de cæleſti Sacerdotio profari poteſt Paulus, ſed de terreno, & corporali antiquo contrapoſito, & ipſo meliori, de quo apertè inquit, *Quantò & melioris teſtamenti mediator eſt, quod in melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt.* Quare licet de cæleſtibus admiſceat quæque verba, de ſtatu quo

Vt in cælo Eccleſiaſtico ſit Chriſti Sacerdotium, ibi traditum lucidius vbi Paulus de hac re obſcurius videbatur. nunc viuit Sacerdos noſter ſummus intelliguntur neceſſariò, quin præſentia corporalis qua adeſt in Eccleſia vtcunque deturbetur, ſed potiùs ex his verbis ſummopere euehatur. Nam aiunt Chriſtum melius ſortitum miniſterium, *Nunc autem melius ſortitus eſt miniſterium*, at miniſterium in iſto ſenſu officium eſt Sacerdotij legali ſubſtitutum (de quo verbo, Miniſterium, Enarratione præcedenti) meliori tamen ritu creatum & ordinatum; *Quantò & melioris*

teſtamenti mediator eſt, quod in melioribus repromiſsionibus ſancitum eſt. Neque tales repromiſſiones ad cælum Sacerdotium permittunt transfretari; cum promiſſio ſit de futuris, de gratia nunc habenda, & gloria conſequenda per Chriſti Sacramenta; quod quantùm D. Paulo, & veritati ſit cohærens hoc viderint vel qui etiam ad illam pertrahuntur. Qui pendant præter iſta Diuinam ădiectionem in verbis Apoſtolicis; *Non ſecundum teſtamentum quod feci patribus eorum, in die qua apprehendi manum illorum, vt educerem illos de terra Ægypti.* Nam tunc per mortem agni, & ſanguinis illius aſperſionem ſuper poſtes, quæ quotannis renouabatur, eduxit ſuum populum à regno ſeruitutis; nunc autem à ſeruiture peccati nos eripuit per mortem ſui ipſius, immaculati verè Agni, qui tollit mundi crimina; & ſui ſanguinis aſperſionem, cruentè in Crucis ara, incruentè verò in Cœna, vbi agniculi figura impleta verè fuit, & Agnus manducatus, & teſtamentum conſummatum; vt diximus non paucies, & dicemus ex profeſſo (propitio nobis Deo) Enarratiue de Teſtamento in tomo ſubſequenti; quod Sacrificium nobis Chriſtus quotidie iuſſit facere; iuxta ea quæ ſunt dicta à n. 40. Quid pulchrius? Quid diuinius?

Agni figura in Chriſti cœna, & quomodo adimpleta.

48. Tertius locus ſiue echo Abelis Chriſti vocis reclamat ex Ioanne, vbi noſtrum Sacrificium ab ipſo Filio Dei ſpiritus & veritas perſpicuè nuncupatur; *Venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate.* Vnde eruitur in Eccleſia non futurum Sacrificium, niſi tantùm ſpirituale pro priſcis corporalibus. Erat quippe de Sacrificio ad Sacrificia diſputatio, dum mulier ſic dicebat: *Patres noſtri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis quia Ie-* A *roſolymis eſt locus, vbi adorare oportet*; tum quia in monte illo quem Garizim dicebant, templum fuerat à Samaritanis in oppoſitionem Ieroſolymitani erectum ad Sacrificia, vt teſtis eſt Ioſephus lib. 11. Antiquit. cap. 8. tum quia in Scriptura adorare & Sacrificare viciſſim commutatur, æqualiter accipitur, & ſumitur multoties; *Poſtquam adorauerimus reuertemur ad vos. Venerat adorare in Ieruſalem* Dum verò Chriſtus illi de adoratione meliori reſpondit in hunc modum; *Venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate*; de Sacrificio in veritate, ſed ſpiritualiter oblato, nimirum non carnaliter, nec ſanguine profuſo, quis poterit ambigere fuiſſe proloquutum? Talis autem eſt Euchariſtia, quæ ferè ſpiritualiter ſub accidentibus tantummodo offertur in altari. Sed quare hoc Sacrificium B ſpiritus vocatur, ſi ſpiritus & caro ſunt duæ res oppoſitæ, vt etiam in verbis iſtis à Cyrillo atq; Chryſoſtomo oppoſitæ agnoſcuntur? Quia dicitur expreſsè *in ſpiritu, & veritate*; & ſicut carni ſpiritus opponitur ſuaptè, ſic veritas figuræ, tranſactæ in lege veteri. Itaque quòd in Euchariſtia in veritate Chriſtus eſt, & ſimul in ſpiritu; quæ quomodo conueniant, facillimè comperies; eſt enim verum corpus ſpirituali modo datum. Quapropter ſexto cap. poſt multa carnis veræ donandæ teſtimonia Redemptor verba clauſit; *Spiritus eſt qui viuificat, caro autem non prodeſt quidquam*; videlicet, ſi carnaliter hæc caro intelligatur. *Verba quæ ego loquutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt.* Id eſt, modo ſpirituali ſumenda quò ad eſum, & vitali quò ad corpus, ac vitam in eo datam. Quod ſanè noſtri Abelis clamori non reclamat, ſed potiùs ſuffragatur.

Ternaria reclamatio.

Ioan 4. 23.

Ioſephus

Gen. 22. 5.

Actor 8. 27. Adorare & Sacrificare in textu Sacro idem.

Vt ſpirituale & corporale ſit Chriſti Sacrificium.

Ioan. 6. 63.

DE SENTENTIA IN FRATRICIDAM Abelis fulminata.

49. ABELIS iam clamore à Deo examinato, inſpecto, ponderato, ſententiam in fratricidam diſtrixit huiuſcemodi. *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua. Cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos. Vagus & profugus eris ſuper terram.* Quæ animam, atque corpus, & bona temporalia, præſtringit, punit, percutit; animam quidem, in maledictione; quæ vt res ſpiritualis, ſpiritum concernit, ad animam reflectitur, vnde dicitur à Pſalte de maledictione proditoris; *Et intrauit ſicut aqua in interiora eius; & ſicut oleum in oſsibus eius.* Corpus verò in vagatione inſana & debacchante, quietis veræ neſcia. Et tandem bona eius, in terræ exuſtione; per ignem verbi Dei crematæ in vbertate.

Gen. 4. 11. & 12.

Sententia in Cain lata flagello trino verberans.

Pſal. 108. 18.

Nec malè cum hic malus peccauerit primariò vt improbus Sacerdos indebitè & C præpoſterè Sacrificium ſuum offerens; vnde reliqua illi mala inuidiæ & fratricidij infauſtè prouenerunt. Sacerdos autem malus mortales ſuper omnes delinquit in his tribus. In ſuam nempe animam, ac etiam reliquorum, quas necat mali exempli contagio virulento, quod ſuper Euăng. hom. 17. deplorat ſic Gregorius; *Nullum puto, fratres chariſsimi, maius præiudicium ab aliis, quàm à Sacerdotibus tolerat Deus: quando eos quos ad correctionem aliorum poſuit, dare de ſe exempla prauitatis cernit; quando ipſi peccamus, qui compeſcere peccata debuimus: officium quidem Sacerdotale ſuſcipimus, ſed opus officij non implemus.* In corpus, quia ſuum, & ſimul Chriſti corpus immaniter occidit, dum iſtud non diiudicat communicans indignè, & iudicium ſuo dirum manducat in altari; *Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini.* En vno tantùm vulnere vtrumque corpus mortuum. Et in bona temporalia, quia ille

Peccatum Sacerdotis tripliciter nociuum, & ideo ter punitum.

S. Gregor.

1. Cor. 11. 29.

Sacerdos quantùm prauus ſacrilegus, & latro.

ille vt bonis ſibi conceſſis perfruatur, furatur bona proximi, ac pariter Dei ſui, ſpirituali ſacrilegio. Nam bona Dei ſunt decimæ in eius cultum excerptæ; quaſi vero latrocinio tum temporis ablatæ, cùm ab iniquo Sacerdote iniuſtè excipiuntur, & prauè vendicantur; quo ſpelunca fit latronum Dei domus ſacratiſſima, vt dicitur à Chriſto Matth. 21. Et ideo iuſtè in tribus prædictis Cain plectitur.

Matt. 21. 13.

50. De primo interrogabis, cur fuerit hic nequam vt dæmon maledictos; hi nanque duo ſolùm maledictione ſunt mulctati, Cainus in hoc loco, diabolus in illo; *Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ*. Adam quippe maledictus à Deo nunquam extitit, ſed terra propter eum, *Maledicta terra in opere tuo*. At quare Adami filius punitur tantò grauius, vt fulmine maledictionis diuinæ feriatur? In promptu rei eſt ratio, tremenda valde nobis incuriis (ne quid dicam vlteriùs) Sacerdotibus. Cum ille nanque ex ara prodierit peccator, in aram peccans vit illios, miniſtrator, eſt dæmon in malitia, dæmonibúſque peior. O vtinam mendacium hoc foret, quod Chryſoſtomus hom. 83. ſic plorat in Matthæum; *Dicam horribile quoddam, atque tremendum; non eſt ita malum in Eccleſia Dei dæmoniacos eſſe, ſicut Sacerdotes, qui peccatorum ſordibus inquinantur; hoc enim peſſimum eſt, ſicut Paulus ait; Chriſtum conculcare, & ſanguinem eius pollutum ducere, & ſpiritus gratiæ contumeliam facere. Multo igitur dæmoniaco peior eſt, qui peccati ſibi conſcius accedit.* Sed hoc enucleemus.

Gen 3. 14. — N. 7. — Cur dæmon & Cain, non Ada maledictus. — Chryſoſt. Sacerdotes vt ſint dæmones, & dæmonibus peiores.

Dæmon ſanè cùm peccauit, quia Angelus irradiatus fulgore ſummo erat, peccauit ex malitia, ac certa rei ſcientia; & Sacerdos ex ignorantia peccare nunquam creditur; quia *Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt*. Ac ideo ſupra pectus rationale deferebat, & inſcripta in tali lamina doctrinam & veritatem, quę ad intra in eius corde morari exiſtimantur. Hinc ſcientiam diſcernendi inter ſanctum atque prophanum habebant in Leuit. Et ad Titum ſunt potentes ad bonos exhortandos in doctrina ſana, ac ad malos contradicentes ſeuerè coarguendos, & exagitandos, ſi oportuerit, aculeo ſapientiæ. Ob quæ nunquam vir Sacerdos ignoranter, ſed ſcienter peccare reputatur; ita vt tandem ſuper Leuit. ſcripſerit Origenes, Sacrificium nullum dari ſub ritibus Moſaycis pro peccato Sacerdotis ex ignorantia perpetrato; etſi lentiùs conſideratum non mihi verum ſit; contrarium nanque patet cap. 4. n. 3. expoſito à Lyrano. At ſufficit hæc veritas & eius opinatio, vt tanquam malus dæmon Sacerdos puniatur. Eſt quippe dæmon ſapiens, qui ſcientiam ſine conſcientiæ proficua bonitate tantummodo in ſe habet; & Sacerdos qui hanc ipſam habuerit huiuſmodi, vt dæmon flagellabitur; nam qui Angelus eſt bonus in tradenda puritate tam Fidei, quàm & morum, hac conuenit dimiſſa, vt tanquam

Malach. 2. 7. — Exod. 28. 30 — Leuit 10. 10. — Sacerdotis quæ ſcientia, & vtrum poſſit hic peccare ex ignorantia; vel Sacrificium pro huiuſmodi peccato quondam fuerit.

A malus Angelus ſupplicia ſortiatur. Cain Sacerdos prauus, & malus ſimul angelus, ſcienter dixit *Neſcio; Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego?* Et ita vt malus angelus feralem vocem audiit; *Maledictus ſuper terram.*

51. De ſecundo rectè Deus ſic eum comminatus; *Cum operatus fueris terram, non dabit tibi fructus ſuos.* Quia operatio atque lucratio, ſeu operatio lucratiua non licet Sacerdotibus, ſed potiùs eſt inhibita, & naturaliter ſacrilega; nec non terra pro eiſdem ditandis maledicta; non enim debet ſua non viris ſuis dare. Sæcularium nanque hominum ſunt ſęculi prouentus; terrenorum terræ fructus; Miniſtrorum verò Dei Diuinæ tantùm decimæ; hæ autem vt expendantur in cultum ipſius Dei, obſequium, & famulatum; (B) non eis quippe dantur, de quibus ſemper certum; *Non dabit tibi fructus ſuos*; id eſt, non tibi dabit, ſed Deo à quo redundant in famulos illius, & templi ſui ſeruos, qui debent quidquid habent eidem Deo reddere, vt ad mare vnde flumina bonorum iſtorum exeunt, directè reuertantur; quò meliùs multò refluant, & dum fluunt hocce modo, à Deo in Deum ipſum, Deus ſemper collaudetur, egenus ſuccurratur, & plebs cui Sacerdotes in ſpectaculũ ſunt dati, odore boni exempli eximio recreentur. Quemadmodum econtrario ſi aliud factum videant, querelis cęlum rumpunt, & tanquam vox Abelis vindictam in cęlum clamant. Abeles nanque ſunt quicunque viri pauperes, lugentes, & à terra ſurgentes vt vapores; (C) hoc enim ſonat Abel, tum luctus, tum vapor. Ad inſtar enim tales vaporum nihil ſunt, ſed tamen tanquam halitus à terra euaporati in grandines vertuntur, in fulmina concreſcunt, quæ decidentia ſuper terram comburunt, ſcindunt, necant. Qua vi vel cęli Dominus compulſus quaſi dixit; *Quid feciſti? Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra*; nimirum vox Abelis iunioris fratris tui, & in cunctis rebus aliis corporeis te minoris. Nam multùm in Deum pollent querelæ puſillorum, clamores oppreſſorum; quos optimè Deus audit, & ſoluit, atque aſpicit à Cęli celſitudine, vt liberet quos mundus ad pœnas multas damnat, & malis multis nectit; *Dominus de cælo in terram aſpexit, vt audiret gemitus compeditorum, vt ſolueret filios interemptorum.* Sanguineam vocem habent (D) minorum querimoniæ, pręſertim cum formantur de pauperum extorſionibus, vel ſolutionibus denegatis à viris ſæcularibus, aut de eleëmoſynis non conceſſis ab Eccleſiaſticis diuitibus, qui gregem excoriantes relinquunt oues nudas iniuriis temporalibus, & membra Chriſti expoſita ſæuitiæ multiformi; vel boni nil agentes ex bonis congregatis, vel ſępius plura mala; quæ ſaccharo atque ſerico, aluntur & teguntur, venuſta carneis oculis ſed fœda mentis lumini, & animæ conſpectui. Qui ideo ſunt bonorum iniuſti poſſeſſores, & praui ad praua multa agenda retentores.

Gen. 4. 12. — Vt decimæ Sacerdotibus pro pauperibus ſint datæ, & aliis piis rebus. — Eccleſ. 2. 7. — Vt pauperes ſint Abeles rumpentes cælum queſtibus, cum quæſtus illis debiti Eccleſiæ denegantur. — Pſal. 101. 21. — Sanguinei quãdo pauperum clamores, plus exiſtant & fores cæli quatiant.

Hinc ait ius Canonicum in cap. *Qui iuxta.* 16. q. 1. *Quia iuxta ſanctorum Patrum tradi-*

tionem, nouimus res Eccleſiæ, vota Fidelium, eſſe pretia peccatorum, patrimonia pauperum. Ec etiam caput *Quoniam* 61. q. 1. *Quidquid habent Clerici pauperum eſt, & domus illorum omnibus debent eſſe communes; ſuſceptioni peregrinorum, & hoſpitum inuigilare debent; (quos vtinam vigilantia & violentia non expellant) maximè curandum eſt illis, vt de decimis & oblationibus, cœnobiis, & xenodochiis, ſiue hoſpitalibus qualem potuerint ſuſtentationem impendant.*

Cur pauperum vox ſanguinis, & ſimul ſanguis pauperum ſint bona Eccleſiaſtica.

Quapropter non mirandum ſi pauperum querelæ ſint ſanguinis clamores, cum prouentus Eccleſiaſtici illorũ ſanguis ſint, tam à principio vnde conflantur cum ſanguine & ſudore multorum miſerorum, quàm à fine in quem oportet inopibus diſtribui, reſtitui, & redonari. Quo tamen ſecus facto, non ſolùm voces pauperum de terra in cælum clamant, ſed ſimul & iuſtitiæ, quæ abuſibus iniuſtis oppreſſa & flagellata, proclamat cum Bernardo, dum inquit ad Fulconem:

S. Bernard.

Quidquid præter neceſſarium victum ac ſimplicem veſtitum de altario retines, tuum non eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt. Conceditur tibi, ſi bene deſeruis, vt de altario viuas, non autem vt de altario luxurieris, de altario ſuperbias; vt inde compares tibi frena aurea; ſellas depictas; calcaria deargentata; variam ſupellectilem ornatu purpureo diuerſificatam, ſed vt habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti ſimus.

Eccleſiaſticorum ſuperfluitas pinrata per Bernardum

52. Nec plures vel plerique hoc tantùm viri pij ac docti lamentantur, ſed etiam & omnis torrens Eccleſiæ vniuerſalis œcumenicè congregata in cætu Tridentino ſeſſ. 25. cap. 1. de reformatione latè agens; vbi quartum Carthaginenſ. Concil. pro ſe afferens, ſic ait inter reliqua; *Epiſcopus vilem ſupellectilem, & menſam ac victum pauperem habeat & dignitatis ſua auctoritatem Fidei & vitæ meritis quærat.* Id eſt, meritis, non pecuniis, virtutibus, non faſtibus, & laudibus pacificis, non lituis bellicoſis; vel citharis ſonantibus laſciuiam non virilem, & luxum non decentem prudentes tantùm viros, nedum dicatos Deo, & ipſi conſecratos.

Conc. Trid.

Epiſcoporum qualis congrua & licita ſupellex.

O verba perquam ſancta ſi praxi redderentur! ô ſanctiſſima concilia ſi illorum hocmet conſilium à multis caperetur! quod latè expendit Bañes 2.2. q.32. art.6. & D. Tho. ibi q.85. art.7. & quodlib. 6. at.12. vel ſi etiam Hiſpaniarum Primatis Luſitani; Dominici inſtituti fulgoris his temporibus, Archiepiſcopi Bracharenſis Bartholomæi illic præſentis ſententia & iuſtus dolor non adhuc videretur; qui cum iſta de reformatione materia inciperetur, & de reuerendiſſimis perſonis nil prorſus ageretur, rei obſtitit, & dixit inuicto ac ſancto animo; *Reuerendiſſimi & ſublimiſſimi Antiſtetes Eccleſiæ, reuerendiſſima & ſublimiſſima reformatione ſimul egent*; quò ſynodi præſentis auctoritate non contenti Carthaginenſem extumularunt collecti Patres illi, vt decreti tam præcipui vigorem confirmarent. Sed heu! quod Sanctiones huiuſmodi frequenter vt plurimùm in memoria à multis retinentur, ſed ad actum voluntatis & pietatis Chriſtianæ difficilè extenduntur; niſi in

Bañes.
D. Tho.

F. Bartholomæi à Martyribus de faſtu Prælatorum ſententia tam ſanctiſſima quàm nimiùm ponderanda.

A ſui atque ſuorum vtilitates corporales, & ſuperfluitates temporales; de quibus, id eſt, ſanguine Prælatis adhærentibus, dicebat quidam vir ex meis conterraneis tam ſerius, quam diſertus, literaliter intelligi Pſalmiſtæ poſtulatum; *Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ*; id eſt de conſanguineis, affinibúſque meis, vt ſaluus eſſe poſſim; *Et exultabit lingua mea iuſtitiam tuam*; vt liber ab iniuſtis clamoribus illorum iuſtitiam tuam laudem, & iubilo inceſſanti exultem in laude tua. Quibus fratribus carnalibus ad illos conclamantibus, ſpiritualis fratris proximi non ceſſat clamor alius concutiens cæli valuas, & plagas inde duras in multos ſecum trahens. *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.*

De Eccleſiaſticorum conſanguineis affatum celeberrimum; Pſal 50. 5.

Gen 4 10.

B 53. De tertio valde quadrat Iniquo Sacerdoti per orbem diuagatio, & fuga metu plena, *Vagus & profugus eris ſuper terram.* Nam vagatio quæ deterior, quam praui Sacerdotis, non quidem in ſuo corpore & locis corporalibus mutatis, tolerata; ſunt etenim infelices hi ſæpe feliciſſimi, & in ſæculo abundantes deliciis omnifariis; ſed in anima atque corde, quod tanquam mare feruens non poteſt eis quieſcere; qui ſanè neque ſunt in cælo, nec in cœno, quiete qua exoptant, & pace illa iucunda, qua vellent in tranquillo peccati portu eſſe; ac diu conquieſcere. Ita vt tandem nec corporibus inſideant velut coruus, nec ad arcam velut columba contingat reuolare; ſed in lubricis ac vanis aëriè volitantes, in nulla re mundana defigant

Gen. 4. 12.

Pſal 72. 12.

Iſai 57. 20.

Gen. 5. 7. & 9

C pedem tremulum; imò nemine perſequente diffugiant inceſſanter, & internis ſeditionibus ac animi tumultibus ſeipſos perſequantur, & ſibi facti graues intrinſeca grauedine in orcum demergantur. Quibus certè nimis æqua Caini debacchatio, qui primus quò ad domus corporeè fabricatas fundauit ciuitatem, ſed quò ad mæſtum cor, quietudinis alicuius non nouit vnquam faciem; nam vbi à facie Dei lætitiæ cunctæ area receſſit iſte nequam & princeps iniquorum, quid boni habere poſſet? quidve mali ſiue aculei nõ iugiter ſentire? vt, quantumlibet inſenſatus, præſenſit quando dixit; *Ecce eiicis me hodie à facie terræ & à facie tua abſcondar, & ero vagus, & profugus in terra. Omnis igitur qui inuenerit me, occidet me.*

Prouer. 28. 1

Gen 4 17. Ciuitatem quis in mũdo fundarit primus omnium.

Gen. 4. 14.

D En timoris intra ipſum fluctuantis coniectura vel mira comprobatio.

54. Quæ Caini diuagatio allegoricè Iudaico colludit fuſo populo, dum propter mortem Chriſti inſontis fratris ſui, omnis terra quæ habitatur aperuit ſuum os, in eius occiſores, & de manibus Iudæorum excepit Chriſti ſanguinem, clamantẽ aduerſus eos, non quidem occiſionem, quantumuis tam promeritam, ſed per orbem vniuerſalem diſperſionem valde vtilẽ, tam illis ſi perpenderint iſtius pœnæ cauſam, quam aliis ſi attenderint tã magnæ cauſæ vim, & vim clamoris Chriſti, qui faciliùs hocce modo, ſuauiúſque ſpargitur cum celebri memoria, per omnes mundi plagas. In quo iſti vagatione Caini nimis ſuperant; ille quippe ciuitatem

Iudæorum diuagatio per orbem iam in illa Caini figurata.

ciuitatem quietam ſibi habuit, hi verò nullam in terra, nec ſymbolum quietis, niſi ad libitum dumtaxat cunctarũ nationum. Inter quas re mercatoria cum diuites ſint plurimùm, nil agunt his diuitiis, nec ſcimus quid ſit actum de maiorum iſtius gentis pecuniis numeroſis; vt appareat vel fortunas illorum fluctuari, & fixas nunquam eſſe. Vnde optimè Nazianzenus Orat. 1. de pace, de eis ſic proloquitur: *Quinam libri Iudæorum calamitatem capient? Vna vtique illius calamitatis columna totus terrarum orbis eſt.* Sed meliùs & diffuſiùs Rupertus ſic pro nobis lib. 3. cap. 6. in Commentar. ſuper Gen. *Porro quod vagus & profugus ſit ſuper terram, manifeſtum eſt, impleto quod de illo populo Chriſtus loquens dixit*; Et cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes. *Quod quidem ſuper terram ob Chriſtum factum cernimus, cuius ſanguis, vt hoc fieret, in Pſalmo flagitabat.* Deus oſtendit mihi ſuper inimicos meos; Ne occidas eos, ne quando obliuiſcantur populi mei. *Sed quid?* Diſperge illos (*ait*) in virtute tua. *Igitur, vt hoc ipſum proficeret ad augendam memoriam, vel notitiam eius in populis, vagum & profugum hunc populum Chriſtus eſſe voluit; quia, videlicet, & eorum ſparſa captiuitas, & captiua cum eis eorum Scriptura perhibent teſtimonium, quòd hic frater ipſorum, quem occiderunt, iuſtus erat; & nihil eorum quæ prædicamus, Fides Chriſtiana confinxit.* Viden quomodo de terra, exclamet Chriſti ſanguis, & occiſorem ſuum faciat per omnem terram vagum? ac quomodo ſit vtilis diſperſio Iudæorum?

Iudæorum calamitatis columna totus orbis.

Gregorius Nazianz.

Rupertus.

Luc. 21. 24.

De Caini reſponſione, & deſperatione, fratricidio non parum grauiori.

55. DEbuerat hic ſanguinis humani primus fuſor de Deo ſibi irato ad Deum ſibi facilem & mitem prouocare; non finalem ſed mutabilem, ſi ipſe mutaretur; nec peremptoriam ſed monitoriam, & vt plurimùm comminatoriam ad faciendam pœnitentiam ſententiam illius æſtimans; iniquus nanque iudex, vt aduertit Catharinus aliuſmodi Deus eſſet, ſi abſolutũ damnationis decretum viatori alicui promulgaret; tunc enim is teneretur de venia deſperare, nec ideo deſperando peccato ſubderetur. Quare homini de rebus Diuinis non ignaro, nullatenus ex crimine commiſſo contra Deum, ſed ex ſua impietate proceſſit deſperatio. Vnde opuſcu. 7. cap. 23. ſic Petrus Damianus; *Non eſt peccatorum de Deo deſperare, ſed impiorum hominum; nec magnitudo criminum in deſperationem inducit, ſed impietas.* Deus illum comminatus, vt ipſe ſe reciperet in frugem meliorem; at verò fruſtra monitus, qui cum eſſet ferè canis in nominis vocabulo, nocentior fuit canibus, ac etiam cunctis feris in rabie venenata: fuit enim fratris inuidus; de inuidóque ait Baſilius apud P. F. Ioan. de la Haye Gen. 4. n. 6. *Canes cum aluntur manſueſcunt; leones blanditiis curantur; inuidi autem comitate*

Catharinus

Cain quatenus viator qua forma maledictus.

P. Damian.

Ferarum maior inuidus.

S. Baſilius.

A *atque obſequiis vehementiùs efferuntur.*

Confeſſus ille eſt iniquitatis ſuæ onus, & nimiam grauitatem; *Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear*; qui priùs homicidium germani denegauerat; plus debito rem euehens, & ita culpam extollens, vt ea Dei præcordia tetigerit, & ruperit: qui etenim deſperat, Diuina ſcindit viſcera, miſericordia tam inſignia, vt inſigniter Zacharias de Deo enuntiauerit *Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto.* Nec mirum, cum extorta confeſſio talis fuerit, præpoſtera, & violenta non autem voluntaria, de qua P. Damianus in ſer. Sancti Andreæ ſcribit longè verè, nõ Confeſſionem, ſed confuſionem exiſtere dumtaxat; cum ex illa confuſionem pleniſſimam B reportet, & maiorem quàm ſi peccata humilitate fateretur (nam humilitas attenuat, humiliat & proſternit peccata exceliora) remiſſionem verò neutiquam; & ideo deſperationi Confeſſio copulata, quæ vera ſi exiſteret, fuiſſet iuncta veniæ, ſpei, ac charitati. In quo ille non tantummodo Dei viſcera dirupit, ſed etiam Filium Dei in carne poſt venturum iam inde crucifixit; quia vbi nos habemus in litera vulgata *Quia non crediderunt in Deo, nec ſperauerunt in ſalutari eius*; id eſt, in Ieſu Chriſto, qui mundi eſt ſalutare; *Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum*; aliqui vertunt *Limitauerunt*, & alij crucifixerunt, vt ait Genebrardus. Crux magna quippe Deo, eſt Deum limitare, & amplam illius veniam ac miſericordiam perquam- C latam confixis quaſi clauis in Cruce conclauare.

Gen. 4. 13.

Luc. 1. 78.

Caini quæ Confeſſio, & qualis nõ Confeſſio confuſio verè maneat

De Deo deſperare vt ipſum ſit necare, & verè crucifigere.

Pſal. 77. 22.

Luc. 2. 30.

Vt poſtea fecit Iudas qui culpam ſuam faſſus *Peccaui tradens ſanguinem iuſtum*, peccatum valde auxit; quare dicitur de eo in cantu Regis Vatis, *Et oratio eius fiat in peccatum*: propalans culpam ſuam, & veniam nullam conſequens; ſed inſuper & ſeipſum in arbore ſuſpendens; & Chriſtum in hoc ſuſpendio atrociùs crucifigens, quàm in Cruce tot doloribus opprobrijſque repleta; vt aſſerit Hieronymus ad dicta verba Pſaltis, ſcribens in hunc modum: *Pœnitentia Iudæ peior peccatum factum eſt. Iuit nanque, & ſuſpendio ipſo ſe peremit, & qui proditor Domini factus eſt, hic interemptor ſui extitit. Pro clementia Domini hæc dico, quia magis offendit Dominum, quia ſe ſuſpendit, quàm quod Dominum* D *prodidit. Oportebat orationem eius eſſe in pœnitentiam, & verſa eſt in peccatum.* Sed quare maior culpa iſtius deſperatio, quàm Domini traditio ad mortem tam abiectam, quàm ſimul truculentam? Non ne malum quò maiori nos priuat bono maius? Nec non maior Chriſti traditi Diuina planè vita, quàm maligna & felle plena iniqui traditoris? Cur ergo plus deliquit in eo quod ſe laqueo, quàm in eo quod patibulo tam diro Chriſtum tradidit? Ex verbis Sancti huius ſolutio illorum patet; nam pro Domini clementia hoc ille aſſeuerauit; *Pro clementia Domini hoc dico, &c.* Eſt autem iſtius Domini clementia tam inſignis, vt plus ille in deſperatione cuiuſque peccatoris quàm in ſuæ

Matt. 27. 4.

Pſal. 108. 7.

S. Hieronymus.

Confeſſio qualis Iudæ, & qualiter deſperando offẽdent plus Deũ, quàm ipſum met tradendo.

Deſperatio cur in Deũ ſit durior morte ipſa, quo amor & miſericordia illius valde rutilat.

Crucis propriæ ſupplicio crucietur. Ratio autem poteſt eſſe, vel noſtri miſeratio: plus enim miſericordem compaſſio torquet miſeri, quàm ipſum miſerum paſſio ſui; vt ſcite & ſatis piè Guerricus dixit Abbas, de Patre loquens bono in filium malè prodigum. Vel quia Chriſti Paſſiu vtrobi ponderata hic grauior longè eſt; nam in Cruce clauis tantùm in corpore arctabatur, & dirè mactabatur, at in hominis deſperatione in Diuinitatis attributis, & pelago pietatis immenſo menſuratur, finitur, coarctatur, & eiuſdem Dei infinitas adducitur ad nihil, & impotentiæ atqua malitiæ proterue mancipatur; ac inſuper necatur; quod ægriùs ille ſuſtinet quàm mortis ſuæ Crucis acerbos cruciatus.

Gen. 4. 14.

Caini à Deo fuga, vt fuga, & nulla fuga extiterit realiter.

56. Non igitur à Deo, ſed à nequitia ſua ſolùm damnatus iſte nequam; *Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar; & ero vagus & profugus in terra. Omnis igitur qui inuenerit me occidet me.* In quibus verbis durum à facie Dei exilium, & homicidium ſuum proprium futurum pertimeſcit, & multis atque magnis deplorat rationibus. Exilium quia poſſet proferre eũ Pſalmiſta: *Quò ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiam*? nimirum, nuſquam gentium, vt ibi ſuperaddit; *Si aſcendero in cælum, tu illic es;* per ſplendorem glorioſum; qui quidem ſicut Sol in antris feras claudit;

Pſal. 138. à n. 7.

Pſal. 103. 23.

Ortus eſt Sol, & congregati ſunt; & in cubilibus ſuis collocabuntur; ſic iſte prauos quoſque incarcerat & verberat, reuerberatione nempe gloriæ eiſdem denegatæ. *Si deſcendero in infernum, ades*; per dolorem & exercitium iuſtitiæ, quæ vel citra peccati pœnam æquam, diuexat maximopere, & redigit in eſſe, cui ſanè melius eſſet, vt Iudæ Chriſtus dixit, ſi vtique non eſſet. *Si ſumpſero pœnas meas diluculo, & habitauero in extremis maris*: ideſt, ſi poſſem priùs, quàm veniat diei lux volare ad maris fines, & ibi me abſcondere, nec ibi te laterem.

Matt. 26. 24

Vt nemo à Deo fugere quocúnquè ſanè poſſit, deſcriptum elegantiſſimè.

Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua; niſi enim tu deduxeris, quis duci benè poterit? & niſi tu tenueris, teneri quis valebit? ſeruari? & contineri? *Et dixi; forſitan tenebræ conculcabunt me*; quaſi dicat; nunquid tenebræ me poterunt occultare? non certe; ſicque nectit: *Et nox illuminatio mea in deliciis meis*; hoc eſt, mihi claret nox in meis ſpurcitiis, & deliciis impudicis; ne iſtas vnquam celem; *Quia tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur: ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius.* Deo enim nox eſt clara, & tenebræ neqnaquã ſunt illi tenebroſæ, ſed potiùs luminoſæ, vt Solis cum exceſſu micantes ſplendores.

Exilium à Deo quale.

Quò fit, vt cum Deus ſecum adimpleat cuncta loca, ab eo quiſquis fugit, in nullum prorſus fugiat, in nihil, ad quod tendit; & quod peius cunctis eſt, in omne, ad quod contendit cunctorum tormentorum. O longè à Deo noſtro exilium metuendum! quamobtem bene hoc vel improbus plorabat.

Homicidium verò cauſa tam vera, iuſta, & acri, vt licet tunc in mundo non eſſent A vlli homines, qui ipſi vel parentes, vel fratres non exiſterent, non vanè cunctos homines putabat homicidas qui erat homicida, vnuſquiſque nanque alios diiudicat vt eſt, & ſecundum ſuos motus coniectat alienos. Præterea, quòd & feras, & ſummè cõſanguineos timere rectè poterat, qui ſuper feras fuerat in fratrem ſuum ſæuus, & in ſuum proprium ſanguinem ac carnem dirus carnifex; Ambroſius de Cain lib. 2. cap. 9. *Potuit incurſus beſtiarum timere, qui legis Diuinæ iura violauerat, nec præſumere de ſubiectis animalibus cæteris, qui hominem docuerat occidi. Potuit parentes homicidas timere, qui docuerat parricidium poſſe committi; potuerunt enim parentes de filio diſcere, quod didicerunt poſteri de parente.*

Cain cur homicidiũ timuerit, conſanguineis acriſſimis vallatus.

B 57. Cuius criminis immanitas ei fuit cauſa & anſa ad malè deſperandum; ſed cauſa vana & mendax, ſi cum veritate miſericordiæ Diuinæ comparetur; præſertim, cum in Eua ei matre plus amanda, quam aliæ quæque matres (quia mater & maternitatis principium vniuerſalis ac vitæ humanæ fons, & porta lucis primùm per modum progignendi aperta humanis oculis huic viro malo erat) Mariæ matris Dei habuerit effigiem clariſſimam in eloquiis, quæ illa filiis ſuis non paucies recitauerit *Ipſa conteret caput ſuum*, Quapropter iam Mariæ ſpebus ali poſſet, memoria præmuniri, optatis ſuſtentari, affectibus apprehendi, obſequiis demulciri, ac tutò conſeruari; vt illius, quæ ſerpentis malitiam contriuit, aſtutiam C demoliuit, venenum diſſipauit; peccati vires fregit, & veniam mundo intulit, iudiciúmque Dei iudicis clementia temperauit; cum ſolium ſit Dei iudicis, vnde eius mitiores ſententiæ in nos deueniunt; quemadmodum conſiderauit Vſſuna in Miſſus eſt 1. p. cap. 83. in iſtum modum loquens; *Grauatur aliquis ab homine, ad principem appellat, & à Principibus ad Deum. At ſi à Deo grauatur quis, ad Virginem ſolã patet refugium, quam ſe Dominus ſuperiorem habiturum prouidebat, cum frequenter in Prophetis iudicium cum hominibus habere deſiderabat, vel homines cum Deo; Hier. cap. 2.* Et ego iudicio contendam tecum. *Et Iobi. 23.* Quis mihi tribuat, vt videam, & inueniam eum, & perueniam vſ- D que ad ſolium eius, & tunc ponam coram eo iudicium. *Viſus & inuentus eſt Deus, quando homo factus eſt. Solium eius B. Virgo extitit, in ea ſedit Saluator Ieſus. Ab hac ſede ſecurè poterit expectari nobis iudicium: lex enim clementia ſedenti ſuper hanc ſedem, quia clementia firmatur thronus iſte. De hac Salomon in Prouerb.* Aufer iram de vultu Regis, & firmabitur clementia thronus eius; *Et etiam illius pater*; Reſpice in me & miſerere mei, ſecundum iudicium diligentium nomen tuum. *Nam quis Deum ſic dilexit, vt B. Virgo? Ergo ſecundum huius Virginis piiſſimum iudicium iudicare nos Deus vult; ſicut & nomen Saluatoris habere ab illa voluit*; Vocabis nomen eius Ieſum.

Gen. 3. 15.

Cain Mariæ infeſtus, ac ideo condemnatus.

Vſſuna.

Maria thronus gratiæ, & ſoliũ Dei clementiæ.

Hiere. 2. 35.

Iob. 23. 3. & 4

Prouerb. 20. 28.

Prouerb. 25. 4.

Pſal. 118. 132.

A Maria Ieſu nomen. Luc. 1. 31.

Hæc ille; qui noſtratem Seraphicum Doctorem videtur imitatus; hic nanque octa-

uo

uo cap. in Virginis ſpeculo huiuſmodi profatur; *Ideo & eu es miſericordioſiſſima cum ipſo, vt de te dici poſſit illud Iſai. cap. 16* (Iſai. 16. 5.) Præparabitur in miſericordia ſolium eius. *Solium Diuinæ miſericordiæ eſt Maria, mater Miſericordiæ, in qua omnes inueniunt ſolatium miſericordiæ. Nam ſicut miſericordioſiſſimum Dominum, ita & miſericordioſiſſimam Dominam habemus.* A *Dominus noſter multa miſericordiæ eſt omnibus inuocantibus ſe, iuxta illud Pſalmi*; Quoniam tu Domine ſuauis & mitis es, & multæ miſericordiæ omnibus inuocantibus te. (Pſal. 80. 5.) *Et Domina noſtra eodem modo; propter quod Bernardus*; Sileat miſericordiam tuam Virgo Beata, ſi quis eſt, qui te inuocatam in neceſſitatibus ſuis ſibi meminerit defuiſſe.

DE SENTENTIÆ CONFIRMATIONE, ET fine iſtorum fratrum.

58. CONFIRMATVR, ſed limitatur ſententia, quam in ſe Cainus malus protulit; nolens Deus, vt quicúnque hunc improbum offendiſſet, adimeret ei vitam; imò pœnam ſuperaddens illius occiſori, maiorem ſeptempliciter, & ſepties territantem; (Gen. 4. 15.) *Nequaquam ita fiet; ſed omnis qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur.* Ac ſignum ponens ei, quo agnitus, ab omnibus faciliùs ſeruaretur; *Poſuitque Dominus in Cain ſignum, vt non interficeret eum, omnis qui inueniſſet eum.*

Caini mortis pœna cur ſepties duplicata.

Pœnam equidem, ne hominum arbitrio datum eſſet necare poſſe malos; multi enim multos malos effingerent ad libitum, vt eos trucidarent; de eiſque ſub pallio ſe zeli vindicarent. Nec pœnam talem hîc & in Lamecho (N. 24.) paulò infra tantopere augmẽtatam, quid aliud eſſe putes, quam in integrum homicidij delictum castigatum; quod poſtea Deus Noëmo expreſſit per hæc verba; (Gen. 9. 6) *Quicúnque effuderit humanum ſanguinem fundetur ſanguis illius, ad imaginem quippe Dei factus eſt homo.* Eſt enim magnum facinus priuare vita hominem, alterius fratrem hominis, ac ſummi Dei imaginem, in ſupplicio vel Caini peruerſi inſinuatum.

Cain cur ſignum habuit.

Signum autem, vt miſericordiæ iuſtitiæque Diuinæ exemplum cunctis eſſet; miſericordiæ, dum per illud ſecuriùs ſeruaretur; ſeruatóque diutiùs ſuppeteret commoditas ad crimen per lamenta doloris eluendum, & ad ſe per ſignum illud ad pœnitentiam prouocandum. Iuſtitiæ, dum hac notula agnoſceretur homicida adoleſcentis ſanctioris, & magis caueretur. Sicut enim boni à Deo non paruum ſignum habent, de D quo agendum mox, vt pluris reputentur, ſic malos iuſtum eſt habere ſignum aliquod, quo magis euitentur.

Quod autem ſignũ fuerit. Lyranus.

59. Quod ſignum quale fuerit nequaquam conſtat liquido rei Sacræ ſtudioſis. Lyranus putat ori illius adimpreſſum; vt cauſtico & cauterio, inuſto faciei, decoris frontiſpicio, ac hodie fit in vultu, & genis hoc ornatis, rebellium mancipiorum. Quo caſu veriſimile ſui criminis effigiem fuiſſe ſignum illud; vt ſigno ferri igniti iumenta dignoſcuntur per campos diuagantia. Comeſtor (P. Comeſtor.) verò capitis tremorẽ indeſinentem, quo ſemper laborauit, Eccleſiæ quia caput Abelem trucidauerat. Et forſitan vtrumque adhæſit viro ſonti, quæ minimè repugnant; imò optime conueniunt in prauum Sacerdotem; de quo n. a. expendimus ſententiam; *Omne caput languidum, & omne cor* (Iſai. 1. 5.) B *mœrens.* Cum autem Cain fuerit Sacerdos primus malus, & habuerit cor mœrens, (Gen. 4. 6.) *Cur concidit facies tua?* nil mirum, ſi & capite mulctatus tremebundo extiterit hic aræ Diuinæ temerator. Cui etiam ſignum in vultu ex eo valde congruit, quia de malis Sacerdotibus ſic ait Dei oraculum; *Ecce ego diſpergam ſuper vultum veſtrum ſtercus ſolemnitatum veſtrarum.* (Malach. 2. 3.) Et fortaſis ſine ſigno poſſet iſte maledictus portare ſignum patulum, ſignatúſque, & notus exiſterè apud omnes. Nam ſicut boni deferunt inſignia bonitatis, virtutibus ionata, ita malis malignitatis inſignia non deficiunt; quæ in illo tanquam primo primaria quoque eſſent. Habere nanque bonos bonitatis ſuæ internæ externum ſignum aliquod, hoc puto cuiquam viro experto indubitatum. C

Sacerdos malus ſigno exteriùs prænotatus, & ſignum quale ſit forme.

Sed quæ bonorum ſigna exteriùs promicantia? Hæc ego duo reor; lætitiam primo loco, quæ à multis Dei eloquiis clariſſimè eniteſcit; & maximè à præclaris Diuini Citharoedi; (Pſal. 4. 7.) *Signatũ eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine; dediſti lætitiam in corde meo.* Vbi ſignum atque lætitiam habemus copulata; hanc autem ex vultu Dei, lætitiæ cunctæ fonte, in noſtrum prodeuntẽ; quod ſignum in ore eſt, ab ore Dei deſcendens; nam ab ore in os traiicitur hæc cæli mercatura, & Dei participatio; *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine*; id eſt in noſtro vultu; & inſimul in corde; *Dediſti lætitiam in corde meo.* Eſt nanque cordi & vultui contractus amicitiæ, commerciúmque & pactum celebratum conſtantiſſimè, vt quidquid eſt in vno, in altero mox pateat, & clarè videatur; vnde factum, quòd Deus dixit ad primum interfectorem; *Quare iratus es?* videlicet, in corde. *Et cur concidit facies tua?* videlicet in ore; per internum & naturalem, ex ore ad cor humanum, & etiam vice verſa altrinſecom contractum.

Vt iuſti ſint ſignati, & ſigna duo habeant.

Lætitia in iuſtis primum, & quale cæli ſignum.

Cor & vultus quem contractũ, & pactum inter ſe habeant. Gen. 4. 6.

Quo vel in Deo vultus & cor reciprocantur: cum vultus ſit in illo, quod ipſe vult in nos; cor autẽ illius amor, in noſtra ſemper pronus. Et in Iuſto tanquam luce à Deo reſplendente, internæ lucis datur communicatio ad vultum eius; vt in eo ſemper luceat ſplendor quidam gratiæ, & à gratia charitatis, quæ Deo gratos facit, venuſtas quædam orta, tam arridens, & grata, vt

placeat, vincat, vinciat vel inter ipſos barbaros; præ qoibus ſiguum iſtud impreſsit Deus Ioſepho, ei ſummã donans gratiam, tam coram ſuo Domino, qoàm carceris cuſtode. Tobiæ coram Rege in ſuam Iſraëliticam progeniem ſæuiente. Danieli coram priucipe præpoſito Eunuchorum; Iudith coram Duce ſæuo crudelitatis tunc miniſtro, & humanitatis deſertore; ac olim moltis aliis. Paulino verò poſtea, corã Vvandalo qui eum captiuum detinebat; Ludouico Regi Galliæ Ægypti coram Rege, qui captum tantum Priucipem ſtrenuum bellatorem, & ſuæ gentis hoſtem, contra hominum opinionem, cum admirationéque cunctorum ad propria nimis breuiter permiſit remeare; Et Minorom Patriarchæ Seraphico Franciſco, Sultano coram ipſo, qui audiit prædicantem aduerſus technas Vatis fallaciis prophetantis, & tamen non occidit, ſed potiùs beneuolentiſsimè excepit & remiſit in regna Chriſtiana. Vnde poſſet exiſtimari, niſi Scriptura reſtageretur, vultom Angeli quo à lapidantibus Stephanus eſt viſus, fuiſſe ſolam iſtam externã redundantiam à gratia interiori; qua quiqui Dei amici apparent venuſtiſsimi, & intuentibus gratiſsimi, non fulgoribus ornatã, ſed tam lepido decore, & apta venuſtate exteriùs promicantem, vt indignũ tali morte, quam actualiter ei dabant, & odio perquamſæuo, putarent tantum iuuenem; de quo B. Lucas; *Et intuentes eum omnes qui ſedebant in concilio, viderunt faciem eius, tanquam faciem Angeli.* Noui enim Deum aliquot timentes viros ego, & Religioſos duos maximè, qui cum eſſenr quinquagenarij & minimè decori, mirandum in modum cunctis placebant viris illis, ac eos captiuabant, qui notitiam vel communem ipſorum comparabant; ita vt Angeli viderentur cogentes corda homioum ex vi interiori ad extra redundante.

Gen 39. 3. & 21.
Tobiæ.1.13.
Daniel. 1. 9.
Iudith 10.

Quàm gratus decor vultus in omnibus Dei ſeruis.

Actor, 6.15.

Secundo vero loco poſt gratam hilaritatem, quæ reſidet in iuſtis, illorum ſignum credo eximium, patientiam; adeo etiam vt inter ſigna, & miracula aliquando hæc fuerit à Martyre diſertè numerata, Chriſtophoro, ni fallor; qui de Chriſti interrogatus miraculis antiquis, quod vultis (inquit ille) miraculum præclarius, quàm nunc vt vos ſuſtineam à vobis tam confectus, affectu libentiſsimo, & vultu ſereniſsimo? Nec deuiè, cum Pilatos non Chriſti mirabilia, ſed mirabilẽ patientiam ſit eius contemplatus, ac ſimul demiratus; *Ita vt miraretur Præſes vehementer.* Quod etiam obſtupefactus ſic ait S. Lucas de omnibus Apoſtolis & viris Apoſtolicis; *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.* Non ſanè facere miracula in iſto ſancto nomine, illorum patratore; *Signa autem eos qui crediderint, hæc ſequentur; In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent, &c.* Sed pati pro eodem; Hoc enim ſignum maximum & maximum miraculum pro Chriſto pati aoimo tranqoillo, & pacatiſſimo; non tantùm reis pareendo, ſed eos diligendo, & amore perquamuero ac ſummo proſequendo. Et de vno ex Apoſtolico gymnaſio dixit Chriſtus; *Ego oſtendam illi quantum oporteat eum pro nomine meo pati.* Non, quidem cælum tertium; cum tamen ad boc raptus, oſtendam Paulo inquit, & vaſi pretioſiſsimo (quo nomen meum in omnes feretur mundi plagas) ſed cælo clariorem & ſublimiorem magno tramite virtutem patientiæ. Viden quomodo Patientia iuſtorum ſignum cælo ſit altius & celebriùs?

Patientia vt mirabilior miraculis exiſtat, & maximum ſit omnium.

Matt.27.14.

Marc.16.17.

Patientia ſignum alterum iuſtorum vniuerſorum.

Actor.5.41.
2. Cor 12. 4.

Patientia cælo altior, & clarior naturaliter.

Hoc Crucis ſignum eſt, quod ſolùm ex mundi opibus Dei Filius à iuuẽtute peranxiè requiſiuit, qui inquit apud Pſaltem: *In laboribus à iuuentute mea.* Hoc Thau Ezechielis, & ſignum Apoc. quo quiqui ſunt inuenti, tantummodo ſunt ſalui; & ſignum meritiſsimè Dei viui nuncupatũ: hoc enim vixit Chriſtus, qoi vita mundi eſt, nec non boni Chriſtiani, quos iſto ſigno probat, & transfret in Dei Regnum. *Et probabo eos ſicut probatur aurum. Quoniam probaſti nos Deus, igne nos examinaſti, ſicut examinatur argentum. Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos.* Ac ſi diceret, non aliter ad Regnum ſuum quoſque Fideles tranſlaturus.

Ezech 9. 4.
Apoc. 7. 3. & 4. & cap. 9. n. 4.

Zachar.13. 9.
Pſal. 65 10.
Sapien.3 6.

60. Quo loci ego Catholicos cum hæreticis, vt triticum viuentes cum zizania, non poſſum non ſolari: quia verè non tantummodo in Crucibus & ignibus, qui ibi non deficiunt, probantur Dei Fideles; ſed etiam in ipſo Fidei camino interiori, quam iugiter cum illis exercent, atque probant. Vis ignis tanti noſcere probaticam efficatiam? audi Paulum cæli tubam huiuſmodi aſſonantem; *Oportet & hæreſes eſſe, vt & qui probati ſunt, manifeſti fiant in vobis.* En hæreſim fornacẽ purificandę Fidei noſtrę & aptam, & neceſſariam, vbi Fides vehementiùs, ardentiúſque quàm aurum in igne repurgatur. *Vt probatio veſtra Fidei multo pretioſior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem, & gloriam, & honorem in reuelatione Ieſu Chriſti.* Nam pretium pœnis emitur, & quantò rigoroſiùs probatur Fides auro, igne nempe viua corda aſsiduè comburente, & zelo Dei honoris perpetuò concremante, tantò equidem Sanctæ Fidei probatio eſt pretioſior.

Vt Fides ſit fidelibus probaticus caminus, ac optimum chryſurpa.

1. Cor. 11. 19.

1. Petri, 1.7.

Ego dixerim aliquatenus Chriſtianam patientiam martyrium ſuperare; quia illud eſt in corpore, hoc animæ in potentiis, quę neſciunt vel per flammas excidio deuorari. Sed ferte libentiſsimè, & ſimul hilariſsimè Dei belli militooes, huiuſmodi martyriũ, vt Petrus præſupponit in verbis illic præuiis; *In quo exultabitis, modicum nunc ſi oportet contriſtari in variis tentationibus. Vt probatio veſtræ Fidei, &c.* tum propter ſummũ prætium virtutis tam eximiæ, quæ vincit omne aurum; tum propter qnòd hæc fornax hæreticæ doctrinæ, vt illa Babylonis, confuſioniſque omnimodæ, quinquageſimũ ſuis flammis (qui numerus eſt veniæ) haudquaquam tangit cubitum; nunquam enim flamma viris in ſęculo futuro hęreticis ſoluetur; & ſæpius

N. 6.

Vt hæreſis ſit fornax moderna Babyloniæ.

Num.36. 4.
Dani. 3. 47.
N. 22.

N. 22. & ſæpius propter id in ſęculo pręſenti Fideles qui comburunt, ab igne temporalium calamitatum comburuntur; at pueri in fornacem coniecti tam inceuſam, manebunt ſemper viui; nam ignis huius veteres hęretici incenſores, potentes etſi nimiùm in cunctis mundi viribus, interfecti ſunt à flamma, dum memoria illorum omnium, doctrináque diſparuit, at puri in Fide homines,
N. 92. qui pueri ſunt Dei, & pueri tres Trinæ obtemperantes Maieſtati, in omnibus myſteriis ab illa nobis traditis, intacti perſtiterunt, ambulantes & laudantea Diuinam bonitatem. Quòd ſi trium pnerorum miraculum defuerit, non deerit patientiæ miraculum ſuperius & omnibus excelſius, in illis quoque viſum, miraeulum ante factum; & in conſtantia, qua vel citra miraculum morerentur; dicebant enim ſic. *Non oportet nos de hac re reſpondere tibi. Ecce enim Deus noſter quem colimus, poteſt eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ô Rex, liberare. Quòd ſi noluerit, notum ſit tibi, Rex, quia Deos tuos non colimus, & ſtatuam aurean quam erexiſti, non adoramus.* Nam re vera conformatio cum Diuina voluntate, maior eſt, quàm ſuperatio fornacis Babylonicæ, cum hęc ab illa pendeat, non autem viceuerſa. Et martyrij ſine miraculo ſæuitiam tolerare, nonne vincere miracula longiſſimè eſt putandum, ac liberè affirmandum? Ita ſanè, cum miracula martyrium valde minuãt, attenuent, & emolliant, at martyrium ſine miraculis excreſcat, maximopere.

Vt miraculum patientiæ in fornace trium puerorum extiterit ſuperius, quã flammas ſuperare. N. 17. & 18.

Vt martyrium ſine miraculis miracoloſius reputandum.

De quo ne quid Fidelibus ſuperſit exoptandum exemplum ſunt pernobile illuſtres Machabæi, qui martyrium ſine miraculis (ob multas circunſtantias, & ipſam rem) ſæuiſſimum tam gnauiter ſunt paſſi, vt trium puerorum videantur hi coronas & palmas ſuperaſſe; de primo nanque dicitur, cum fratribus & Matre per oculos ac ſanguinem cum fratre ſuo mixtum, iam talia tolerantibus; *Et eum iam per omnia inutilem factus eſſet, iuſſit ignem admoueri, & adhuc ſpirantem torreri in ſartagine: in qua eum diu cruciaretur, cæteri vnà cum matre inuicem ſe hortabantur mori fortiter, &c.* Quod quantum fortitudinis extiterit miraculum, vix poterit ab aliqua facundia commendari; nam flammas non videbant liniri, & ſibi cedere, ſed ipſas crepitantes, & crepitu multigeno, olei picis, flammæ, & rogi diriſſimè ſtridentium vincebant magno animo; *Ita vt Rex, & qui cum ipſo erant mirarentur adoleſcentis animum, (nimirum fratris tertij) quòd tanquam nihilum duceret cruciatus.* Quemadmodum cum Chriſto Pilato ſupra contigit; & forſan non miraretur miraculo conſpecto, quæ crebra in morte Martyrum, quin ea mirarentur, & multò minus emendarentur Tyranni interfectores. Quod miraculum in demiranda ſanctorum iſtorum Matre humanam fidem calcat, & Diuinæ veritatem exaltat ſuper omnia, quæ dici à nobis poſſunt; de illa nanque dicitur. *Supra modum autem mater mirabilis* (attende verba laudum) *& bonorum memoria digna, quæ pereuntes ſeptem*

Miraculum quod nam maius, an ne trium puerorum, vel Machabęorum ſeptem fratrũ, cum Matre morientium.

2. Mach. 7. 5.

N. 11.

N. 20.

A *filios ſub vnius diei tempore conſpiciens, bono animo ferebat, propter ſpem quam in Deo habebat. Singulos illorum hortabatur voce patria fortiter,* N. 21. *repleta ſapientia; & fœminea cogitationi maſculinum animum inſerens, dixit ad eos; Neſcio qualiter* N. 22. *in vtero meo apparuiſtis; neque enim ego ſpiritum & animam donaui vobis & vitam, & ſingulorum membra non ego ipſa compegi. Sed enim* N. 23. *mundi Creator, qui formauit hominis natiuitatem, quique omnium inuenit originem, & ſpiritum vobis iterum cum miſericordia reddet, & vitam, ſicut nunc voſmetipſos deſpicitis propter leges eius.* Quæ omnia cum exhortatione ad filium iuniorem ſunt procul ſtupenda, & lacbrymis legenda, ac ſemper volutanda & cordibus condenda; præſertim ab iis, qui, morantur inter illos, in omnes mundi ſectas plus deuias valde mites, & in Catbolicam tantum- B modo, qua furia mentis neſcio, ſed ſcio quòd inferni, cui furiæ attribuuntur, oſtendunt ſeſe duros, & ſæuos ſuper tigrides; quò exemplo tam percelebri, & alia perſimilia ad poſteros tranſmittant. Nam & Fidem Dei dilectam ſponſam tuebuntur, & ſe vita meliori donabunt feliciſſima; & ſpeculum ſalutis nepotibus relinquent; ac gloriæ non fallacis æterna monumenta; miracoláque facient miraculis maiora; vnde forſan caput illud huiuſmodi finitur: N. 41. *Igitur de Sacrificiis, & de nimiis crudelitatibus ſatis dictum* Non enim poteſt ampliùs de re præſenti dici, vel credi quid ſublimius.

Martyrium Machabæorũ ad martyria toleranda Fidelibus quàm aptum.

61. Malorum verò hominum oppoſita ſunt ſigna quæ Cain dux illorum infixa mente habuit. Et hæc eſſe benè poſſent C (pro multis vno ſumpto) quod ſignum Deus ei poſuit, niſi textus ſacri ratio, ac PP. elucidatio ad aliud ſignum in eo corporeum nos impelleret. Quæ ſigna in viris impiis contraria pręcedentibus clariſſimè noſcuntur; & triſtitia, & eius comes, aperta, vel occulta, inſana impatientia. His autem nil ambiguum Cainum redundaſſe; triſtitia, tanquam inuidum, de quo Baſilius ſanctus, apud P. de la Haye Gen. 4. n. 6. *Inuidia morbo laborantes, vel ipſa quodammodo facies prodit; lucis ipſis, ac ſplendoris expers eſt oculus, triſtes genæ collapſum ſupercilium, animus hoc affectu conturbatus.* Impatientia, tanquam malum non ſolum inuidioſo affectu conturbatum, ſed etiam cunctis motibus peruerſis concitatum, & prorſus incompoſitum. Nam D quemadmodũ probatis externa compoſitio eſt ſignum interioris, ſic reprobis incõpoſitio indicium clarum eſt internæ turbulentiæ. Peroptimè Oleaſter in Gen. 39. *Facilè cognoſcitur homo, in quo eſt Deus (loquitur ille de Ioſeph) & nihil eſt in viro iuſto, quòd Deum adeſſe non oſtendat. Oſtendunt oculi, os, manus, pedes, & cætera membra. Quemadmodum in impio abſentiam Dei cuncta proclamant: ex confuſione enim, vt ait Apoſtolus, Deum abeſſe malis oſtenditur; vt ex ordine & compoſitione præſentia Dei in bonis.* Talis verò Cain fuit, cuius certè diuagatio, cum ciuitatem ædificarit, & in ea imperitarit per omnem vitæ curſum, non adeo de terrarum circuitione intelligenda, quàm potiùs de duratione longæua

Triſtitia & impatientia malorum duo ſigna.

S. Baſilius.

Oleaſter. Compoſitio, vel incompoſitio externa qualę ſignum ſit hominis interni.

1. Cor. 14. 40

Diuagatio & fluctuatio Caini qualis fuerit.

ſuper tettam; quaodiu ſcilicet inquietodine & tumultibus tepletus ſuperfuit ſuper eam, & tytannidem inter Caioitas exercuir tam proteruam, in homines ac Deum, vt nec orbis circuncurſatio huic poſſet comparari; vnde dicitur ſignantet; *Vagus & profugus eris ſuper terram*; id eſt, quatenus ſuper faciem illius perduraueris. Nec terra quam incoluit non nobis ſuffragatur, *Nod* dicta voce Hebraica; quod ſolet fluctuatio Latinè interpretari.

S. Auguſt. De ſuditie Iudæorum, vagatioor, & ſigno eis impoſito, vt Caino, oo-tabilis figura.

Allegoticè ad Iudęos hoc ſignum Cain attinet; de quibus Auguſtinus relatus apod Gloſſam in Pſal. 39. *Poſuit Deus in Cain ſignum, vt nemo eum occideret; quia Iudæus manet cum ſigno circumciſionis ſuæ; & alij huiuſmodi; & nondum eſt occiſus habens ſignum ſuum. Maledictus eſt à terra, id eſt, Eccleſia; quæ ſanguinem excepit, quem ille fudit, & de hac terra ad Deum ſanguis clamat. Sed ille qui fudit, ſurdus nō audit.*

Lætitiam à Deo eiecti peruerſi quamnam habeant.

62. O fiois tam Caini, quàm omnium perditorom plorandus ſummis lachrymis! clamorem nempe criminum ſuorum non audite, nec Chtiſti Abelis vocem, quæ penettat vel lapides, & ſcindit quæque ſunt creata, & increata, nam ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt, vocat; & omnia ouiui eius obtemperant confeſtim; imò potius ad concentum culparum choros agere, tripudiate, arque lętitiæ perfectæ ſigna dare; ita vt tandem cum lętantur ioſaniaot magno gaudio; & cum ioſaniunt in peccatis, de eo quoque gaudeát; ſic in malis pet deſperationem, vel carnalem immetſionem figentes ſpem ſuam, vt voluptates prętet iſtas, oil aliud iam expectent.

Sap. 14. 28.

Cain lętus receſſiſſé à Domino videtur; vt colligitur ex verbis, *Egreſſus eſt Cain à facie Domini*; oimirum non eiectus, expulſúſque, vt fuerat progenitor illius à terræ viridario, ſed lubens, tidens, iubilans. Adiungit Philo Hebtęus in lib. de hoc nequam, exponens hanc ſententiam; *Ecce eiicis me hodie à facie tua*, quæqoe bona tepudiaſſe & renunciaſſe coram Deo, ni Dominus ei ſimul eatnalia conceſſiſſet. Et Ioſephus de antiqoit. lib. 1. cap. 11. delieiis corporalibus, reliqoorom cum iniuria, & rapinæ ac violentiæ, cum aliis quos in ſocios ad talia ſibi aptauetat, affirmat indulſiſſe, & in his ac detetioribus impietatis facinoribus, clauſiſſe vitam miſeram. Nec terta ad incolendum per ipſummet electa, abhottet ab hoc placito, quia conſtitit in Edem eregionè patadiſi; vbi prope montem Libani perpetua niue eandidum, & amænitate celebertimum, Beroſi iuxta mentem, non ſemel iam prędictam erexit ciuitatem; noo vt eſſet candidatus tetreni illius horti; ſed velut expugnatot, illuſor, exprobatot.

Philo. Cain lætus quando à Deo receſſit, & quid dixerit. Ioſephus.

Gen. 4 16.

Alij autem qui Caini veſtigia conſéctantut, ſie viuoot, vt de illis poſſimus prędicare; *Lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis; quorum viæ peruerſa ſunt, & infames greſſus eius.* Vel pariter cum Iob. *Tenent tympanum, & cytharam, & gaudent ad ſonitum organi. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Qui dixerunt Deo recede à nobis, & ſcientiam viarum tuarum nolumus. Quis eſt Omnipotens, vt ſeruiamus ei? Et quid nobis prodeſt ſi orauerimus illum?* Quid aptius pro Caioo dicente quod de illo relatus dixit Philo? Nec quidem ſine baſi in pagina Diuina res tanta benè dici, vel credi à quouis poſſet. Ad quorum magnam inſaniam dicamus cum Iob ipſo; *Verumtamen quia non ſunt in manu eorum bona ſua, conſilium impiorum longè ſit à me. Quoties lucerna impiorum extinguetur, & ſuperueniet eis inundatio, & dolores diuidet furoris ſui? Erunt ſicut palea ante faciem venti, & ſicut fauilla, quam turbo diſpergit.* Vel etiam cum Thaddęo; *Væ illis, qui in via Cain abierunt?* Qui ſi fuerint Iudęi per illom denotati, Oſeæ vocem audiant; *Noli lætari Iſrael, quia fornicatus es à Deo tuo.* Si herętici Hieremiam; *Vſquequo diſſolueris filia vaga?* Reuertere, intelligitut, & ſubdit rationem; *Nouum creauit Dominus ſuper terram; fœmina circumdabit virum.* Vt ex mira nouitate vitginitatis matris Dei, in Filio illius plures, Euchariſtiæ, & quaſque alias, facilius credetemus. Miracula n. 17. ad medium inuenientur.

Prou. 2. 4.
Iob 21. 12. 13, 14. & 15.
Prauorum quæ lætitia.
N. 16. 17. 18
Iudæ. 11.
Oſeæ 9. 1.
Hier. 31. 22.

63. Quoniam autem mors Martyrij miraculum eſt ſuptemum, vt modò memoraui, & in Abele à fortiori; vt in Martyre priote; priore Iuſto, ptiore Virgine, ac omnium qui ad cęlum contendunt primipilo, pręſttingamos hoc in loco illiuſinet ptęeonia; qui tanquam talis iuſtus, pro luctu poſcit cantica; elogia, pro epicediis; pro epitaphiis, epithalamia; pro lachrymiſque laudes; & pto eiulatibus, ac ſingultis encomia ſiogularia. Quæ per literas alphabeti ſuadet modulari ipſius ſancti nomen, quod incipit per duas priores inter teliquas, & litera laodabili in quatta terminatur; vt omnes illi literæ intonent dulces modos.

ABELIS PRIMÆ CHRISTI IMAGINIS ELOGIVM, & pariter elenchus per elementa literaria, ſeu notas Alphabeti.

A. ADAMI non tam filius, quàm Agni Dei ſpecies; & Agnus, qui balatibus aperuit cæli poſtes. Angelorum in terra comes. Amoris Dei Primarius. Altaréque tam gratum, vt ab alto Deus reſpexerit in ipſum, atque per ipſum in faciem Chriſti ſui; per Chriſtúmque in mundum.

Abelis Sanctiologium, per notas alphabeti.

B. Bonitatis maior natu; ex vtero virtutis, non ordine naturæ, ſed gratiæ primùm editus. Et Baculus non tam gregis, quàm omnium Dei Paſtorum, quo debent ſe ſe regere.

C. Cæli

C. Cæli portæ clauis aurea, ex luto Adami facta. Chriſto ſummè aſſimilatus. Candidatus primus Gloriæ. Et Chatiſmatibus neceſſatiis pro ipſa conſequenda abundè cumulatus, quæ illi larga manu ptofudit imbet Cælicus.

D. Dilectus Deo & hominibus, etſi odibilis ptimo homini, non homini, ſed dæmonum in terra primicetio.

E. Exemplum ſine exemplo itinetis in cælum, cum mundus iam præcipitem in tartara ſe dabat.

F. Flos omnium Dei Sanctotum, & Sanctus cuius flos odote Cælum traxit, volauítque in cælum.

G. Glotiæ gaudium, tiſus, glotia, & gregis cæli Aries, in quem primùm Sol Diuinus illuminans Eccleſiam, intrauit Martio, & Marte; ætatis, atque mortis.

H. Hominum honot; & Dei hominis, ac honeſtatis vera effigies, humanis & Diuinis coloribus exculcus; vt nunquam à penicillo humano benè pictus.

I. Ieſu mundi Saluatoris ſaluatio matutina; & vapot mane à Sole in altum ſuſcitatus. Innocentiæ corpus caſtum. Iuſtotum caput nobile. Et ptiot ex Infantibus pro Chriſto iugulatis.

K. Kalendatium & Martyrologium Sanctotum vniuetſotum, Kalendis mundi paſſus; ſed Idibus palatij Cæleſtis nunc impetitans.

L. Laus Deo in mundi libri initio rectè poſitus. Conuallium ſummum lilium, non adeo fratris falce, quàm manu Dei decerptum. Et Ttinitatis tribus liliis, vt primus Chtiſtianus, & Chriſtianiſſimus hauddubiè, iam inde deeoratus.

M. Martytij Doctot ptimus; & Doctotatus ſeu doctrinæ Cæleſtis ptimus Martyr, necnon ptimus, qui Virginitatis Martyrij indeſinentis eſt laurea deeoratus; & mortificationis non tantummodo Magiſtet celeberrimus, ſed etiam Magiſtratus.

N. Notma vitæ, & tettæ Nardus; odore Cælum tecteans. Ac Chtiſtianæ Religionis in flote iuuentutis Nouitius, & Ptofeſſus.

O. Orationis domus viua, dum vixit, & poſt mortem oratio nondum mottua, in veniam peccatotum, pro quibus ſemper clamat.

P. Patientiæ in mundo primas, & puritatis Purputatus. Primitiæ non dormientium, ſed Deum conſpectantium, & tandem in Miſſæ Canone, quod omnem laudem ſupetat, vocatus Puet iuſtus.

Q. Quotidiani Panis cæli figura, & ſempet comes in Sacro Chtiſtiano; atque lachrymis ſanguineis quotidie pro mortalibus amore in eo poſtulans.

R. Ros verè à cælo datus in mundi matutino. Ruboris gemma prima. Roſatum mentis ſumma. Et non adeo vir tei tuſticæ, quàm potiùs rei Diuinæ.

S. Speculum vbi Chriſtus expreſſiſſimè videtur, ac probi Chtiſtiani. Sacerdos, Sactum, & Regis Sacellum ſempitetni, qui in Paraſceue Paſſionis Sabbatizauit in petpetuum.

T. Ttium virtutum Theologalium theſautus indicibilis. Ttiumphos motte agens; & ſigno Thau vitali ad vitam iugem tranſiens.

V. Vapot omnium Dei altatium. Virtutum Dux, & index. Vitque de quo vel Deus pet interrogationem tantùm loquitur; & nos quidem per ignotantiam; quis enim non ignorabit virtutes viri tanti?

X. Xylobalſamum ſuauitate adimplens totum orbem, & ſanans quæque vulnera, ex inciſione plus odorans, quàm teliqua ex ſudote.

Y. Y litera Pythagotæ boni & mali diuerſitate non cettè bifidata, ſed amote Dei & proximi; ſeu iuſti & recti via, vtrobi ad malum atcta, vtrinque ad bonum lata.

Z. Zizaniæ cunctæ hoſtis, ac ideo noſtri tritici amicus Euchariſtici, figutáquo tam magna, vt peniculo vel rudi non potuerit hîc eius figura denegari.

Digitized by Google

EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ ENARRATIO VIGESIMASEXTA;

QVÆ VNICA EST DE SETH, ABELIS LOCO DATO; IN PASTORIS ATQVE ORDINIS FIGVRA CLERICALIS.

Ad illa verba Gen. cap. 4. n. 25. *Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Cain;* Et Ioan. 10. n. 14. *Ego ſum Paſtor bonus.* Quæ ſtatim n. 1. ad inuicem ligantur.

De continuatione Numerus I.

Adami qualis luctus pro morte Abelis fui.

LARGIFLVI Abelis A funeri plotatus debebantur; quapropter dicunt aliqui relati per Lytauum continuis centum annis eum fletu patrem ſuum fuiſſe proſequutum, atque ipſo toto tempore in doloris teſtimonium ab Euæ coniugali conſortio abſtiuuiſſe. Verumtamen cum cognita ei eſſet Pauli ratio, qua poſtea pro Fidelibus cohibuit largum planctum, de quibus ſpes ſubeſt in Chriſto quieturos; multiplicatióque humana rem aliam poſtularet, de qua inſuper tum temporis præceptũ Dei inſtabat; nec fletus tam profuſus, nec continentia tam diuturna videntur credibilia. Imò potiùs coniectatur poſt mortem Abelis B iuſti ſtatim primo tempore his rebus conſeutaneo, Adamum filium Sethum pro mortuo ſuſcitaſſe. Nam vlteriùs quòd eſt natus centeſimo trigeſimo parentis ſui anno, cuius ætatis pluſve minus occiſus natus foret, illud conſtat, poſt ſublati excidiũ, primum omnium hunc patrem genuiſſe. Nam aliter non diceret de filio mater læta, *Poſuit mihi Deus aliud ſemen pro Abel, quem occidit Cain;* vt notat Caietanus. Vnde liquidò colligitur, enatum paulò poſt; cum parentibus pro Abele, ad ſolatium capiendum à Deo datus fuerit; quantumuis non pro hoc ſpecialiter ſit datus in locum fratris mortui, ſed vt illi valde ſimilis euaderet in omnibus, tam animæ, quàm corporis; quorum quidem ſimilitudinem iam latiùs videamus.

1. Theſſal. 4 13.

Gen 5 3.

Gen 4. 25. Caietanus.

Et ſanè in tribus rebus Abeli Seth perſimilis; in vitæ ſanctimonia, & ſplendoribus iuſtitiæ, munditiæ, atque deuoti ſpiritus in Cęlum; in vitæ paſtoritiæ externo miniſterio; & iterum in Paſtoris ſpiritualis animarum, Sacerdotaliſque regiminis veſtigiis imitandis. Abel nanque vel ex ore veritatis iuſtus fuit, quod omnium eſt fundamentum; *A ſanguine Abel iuſti, vſque ad ſanguinem Zachariæ, &c.* Deinde fuit paſtor, & paſtoritium tantum gregis balantis, vt expreſsè attingit liber Gen. exercuit ſanctus iuuenis. Et tandem vir Sacrificus, ac optimus Sacerdos; vt imbi docetur. Ergo omnia geſſit iſta ſucceſſor eius Seth, ipſius loco datus: quapropter verũ manet vtrumque noſtrum thema; *Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Ego ſum Paſtor bonus.* Nam bonus Abel fuit, & paſtor, & Sacerdos; ſicque ipſius frater, qui eius locum habuit; cuius tandem bonitatem paſtoralem, & Sacerdotalem, vt huius loci propria, minutim inſpiciamus.

Abel iuſtus & canonizatus ab ore veritatis.

Matt 23 35.

Gen 4. 2. & 4.

Gen. 4. 25. Ioan. 10 14.

2. De Sethi bonitate miranda multa protulit Bolducius lib. 1. cap. 4. de ante legem, quæ mihi non tam vera, quàm grata ſunt, & pia; decentiáque pro viro Abelis loco dato. Ait enim ſanctificatum fuiſſe in ventre matris, ſed hoc ex fundamento nil mihi minus friuolo, quàm firmum viſum illi. Deinde Dei cognomine (quod ſecundum à multis aliis cum fundamento in ſacro textu notorio aſſeueratur) à ſuis coætaneis ſolere nuncupari, vt Moyſes dictus eſt reſpectu Pharaonis; ac etiam modo lato ab ore ipſius Dei quicunque viri iuſti; *Ego dixi, Dy eſtis; & filij*

Bolducius.

Quæ Sanctitas Seth fuerit.

Exod. 7. 1. Pſal. 81. 6.

& filij excelſi omnes. Hincque poſteros illius, Dei Filios vocitaros, de quibus Sacra pagina: *Videntes Filij Dei filias hominum, quod eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant:* quemadmodum Caini humanis & terrenis defixos ac immerſos fuiſſe filios hominum appellatos eo temporis teſtantur Dei eloquia; de quibus dici poteſt cum Rege concentore, ſummopere eatitiſſe maligno corde graues, vanitatem diligentes, mendaciúmque quærentes, & intra ſe dicentes *Quis oſtendet nobis bona?* Tandem autem quadrageſimo ætatis ſuæ anno, ab Angelo ſublatum & raptum diſparuiſſe diebus quadraginta; vbi Dei conſabulatione mirificè potitus, ab illo multa nouit myſteria pòſt futura; videlicet, ſuorum defectionem filiorum, qui viam carnis turpem, & vltro putreſcentem, vt alij corrumpentes, diluuij cauſa forent; diluuíique prodigium; aduentum Chriſti in mundum; & alia quæ tam multis didicerit diebus; ac in facie Sethum ex tunc, vt poſtea Sanctus Moyſes *Ex conſortio ſermonis Dei*, ſplendidum manſiſſe. Quarum rerum ille auctorem Methodium priſcum offert; & ex verbis Eccleſiaſtici hoc putat ſatis colligi, *Seth apud homines gloriam adeptus eſt, ſuper omnem animam in origine Adam.*

Dei Filij quinam dicti.

Pſalm 4. 3. & 6.

Seth raptus quàm caimius narretur à Bolducio.

Coroura Setho facies, vt poſtea Sancto Moyſi. Exod. 34. 19

Eccle. 49. 19

3. De illius ſedulitate in cura paſtoritia, nil dubij vigilanter & ſolerter pro virili (humanis quantùm fas) ab eo adminiſtratã. Paſtorum nanque vita præludiũ atque paleſtra eſt Præſulum bonorum; vnde multos Deus ab ouibus ad homines regendos traduxit quondam viros, de quibus locis propriis: & Chriſtus vt ſe bonum Prælatum demonſtraret Paſtorẽ ſemetipſum appellare bonum voluit: infirma nanque ſolidat, qui bonus paſtor eſt; ægrota reddit ſana; confracta verò ligat, abiectáque reducit, & alia bona facit, quę memorat Ezechiel, & reliqui Prophetæ. Nam quamuis Iabel fuerit in tentoriis habitantium Paſtorum primicerius, ſeu pater nuncupatus; id tantùm de paſtoribus habitantibus in tentoriis, & caſis puirratoriis, ac paſtorali ſupellectile (vnde pater, non origo paſtorum nuncupatur) oportet ſubintelligi; cum paſtores Abel priùs, ac Sethus planè fuerint.

Prælati paſtor ſymbolum, & Prælaturæ, res paſtoria.

Ezech. 34. 4

Gen. 4. 20.

4. De cuius tandem vigili ſolicitudine paſtoris, in animis paſcendis & paſcuis ſpiritualibus vbertimis quærendis, ſufficiat

A quod Bolducius præfato loco ait; Seth fuiſſe inſtitutorem ſtatus Clericalis; quem iam inde per Miniſtros diſtribuit ipſe varios; nec ſtatus tantùm huius, ſed etiam & eius nominis auctorem & inuentorem, quod ab iſto Patriarcha affirmat dimanaſſe; dum coadiutores ſuos ille Dei Filios nominauit: & Clericus Dei Filius, à Cleros, quod eſt ſors, non perperam formatur. Sunt enim Dei conſortes, & ſortis, Deique partis participes Diuini, de quibus Rex Ptopheta; *Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei;* nimirum, in Sactificio, & ara, vbi Dei ſanguis in calice libatur; *Tu es qui reſtitues hæreditatem meam mihi;* per eius efficatiam; hac enim pars æterna amiſſa in primo homine, in aliis reſtituitur.

Bolducius.

Clericatus quando exeptus, in monete, atque nomine, & quale nomen Clerici.

Pſal. 15. 5.

Non quidem quòd Deus noſtri futura para
B ſit tantùm; ſed potiùs noſtrum totum, & ex omni hæreditate, quæ poſſet cogitari, optari, & expectari, totalis illa pars, quæ aliam partem neſcit, & in partes diſſecari nullatenus conſentit; vt Domini nos Clerici, in ſortem Dei vocati, debemus quoddam totum virtutum Deo eſſe; ac patet ex elogio quod in auri puri lamina portabat ſuper frontem Sacerdos olim ſummus; nimitum *Sanctum Domino.* Ex titulis res nanque exterius dignoſcuntur, & ille nihil aliud in loco tali erat, quàm titulus Sacerdotis; qui totum quoddam Sanctum, & Sanctitatis vas repletum tenetur Deo fieri; vt ſicut vaſis notula in puro & pretioſo metallo inſcripta erat, ſic ille ſit & ampliùs in animæ decore. Quam Clericatus diſpoſitionem poſt mortem patris ſui fortaſſis Seth
C compoſuit, præſcripſit, ordinauit; nã duodecim atque centũ ſuperuixit Adæ annos, quippe obiit mundi anno. 1042. ætatis verò ſuæ 912. quibus vltimis poſt patrem Eccleſiam eſt moderatus, & eius fuit etiam ſecundus ſummus Pontifex; illius nanque genitor, dum vixit, fuit primus. Ait Suidas in Seth Hebraicos characteres hunc Sanctum reperiſſe, & aliis tradidiſſe; at mihi non probatur; debetur nanque Adæ inuentio tam ſublimis. Quod ſi fecit, fecit opus Sacerdote viro dignum, quos decet inter cunctos plus eſſe ſapientiæ fulgore venuſtatos; vt alibi non ſemel recordor delibaſſe. Sub paſtoris ergo vmbra in pabulo Eucha-
D riſtico ſermonem nunc ſoluamus; Mariæque pro Euæ Seth filium deuouentis, auxilium flagitemus.

Exod. 39. 30.

Seth ſecundus ſummus Pontifex quotannis, & quo mortuus.

Quis literas Hebraicas, aliarũ ſcaturiginem inuenerit in mundo.

DE PASTORIS BONI IN MVNDO EXIMIA raritate ad verba Redemptoris, Ego ſum Paſtor bonus.

Quàm rarus, velut Phænix, in mundo bonus Paſtor. S. Bernard.

5. VERBVM *Ego* vnicum tantùm paſtorem præſefert, de cuius raritate Epiſtol. 248. ſic loquitur Bernardus; *Si rebus raritas pretium facit, nihil in Eccleſia pretioſius bono Paſtore; nempe rara auis eſt iſta* Vbi ille cum Phænice comparandum bonũ eſſe Paſtorem ſatis indicat; cum Phænix auis ſit in orbe ſingularis, quæ ſola in ſemetipſa vtrumque ſexum complet; imò potiùs ſine ſexu, & actu generandi de generatione in generationem perennis conſeruatur; ſuccedens ſibi in morte; de obitúque naſcens; tam hæres ſui facta, quàm orta ex ſuo puluere, & cinere ſuapte ad vitam non idoneo; ac dies fumentnouos, cum finit dies pro-

Phænicis laudes plures.

prios; ſicut ait poſt Ouidium Metamorph. lib. 15. Claudianus de Phænice.

Claudianus

Hic neque concepto fœtu, nec ſemine ſurgit,
Sed pater eſt, prolesque ſui, nulloque creante
Emeritos artus fœcunda morte reformat
Et petit alternam totidem per ſunera vitam.

De ipſáque nil minus Lactantius Firmianus, in fine carminis de Phænice:

Mors illi Venus eſt; ſola eſt in morte voluptas
Vt poſsit naſci, hac appetit ante mori.
Ipſa ſibi proles, ſuus eſt pater, & ſuus hæres
Nutrix ipſa ſibi, ſemper alumna ſibi.
Ipſa quidem, ſed non eadem, quia & ipſa, nec ipſa eſt,
Æternam vitam mortis adepta bono.

Paſtoris onus quantùm, & cuinam dorſo aptum.

Hinc autumo Paſtoris in Concil. Trident. officium nuncupari. *Onus Angelicis humeris formidandum.* Seu aptiùs Chriſti humeris non aliis adæquatum, ac etiam reſeruatum; vt ille qui hanc ſarcinam portare ſolus poteſt; cuius pondere grauatus, cùm baculo paſtorali præfectus primùm fuit, ac pariter percuſſus eximius ille Abbas, & Clareuallis candor inclytus, huiuſmodi gemebat. *Væ tibi Bernarde. Væ tibi Bernarde.* Vnde Chriſti ſoli dorſo accommodus hic baculus; qui occumbens ſuper eum, pro ouibus, dicebat; *Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores: Prolongauerunt iniquitatem ſuam.*

Pſal. 128. 3.

Paſtoris boni raritas, nimirum Chriſti Domini, in ortu, vita, & morte Phænici comparatur.

Virginitas Dei Matris exemplis illuſtratur.

6. QVatuor ſunt, quæ in virginitatis Dei Matris teſtimonium naſcuntur ſine coitu; Phænix; vultures; & apes; viliſſimíque vermes, qui ex materia multiformi ebulliunt naturaliter; de quibus ſic Hieronymus in Pſal. 21. *Vermis, qui in ligno naſcitur non habet patrem, niſi matrem, & Chriſtus ex Maria abſque coitu natus eſt; & hinc Chriſtus in natiuitate aſsimilatur vermi; Ego ſum vermis & non homo.* De vulturibus & apibus Ambroſius in Hexam. de Phænice præter multus Claudianus loco proximo;

S. Hierony.

Claudianus

Phænici Chriſtus latè & variè comparatus.

Victuri cineres nullo cogente mouere
Incipiunt, plumáque rudem veſtire fauillam.
Qui fuerat genitor, natus nunc proſilit idem,
Succeditque nouus, geminæ confinia vitæ
Exiguo medius diſcrimine ſeparat ignis,

Et inſimul Lactantius.

Hos velut in maſſam cineres in morte coactos
Conſtat, & effectum ſeminis inſtar habet.
Hinc animal primum ſine membris fertur oriri
Sed fertur vermis lacteus eſſe color.
Creuit in immenſum ſubito cum tempore cælo;
Seque oui teretis colligit in ſpeciem.
Inde reformatur qualis fuit ante figura,
Et Phænix ruptis pullulat exuuiis.

At Chriſtus quò ad ortum tam ſimilis Phænici, vt ex Maria Charitatis humilitatiſq; incendio quàm longè immenſiori in cineres redacta, hic Phænix atque vermis Pſalmiſtæ ſit enatus. Quod congruit Euchariſtiæ per illum cæli cibum antiquum denotatæ; nam vermes producebat, cum eſſet ex

A ſe ipſo ſubſtantia tam mirifica; & Virgo natum peperit qui vermis appellatur; Quapropter in hoc Sacro nil mirum ſi ad inſtar vermiculi deſpecti, & paruuli, ſit panis, & Virgo Mater cibus, quæ vermem talem edidit, ſed tamen eſcam dulcem, vt erat manna celebre, in ipſo verme paruulo Fidelibus diſtribuit. Eleganter S. Ambroſ. in Pſal. 21. *Vermis nulla admixtione producitur in vitam, & ideo Domino comparatur; quoniam & ipſe de ſola Virgine generatur. Legimus in libro Moyſi de manna vermiculos progenitos, Digna & iuſta comparatio; ſiquidem de manna vermiculus gignitur, & Dominus Chriſtus de Virgine procreatur. Quin potius ipſam Mariam mãnna dixerim, quia eſt ſubtilis & ſplendida; ſuauis & virgo, quæ veluti cælitus veniens cunctis Eccleſiarum* B *populis cibum dulciorem melle diſfluxit.* Ergo Chriſtus tanquam Phænix in ortu ſuo fuit quamualde ſingularis, & ſingularitas tam rara, vt alia nulla queat cum iſta comparari.

Exod 16. 20

Pſalm 21. 6.

In Euchariſtia Chriſtus vermis.

Maria mãna verum, quæ cibum cæli dedit, & vermem ſimul peperit.

7. In vita verò Phænix ſingularitatis non minoris, de quo dicitur in Pſalmo; *ſingulariter ſum ego donec tranſeam.* Quod intelligitur non tantùm ſingulariter deſpectus, & ſingulariter derelictus à ſodalibus & diſcipulis; ſed ſingulariter proficuus, & beneficus vel ipſis perſecutoribus atrocibus; ſicut poſſet ex non paucis probari teſtimoniis, quæ omnia miſſa facio, vt vnum ſolum afferam, vitæ Chriſti ſingularitatem clariſſimè conteſtans; *Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt; non eſt qui faciat bo-* C *num; non eſt vſque ad vnum*; id eſt, ad vnum vſque, ſeu vſque dum deſcendat & veniat ille Dominus, qui vnus erit omnibus remedium ſingulare; ac ideo pluſquam Phænix in vita ſingularis; in ſe nanque ſolo fuit auxilium vniuerſorum; quod abeſt à Phænice; cum à media communicatione, vtilitate, & cognitione humana ſit remota, at Chriſtus tam propinquus, & omnibus communis, vt propter hoc multoties gauiſus loco medio. In medio nanque natus duorum eſt animalium, in medio inuentus puer Doctorum Synagogæ, vir autem in medio hominum crucifixus impiorum; & à morte rediuiuus in diſcipulorum viſus medio. Cur verò? niſi quia non poteſt niſi vnicum in rebus eſſe medium; quod tamen eſt proficuum ad omnia circunſtantia, & ad omnem circunferentiam perutile; ac poſtremò D quamualde neceſſarium; vt Chriſtus eſt Dei Filius pro omnibus Fidelibus.

Pſal. 140. 10.

Pſalm. 52. 4.

In medio cur multoties inuentus Chriſtus fuerit.

Luc. 2. 46.

Ioan. 19. 18.

Ioan. 20. 19. 26.

Quod Apoſtoli de Chriſto vel ipſo dormiente veriſſimum ſenſerunt, cùm eum pro procella ſedanda ſuſcitarunt, hoc medium cum fiducia conſtanti requirentes, & ſolicitantes diligenter, vt euaderent à maris inſania concitata: & Chriſtus ſomnum capiens in media tempeſtate quæ ſomnũ longe pellit, hoc ipſum indigitauit, oſtendens omnifariam, vel vigilantem vel dormientem eis vnicum remedium, & medium ad vitam eſſe, quo vno conſeruantur; quo ſine verò à malis omnigenis læduntur, quaſſantur, proſternuntur. A qua mente non diſcedit

Pro neceſſitatibus Chriſtianis quàm rarũ Chriſtus medium.

P. Chryſologus.

cedit Chryſologi ſententia hunc ſomnum Redemptoris ſerm. 21. auxilio pro multiplici ſuorum ponderantis; *Ad dormientem confingunt vigilantes, & credunt obſiſtere ſæuientibus elementis eum, cuius ſomnum dominari conſpiciunt. Sed nec ideo dormit ille, qui cuſtodit Iſrael. Per ſe enim non dormit, neque dormitat maieſtas expers laſsitudinis, quietis ignara; ſed totum per me mihi agit, qui quoties ſpeciem ſui actus, ſui vultus immutat, toties noſtrarum varietates arguit, & culpas animarum.* Quod ſerm. 23. adaptat Euchariſtiæ ac inſimul paſtori, ſcribens in hunc modum; *Tibi Rex, tibi Sacerdos, tibi Sacrificium, tibi paſtor, tibi ouis, tibi agnus; tibi totus factus eſt, qui fecerat totum. Et quid plura? Dat ſe tibi Deus, vt ferre potes (nimirum in hoc myſterio) quia vt eſt, tu non potes ſuſtinere.* De quibus cunctis nobis ſubſidiis tam diuerſis, à Chriſto miniſtratis, cum Sancti eiuſdem auro ſerm. 79. licebit affirmare; *Iſta ergo cogitare, capere, exiſtimare, niſi qui à Deo acceperit, minimè valebit.*

Luc. 4. 23.

Cur dictus Chriſtus medicus.

Hinc medicum ſe Chriſtus appellat apud Lucam; *Vtique dicetis mihi hanc ſimilitudinem; Medice cura te ipſum*; quia medicus, & medium; res medica, & remedium tam valde eſt ſingulare, quàm planè vniuerſale ſaluti vniuerſorum. Hoc autem poſtquam exiit à vita corporali, in Sacro vbi perdurat & vita & corpus eius; de quo Buſtus in Roſario 2. p. ſer. 14. huiuſmodi ſe habet; *Efficax eſt medicina contra omnes infirmitates noſtras, vnde dicitur in collecta*; Purificent nos quæſumus Domine Sacramenta quæ ſumpſimus; *id eſt, puros & ſanos nos reddant; quia hæc vna medicina omnes medicinæ ſpecies in ſe complectitur. Eſt enim in primis medicina curatiua, & morborum expulſiua; vnde additur* Sit ablutio ſcelerum. *Eſt etiam medicina confortatiua, quia roborat, & confirmat in ſanitate iam recepta; & ideo ſubditur*, ſit fortitudo fragilium. *Eſt item medicina præſeruatiua, qua hominem præſeruat, ne iterum cadat; & ideo ſubinfertur*; Sit contra omnia mundi pericula firmamentum. *Et tandem eſt medicina melioratiua omnium, quia omnes fideles, viuos & defunctos ad meliorem ſtatum perducit; & ideo concluditur*, Sit viuorum atque mortuorum *Fidelium remiſsio omnium delictorum.*

Buſtus.

Medicina qualis Chriſtus in Euchariſtiæ Sacramento.

8. Sed Phænix tandem Chriſtus in ſua morte optimus; ex eo, quia Phænix ex lignis atque herbis fragrantiæ probatiſſimæ componit nidum ſuum, & tumulum viuificum, vbi alas verſus Solem in Oriente operoſiſſimum, eo vſque quatit alacris, donec motus & caloris, tum Solis, tum lignorum, (quæ etiam nimis calida) incendio ſubleuato, in eo Phænix vertitur in cineres vitales; è quibus cæli rore gratiſſimo humectatis vermiculus ebullit, qui ſpatio conſentaneo grandeſcit & plumeſcit; purpureáque ex parte maiori pluma tegitur, & fulgoribus tam aurum, quam coccum referentibus pulcherrimè adornatur; vnde & color huiuſcemodi Phæniceus appellatur. De qua alite ſic mortem in vitam commutante, hæc omnia Claudianus attingit paulò ſupra, & Lactantius cuius fiſtula perbellè confirmatur:

Phænicis quænam mors, & eius color iterum à cinere enaſcentis.

Lactantius Firmianus.

Conſtruit inde ſibi, ſeu nidum, ſiue ſepulchrum,
Nam perit vt viuat, ſe tamen ipſa creat.
Colligit hinc ſuccos, & odores diuite ſylua
Quos legit Aſſyrius, quos opulentus Arabs.
Cinnama dehinc, auráque procul ſpirantis amomi
Congerit, & miſto balſama cum folio.
Non caſiæ mitis nec olentis vimen achanti
Nec thuris lacryma, guttáque pinguis abeſt.
His addit teneras nardi pubentis ariſtas,
Et ſocias myrrha paſcua grata nimis.
Protinus in ſtrato corpus mutabile nido,
Vitalique thoro membra quieta locat.
Ore dehinc ſuccos membris, circúmque ſupráque
Inicit exequiis immoritura ſuis.
Tunc inter varios animam commendat odores
Depoſiti tanti nec timet illa fidem.
Interea corpus genitali morte peremptum
Æſtuat, & flammas parturit ipſe calor.
Ætheriòque procul de lumine concipit ignem,
Flagrat, & ambuſtum ſoluitur in cinerem.

Sic Chriſtus ligna varia in Crucis ſuæ nido collegit, & clauorum coniunxit vi durabili, ſi verus verſus eſt, qui in iuris Pontificij habetur quadam Gloſſa;

Ligna Crucis palma; cedrus; cypreſſus; oliua.

Quot Crucis ligna & qualia.

Quæ tam ante quàm poſt mortem odoraminum abundantia imbuere curauit, & in fracto pretioſi vnguenti vaſe illo, materiæ alabaſtrinæ, quod ipſe frangi & fundi, valore cõculcato, in nobile ſepulturæ officium ſuæ voluit, & in illo myrrhæ & aloës librarum centum pondere, quibus corpus Redemptoris, à Ioſepho & Nicodemo conditum piè fuit, ac ſumptuosè pro ſepulchri quiete præparatum. Quibus ille ſed præcipuè virtutum odoramentis, ad ſe in Crucem actum pertraxit vniuerſa; & ibi quaſi in nido vlnarum plaudens alas, tá magnum rogum edidit, vt illic verum fuerit amoris ſimulacrum, & ignis ſpeciei iſtius hieroglyphycum. Nam ſi puer amor quondam depingi conſueuit, innocentiam pluſquàm pueri puriſſimam illic habuit; ſi nudus, nuditatem; ſi cæcus, ille hominum delicta non aſpexit, ſed texit, & contempſit, ad Patrem ſuum loquens; *Pater dimitte illis; non enim ſciunt quid faciunt.* Si alatus, alas habet, de quibus Rex Propheta; *Scapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis.* Si pharetratus, & ſagittis ad vulnera procinctus, miranda certè pharetra eſt Chriſti Sacrum corpus, tot locis perforatũ, vt dicat Iſaias; *In pharetra ſua abſcondit.* Sique tandem vulnerando, & iacula emittendo, quæ iacula? quæ ſpicula in homines contorta? vt illa, quæ & animam pertranſierunt Auguſtini, ad Deum ſic dicentis; *Sagittaſti cor meum Domine charitate tua*; de quibus in Pſalmiſta; *Sagittæ tuæ acutæ, populi ſub te cadent, in corda inimicorum Regis. Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatoriis.* Carbones nunque incenſi exinde diſperguntur ad animas ſelectas deuotè comburendas.

Marc. 14. 3.

Ioan. 19. 39.

Ioan. 12. 32.

In Cruce Chriſtus Phænix, & amoris ſimulacrum.

Luc. 23. 34.

Pſal. 90. 4.

Iſai. 49. 2.

Pſal. 44. 6.

Pſal. 119. 4.

Quid plura? totus ignis, & cinis nidus Crucis, deſpectus tanquã cineris, & vrens tanquam ignis, calore Chriſti factus, quo

Digitized by Google

deſiit eſſe hominem & cæpit eſſe vermem;
Pſal. 21. 7. *Ego ſum vermis & non hom*, quouſque vermis iſte ex Crucis homicidio conuerſus eſt in hominem; tum quia vitæ arbor (quæ vitam ſecum ipſa ſuapte promittebat) Maria prope erat; vt nona Enarrat. cum auctore peculiari, qui Phænicis vitæ cauſam attribuit vitæ arbori, libaui de hac alire; tum quia vita in Crucem traducta iam extabat; tum quia vitæ mortuæ, virtutique petempræ debebatur vita altera, qua pœnæ nunc inflictæ in cælo compenſantur; & tandem

Maria vitæ arbor, vel etiam iuxta Crucem, & Crux ſimul vitæ lignũ ob trinam rationem.

A quia Chriſtus in Cruce quando obiit, in pane ſe reliquerat, qui vitæ fulcrum eſt, & pariter ſub vmbra in priſca vitæ arbore, vt larè dixi in ea, egregiè figuratus; cui quidem vt pani cælico vniuerſalis iure ſuo ligatur reſurrectio; *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam; & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.* Ioan. 6. 54. Et Phænicis ſub figura in verbis Sancti Iob; *Dixi, in nidulo meo moriar, & ſicut Phænix multiplicabo dies meos*; Iob. æterna quippe vita debetur tali morti in nido tanto actæ.

PASTORVM CHRISTVS PHÆNIX IN Euchariſtiæ Sacramento, ex tribus qualitatibus Paſtoribus ingenitis, è quibus prima eſt, vberibus in paſcuis ſolerter gregem paſcere, perſpicuè demonſtratur.

A paſcendo nomen paſtor.

9. HÆc prima laus & qualitas paſtoris vigilantis, à paſcendo nãque Paſtor potitur hoc vocabulo; vnde Phænix atque Paſtor paſtorum Chriſtus eſt, ac dicitur à Petro; 1. Petr. 5. 4. quia gregem ſuum paſcit in paſcuis ſelectiſſimis; nimirum in Sacramentis & pabulis Eccleſiæ, doctrina cæli irriguis; quæ ita à S. Ambroſ. in Pſal. 118. octonar. 14. & ab Antonio Luſitano Domin. 2. poſt Paſcha nuncupantur. At Euchariſtia primum omnium dictorum pabulorum, vbi Chriſtus gregi ſuo amorem prodit integrum; & meritò cum onis de pane illius hîc, & de calice eius ſanguinis amanter nutriatur, ac in ſinu illius pectoris iucundum ſomnum capiat, vt dicitur ſymbolice 2. lib. Reg. 2. Reg. 12. 13

Sacramenta Chriſti paſcua, & maximè Euchariſtia.

Quapropter *Bonus Paſtor* in hac prima qualitate Redemptor nominatur, quòd ipſius bonitatem & ſingularitatem raram indicat; nam cibo tam rariſſimo hîc gregem ſuum ſatiat; Pſal. 147. 3. *Et adipe frumenti ſatiat te*; Et replet ſucco vtili ſpiritus dulcedinis; Pſal. 62. 6. *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.* Sed etiam & Chriſtus paſcitur, dum paſcit iſtiuſmodi: quocirca vbi nos legimus; Cant. 2. 16. *Qui paſcitur inter lilia*; *Qui paſcit* eſt Hebraicè. S. Antonius Qua mente paulò ſupra Antonius noſter ait; *Paſtor dicitur à paſcendo, & Chriſtus carne & ſanguine quotidie nos paſcit; hincque in 1. Reg.* Reliquus eſt paruulus, qui paſcit oues; *noſter ſcilicet Dauid, paruulus & humilis, qui paſtor bonus hominum, nos oues ſuas paſcit.* Ipſe nanque minoratur, & paruulus efficitur in iſto Sacramento, vt oues ſuas creſcant, pingueſcant, & augmentis internis dilatentur; ille vermis hic efficitur, vt vermes vſque ad Angelos & Filios Dei grandeſcant. Hoc autem non vbique ſed tantùm in loco paſcuæ, videlicet in Eccleſia de qua Propheta Rex Pſal. 22. 2. *In loco paſcuæ ibi me collocauit.* Et Aponius Aponius. ſuper Cantica; *Iſta paſcua non videt Iudæus, neque Gentilis, qui non ſequuntur paſtorem, quem princeps paſtorum Chriſtus Vicarium ſuum in mundo Fidelibus reliquit.* Hæc paſcua immutabilia de quibus locus nullus Horatij Horatius. dicto ſubeſt; *Lucana mutet paſcua.*

B *Ex ſecunda qualitate, quæ eſt pro grege pati, oſtenditur res eadem.*

10. POſt gregem bene paſcere, pro eo pati ſequitur, de quo princeps atque Phænix paſtorum vniuerſorum, Paſtoris boni nomini, definitionem m[illegible] illius huiuſmodi ligauit; *Bonus Paſtor animã ſuam dat pro ouibus ſuis.* Ioan. 10. 11. In quo etiam valde vnicus & rarus ipſe fuit; is nanque ſolus animam pro grege ſuo dedit, qui dedit hanc ad libitum, & tempore quo voluit; tum naſcens, tum & moriens pro ouibus dilectis; temporibus delectis, & nimis à ſe volitis, C iam oriens in præſepi, iam obiens ſuper Crucem; ita vt certò cum Iſaia poſſimus affirmare, & tutò ſuperaddere *Oblatus eſt,* Iſai. 53. 7. *quia ipſe voluit, ac etiam quando voluit, vel duro vitæ carceri, vel diræ mortis falci.* Quod optimè ipſe Paſtor prędixit per hæc verba; *Nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam à me ipſo. Poteſtatem habeo ponendi eam, & iterum ſumendi eam.* Ioan. 10. 18.

Paſtoris boni eſſentia, & vera definitio.

Quam quali certitudine poſuerit pro nobis, & graphicè & breuiſſimè ſtylo conſueto Ioannes indicauit de Paſtore tam eximio, de quo prædictum fuerat *Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis*; Matt. 26. 31. Zachar. 13. 7. ſcribens ſic in hora qua fuit comprehenſus, & ab hoſtibus coram tribus ex ouibus dilectis, a[illegible] vinculatus; *Si ergo me quæritis, ſinite hos [illegible]. Vt impleretur ſermo quem dixit, Quia quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quemquã.* Ioan. 18. 8. & 9. D Eſt enim nomen *ergo* in normis Philoſophiæ coniunctio conſequentiæ, & illationis faciendæ; vnde ſequitur quòd comprehenſio Paſtoris tam Diuini, ſuarum fuit ouium certiſſima ſolutio, & tuta liberatio; illius mors ingloria, iſtorum vita & gloria, illiuſque tam plura quam varia detrimenta iſtorum emolumenta; de quibus poſſet dicere inuerſo modo Pauli, *Omnia arbitror detrimenta vt Chriſtianos lucrifaciam.* Philip. 3. 8. Itaque quod argumentum ſequelę neceſſarię eſt percuti hunc Paſtorem, & oues eius ſolui; illum pati, has patientiæ multoties nullam cauſam habere

Sequela & argumentum in ſuos Chriſtus quale.

bere in vitæ curſu; aut ſi habent, ex decurſu exemplorum huius Paſtoris ab illis ſubleuari.

Luc 15. 6.
Oſorius Caſtellanus.

Et quam quanta fortitudine ac longitudine laborum pro ſuis depoſuerit, depingit pie ac doctè Oſorius Caſtellanus Dom. 3. poſt Pentecoſt. ad gaudium Saluatoris, *Congratulamini mihi, quia inueni ouem, quæ perierat*; ſic ille rem exornans; *Attende quanto labore hanc ouem perditam quæſierit. Sicut per veſtigia tua deperdita ſolet paſtor ouem quærere, ita etiam Chriſtus hominem ſolerter exquiſiuit. Sed quænam peccatoris ſunt hominis veſtigia? Innumera ſunt pœnæ, in quas à Deo auerſus per culpam ſuam incidit. Per hæc igitur veſtigia, ad eum venit Chriſtus, & ideo pauper natus, in laboribus à iuuentute, pueritiáque educatus; fame & ſiti vexatus, per ſrentiombus fatigatus. Sed ô Domine Paſtor, plus tibi eſt ambulandum, vt inuenias ouem perditam; proceſſit namque vlterius. Pergit ergo bonus Paſtor in hortum Gethſemani, vbi ſanguinem ſudauit, in domum Annæ & Caiphæ, Pilati, Herodiſque, vbi multa paſſus eſt tormenta propter ouem, ſed adhuc non inuentam, quia licet hæce omnia illius ſint veſtigia, longius ouis talis perdita progreſſa valde fuerat. O Paſtor pluſquam optime! Quis alius ouem perditam tot laboribus inquireret, non diceret multoties ſinamus iſtam ouem tam immerſam & implicatam perditionibus culparum! plures etenim inquiſitio quàm pretium illius penditur, imo contra tu dixiſti. Procedamus vſque deducta noxis eſt, in marellum verò ducta, abductáque peccatis*; Æſtimati ſumus, ſicut oues occiſionis. *Sententia mortis erat pronuntiata in ouem perditam, ſed Paſtor iſtam ſubit, vt ouis vitam habeat. Sub mortem ſic poſtremò errantem inuenit ouem, quam gaudio ſummo in Cruce imponens ſuper humeros, dicebat ad amicos*; Congratulamini mihi, quia inueni ouem quam perdideram; *non ouis quæ perierat, ſed mihi, qui hanc ouem laboribus tot reperi; cum potius eſſet ouis hoc ipſum gratulandum, vt pateat quantùm es permagna cura ſimus, quia noſtrum bonum ſuum ſic reputat, ac dicit, vt ipſi prius deceat, quam ouis grates reddere.* Hæc ille, cuius verbis ſubſcribit Auguſtinus in Pſal. 79. *Quot ſuſtinuerit labores Chriſtus, vt ouem perditam quæreret, nullus ſermo plus diffuſus ſufficeret enarrare.*

Chriſti ouē requirentis deſcriptio dulciſſima.

Pſal 43. 22.

S. Auguſt.

Ezech. 9 4.
Vt ouium Paſtor bonus ſuſcepe rit ſignacula.
Ioan. 10 9.
Cur oſtium ſe vocauerit Dei Filius, bonus Paſtor.

11. Hinc ſignum Thau, quod ouibus impoſitum Deus olim, dumtaxat ſub figura, oſtendit cuidam Vati, in Cruce ſibi Chriſtus, & hoc ſumma cum veritate, amore noſtro poſuit, & inuſtionem ferri igniti, vel ſignum rubræ no[illegible]mptimendum ſuo gregi, hoc ille crucia[illegible]inſculpſit in ſe ipſo. Ac ideo cum paſtor[illegible]e dixit in Ioanne, mox oſtium eodem in loco his verbis nuncupauit; *Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit, ſaluabitur; & ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet.* Aperitur nanque oſtium, & Chriſtus ſemetipſum aperuit multipliciter, vt oues eius cæli intrare caulas poſſent; non enim limen teritur, quin ideo conteratur, & ab omni qui ingreditur aſſiduè conculcetur.

Quid verò ſic calcatum, quàm paſtoris Chriſti ſanguis quem Paulus hac de cauſa epiſtol. ad Hebr. vocauit conculcatum? Amatores ille ſibi, dulcores autem nobis ſuaues procurauit, quocirca de ſe ait; *Meſſui myrrham cum aromatibus.* Myrrham vtique Paſſionis naturaliter amaram, cum ſuauitatibus aromatum. Sed quare? niſi quia in amaritudine crucifera dulcedo totus fuit; vt cap. 12. de Paſſione inuenietur ſcriptum per Bernardum. Id ipſum in vita ſua; vnde etiam Chriſtus eius labores minus ſenſit; nam amor pœnam mollit, laborúmque duritiem obliuioni ſulet tradere; Fortunatus lib. 3. epigram. 37.

Hebr. 10 29.
Cant. 5. 1.
Vt dulcis Chriſti Paſſio.
Fortunatus

Quiſquis amore venit, neſcit ſe ferre laborem,
Nemo labore iacet, quiſquis amore venit.

Ex tertia qualitate, quæ eſt gregem liberare à periculis, hoc cernitur.

12. NIl magnum gregem paſcere, & pati propter illum, ni detur & eundem à plagis ſoſpitare, tueri, & reparare; quod ipſe bonus Paſtor oſtendit, dum adiecit; *Mercenarius autem, & qui non eſt paſtor videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit, & diſpergit oues, quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ouibus.* Quamobrem ſemper baculo paſtores vſi ſunt, vt pecora defenderent à lupis, & ab aliis ſimilibus incurſibus. Propertius ex prophanis lib. 4. Elegia 2.

Ioan. 10. 12. & 13.
Cur baculo paſtores in mūdo ſemper vſi.
Propertius;

Paſtorem ad baculum poſſum curare.

Ex Diuinis verò ille qui duplici ſeptennio, amoris pluſquàm ouium ſeruiuit exercitio, & dulci famulatui; *In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum, & nunc cum duabus turmis regredior.* Nec non qui prius paſtor arietes à leonibus & vrſis liberauerat, ac à faucibus agnos teneros ferarum vindicauerat, quas etiam ſuffocauerat; dum cum baculo & lapidibus, hiſque in peram miſſis, quæ panis locus eſt, occurit monſtro carnis, à quo humanum gregem eripuit Iudæorum; & etiam dum paſtorum maiori ſic eloquitur; *Dominus regit me*, ſeu Dominus paſcit me, vt habet Auguſtinus; *In loco paſcuæ ibi me collocauit.* Statim nanque addit de baculo paſtoreo, ad oues dirigendas, & eas reducendas accommodo inſtrumento, propterea ſolùm inuento, & cuſpide retorta formato, ac vſitato, *Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt.* Quæ baculi duplicatio, ſeu duplicitam & baculi quàm virgæ nuncupatio, in optimo paſtore myſterium maius habet.

Gen. 32. 10.
1. Reg 17. 34
N. 43.
Pſal. 22. 1. & 2
Cur baculus & virga paſtori in per. optimo.

Hic enim verus Moyſes, cui virga iam in baculum dulcore ſuſtentantem, iam in colubrum terrore, aſpectúque vel ſolo terrorem & minitantem, conuertitur aſſiduè; in aliis verò quoties, & baculum ſuanem ad pecudes ducendas, & virgam ſæuientem ad canes abigendos, ac lupos coërcendos perennem ſecum deferunt. Virga etenim ad arcendas quaſcunque malas beſtias paſtoribus inſeruit, & baculus ad greges ſuaniter minandos, ducendos, congregandos; vt aſſerit Nyſſenus, & Abbas Clareuallis, qui baculi præſtantia in toto mundo claruit.

Exod. 4 3.

Vnde baculus ſolicitudinem deſignat paſtoralem apud Rupertum ſup. Exod. de quo meliùs Summus Pontif. Innocentius inquit III. lib. 1. cap. 62. de Miſſæ Sacrificio;

Innoc. III.

Baculus correptionem ſignificat paſtoralem, propter quod à conſecratore dicitur; accipe baculum paſtoralitatis; & de quo dicit Apoſtolus; In virga veniam ad vos. *Quod autem eſt acutus in fine, rectus in medio, retortus in ſummo, deſignat, quod Pontifex debet per eum pungere pigros, regere debiles, colligere vagos; quod vno carmine verſificator quidam expreſsit, Collige, ſuſtenta, ſtimula, vaga, morbida, lenta.* Punguntur nanque pigri, & debiles reguntur, vagi autem colliguntur, vt quiſque ſuo muneri, officióque non deſit.

Quæ baculo paſtorali vtilitas, & forma.

13. Et verò Romæ Paſtor, vt ait idem Pontifex, hoc baculo non vtitur; non quòd Paſtorum omnium in terris non ſit apex, ſed *Quia B. Petrus baculum ſuum miſit Eucherio primo Epiſcopo Treuerorum, quem vnà cum Valerio & Materno ad prædicandum Euangelium genti Theutonicæ deſtinauit; cui ſucceſsit in Epiſcopatu Maternus, qui per baculum S. Petri de morte fuerat ſuſcitatus. Quem baculum vſque hodie cum magna veneratione Treuerenſis ſeruat Eccleſia.* Quare dicere poterimus, non vti Papam baculo exteriùs apparente, quia patulus non deeſt Paſtori tanto baculus, qui baculos diſtribuit, & donat, atque literis tranſmittit vniuerſis; vel etiam vt ſummo omnium Paſtori Chriſto Domino, cui eſt immediatus, per hoc ſe fateatur quamualde inferiorem; vt quiqui viri publici, miniſtríque iuſtitiæ, qui virgas ſecum geſtant, in ſignum poteſtatis, cum verò ad Regis ſui, qui caput eſt iuſtitiæ, præſentiam ſeſe conferunt, vt immediatè coram eius appareant maieſtate, relinquunt foris virgas, quæ intus non conueniunt.

Cui baculo non vtatur Eccleſiæ ſummus Pontifex, & vbi Petri baculus ſeruetur vſque hodie.

Exod. 12. 11.

At Chriſto ſemper iſta, & baculus Paſtoris, præſertim in Euchariſtia; cum ab hominibus baculos habentibus manducaretur olim agnus Paſchalis vocitatus, & in arca conſeruaretur conſortio inſeparabili cum virga manna cælicum. Nec malè quando hic Paſtor non tantùm ſuo baculo, ad pecora ſeruanda incubuit, velut reliqui; ſed pariter occubuit confixus ſuper eum; tunc meliùſque hac ipſa à lupis eſt tutatus, cum dormiens ſuper baculum emiſit dulcem animam. Quod tangit paſtoritia amaſia à ſuo charo Paſtore ſciſcitando; *Indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie*; id eſt, vbi ſecuriùs Paſtorum modo inuerſo, tu paſcas gregem tuum, cum lentiùs in meridie quieti membra laxas, & ſomno tuum corpus prementi tradis lumina. Quod Chriſto eadem hora in Crucis lignum acto, accommodat Ghiſlerius, interrogans hoc ipſum; cui rei à ſe quæſitæ reſpondet huiuſcemodi. *Proprium id habet paſtor hic, vt tunc meliùs ac tutiùs ſuas paſcat oues, cum contigerit cubare. Sicque dum ſuper Crucis ſtratum cubauit, perfectiſsimo pauit modo; adeóque tuta reddidit paſcua, vt & lupum, & leonem, & ſerpentem dilacerauerit, videlicet diabolum; quia* Cornua in manibus eius.

Hebr. 9. 4.

Cant. 1. 7.

Cur Paſtor Chriſtus dormiens, tunc pauerit nos meliùs.

Ghiſlerius.

Habac. 3. 4.

Cui etiam ui decipior alludere videtur,

A qui dixit prophetando de Iuda Chriſti auo. *Ad prædam aſcendiſti fili mi*, videlicet in Crucem; & notanter *Fili mi*; videlicet, Iacob; qui fui ſemper paſtor. Paſtores nanque debent vt prædam quoſque ſcindere, dilacerare, & deuorare, qui volunt gregem ſuum prædari, & raptu ſordido fœdare; ac conſequenter, necare, & diſſipare. Frequentior ergo baculus Paſtori noſtro Chriſto in Crucis Sacrificio, cum Crucis ſit tam vera, quàm iugis repetitio; de qua poteſt explicari Diuinũ Vaticinium, *Conteram baculum panis in Ieruſalem*; quia baculus Eccleſiæ, & eius fortitudo eſt ſacer panis iſte, vt ſexta Enarr. abunde dictum fuit.

Gen. 49. 9.

Euchariſtia panis baculus Eccleſiæ vniuerſali.

Ezech. 4. 16.

Et rectè Chriſtus baculum hîc ſemper ſecum deferr, tanquam ille qui qualitate paſtoris nulla caret. B Nam ſi olim ſumini Præſulis Romani vice fungens, Marinus dignus munere Legati quod gerebat, iuſſit Photiũ Conſtantinopoli in conclaue Concilij cum baculo ingredientem, hoc inſigni paſtorali ingloriè ſpoliare, dicens, baculum paſtorum decorum ſignum eſſe, quod lupum non decebat, vt habetur act. 7. eiuſdem met Concilij ex œcumenicis octaui; iure Chriſto vbi perpetuum eſt nobis paſtor optimus, perpetuum damus baculum: qua & aliis qualitatibus perfectus paſtor manet; & ſimul æquè vera hæc bina aſſeueratio; *Dominus paſcit me, & nihil mihi deerit*, vt benè paſtus ſim; vel *Dominus paſcit me, & nihil illi deerit*; vt officium paſtorale abſoluat perfectiſſimè.

Circa baculum paſtoris ablatum à quodã Præſule ſucceſſus memorandus.

C 14. Vnde Chriſti paſtoritium præ omnibus agentis, exemplo manuducti; Chriſti, inquã, qui obdormiens acerbo ſomno mortis non ſolùm ſuo baculo innixus, ſed defixus, tunc oues multò meliùs incolumes ſeruauit, & vita nondum agnita, cæleſti cumulauit, ediſcant quiqui alij Paſtores Chriſtiani pro vita ſi oportuerit ſuorum vitam perdere, pro pace illorum belli diſcrimini ſe tradere, & per tela ſe inijcere periculorum vniuerſorum; ſeu ex parte venientium latronum, qui rapinis ſtudent oues perdere, ſeu ex parte vitulorum & arietum primorum, qui cornibus alternis, & brutalibus diſſidiis ſe impetunt, ac impetu immani, & magno ſcandalo, ſe inuicem conſumunt, & Chriſti ſui Domini deſpecto pacis ſymbolo, ac eius in nos ſæuis, iam à parte Aquilonari, D quam à meridionali (etſi diuerſis) relictis aduerſariis, qui in pace ob noſtra bella cum magnis Chriſtianorum incommodis & probris, prouincias tales occupãt, perenniter ſe necant, ſi volunt iuſtè nomen Paſtorum retinere, & ad ſæcula immortalia transferre famam & gloriam; ac gloriæ immarceſcibilis coronis decorari; vt aliter cum ſonitu grauiſſimè ſtridenti & aures ferienti peribit horum hominum memoria fœtulenta, & nomen computreſcet; ac dicitur in Pſalmis.

Ad pacem Chriſti gregis Paſtores incitati.

Imo vaſa ſolùm illis ſupererunt Paſtoris ſtulti nuncupati, non imago ſed idolũ confuſione tantùm plenum; & inſignia non inſignia officij paſtoritij, ſed vilia, & indecentia

Zach. 17. 17.

N. 6. centia; ac maximè indecora; nec ſanè virga illa *Decoris* vocitata, ſed altera *Funiculi* ad confuſionem vinciendam, & alia quæ dicuntur ab ore ipſius Dei, tamlatè quam & elatè in Zacharia, & Ezechiele; per duo plena capita, quæ ideo non reſumo, ſed indico Lectoribus; nec tandem vultus verus, paſtoris digni hac voce, & nomine præclaro, ſed volans tantùm ventus, pro vultu quorumcunque qui in vita paſcunt ventos; vt dicitur in Ieremia de paſtoribus ineptis; id eſt, veorus vanitatis mundanæ, quæ nil eſt, ad bona ſectanda, imò vis & furor validos ad mala ſempiterna.

Ezech. 34. per totū, & Zachar. 17.

Ierem. 22. 22

Ad quod veterum ſi Paſtorum exempla requirantur, innumera ſe offerent quę viuoa incitabunt, vt vitam ex morte ſua requirant glorioſam; tam ſui, quàm ſuorum, quos morte ad vitæ bonum, vt optimi paſtores, reducere obligantur; nam felix quiſque moritur, vt morte ſua conſulat peramplí gregia vitæ, & gloriæ ſuæ propriæ tunc nunquam finiendæ. Sanctus Thomas Cantuarienſis pro ouibus, nec multis, errantibus à tramite Eccleſiaſticæ libertatis, ſicariis collum tradidit, & quod viuus nunquam potuit, hoc impetrauit mortuus, atque Ordini Sacerdotum auctoritatem tantam auxit, & addidit diuitias, vt poſtea ob id inuidia non parua laborarint. Quod ſepius obtigiſſe Eccleſiæ comperimus, vt ſplendoribus arceatur & deripiatur à Fidelibus, quæ laboribus dilatator, nobilitatur, & locupletatur vel etiam ab infidelibus.

S. Thomas Cantuarienſis Paſtoris boni forma.

Dilatatio vel limitatio Eccleſiæ in quonam detur.

Telemachus referente hiſtoria Tripartita ab vrbe Roma pepulit ferinam monomachiam, & gladiatoriam lanienam hominibus indignam. Ab Oriente vbi Anachoreticum agebat inſtitutum, propterea Romam veniens, ingreſſus eſt theatrum, & ſimol atque duos ad mutuam necem tendere conſpexit truculentos, proſiliit, ſeque medium iniecit inter illos furore concitatos, exclamans magno animo. Quid facitis fraternæ concordiæ peremptores? & inhumani humanitatis ingenitæ occiſores? Quid ferarum more ruitis in mutuum vitæ exitum, & letum funeſtiſſimum? Hæc autem dicens ille, amore Dei & proximi incenſus maximoperè, dum vtriuſque vitā ſedulus & reliquorum gladiatorum conatur ſoſpitare, à populo lapidatus amittit vitam propriam. Tam valde his ſpectaculis delectabatur multitudo Gentilitatibus infecta. Sed Telemacho perempto non periit eius facti vtilitas & gloria; nam illo ad hanc tranſlato, & ipſi ſemper alia durante ſuper terras, Honorius hac re cognita aboleri iuſſit morem à furiis introductum. In quo mundus vnius hominis plus morti longè debet, quàm vitæ plurimorum, in toto ſuæ curſu, de ouium nihil pace ſuarum cogitantium; eum tamen ſæpe funus ſit maius inter iſtas, quàm erat inter illos.

Telemach. Paſtoris effigies longè optimi, & qualiter gladiatores eiecerit ex Vrbe.

15. Quapropter ad Paſtoris Diuini & boni Chriſti ſuſtollant pigros oculos, qui volunt piè illius veſtigia conſectari; illius, qui in cunctis diebus quibus vixit, nil niſi ſer-

Paſtoris boni Chriſtus exemplar inter omnes.

A uatorem, conſolatorem, & benefactorem genericum ſe præbuit, ſeu prædicās in templo, ſeu docens in ſynagogis, ſeu ambulans, ſeu nauigans, ſeu agens in deſertis, ſeu in publico, & ciuitatum plateis ſe inueniens; nam pauperes & omnes obedientes veritati libenter edocebat, leproſos emundabat, ægrotos medicabat, mancos, cæcos, & paraliticos reſtituebat ſanitati; dæmones autem profligabat, & mortuos excitabat; periclitantes liberabat, famelicos ſaturabat Phariſæos refellebat, & diſcipulis auxilium, ac patrocinium miniſtrabat; Magdalenam diſſipatricem vnguenti defendebat, conſolabatur Cananæam & mulierem in adulterio inuentā vindicabat. Repete totam *Ieſu* vitam & inuenies nolli hominum intuliſſe quidquam mali, cum ipſe malis tot B ab illis peteretur, & vltio in promptu eſſet, ſi iſta libuiſſet. Vbique reparatorem agebat, & beneficum; ita vt tandem in Paſſione colaphizanti ſibi Malcho auriculam reſtituerit; Herodem atque Pilatum redegerit in pacem; in Cruce verò pendens ſaluauerit latronem; & mortuus Centurionem pertraxerit ad Fidem; quod erat verè hominum paſtorem bonum agere; *prodeſſe* (nempe) *omnibus, & nemini nocere.*

Quo ductu quiquí alij hoc munere fungentes pro ouibus dent animam, eaſdē concordantes, & pace, vel per mortem ſi oportuerit, ligantes. Nec non ab illis lupos infidelium & hæreticorum infenſos longè abigant; & oſtium ſeſe faciant ad iſtos conuerteodos, ac diſſitos ab Eccleſia (diſpoſitione prius habita) benignè excipiendos, & intra C ſe mittēdos. Miſſis autem de ſalute illorum pertractare, & moribus ac reformationi ipſorū inuigilare, atque mediis ſelectiſſimis hanc ſęper meditari; & paſcua gregi humano virtutū comparare, déq; iſta ſolicitudine perpetuò exerceri ei dem fit in animo. Hæ nanque boni ſunt paſtoris qualitates; de quibus in ſequentibus non nihil iterabimus.

Paſtoris boni quales potiores qualitates.

Quæ omnes ſatis graphicè, cum aliis in rem iſtam officij paſtoritij à Pſalte delibantur, dum ait huiuſcemodi Paſtori ſummo omnium: *Dominus regit me*; id eſt, Dominus, non homo; *Et nihil mihi deerit.* Quid etenim illis deerit quos Dominus hic regit? *In loco paſcuæ, ibi me collocauit*; hoc eſt, in loco optimæ doctrinę, & diſciplinæ, ac morū can- D didorum; in quibus paſcit ſuos Diuinus Paſtor orbis. *Super aquam refectionis*; in fonte Baptiſmali *Educauit me.* Sex aliis Sacramentis; *Animam meam conuertit*; id eſt, ad viam vertit per fletum pœnitentiæ; per que opera ad animarum tendentia emolumentum; de quibus Paſtor hic aſſiduè multùm cogitat, de aliis verò parum ad corpora attinentibus. *Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ propter nomen ſuum*, ſeu iuſtitiæ ſuperioris & perfectioris inſtituti ad normam me reduxit; cum aliis quæ ad ſcopum eundem referuntur. O Paſtor verè cæli, & Paſtorum terrenorum exemplar, & ſpeculum imitatione ſumma dignum!

Pſal. 22.

N. 3.

Nunc baculi diſcurſum miraculo dulciſ-

ſimo adducto per Pinellum in collat. mirac. iucundè coronemus, vt eo ſimul dæmonis incurſus propulſemus; *Fuit (inquit) in Bauaria, non longe ab Ingolſtadio paſtor ruſticus, vt aſſolet, ſed pius, pluſquam ſolent communiter hi eſſe, cui cum omnibus diebus præcepta Miſſæ Ecceleſiam adire non liceret, bono Zelo in conſilium deuenit ſatis malum; nimirum vt ſuo in baculo hac propter excauato, Euchariſtia quam in proximo accipere curabat, includeret vel ſaltem exiguam portionem, quod tandem ſicut ille cogitauerat, effecit, deincépſque poſſibili pro tempore reuerentia portabat illum baculum, & hunc cum vacabat à cura paſtoritia, figebat vita haſtam; ac illic perquammaximè diebus obſeruandis, Paſtorem ſuum paſtor deuotus adorabat, & humilis colebat, nec non preces quantùm poterat fundebat genuflexus. Donec accidit incautè oblitum Sacramenti, de more in exercitio paſtoris frequentiſſimo, in pecudes conA iicere tam ſanctum & rarum baculum, vt eas diſgregatas ad ordinem reduceret, colligeret, & traheret. Quo facto, pœnitentiæ ſtimulo perculſus, reuerenter voluit baculum à terra ſubleuare, ſed tamen nullo modo hoc potuit obtinere; nam terra, in qua iacebat inferius ferebatur, & quò ille brachium ſuum profundius extendebat, eo ipſa quaſi fugiens ab ipſo, abſumebatur. Ecce quod ad foſſæ os Paſtoris grex accurrit, qui poplitibus curuatis Creatori ſuo in baculo exhibuit reuerentiam, & ſummam clientelam; cuius rei ſtupefactus, perterritúſq; homo, ad Parochũ cucurrit, ad Epiſcopúmque Parochus; qui ſolemni proceſſione ad locum venientes, paſtoris Chriſti baculum ferentem eundem Chriſtum, ad Eccleſiam Cathedralem deuotè detulerunt; in foſſaque diſtrictu Sacellum conſtruxere, quod à multis frequentatum Pinellus ipſe vidit; effigiatámque in eo effigiem tam mirabilem, etſi nullibi, quòd ſciat, ſcriptam fateatur.*

P. Pinellus

Miraculum de Euchariſtia in baculo paſtoris ab eomet incluſa, & ſecum deportata.

VT OMNIS PASTOR REX, ET OMNIS REX ſit paſtor; Chriſtus verò bonus Paſtor, paſtorum & regum Rex, ac Phœnix ſingularis.

16. PRÆLVSIO benè homines regendi & moderandi appellatur per Philonem ſcribentem vitam Moyſis, paſtoris occupatio. Nam quemadmodum venari & ſyluas fatigare, indaginéque ſaltus vmbroſos circumire, ac canibus circũdare, & apros qui aduerſa confoſſi cadunt cuſpide, intrepidè expectare; inuigilaréque periculis, & montes per abruptos exagitare quaſque feras hirſutas & minaces, ad bellum multùm iuuat, qua mente dictum fuit: Dum noua lanugo eſt, pauidos formidine ceruos terret, & eſt illi præda benigna lepus at poſtquam virtus animis adoleuit, in apros ſudet, & hirſutas cominus ire feras; ſic paſtum gregi dare, & ſolicitè de eo vt decet cogitare, ac diu noctúque vigilias agitare, conducit ad regnandum. Vnde omnes regnaturi, ſi eſſet res poſſibilis, in gregibus paſcendis deberent exerceri, & regiminis tyrocinia priora ſua ponere.

Philo.

Paſtores atque Reges vt mixti ſint in munere.

Venatio belli ſymbolum, & Regis res paſtorea.

Firmatur quodam exemplo iucundo & vtiliſſimo, quod non multis ab hinc annis in ſolo Luſitano permagno viro præbuit profundos atque plures mittendi è corde gemitus non paruam occaſionem, Illuſtriſſimo, nimirum, & Reuerendiſſ. Archipræſuli Eccleſiæ Bracharenſis Hiſpaniarum primariæ, ex Religione Dominicana, Bartholomæo à Martyribus, Vlyſſiponenſi nato, in vrbe & orbi in iſto ſæculo fulgori ſanctimoniæ, ac in Concil. Trident. perfectionis Chriſtianæ; qui cum in Bracharæ diœceſis aſperrimo diſtrictu *Montano* nuncupato, ob loci aſperitatem, ſterilitatem & vilitatem ab aliquo Archiepiſcopo inuiſitato à longo tempore, paſtoris boni munus exerceret perſonaliter, & oues ferè perditas, ac brutas iam omnino per illa luſtra quæreret, inuenit quendam puerum pre ruſticis venuB ſtum, præ anniſque inſontem ligatum trunco arboris, in loco quodam horroris ac vaſtæ ſolitudinis; ferarum mugientium, errantium, ac curſitantium hac illac non ignoto, cui via ſolùm proxima, vel ſemita non trita ſolatio cuiquam erat. Quem ille demiratus, & pueri compaſſus, de cauſa eſt ſciſcitatus; cur eſſet illic vinculis in annis innocentiæ tam teneris, vt reus inſignis, religatus; ac dire manicatus. At puer vt columba eremi illius ſimplex & candida reſpondit, à patre ſuo ira iuſtiſſimè ligatum; quod ille plus miratus, vlteriùs requiſiuit. Et quare bone puer tam iuſtè pater tuus, te carceri ſyluestri & infructifero condidit: Quis fructus ex hoc facto, quod magis nouercale quàm paternum pectus olet? Quia ad vitam paſtoritiam me (inquit) pater meus diſponit, & instituit, & ideo trunco duro in iſta C ſolitudine dilectum filium ſuum deuinxit iſtiuſmodi; nam decet quòd paſtores durati ſint caloris & frigoris iniuriis, ac horroribus & incommodis deſerti aſſuefacti, vt gregem ſuum valeant completè cuſtodire. Qua mente (addamus nos) dicebat Paſtor alius; *Die noctúque æſtu vrebar, & gelu, fugiebátque ſomnus ab oculis meis.*

Gen. 31, 40.

Hæc ille, ex patris ruſtici, in agreſti experientiæ gymnaſio comparata; quæ audiẽs Archipræſul in vigilantia paſtorali vir longè ſolertiſſimus, ſtupore, confuſione, & lachrymis repletus, ploratum pluſquam puer offenſus, cœpit edere, eiulare, & querimoniis mæſtiſſimis profuſis, de incuria & negligentia paſtoris verſus animas, coram ſociis & commilitonibus ſe lubens incuſare, ſi cum illa quam ad pecudes brutales exigebat ruſticanus ille doctor, ipſius eſſet cura in rationales impendenda, e regionè comparanda. Cuius tacita monitione, vt calcaribus ſe actiùs deinceps incitauit ad ſuarũ munia

Pro educatione puerorum ſucceſſus memorandus.

ouium

A ouium ſolertiùs, ſi ſolertiùs hoc ſanè dari poſſet, & gnauiùs exercendum. Euentus certè mirus, & exemplum perquàmdignum memoria ſempiterna, ad Paſtoris boni vitam formandam & perennandam; atque ad homines ſæculares de educatione filiorum peroptimè iostruendos, ſi hominum & brutorum inuerſam ſortẽ in hoc tantiſper ponderauerint; & priorum infelicitatem, ac felicitatem poſterorũ vllatenus inſpexerint; cum pecora paſcantur, & curentur à paſtoribus immenſa vigilãtia, pueri verò à multis patribus immenſa negligentia; illa ab hominibus rationalibus humanis, & clementibus; iſti autem à multis viris, feriuis & brutalibus, feras ipſas atq; bruta diſtortæ mentis tramite, quàualde tranſcendẽtibus.

Paſtores quidam Reges.

B 17. Hinc plures (vt redeamus ad Regum diſciplinam quæ nitet non vulgariter in vita paſtoritia) & ij Reges optimi de baculo ſunt ruris ad ſceptrum commutati; vt fuit Sanctus Moyſes, Ioſeph, Saul, Dauid, Cyrus, & primus Sophi Perſiæ, ac in Regno Luſitano (omiſsis multis aliis) Viriatus ille inclytus, qui à viribus & viro deſumpſit nomen fortis; & à nomine fortuitò videtur virum agens; quique vires Romanorum confregit ſæpeſæpius, & illorum proſperitatem redegit in anguſtias; quem nobilis Caſtellæ Poeta volens ſuos ex armis commeodare, Caſtellanis aggregauit, in iſtum modum canens;

Viriati Luſitani præſtricta cõmendatio.

Lupus à Vega in ſua Arcadia.

De Paſtor vine al imperio
Del valiente Luſitano,
La buena herencia es la mano,
En nacer no ay vituperio.
Yo vi el Romano amus pies;
Mas para que cuenta os doy,
Pues baſta dizir que ſoy
Heſpañol, y Portugues.

A paſtoribus & ruricolis illuſtria quæ cognomina in populo Romano.

Et à gregibus, quibus Romæ præclari fundatores nauarant prius operam, multa in Vrbe mundi capite cognomina manſere; vt Iunij, atque Bubulcij, Pomponij, Statilitij, Portij, Anij, Tauri, Caprij, & Vituli, ac Vitelij; quibus paſſunt à reruſtica adiungi quoque Lentuli, Piſones, necnon Fabij, Cicerones, & Serrani, qui orbis, Dominam temp. cum laude gubernarunt.

Nec ſolùm conſentaneum paſtores Reges eſſe, ſed etiam Reges pariter paſtores verſus populos parentes ſuis legibus; nam vt optimè in Epiſtol. 125. Hieronymus obſeruat *Reghim* Hebraica voce paſtores appellantur, amatoréſque *Reghim*; qui vnius tantùm puncti diſcrimine agnoſcuntur. Si etenim paſtores amatores gregis ſui oportet eſſe nimium, quantò magis hocce hominum paſtoribus conueniet? cum ad ipſos diligendos ac ſimul dirigendos accedant *Reghim* nomini, ſeu potiùs intercapedine excedant tam notabili, quàm ſcimus Reges viles paſtores ſuperare? Debent quippe humani gregis rectores eum regere clementia & diligentia, qua paſtores ſuper oues inſudant, & inuigilant. Sed proh dolor! quòd quemadmodum de pueris educandis recenter memoraui, ſic iudico de

Paſtores Reges boni; & paſtores ac amatores Hebraicè tantùm vnum.

A hominibus, vt pecudes cuſtodiri, & ſæpius gubernari, at pecudes vt homines; hos quidem negligenter; ſolerter verò illas; rari enim ſunt paſtores brutorum quorumcúnque qui noctu diúque parcentes ſomno & victui, non autem Soli & frigori, & incommoditatibus omnigenis, hæc omnia pro cuſtodia illorum non ſuſtineant; ſed hominum paſtores quàmualde rariores, qui hos, loco vigilantiæ tam ampliùs ipſis debitæ, non regant ſomnolentia, deſidia, atque ſocordia; frequentiúſque malitia; ſeu mali exempli fece; veneno, peſte, & mortis ſpiculis peiore, non ducant, & inquinent; ita vt illi irrationalem cateruam nimis curent, confoueant & ſaginent, iſti verò irrationalem contemnant & exte-

Quàtò meliùs gubernatæ ſint pecudes quàm homines.

B nuent, excorient, & occidant.

Quod callens Paſtor bonus cum rectorem plebi ſuæ relinquere iam vellet, de amore ſuper omnes doctrinæ ſuæ filios *Diligis me plus his?* ter eum examinauit, non fruſtraneè vt indicauit, qui pertæſus interrogationum reſpondit iſtiuſmodi; *Domine tu omnia ſcis, tu ſcis quia amo te.* Sed vt eum commoneret de amore verſus oues; & hoc in Deum iacto *Diligis me plus his?* quo tandem gregem hominum ei tutò commendauit *Paſce oues meas.*

Ioan. 21, 15.

N. 178

18. Ergo ſolus bonus Paſtor Dei Filius qui in Epiſtol. priori D. Petri Paſtorum Paſtor dicitur; & ſimul Regum Rex in lib. Apocal. ac Phænix ſingularis in verbis S. Iob. *Dixi, in nidulo meo moriar, & ſicut Phænix multiplicabo dies meos.* Rex Regum, quia

1. Petr. 5. 4. Apoc. 19. 16. Iob. 29. 18.

C hoc nomen non ſolùm in veſtimento, id eſt in parte extima, cognominis eis inditi, vt alij quique Reges, ſed pariter in femore, proindéque in carne ſcriptum ferro & ſanguine amore ſommo habet; in femore quod delitiis carnalibus inſeruit; vt iucundiùs addiſcamus pro nobis pertuliſſe, quàm Reges ſolent multis oblectamentis indulgere, blanditiiſque ſe tradere; quibus femore illi filios progignunt morituros, Chriſtus autem ſuo ſanguine victuros in æternum; illi gaudio tam extenſo quàm arcta caro patitur, hic autem tam immenſo, vt ſpiritus humanus, & inſimul Angelicus percipere hoc non valeant. Paſtorum verò Paſtor, quia ouem perditiſſimam inuentam tanto ſanguine impoſuit ſuper humeros, qua ca-

Rex Regũ cur ſit Chriſtus in femore habẽs titulum.

D put ſuum cingens regnandi noua ſpecie coronauit ſemetipſum & duriſſimam nihil minus coronam tolerauit; cum iſta nanque fuerit ex oue tam deperdita, quos aculeos non intulerit Paſtori pientiſſimo. Et tandem amoris Phænix aculeis his crematus.

Luc 15. 5. Paſtorum Phænix Chriſtus vt oue coronetur.

Fertur placito communi ex Babylonico diſſidio, in duas & ſeptuaginta familias inde eſſe diuiſum totum orbem, quæ in totidem & ampliſſimas nationes excreuere. Et ſimiliter de corona ſpinea Chriſti dicitur, ſeptuaginta atque duobus aculeis conſtitiſſe; nec non totidem foramina, & in capite ſacratiſſimo dolores pertuliſſe; quo contigit quid rarum, & contemplatione pia dignum; vt tam ſingulæ nationes, quàm

De corona Chriſti ſpinea quid valde ponderandum; & vt omnes nationes intulerint hanc ipſi,

ſub ſingulis nationibus, mortales quoque ſinguli, ſingulares illi cuſpides defixerint in cerebro. Errauerunt nanque omnes & vnuſquiſque in viam ſuam longinquam à Deo abiit, Chriſtus verò ſic errantem vniuerſalem quæſiit ouem, quam tulit in coronam; vbi omnes eius caput ſpina cuique propria crudeliter transfodimus; tu illic, ego, & qui qui peccato maculati, ſpinam noſtram figimus; neque tantùm peccatorum colluuie inſorditati, ſed & Virgo Beatiſsima (quæ ex ſua præſeruatione à culpa originali omnino ſorde caruit) ſpinam ſuam intulit; propterea quòd à labe communi cunctis aliis, iam mortis Chriſti meritis, non aliter eſt eruta; vnde graphicè in Officio Conceptionis aſſertoribus illius ordinato, A nimirum Minoritis Franciſci S. filiis ſic Virginis Conceptio innocétiſsima & mundiſsima cum Filij ſui morte ligatur amariſſima, vt ſciamus ex hac morte munditiem illius ortam; *Oremus. Deus, qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum filio tuo habitaculum præparaſti: quæſumus, vt qui ex morte eiuſdem Filij tui præuiſa, eam ab omni labe præſeruaſti, nos quoque mundos eius interceſsione ad te peruenire concedas. Per eundem Dom. Nn. Ieſ. Chriſtum &c.* Viden quomodo Redemptor hac oue coronatus paſtorum Princeps ſit, & Regum ſimul Rex, ac Phænix ſingularis? Meliùs oue ſic ornatus quàm Paulus poſſet dicere; *Gaudium m[illegible] corona mea vos eſtis.* Sed iterum res iſta extraordinariis tribus aliis firmetur qualitatibus.

Spinam in Chriſti capite vt Virgo Mater fixerit.

EX TRIBVS ALIIS EXTRAORDINARIIS *qualitatibus hoc patet, quarum prima Paſtor eſt, ſuorum paſtum fieri.*

Aculeo caret apis quæ alias moderatur.

19. PRIMA ex primis ordinariis fuit gregem bene paſcere; ordinarium nanque eſt vt paſtor gregé paſcat; atque etiam vt paſtor hominum in eos ſit benignus, affabilis, & pius. Nam & apum moderatrix aculeo prorſus caret, vt lib. 11. cap. 13. ſcribitur à Plinio; & Reges ſuos Deus inunctos eſſe voluit; Diuinæ quippe oleum benignitatis ſignum eſt, vt aſſerit Chryſoſtomus. Illud autem Lipomanus in Gen. 21. pro re præſenti adnotat, omnes Reges Palæſtinæ Abimelechos nuncupari: eſt enim *Pater Rex* Abimelech in lingua Sancta; nempe pater amans primùm, & poſtea regens Rex; vt non à regimine ſed ab amore primariò dignoſcatur; nec adeo Rex ſit pater, per regimen ad paternitatis dulcedinem perueniens; ſed potius pater Rex, per affectum & patris cor ad culmen ſceptri vadens. Quo fiet, vt faſtigio Regalis virgæ colligat perpetuò mellis fauos, quos regius valde iuuenis, & regno patre dignior, collegit aliquando. Ac etiam prius patris, quàm Regis fulgés titulo. quia prius debet Rex amari, quam timeri; & ipſe hoc motus iterum, ſubiectos ſuſtentare, tutari, & conſolari; ita vt tandem ad vaſallorum ſolatia rapiatur, ad ſupplicia verò ipſorum trahatur conſtringatur. Quo in loco non fas mihi Luſitaniæ Regum amorem in ſuos non vulgare, & Luſitanorum in ſuum Regem dilectionem non libare, inſignes nanque vtrique præ cunctis mundi gentibus (veniam mihi non negabunt quæcunque nationes) in iſto amoris nexu, quo nullibi terrarum cum ſubditis ſic Reges, & cum Regibus ſubiecti ad inuicem vniuntur.

Plinius.

Cur Reges quondam vncti Lipomanus.

Suorũ Reges patres, & quales eſſe debeãt.

1. Reg. 14. 27

Luſitanorũ Regũ amor in ſuos quã eximius, & quomodo ipſi fuerint Phænices in hac re.

Sufficiat de re prima ſecundos Rex Ioannes, qui in ſymbolum pelicanum delegit pullis ſeptum, elogio quodam addito, cuius 1. Enarrat. n. 98. inuenies mentionem; non quòd alij pelicani in ſuos non extiterint, cum in amore quoque fuerint Phænices ſingulares, ſed quia hic clarè ſumpſit inB ſigne, quod contempta effigie exteriori, effigiatum ſeu defixum, & modo valde inſigni in corde fuit reliquis Monarchis Luſitanis. Et quia de hoc fertur vel etiam à Caſtellanis, apophthegma quod regnantibus amoris recti in ſuos ſpeculum eſſe poterit. Nam cum ſemel interfuerit iudicio capitali, quibus ſemper Reges noſtri amoris ſui ergo intereſſe conſueuere, & reus eodem die adiudicandus eſſet, morte iudicio Regis dignus, euenit vt ſuffragia de vita iudicantium paria data fuerint, quo ſolùm à verbo Regis cum aliis ſuffragantis, pendebat vita hominis, vel collo illius culter, & laqueus imminebat. Quod videns Rex inſiC gnis in iſtum modum fatus. *Hic homo citra litem excidium merebatur; & vos bardè illius culpæ litigium ventilaſtis, ac iniuſte proculdubio de illo iudicaſtis, quod in poſterum circa alios cauendum ſummè moneo. Quoniam autem in meo voto (vt dicitur vulgariter) illius vita eſt, hanc ipſi ex toto corde hilariter concedo; ne vaſſallum poſsit dici vbilibet terrarum ſuo Regis voto ſolo fuiſſe neci traditum.* O mirum patris dictum! ô ſummos Regum amor in agnos gregis ſui! de quibus modo inuerſo ſic liceat mihi canere;

Ioannis Portugalli ſecundi mirum dictũ in amorem & ſoſpitatem ſuorũ vaſſallorum.

Hic bene conueniunt, & in vna ſede morantur
Maieſtas, & amor.

De ſecunda verò ſatis Caſtellanorum teD ſtimonia, quæ in laudem Luſitanorum, cum illis ſint aduerſi, & inuidi ſuapte, ſunt cunctis fortiora. Non quidem cuncta, quæ ab illis veritate compulſis ſunt vulgata: hæc enim multò plura, quàm poſsint hîc referri, ſed duorum Luſitanorum erga duos ex ſuis Regibus facinora miranda, alterũ quidem Egani Moniz, alterum verò Martini de Freitas, quæ refert atque effert vel etiam ſemper mordax in omnes Mariana lib. 10. cap. 13. & lib. 13. cap. 4. ad finem vtroque loco. Quibus addi poteſt tertium Religioſi Dominicani F. Ioannis da Sylua, qui Sebaſtiani Regis clade audita periit ſubitò, vt aſſerit Cabrera in hiſtoria Phelip. ſecundi lib. 12.

Luſitanorũ in Reges ſuos quis amor, & fidelitas.

lib. 12. cap. 9. Et Iſabellæ Caſtellanæ Reginæ, ac Regis illic Ioannis primi hoc nomine, è quibus illa dixit ad aliquos qui volebant concitare ipſius animum in Regem Portugalli, *Non poſſe iſtum deuinci etſi copiis inferior. in à robore Caſtellæ, quia Luſitani tanquam filij, & Caſtellani tanquam ſubditi pro Regibus pugnabant.* Ille verò, *Nihil mirum, ſi non potuerit ſuperare Ioannem primum etiam in Regno Luſitaniæ, imò ab illo magna ſtrage manere ſuperatum, non enim quodquid aliud de Principe ſperandum, qui pro militibus filiorum ducebat decem millia:* Quantumuis horũ numerus in ſcriptoribus pleriſque inferior valde fuerit; vt in floribus Hiſpaniæ Antonij de Souza de Macedo per totum cap. 13. 11. excellentia præſertim inuenietur.

Vt omnes Luſitani ſint filij ſui Regis, & Rex illorum pater.

Souza de Macedo.

Sed tamen fratrum numerus amore tantùm vnus, & vnum cor habentium, ac ideo vnicè fortium, tam in doctrina ſapientis, quàm omnium Sapientium. Nec ſanè tot pericula, maiora fide humana, perpeſſa mari & terra, contra omnium elementorum ſæuitiam naturalem, ab aliis qui nõ eſſent vnius Regis filij, vnius patris oculi; vnius cordis fibræ, & vnius tantùm animæ potentię immotituræ, non poſſent modo aliquo humanitus calcari; vt inclytus Poëta Ludouicus de Camoeñs notauit Cant. 10. Octaua. 147. cuius poëma verſu heaametro, Virgiliano non abſimili videbit lucem breui, eo auctore quem Lectorem inferiùs non celabo.

Ludouic. de Camoeñs.

Nam qui natus ad regnandum (vt tedeam ad præcedentia) ad patrem natus eſt, qui verò ad patrem natus, [illegible] filios quoque ſuos amandos deſtinatus. Vnde ſolis genitoribus circa natos diligendos præceptum nullum datum, cum filiis verſus patres in quarto ſit impoſitum; *Honora patrem tuum, & matrem tuam;* Vxoratis in Apoſtolo; *Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam.* Proximis autem circa proximos in lib. Eccleſ. *Vnicuique mandauit Deus de proximo ſuo* At parentibus in filios nullatenus hoc iuſſum; quia magis præſupponendus, quàm præcipiendus amor iſte, ſubſtantiæ atque viſceribus parentum radicatus. Vnde ſicut de ſe ipſo amando nullum homini prçceptum datum fuit, ſic nec de filiis ſuis, qui vtique cum patre perſonam tantùm vnam, chariorémque ex parte, quæ lineam prolis reſpicit, & poſteritatem contemplatur, in iure, in hoc rectiſſimo efficiunt, & conſtituunt.

Præceptum cur non patribus de filiis diligendis.

Exod. 20. 12.
Ephes. 5. 25.
Eccleſ. 17. 12.

Pater & Filius tantùm vnum.

20. Paſtoris verò boni, nimirum Chriſti qualitas extraordinaria prima eſt, non ſolùm benę paſcere, ſed ſe in paſtũ dare, quod amoris extraordinarij indicium clarum extat, & metamorphoſis à ſolicitudine humana nunquam agnitæ. Quis enim paſtor vnquam in agnum transformatus, vt agnos plus diligeret? & amore æqualitatis naturę plus deuinceret? vt Chriſtus de quo dicitur? *Emitte agnum Domine dominatorem terræ;* videlicet, vt terræ faciliùs dominetur; tam per carnis communicatę nobiſcum efficientiam, & inditam potentiam ad carnem ſub-

Vt paſtor paſtus fiat, extremus amor eſt.

Iſai. 16. 1.

A iugandam, & ipſi impetitandum; quàm per animi manſuetudinẽ agniculis ingenitam, quæ animos plus domat. Quis ve paſtorem in panem conuerſum vidit aliquem, vt ſe iam pane facto exſatiet ſuum gregem? Solus Chriſtus hoc effecit, qui & ſæpe de ſe tale prædixit per Ioannem; *Panis quem ego dabo caro mea eſt. Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus* Quare Abbas Clareuallis ſerm. 31. in Cant. Canticor. amorem tam eximium mirandam rem vocauit. *Animam ſuam dat pro ouibus ſuis, animam pro illis, carnem illis; illam in pretium, iſtam in cibum. Res mira, ipſe Paſtor; ipſe paſcua; ipſe redemptio.* Et Ambroſ. de Abrahamo cap. 2. non inconcinnè ſic loquitur pro nobis; *Magnus planè vir Abraham, & multarum virtu-*
B *tum clarus inſignibus, quem votis ſuis Philoſophia non potuit æquare. Denique minus eſt, quod illa finxit, quàm quod iſte geſsit; maiórque ambitioſo eloquentiæ mendatio, ſimplex veritatis fides.*

Manſuetudini quæ vires inhęreãt naturaliter.

Ioan. 6. 56. & 56.

S. Bernard.

S. Ambroſ.

Nam facilè hoc Paſtori aptari noſtro poteſt, cum Philoſophiæ rationes, & Poëtarum fictiones, affectione ſua in nos exceſſerit magnoperè; illorũ quippe flores mendaciis colligatos, in faſciculóſque gratos, ornatos, & compoſitos, amore & veritate, ligatis Fidei vinculis, longiſſimè tranſcenderit; *Maiorque ambitioſo eloquentiæ mendatio, ſimplex veritatis fides*, nimirum in hoc paſtore; in quo ouis dilectiſſimæ, quæ de ſui pane Domini, ad menſam ſemper eius amanter comedebat, & de calice bibebat,
C ac in dulci illius ſinu tranquillè dormiebat, in verum iam parabola omnino verſa eſt, ſed veritas parabolam in infinitum ſupergreſſa; infinitam iuata eſſentiam Paſtoris vniuerſi, qui paſcit quæque fecit commoditatibus appoſitis; de quo Ghiſletius ſuper Cant. cap. 1. verſ. 7. in iſtum modum fatur; *Quare ſi à terreno paſtore id fieri contingit, vt de eodem pane paſcat ouem, quam præ aliis diligit, de quo paſcitur & ipſe; planè multò magis id ipſum de paſtore cæleſti aſſerere licet; qui & paſtor bonus ſimul, & amantiſſimus pater eſt; vt non modo de eo, quo & ipſe paſcitur pane, ſed & de ſe ipſo qui panis eſt Angelorum de cælo deſcendens; quod nulli vnquam paſtori contigiſſe audiuimus.* Ergo mirus, & extraor-
D dinarius hic modus diligendi, quo ſicut ſit præfatis attingitur eloquiis, *Paſtor, Pater, atque Panis* eſt nobis vnus Chriſtus; & iſta rectè inſimul; à paſcendo nanque nomen paſtorem nactum ſuum ſuperiùs demonſtraui; & à liberis paſcendis deductam patris vocem Pomponius aſſeuerat; ac tandem à *Pan* quod Græcè eſt totum, quaſi in pane inueniant paſtum omnia, vocatum panem conſtat. O Paſtor qui non ſolùm es Phænix ſingularis, ſed etiam & Pelicanus, ex eo quòd ex ſanguine & carne tua propria enutris tuos agnos, educas tuos pullos, & cibas tuos greges! Tu fructum tibi tanti in nobis firmum redde, ne neglecto bono tali non ſolùm hoc deperdamus, ſed etiam in pœnam ob id promeritam incurramus.

1. Reg. 12. 3.

Ghiſletius.

Paſtor, Pater, atque Panis in pane Chriſtus Sacro.

Chriſtus Paſtor Phænix rarus, & ſimul pellicanus.

Secunda, Paſtor oſtium ad ſuum gregem eſſe.

21. ERat etiam ex ordinariis qualitatibus ſecunda, pro ouibus dilectis periculis exponi, & etiam morti tradi: quam quidem pauci Reges, Paſtoréſque ob oues ſubire volunt proprias; vt Chriſtus econtrariò hanc ſubit lubentiſſimè, & ſimul frequentiſſimè; in quibus ſanè ille Paſtores quoſque alios immenſo tractu ſuperat; cum non ſemel pro hominibus acerbam mortem tulerit, ſed & tale Sacrificium inſtituerit ac amore inexplicabili reliquerit pro ouibus Fidelibus, vt in eo illius ſanguis à multis viris improbis iniquè profundatur, & hac via propter ſuos perpetuò trucidetur. Bernardinus tom. 2. ſerm. 52. art. 1. cap. 2. *Quaſi non ſufficeret amoroſo Ieſu ad inebriatos ſui amoris oſtenſionem, quod ſemel ſanguinem ſuum realiter pro nobis effudit in ligno, niſi nobis quotidie effundat in Sacramento ſuo.*

Quotidie Chriſtus moriens, & mori ſemper cupiens in ſuo Sacramento.

S. Bernardinus.

Quò circa ſeſe oſtium vocauit gregis optimi, ad cælum transferendi; *Ego ſum oſtium; per me ſi quis introierit, ſaluabitur; & ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet.* Oſtium nanque diebus ſingulis multoties aperitur, peruaditur, atque modo non paruo perforatur; & Chriſtus ſic quotidie à multis malè acceptus, virtualiter necatur; & quaſi transforatur. Vnde iure perquamſummo B. Auguſtinus tract. 27. in ipſum Euangeliſtam, vocari Chriſtum oſtium vocauit rem mirabilem; non adeo in illo ſenſu, quo aſſerit Chryſoſtomus explanans ipſa verba, vocari Chriſtum oſtium, dum ducit nos ad Patrem; & paſtorem, dum nos paſcit; ſed potiùs in hoc meo, dum pedibus humanis vt oſtij limen infimum ſe iugiter proſternit, & præbet peruadendum, ac etiam conculcandum. Qua in re verificatur adagium Luſitanum, quo dicimus de aliquo patrimonij ſui bona profusè diſſipante, & prodigè abſumente; *Pro portis ſe exponere;* nam Chriſtus in hoc cibo ſe proiicit pro portis, ſe obiicit periculis, ſe caſibus exponit. Nec mirum, cum in Cruce ſe fecerit tot portas, quot in corpore ſuo Sacro foramina adaperuit.

Ioan. 10. 9.

Auguſtinus

Amore quanto & quare ſe Chriſtus vocet oſtiū

Pro portis ſe exponere, prouerbiū Luſitanum

Nec debet prætermitti, ſe oſtium Chriſtum Dominum non domum nuncupaſſe. Sunt enim plures homines paſtoriæ dignitatis, qui amplas domos habent, marmoreas, & ſuperbas, fulgentes altis tectis, diffuſas latis atriis, capaces vel pro variis ſtabulis brutorum; equorum, nempe, & canum; cum aliis his ſimilibus, & illis cum rubore decentibus dumtaxat; ſed domos ſine portis, & oſtiis, pro hoſpitibus, pro pauperibus, & viris laboribus attritis, fortunæque & temporum varietatibus quaſſatis, ſeu portas tantùm ferreas, æratas, ſurdas, querulas; vbi voces ſemper quæſtuum ac queſtuum latè ſonant. At Chriſtus Paſtor bonus, qui tanquam paſtor ſedulus in gregia ſui commuda, & ouiū atque Paſtorum ſpe-

Vt domos ſine portis Paſtores multi habeant.

A culum & exemplum, nec domi naſci voluit, nec domi tandem mori, vt in campo tanquam milites oſtenderet victuros, qui baculum eſſent poſtea paſtoreum ſuſcepturi; ſe oſtium ſine domo, & portam ſine ædibus abſconditis ſaluti cuiuſlibet conſtituit; vt n. 55. inuenies delibatum; ſeu oſtium plenum domibus, & portam magnis ædibus, hoſpitiis, & porticibus, ad omnes capiendos, & excipiendos libentiſſimè; quapropter ipſum oſtium, vt os apertum omnibus, ad omnes ſic clamabat; *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis & ego reficiam vos;* & piſcina illius vmbra, vt vmbra tam probati Paſtoris, ipſa quoq; probatica vocata, habebat quinque porticus, vbi magna multitudo iacebat infirmorum; atque porticus ſine do- B mo, vel domus pro tam magna multitudine capienda, porticibus repleta, offertur piis oculis. Sed maior Chriſti pietas, dum in oſtio ſuæ domus, & in domo ſui oſtij vel corporis aperti, dilectione notandiſſima aperuit quinque portas, ac illic quinque porticus; vt infirmitatum, quæ per quinque incipiunt carnis ſenſus, infirmo nulli poſſet deficere remedium, vel appetitui quinquiformi ſolamen cæli verum, & vera ſalus animæ.

Vt oſtium ſine domo, vel oſtium plenum domibus Paſtorum ſit Paſtori.

Matt. 11. 28.

Ioan. 5. 2.

Piſcinæ quinque porticus, & Chriſti quinque vulnera appoſitè collata.

22. Quò forſitan reſpexit, cum Paſtoris noſtri Chriſti Vicepaſtori principali per Angelū conducto, porta ferrea duri carceris aperta eſt illis vltro; quia vbi Paſtor bonus adfuerit, non erit quæcunque porta ferrea, vel ferrea mox ſoluetur, aëriaque red- C detur; aperta, nempe, & patula; vt oues poſſint ingredi & egredi perfacilè, atque paſcua reperire conſolationis neceſſariæ; ac dixit Paſtor bonus; *Ego ſum oſtium; per me ſi quis introierit, ſaluabitur, & ingredietur & egredietur, & paſcua inueniet* Nam egredi ab ouili, & non ingredi in ouile, Paſtoris eſt iniuria, officij illius nota; at notula ſuperior, ſi paſcua non inueniant ouiculæ ſubiectæ, grex tacens, & obediens, & neutiquam recedens à norma Opilionis, ſed veniens ex longinquo, & tamen non inueniens remedium quod inquirit, ſalutem quam meretur, patrimonium quod eſt ſuum, poſſeſſione, & vero titulo, profuſi tanti ſanguinis, ac omnes voluunt vndas, ac mare vomit fluctus.

Actor. 12. 10

Ioan. 10. 9.

Paſtoribus cur ferrea nequaquā porta congrua.

D Quid plura? ſic Redemptor. *Ego ſum Paſtor bonus, & cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ* Contractus quaſi ſit ab inuicem firmatus, altrinſeca cognitio Paſtoris verſus oues, & ouium verſus ſuum Paſtorem colendiſſimum; ita vt ille non ſit bonus, vel benè munus ſuum in re de qua tractamus, nullatenus exerceat, qui deficit huic muneri, cognitioníque reciprocæ tam iuſtæ & neceſſariæ. Piſcatores & Paſtores, quos vtroque in teſtamento delegit ſibi Chriſtus, non palatia ſine portis, ſed potiùs palearum tectorum viles caſas, quæ vndique ſunt portæ & facilè foratæ; nec tecta, ſed tuguria aperta & eunctis peruia, certiſſimè habuere; quod dico, vt nunc Paſtores huiuſmodi ſe gerant, ſi volunt quòd palatia eiſdē verè debita,

Ioan. 10. 14.

Piſcatoribus & Paſtoribus quæ domus ſint accommodæ.

debita, ad aliud cæli tendant, & domos gloriæ habeant firmatas ſempiternæ; Chriſtianæ vocis odor quacunque diffundatur; grex bonus valde creſcat, & Paſtorum Dei Eccleſiæ ſpatia dilatentur; in bona mala veniant, ac mala cuncta pereant.

23. Nec tantùm ſeſe oſtium, ſed etiam & oſtiarium vocauit bonus Paſtor: oſtiarius nanque eſt, qui oſtium ſolus aperit, & Chriſtus ſe aperuit, in corporéque ſuo quinque portas patefecit pro hominum remedio; quorum amore ſe expoſuit laboribus quammultis, & morti tandem obtulit, vt inquit

Iſai. S. Auguſt.

Iſaias; *Oblatus eſt, quia ipſe voluit*; ac proximè Auguſtinus: *Vt ipſum intelligamus eſſe oſtiarium; ipſe enim ſe aperit, qui ſeipſum exponit.* Quod longè verum eſt: nam vt notat idem Sanctus, plus paſtor atque oſtium diſſentiunt inter ſe, quàm oſtium & oſtiarius. At cum Chriſtus per apertionem plagarum ſui corporis, & per dilatationem charitatis ſe oſtium conſtituerit, nil mirum ſi oſtiarius exinde viſus ſit. Nec malè hoc Euchariſtiæ colludit Sacramento; dum iſta non tantummodo exponitur frequenter, tam in publico, quàm etiam innumeris offenſis; in quorum vtroque ſenſu eſt verus Auguſtinus; *Ipſe enim ſe aperit, qui ſeipſum exponit.* Sed etiam dum in ea per oſtium ſui ingreſſus eſt tantus oſtiarius, cùm ſumpſit corpus ſuum, & intrauit per ſe ipſum in cœnæ Sacrificio; de quo Hieronymus ad Hedibiam epiſtol.

Vt oſtium & oſtiarius ſit ſimul Paſtor Chriſtus.

S. Hieron.

150. q. 2. *Ipſe conuiuium ipſe conuiua, ipſe comedens, & qui comeditur.* Et figura illius iuuenis in paſtoribus inſignis, qui timens coram Achi, inſanum virum egit, cum eſſet ſanæ mentis, & dementem, cum prudentia polleret ſelectiſſima; *Et immutauit os ſuum coram eis & collabebatur inter manus eorum, & impingebat in oſtia portæ.* Nam vbi nos habemus, *Collabebatur inter manus eorum*; ſcribunt LXX. *Ferebatur in manibus ſuis*; quod S. Auguſtinus priori Conci. in Pſal. 33. exponit in hunc modum. *Quis portatur in manibus ſuis? in manibus aliorum portari poteſt homo; in manibus ſuis nemo portatur. Quomodo intelligatur in ipſo Dauid ſecundum literam non inuenimus, in Chriſto autem inuenimus; ferebatur enim Chriſtus in manibus ſuis; quando commendans ipſum corpus ſuum, ait; Hoc eſt corpus meum; Ferebatur enim in manibus ſuis.*

1. Reg 21.3.

S. Auguſt.

Et ſanet huic intentui quod ait idem Sanctus relatus à D. Tho. in Enarrationibus per annum, Dominica bono noſtro Paſtori deputata, quo loci ſic lux Africæ: *Supra autem dixerat, paſtorem intrare per oſtium. Quomodo per ſe ipſum intrat? Quia ſicut ipſe per ſe ipſum nouit Patrem ſuum, nos autem per illum, ſic intrat in ouile per ſe ipſum, nos autem per ipſum. Nos quia Chriſtum prædicamus, per oſtium intramus; Chriſtus autem ſe ipſum prædicat. Lumen enim & alia demonſtrat, & ſeipſum.* Quæ verba ſunt Diuina, & digna ponderatu in ſimilitudinibus adductis, tam in alta cognitione Dei Filij ad ſuum Patrem, quàm in Filij prædicatione, ſeu in Verbo prædicato, per ſe ac ſuos famulos, qui intrant ſic per Dominum, & Dominus per ſe; quàm etiam in illuminatione lucentis qualitatis, vel lucidæ ſubſtantiæ, quæ intrat per ſe ipſam, vt multis in candelis commixtim collucentibus perſpicuum cunctis eſt. Sed contonet hæcce omnia eiuſdem Sancti manus, ad illa Chriſti verba; *Ego ſum via, veritas, & vita*, ſcribens in hunc modum; *Ibat (inquit) ad ſeipſum & quidem per ſe ipſum; at nos quò imus, niſi ad ipſum? & qua imus, niſi per ipſum?* Rectè etenim per illum ad illum ſemper imus; cum nemo ad Deum niſi per Deum poſſit ire, tranſire, & ſic per eum in eum peruenire; *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater qui miſit me, traxerit eum.* Quemadmodum ſi ad lucem per lucem nos iremus; vt Gloſſæ mens attingit explanans hanc ſententiam; *Et cum oues proprias emiſerit, vadit ante eas. Emittit eas (ait) de tenebris ignorantiæ ad lucem veritatis; dum ante eas vadit, quaſi in columna nubis, & ignis.* In columna, vt nos confirmet; in nube, vt nos rorificet; in igne, vt nos illuminet, & ſimul calefaciat. Quod facere dignetur hic Dominus tam pius, quàm valde in noſtrum amorem eſt Phænix ſingularis; & igne ſui affectus in cineres deſpicabiles in iſto Sacramento redactus tam mirificè, & ſimul tam vtiliter; vt ille neque ideo in pane moriatur, ſed crebriùs enaſcatur, nos autem ad vitam æternam per illum ſuſcitemur.

Penetratio quæ in luce & quæ in Chriſto detur.

Vt Chriſtus per ſe vadat in ſe, & nos per illum in illum quoque eamus.

Ioan. 14. 6.

Ioan. 6. 44.

Tertia tandem pannum eſſe, ad oues induendas.

24. TErtia qualitas ordinaria ab incurſibus defendere, extraordinaria verò eſt ab inclementiis quotidianis paſtorem pelle propria veſtire ſuum gregem, & oues circumtegere; quod extra totam ordinis communis fertur aleam. Paſtores nanque ex pellibus veſtiri ſolent ouium, at ex pellibus paſtorum parari veſtes ouibus, hoc niſi in Euchariſtia videri pluſquam notum, cum Agnus ſit in ea, de quo Ioannis 1. ſcribitur à Gloſſa; *Agnus tria miniſtrat poſſidentibus, lac, lanam, & eſam carnis ſuæ.* Hinc Paulus ad Rom. nos monet confidenter; *Induimini Dom. Ieſum Chriſtum.* Vbi autem tam appoſitè, quàm in iſto Sacramento, de quo hom. 63. ad popul. Antioch. Chryſoſtomus ſic ait. *Qui huius ſanguinis ſunt participes, ipſam regiam Chriſti ſtolam induti, imò ipſum Chriſtum induti ſunt Regem.* Homil. que ſecunda. *Helias melotem diſcipulo reliquit, Filius autem Dei aſcendens ſuam nobis carnem dimiſit. Sed Helias quidem exutus; Chriſtus autem & nobis reliquit, & ipſam habens, aſcendit.* Nos induimus hîc Chriſtum, & Chriſtus nihil minus nos induit in hoc cibo; *In me manet, & ego in eo.*

Pannus panis Euchariſticus, & veſtis ſuis ouibus.

Gloſſa.

Rom. 13. 14.

Chryſoſt.

Ioan. 6. 56.

Paſtoris, ſeu Enarrationis Paſtoreæ, peroratio.

25. NOn deſunt, qui dum ouium intereſſe, pluſquam eſſe illarum longè diligunt paſtorum nomen perdunt. Non verò Chriſtus ita, qui dum oues pluſquam ſe, ſummoperè dilexit, Paſtoris boni, & optimi, Phænicíſque paſtorum promeruit cognomentum; *Ego ſum Paſtor bonus.* Ego Phænix ſum paſtorum, Pelicanus, & Rex regum in cunctis ſingularis. Vnde S. Bonauentura in Domin. Paſtoris exclamat iſtiuſmodi; *O felices, qui merentur eſſe oues Chriſti, non porci diaboli.* Ex his erat, qui dicebat Paſtorem videns mori: *Verè Filius Dei erat iſte*;

S. Bonau. — Marc. 15. 39.

A de quo Bernardus ſanctus ſer. 26. in Cant. ſic fatur; *Ad vocem credidit, ex voce agnouit Filium Dei, & non ex facie; erat enim ex ouibus ſuis, de quibus ipſe ait; Oues meæ vocem meam audiunt.* Et nos igitur audiamus Paſtoris huius vocē; ſumus enim populus eius, & oues paſcuæ eius; ad quod exemplo ouis Seraphici Parentis alimonia ſuſtentatæ ardentiùs incitemur. Hæc enim à Sancto monita poplitibus curuatis colebat Euchariſtiam, & quantùm fas eſt brutis veriſſimè adorabat; nec non pariter porcorum, qui pecora cum ſint voracia naturaliter, inter ſiliquas Euchariſtiam per mulierem infidelem locatam ſunt reueriti; vt auctor eſt Diſcipulus; quod vt pecudes rationales nos altiùs faciamus.

S. Bernard. — Ioan. 10. 3. — Miraculum de oue & pariter de porcis adorantibus Euchariſtiam.

EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ

ENARRATIO VIGESIMASEPTIMA;

QVÆ EST DE PATRIARCHIS AB ENOS vſque ad Noë; & maximè de tribus, Enos, Iared, Henoch. In Figura Religionis, & Regularium primo ortu, principio, ac natalitio.

Super Gen. affatum cap. 4. n. 26. *Sed & Seth natus eſt filius, quem vocauit Enos: Iſte cæpit inuocare nomen Domini.* Et ſuper illud Lucæ cap. 11. n. 3. *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* Quæ n. 24. ad inuicem nectuntur.

De continuatione Numerus I.

Enos Pater Religioſorum, & primus inſtitutor.

SICVT Seth ex ſanctimonia Deus vulgò nuncupatus, filiorum prima Dei, nimirum Clericorum, atque Ordinis Clericalis erexit fundamenta, ſic Enos qui ob idem Deus quoque vocitatus, Religioſorum prima Ordinum, qui etiam Dei ſunt filij, conſtituit tyrocinia. De primo ſic Cyrillus Alexand. lib. 9. aduerſus Iulianum; *Hic cæpit inuocare nomen Domini. Quoniam autem ſumma virtute præditus erat, meritò laudabatur, & vocabulo Dei ab eis qui tunc erant, honoratus eſt.* Anaſtaſiúſque Nicenus q. 25. in paginam Diuinam; de quo amplo & honorifico filiorum Dei cognomine, Enat. præcedentis omiſſis teſtimoniis, hæc ſuppetunt pro illis, & aliis quibuſcunque ſpiritum ſectantibus; *Deus ſtetit in ſynagoga Deorum; in medio autem Deos diiudicat. Si illos dixit Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt, & non poteſt ſolui Scriptura, quem Pater ſanctificauit, & miſit in mundum, vos dicitis quia blaſphemas, quia dixi Filius Dei ſum?* De ſecundo Bellarminus de Monachis cap. 5. Religionum auctorem Enos ad verba primi thematis *Iſte cæpit inuocare nomen Domini*: conſtanter aſſeuerat. Nam Adam, Abel, & Seth inuocaſſe Deum priùs non poteſt dubitari; cum ergo Enoſci hoc opus in aliis iam antiquum hic primùm, tribuatur; inde ſatis comprobatur, altiori cultu aliquo & obſer-

S. Cyrillus.

Quis homo Deus vocatus, & quodam filij Dei ab ipſo appellati.

Pſal. 81. 6.

Ioan. 10. 35.

Bellarmin.

A uantia ſtrictiori, quàm Clerici obſeruabant à Setho iam fundati, inuocare Deum ſolitum, & inuocare docuiſſe; atque ideo Religionum initiũ poſuiſſe. Videatur Waldenſis de Religioſis domibus tt. 19. cap. 151. & lib. 3. de doctrina Fidei art. 1. cap. 1.

Thomas Vvaldenſis.

Tripartitam tamen facit Religionis progreſſionem præfatus Bellarminus; videlicet inceptæ, continuatæ & conſummatæ. Inceptæ per hunc Sanctum in lege naturali; continuatæ in lege ſcripta, per Moyſem, atque Prophetas, conſummatæque poſtremò in noſtra lege gratiæ, per Chriſtum, & per Apoſtolos. Quod quia duriuſculum videtur prima facie, à cuna hoc repetamus. Sed priùs opem Virginis illius imploremus, quæ

Religionis quæ inceptio, continuatio, & conſummatio.

B quidem ſi non cæpit (nimirum prior omnibus) inuocare nomen Domini, non deſtitit, nec vnquam deſiſtet eum ipſum pro nobis exorare, placare, & mitem facere. Nam adhuc vel in cælis pro hominibus hæc Domina, amoris ergo, timet; quemadmodum deuotè Vſſuna noſter dixit in ſuo Miſſus eſt p. 2. ſerm. 6. explanans illa verba; *Ne timeas Maria*; quæ ex aliis Prouerb. *Non timebit domui ſuæ à frigoribus niuis. Omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus*; ab illo confirmantur. Sique etiam non ambulauit cum Deo tanquam Henoch, cum ipſa Deus perpetuò, & intimè ambulauit, quouſque fuit tandem ad meliorem paradiſum per Angelos tranſlata; vt ex quodam Bonauent. ſerm. de Annuntiatione pateſcit in hunc

Maria vel in cælis vt timeat pro hominibus.

Vſſuna.

Luc. 1. 30.

Prou. 31. 21.

Maria quàm eximie ambulauerit cum Deo. Luc. 2. 51.

modom. *De alijs Sanctis dicitur, quòd cum Deo ſunt, vt de Henoch dicitur Gen. 5. quòd cum Deo ambulauit, quia voluntati eius obediuit; ſed Maria* A *dicitur, quod Dominus eſt cum ea, quia Dominus eius obediuit voluntati. Luc.* 2. Et erat ſubditus illis.

DE INCHOATIONE, CONTINVATIONE, ET conſummatione Religionis, ſub Chriſti magiſterio.

2. PRIVSQVAM Religionis primordia detegamus, Lectori gratum erit addiſcere diſcrimen, quod in rerum prophanarum, Diuinarúmque inuentu permaguum reperitur. Multæ etenim prophanæ inuentiones ſunt priores, quàm vna tantùm Sacra inuenta memoretur: Cain namque fundationem inuenit ciuitatum Gen. 4. 17. menſuráſque, ac pondera, quæ ciuibus præſcripſit; quibus ſimplicem eouſque viuendi rationem, & ſinceritatem natalitiam, atque etiam generoſitatem ignaram iſtarum artium, conuertit in verſutiam, & in aſtutiam mercatoriis negotiis inhærentē, ignobilem ſuapte; vt loquitur, & addit Ioſephus lib. 1. antiquit. cap. 3. Vlterius, quòd & illinc exibat ad rapinas, quas ad meliùs congerendas, & ſua conſeruanda, inuenit muros vrbium, humani belli indices, diſcordiæ noſtræ ſymbola; infamię noſtrę notam; & prolis noſtræ in ſe rixoſæ clarum dedecus; vt tangit ipſe auctor; quæ homicidiis ſine multis non poſſunt exerceri; ſed iſta iam minora inuentori fratricidij, & ei qui priùs fuerat, (Enar. 24.) nefarius atheiſta. Iabel reperit tentoria ad rurandum commodiſſima. Iubal Muſicam gratiſſimam. Tubalcain perutilem mortalibus peritiam, in ære & ferro opera quæcunque elaborandi. Noëma humano corpori amictū lanificium, ſeu etiam lanę & lini frugiferum opificium; & inſuper texendi ac veſtes faciendi induſtriam fructuoſam: quapropter inter viros hæc mulier ipſis viris tantoperè proficua à Moyſe nominatur, vt dicitur à Gloſſa. Sed cur veſtes tā abuſus, quàm luxus fulcimenta, non mulier reperiret? quā faxit Deus vt alię hoc tempore imitētur; in quo rebus abſimilibus, & iocis indecentibus quamplures ſeſe tradunt; cum fuſus atque colus ſint eis quod ſunt viris, tam belli lancea & gladius, quàm pace honeſtus calamus; vel ruri ligo & vomer, principia noſtri cibi, ac vitæ noſtræ fulcra, & Noëticæ, cum reliqua ab eo dimanante, nobilitatis fundamenta; vt patet de muliere illuſtri forti, & ſancta, depicta à Solomone; cuius ibi fortitudo eſt telas, ac cibaria domeſticis parare, vernaculis conficere, clientibus donare.

Gen. 4. 17. Cain conditor Ciuitatum; menſuræ; ponderis; atheiſmi; homicidij; & latrocinij. Ioſephus.

Quid mœnia ſine in vrbibus.

Gen. 4. 10. Inuentores quinam rerum à mundi ſint initio.

Mulieribus egregiis & illuſtribus quid decēt.

Qui omnes tamen ſunt Caini deſcendentes, cum degenitis à Setho nil ſimile dicatur. Cur vero? niſi quia prudentiores filij ſæculi, vt ait ipſa veritas, quàm lucis ſemper filij à ſęculi principio. Vnde & hodie cunctis patulum (& niſi hoc Chriſti afflatum omnino nos defenderet, iniurium nobis valde) hęreticorum ciuitates politiores noſtris eſſe, lautiores, directiores, ornatio- B res, & quò ad res, ſcientiáſque humanas non parum inſtructiores in cunctis diſciplinis; quæ illic quaſi vigilant, hîc autem quaſi dormitant. Seu quia, quod eſt huius exordium veritatis, ſemper impiis magna cura in rebus fuit corporis, at nulla in rebus animæ; vt inquit Lipomanus, & ex ipſis hæreticorum ciuitatibus eſt notum; ac etiam ex illo facto diſſimili tam valde, quo filium primum ſuum, Henoch, qui dedicatio Latina voce redditur, Cain vocare voluit; & in Sethi poſteritate hoc nomen niſi ſeptimo ab Adamo deſcendenti, qui ſerotinam ſuo titulo dedicationem Deo fecit, impoſitum cognoſcitur.

Luc. 16. 8.

Hæreticorum ciuitates politiores quàm ſint Catholicis; & quare. Lipoman.

Sed quare? Nunquid homines ſceleſti promptiores pro rebus ſunt cęleſtibus, quàm alij cælo ipſi prędeſtinati, & deſtinati? Non planè ſed econtrà; cum hęc generis Cain C temporanea dedicatio terrena tota fuerit, & terrenæ ciuitatis, quam à primo nato ſuo hic improbus dicauit; *Cognouit autem Cain vxorem ſuam, quæ concepit & peperit Henoch, & ædificauit ciuitatem, vocauitque nomen eius ex nomine filij ſui Henoch.* Sunt nanque viri mali ad mala feſtinantes, & ideo à primo filio proſapia ſcelerata dedicationem totam terream tam citò ſuam egit; at verò proles ſancta in ſeptimo nepote, & in numero ſe ipſo vniuerſitatem deſignante; quia in fine vniuerſarum caduci mundi rerum, in alterę dedicationem durantis ciuitatis cōſtituunt viri probi; vt aſſerit de eis Rupertus apud Gloſſam; & in opere morali lib. 16. cap. 6. Gregorius ſic ſe habens; *Cain ciuitatem conſtruxiſſe deſcribitur, qui videlicet peregrinus, & vagus demonſtratur; quia ipſe in terra fundamentum poſuit, qui à ſoliditate æternæ patriæ alienus fuit. Peregrinus quippe à ſummis, fundamentum in infimis poſuit, qui ſtationem cordis in terrena* D *delectatione collocauit. Vnde & in eius ſtirpe Henoch, qui dedicatio interpretatur, primus naſcitur; in electorum verò progenie Henoch ſeptimus fuiſſe memoratur; quia videlicet reprobi in hac vita, quæ ante eſt, ſemetipſos ædificando dedicant; electi verò ædificationis ſuæ dedicationem in fine temporis expectant; & in quieto ſeptenario futuræ vitæ exquirunt.* Ad mala bene mali feſtinant, currunt, volant; quapropter non mireris ſi poſt tot res inuentas trepidantia vix appareant Religionis natalitia; quæ recto iam itinere ſe ſubdunt noſtro calamo.

Quàm boni malis ſint ad mala promptiores.

Gen. 4. 17.

S. Gregor.

3. Mundo igitur naſcente Religio nata eſt (ſub auſpiciis nempe Enos) doctrina, & diſciplina, qui arctiori vitæ modo Religioſos cæpit viros formare, & inſtituere, cum cæpit nomen Domini huiuſmodi inuocare, ita vt Sethi auditores & diſcipuli communiter Eccleſiaſtici ac Dei filij tum temporis

ſint

Enoſcæi qui viri primitus, & poſtea quinā Eſſeni.

Bolducius.

Cinæorum quæ Religio.

Quo tempore Enos cæperit inuocare nomen Domini.

ſint dicti; alnmni verò Enos peculiariter ab illo ſottiri nomen aliud *Enoſcæi* à ſuo patre, & fonte nuncupati; qui in memoriam tanti viri, inſtaurati poſt diluuium *Eſſeni* ſunt vocati; de quibus ſatis latè, & curioſitate ſatis grata Bolducins lib. 1. cap. 13. cum ſequenti de Eccleſia ante legem. Vbi à cap. 15. de Religione quoque alia tunc pariter incepta; quæ à filio Enos Cainam *Cinæorum* dicta fuit, ſcribit abundanter. At nobis nunc ſufficiat, reſcire mundi anno 396. Sethi verò 266. Enos autem de quo hîc 160. vel circiter bunc Sanctum cæpiſſe vario tramite diſtincto ab illo Setbi, inuocare nomen Domini; atque primam Enoſcæorum Religionē conſtituere; ptout contra Salianum, & rectè, ni decipior, Bolducius cap. 11. præfatos annos computat. Qui in cap. quintodecimo iſtos vltimos *Cinæos* Religioſos noſtri temporis referre plùs adiungit, & preſſiùs imitari. Erant quippe vtiliores, familiarioréſque hominibus, in rebus vitæ actiuæ, Dei verbum proclamando, docendo, inſtituendo, exhortando, & ſuadendo ad opera virtutū frequentiùs occupati; Eſſeni verò dediti ſtudio contemplandi, quod Monachorum à ſæcularibus remotiorum finis eſt; in quo totum Religioſorum à Monachis diſcrimen, vt infra demonſtrabo. Quapropter *Cinæorum* reſtitutorum poſt diluuium, tanquam mundo vtiliorum ſectatos multos viam, & inter eos Abraham, ac tandem Machabæos, Bolducius ipſe vult, qui theſes ſuſtinebit. Quique cap. 14. in lib. de poſt legem rectè omnium Religionum varietatem tam multiplicem reducit vnitati; tam in vno Religioois communi cunctis nomine, quàm in tribus illis votis eſſentialibus vocatis: omnes enim Religioſi vocantur hocce nomine, & votis his ligantur; quod ille *Enoſcæorum & Cinæorum* priſco exemplo ratificat, & probat.

Religioſi Machabæi.

Hæc ſub lege naturali Religionis fundamenta, quæ poſtea ſub Moſayca non modica nec pauca viderunt incrementa. Nam præter Enoſcæos, Eſſeuos pòſt vocatos; & ſimiliter Cinæos in Aſſamonæos commutatos, vſque ad Chriſtum celeberrimi fuerunt *Nazarei*, de quorum inſtitutione in Numeris tractatur; quæ in honorem Ioſeph Sancti, intonſo crine è carcere Ægyptio egredientis, ex verbis ſubſequentibus in Deutero. lib. habitis, colligitur formata; *Benedictio illius, qui apparuit in rubo, veniat ſuper caput Ioſeph, & ſuper verticem Nazaræi, inter fratres ſuos.* Vnde etiam Nazaræi & comam non radebant, & hoc nomen eo temporis illuſtre retinebant; quaſi eſſent inter omnes Sanctificati & ſeparati (id etenim Nazatæus ſignificat Hebraicè) vt inter fratres ſuos prędictus Ioſeph fuerat. Sed etiam & *Rechabitæ* Religioſi longe inclyti fuere in lege veteri; ab Helia rapto in curru huiuſmodi vocati; *Rechab* enim currus eſt; & ille Iſrael currus, aurigáque vocatus, 4. Reg. cap. 13. Nec non ſimul ab Eliſæo, qui vt pallij atque Magiſtri ſpiritus non ſimplicis, tum hæres tum poſſeſſor, & ipſe Rechab dictus; cuius quidam vir diſcipulus, cui nomen Ionadab hunc Ordinem fundauit; de quo & inſtitutis relictis Rechabitis, Ieremi. 35. à n. 2. arcta ſatis, vel pro nunc viuēdi diſciplina, admiratione multò magis, quàm imitatione noſtra digna, ſi in caſtitate quā noſtrates obſeruant, illi viuerent. Quos à domicilio circa Carmelū Carmelitanos dictos eſſe non paucis viris arridet; de quibus Salianus anno mundi. 3124. 3127. 3139. quāmulta fert Lectori. Poſt quos ingreſſi demū Scribæ, & Phariſæi, ac etiam Saducæi; qui omnes ſuam ſinguli habebant vitæ normam; quantumuis hi poſtremi à Religioſis deſciſcentes iuſtiſſimè haberentur; quos ideo Chriſtus Domin. multoties reprehendit; & Scribas ac Phariſæos vt Religioſos retrocedentes à vitæ probitate haudſecius ipſe carpit.

A Ioſeph vt Nazaræorū Religio denoata.

Numer. 6. à n. 18.

Deut. 33 16.

Rechabitæ qui Religioſi, & quare ſic vocati.

4. Reg 13 14

Carmelitani iuxta moltos Religioſi Rechabitæ.

Salianus.

An Religioſi Phariſæi, Scribę & Saducæi.

Quibus tamen fece temporum quàmualde deturpatis, Nazaræi & Rechabitæ in tabernaculis degentes, ex herbiſque viuentes, Iordanis circa latices durarunt impolluti, vt Epiſtol. ſua. 4. Hieronymus eſt teſtis; & ad Paulinum. 13. At verò iſtorum omnium diuerſa multitudo *Enoſcæorum & Cinæorum* reſtitutorum poſt diluuium, alumni in diſciplina; quos *Enoſcænos* in *Eſſenos* poſt cataclyſmum tranſmutatos, vſque ad Chriſtum perueniſſe inuenies in Philone, in eo libro quem de vita contemplatiua diuulgauit; & in Ioſepho de bello Iudai. lib. 2. cap. 7. nec non pariter in Plinio lib. 5. cap. 17. E quibus Philo fuit; præfatúſque Ioſephus; Baronij iuxta mentem Annal. tom. 1. Euſebij lib. 2. cap. 16. & 17. Et Epiphan. contra hær. hær. 29. Quos duos Eſſenorum ſodalitate iam perfuncta Bolducius aſſeuerat fuiſſe Chriſtianos; & Eſſenos læto animo hauſiſſe Chriſti legem, vt colligitur quòd ab eo taxari non legantur; in quem etiam Filium Dei, per Filiorum Dei communem in nomine analogiam, propenderent ſuapte: quibus item, incontaminatis Enoſcæis vel Eſſænis, tam Chriſtum quam Baptiſtam, à nouitatibus non abhurrens, annumerat hic auctor; lib. 1. cap. 13. & lib. 3. cap. 16. de Eccleſia ante legem. Videatur Spondanus anno mundi. 3139. vbi aliam Religionem à Samuele Sancto conditam in Ramathâ adinuenies.

Hieronym.

Philo Eſſenus & Ioſephus exiſtimati Chriſtiani.

Eſſenus ante Chriſtus & pariter Baptiſta.

Bolducius.

Religioſorum pater Samuel.

Spondaous

Sed hæc ipſa Religionis ſplendida incrementa ſublimata & conſummata fuiſſe Chriſti tempore, per ipſum non negabit, qui Religionis antiquitatem in Chriſtianis penſitauerit. Nam Monachi non pauci, vt docet vita Antonij, hunc Sanctum præceſſere. Dionyſius ex Monachatu creatus fuit Pontifex. Cyprianus & Tertullianus ante iſtum Dionyſium moita equidem de Monialibus & Virginibus velandis poſteritati tradiderunt; quæ non niſi de religioſis ac Deo conſecratis, vt conſtat ex eiſdem, intelligi fas eſt. Dionyſius Areopagita Apoſtoli diſcipulus ad Monachum Theophilum Epiſtolam tranſmiſit; qui de cæleſti Hierarc. cap. 6. multa confert de vita Mo-

Religio quantùm ſit a Chriſto confirmata.

nachorum. Philo eius coætaneus ſæpe Monachos & Virgines à Marco Euangeliſta in de vitæ contemplatiuæ libello valde laudat; quod confirmat Caſſianus lib. 2. cap. 5. de inſtitutis Monachorum. Vnde Euſebius in hiſtor. lib. 2. cap. 16. Auguſtinus ſerm. 2. de vita Clericorum; Iſidorus lib. 2. de officiis cap. 15. & Caſſianus memoratus colla. 18. cap. 5. quos 2. 2. ſequutus D. Tho. Religionum inſtitutionem Apoſtolis attribuunt; at Chryſoſto. ad popu. hom. 17. hoc refert ipſi Chriſto: nec ma- A lè, cum & vitæ Religioſæ prædicator in illis verbis fuerit; *Si vis perfectus eſſe, vade & vende quæ habes, & de pauperibus, & veni ſequere me*; quod aliis ille dixit in Luca, & in Matthæo; & exemplo vitæ ſuæ hoc ipſum comprobauerit; vt à multis longa ſerie diſputationum dictum eſt. At meritò cū Chriſto identificatur & ſolidatur Religionis primus ortus, quando totius Religionis origo Chriſtus eſt. Nunc quomodo cum eo in Euchariſtiæ Sacramento Religio ſocietur, iam intrat explicandum.

Matt. 19. 21. Matt. 16. 24. Luc. 14. 26.

DE RELIGIONIS DEFINITIONE, DIVISIONEQVE triformi, aptata & collimata Euchariſtiæ Sacramento.

4. NIL dubij Religioſorum tres claſſes aſſignari, tam illorum, quos antiqui vocabant tantùm Monachos, & hodie à viris gnaris frequentiùs ſic vocantur, quàm horum, qui communiter Religioſi nuncupantur; atque militum Regularium, qui ſub vita ſæculari obligationibus Religionis tenentur, & ligantur.

Cur Monachi ſic dicti; & hodie quinam Monachi,

Primi quidem ſic vocati à *Monos*, quod eſt vnum; quia rebus diuiſibilibus ab ipſis derelictis, vni Deo & contemplandi ſtudio ſeſe tradunt; quales ſunt Benedictioni, Ciſtercienſes, Baſilienſes Romualdenſes, necnon Sancti Brunonis ſectatores; & alij quiqui ſimiles prædictis *Cænobitæ*, qui habitant communiter, & orationis ac contemplationis incumbunt exercitio, præ cunctis neceſſario; vt dixit Chriſtus Dom. *Martha, Martha, ſolicita es, & turbaris erga plurima. Porro vnum eſt neceſſarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Nam *Canon* vnde venit huiuſmodi vocabulum, communitas eſt Græcis; & communitas ita viris Religioſis neceſſaria, vt ferè, ſiue verè eſſentialis iudicetur. Quare omnes Heremitæ à clauſuræ & obedientiæ ligamine ſemoti, nec Religioſi nec Cænobitæ dicentur vero titulo, quidquid huicce veritati Hieronymus contrarium, in Epiſtol. ad Heliodorum tenere videatur; vt Ioan. Caſſianus Colla. 8. cap. 5. & Dionyſius cap. 6. de Cæl. Hier. grauiſſimi ſunt teſtes.

Luc. 10. 41. 42.

Cænobia & cænobitæ cur ita nuncupati.

Caſſianus. Dionyſius.

Secundi verò dicti Religioſi à religando, quod dupliciter eſt rem ligare & innodare; ex eo quòd ſint Deo, & hominibus ligati; Deo ſanè per officium eundem contēplandi; & hominibus per munus hos ſemper adiuuandi; in Concionibus, & Sacramento Confeſſionis miniſtrando; inque omnibus quæ vitæ actiuæ ſunt proficua; quatenus iſta contemplatiuæ ſubſeruit, & ligatur. Qui hodie Religioſi frequentiùs vocitantur, & Mendicantes voce alia; quorum auctor primus fuit Seraphicus Franciſcus; vt lib. 5. cap. 45. de Monachis, expreſſè fatetur Bellarminus.

Religionis & Religioſorum vocabula vnde orta.

Quis auctor Mendicantium

Bellarmin.

Tertij tandem à militari quam verſant diſciplina, aduerſus infideles, appellitati Militares; qui votis religantur; & penè B ſolam vitam actiuam conſectantur. Poſt quos omnes lato modo Chriſtiadæ quicunque Religioſi dici poterunt, vt alibi ſacerdotes dicuntur iſtiuſmodi. Cum Deo nanque ipſi ligantur per Baptiſmū, & per legis decem vincula, præcepta nuncupata, vnde ethymon Religionis exortum modò protuli; de quo S. Auguſtinus de vera Religione cap. 55. in ſuo tom. 1. & tom. 5. lib. 10. cap. 4. & 17. D. Thom. 2. 2. q. 81. art. 1. & q. 186. art. 1. Quod non ſolùm de Religionis intelligitur ſtatu, ſed & de Sanctæ Religionis & venerationis verſus Deum ſupremo longè actu; vtroque nanque ſenſu cum Deo & cum hominibus quam arctè religamur.

Religioſi qui militares,

Auguſtinus

D. Thom.

Vt Religio pro Religioſorum ſtatu accipiatur, & ſimul pro Dei cultu.

Ergo noſtrum citra dubium Euchariſtiæ C Sacrificium, cum Deo & cum hominibus Religio vera eſt, & vera religatio. Cū Deo, quia hodie hæc ſola eſt Sacrificium; Sacrificium verò cultus Diuini ſummus actus ab omnibus agnoſcitur; vt 22. Enarrat. dictum fuit; quare & illud voce alia adoratio nuncupatur; *Poſtquam adorauerimus reuertemur ad vos*; cum aliis locis ſupra Enat. 25. hoc ipſum conteſtantibus; quia latriæ & adorationis Diuinæ culmen eſt, litandi munus Sacrum; Auguſtini iuxta mentem lib. 5. cap. 21. contra Fauſtum Manichæ. & D. Thom. 2. 2. q. 81. art. 1. Cum hominibus, quia homines in Religionis nomen quoduis, ſiue verum, ſiue falſum congregari nunquam poterunt, niſi aliquo Sacramento, Sa- D crificióque viſibilj ad inuicē ligentur, conueniant, conuocentur, vt in primis Enar. Abelis reſeruaui, cum Auguſtino contra Fauſtum lib. 19. cap. 11. & cum Angelico D. 3. p. q. 61. art. 1. Quibus locus Auguſtini eſt aliis coniungendus lib. 19. cap. 25. de Ciuit. Dei; vbi virtutes ille veras abſque vera Religione offendi non concedit; & Paramus de Inquiſitione lib. 2. cap. 3. n. 1. cum ſequent. vbi faciliùs ſine area ædificium poſſe dari, quam Remp. ſine Religione incolumem ſeruari patenter, aſſeuerat; & recenter ex Politicis Georgius Sconbornerus lib. 3. cap. 11. qui cum hæreticæ prauitatis ſectator ſit, & doctor, quo ductu in libri fronte ſub pede adoleſcentis calcatum ius depinxit, nimirum, librum, cui (nec mundi

Sacrificium cur adoratio, & cultus Dei ſit apex.

Gen. 22. 5.

Auguſtinus

D. Thom.

Religio quantum proſit Reip: vnitati; regimini, & concentui.

Sconbornerus in Politicis.

Digitized by Google

mundi timens oculos, quos praui pluris faciunt) pro titulo *ſui* poſuit; apertis tamen verbis, quantumuis valde ſubdolis, vafriciéq; repletis, pro vnitate Religionis tuenda tenax eſt; pro qua etiam nobis offert Horatium modulantem;

Horatius.

Dij multa neglecti dedere
Heſperiæ mala luctuoſa.

Et Senecam dicentem;

Seneca.

——Vbi non eſt pudor,
Nec cura iuris, Sanctitas, pietas, Fides,
Inſtabile Regnum eſt.

Cuius quidem, & reliquorum nutantium & vacillantium in tanta veritate, redarguit meotem optimè Politicorum mihi Princeps, & auctor longè ſummos. D. Didacus de Saauedra in Principis Idea; quam vtinam eius Principes, & ij mundi quiqui B induecerent in mentem, & mentes ſuas verbis illius adaptarent; nam Regna forent tunc Angelica, & cæleſtia; vt liber talis eſt; in cuius tu emblemate. 16. & 22. cum ſeqq. duobus, & per tranſennam. 92. inuenies de Religione in columen Reip. quæcunque diei poſſuot.

D. Didacus de Saauedra vbertim commendatus.

Præclarè igitur Euchariſtia, cum ipſa ſimol ſit Sacramentum & Sacrificium Chriſtiani religamur, & illa perfectiſſima Religio noſtra eſt; de qua poſſumus multò meliùs, quàm de agno figuratiuo antiquo enuntiare; *Et cum dixerint vobis filij veſtri; Quæ eſt iſta* Religio? *dicetis eis. Victima tranſitus Domini eſt, quando tranſiuit Dominus ſuper domos filiorum Iſrael in Ægypto, percutiens Ægyptios, & domos noſtras liberans.* C Nam illic erat vmbra, hîc verò claret veritas; illic victima tranſitus Domini, hîc Dominus vſque ad ſæculi conſummatioñe nunquam tranſiens, ſed permanens, & durans; *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi.* Nobiſcum, vt nos aduniat; nobiſcum vt nos conſeruet in Fidei veritate; nobiſcum vt nos fortificet vigore ſuæ ſpei; nobiſcum vt nos illuminet, inflammet, & incendat, tam luce, quàm & igne cæleſtis Charitatis; quæ datum primum eſt, & donum maius omnibus à ſummo Patre luminum in homines deſcendens. Vnde meritò adnotauit Marcellinus Capucinus in ſua Encyclopedia non incongruè Caluiniſtas ſuam ſectam per antiphraſim Religioñe vocitare; vt bellum bellũ dicitur, quod minimè ſit bellum; ſed fœdum cadaueribus, cruore & mille D noxis, nec non barbaris, & impiis flagitiis omnis generis; Bellonam turpem & ſæuam de more conſequentibus; ac nemus quoque lucus, quòd locus ſit non lucens. Nulla etenim Religio vel fuit, vel ſuapte in mundo dari poteſt, patenti ſine aliquo & noto Sacrificio. Cum verò Caluiniſtæ ſint illi, qui plus vnicum Eccleſiæ Sacrificium abiicere nituntur, in ſenſu bene obuio Religio ſecta eſt, quæ nec habet, neque vult præ cunctis mundi ſectis, habere Sacrificium.

Euchariſtia vera nobis, & quare ſit Religio:

Exod. 12. 26. & 27.

Matt. 28. 20

Marcellin. Capucin.

Cur Religioſi Caluiniſtæ, & Religio illorum ſecta iuſtiſſimè vocetur.

5. Vis ampliùs comperire, Euchariſtia quantùm nos cum Deo & cum hominibus adinuicem ligemur? Cum Deo ſatis paret ex verbis Euangelij; *In me manet, & ego in* A *eo.* Cum hominibus nil minos ex aliis Apoſtolicis; *Vnum corpus multi ſumus, qui de vno pane participamus.* Quo pane ſimus vnum; in vnúmque colligimur Fideles vniuerſi; ita vt aliis in conuiuiis ex ſumentis vnitate ciborum fiat vnitas, in eo coniunctorum; hîc verò ex vnitate tã vnici Conuiuij, ſumentium venit vnio; quapropter iſta ſumptio *Communio* nuncupatur; id eſt, cõmunis vnio; de qua 7. Enarrat. quàm multa elucidauimus. Ac vnio pretioſus, qui in aceto Paſſionis dilutus pro hominibus hos ligat variis modis infauſtè diſſolutos; multò meliùs quàm Reginæ Ægyptiæ quondam vnio; illic enim ad diſſolutionem ligauit duo corda amore iam ligata, & vnionis facto illo ſoluti, vt duo erant, ſtrictiùs religauit; hîc B verò non ſoluto, ſed indiſſolubili vnione, ex diſſolutione plus deformi ligantur crebrò hoſtes ad intimam concordiam, & turpes quondam ac deflui, in veram caſtimoniam; & per iſtam ad quoddam iam conſortium Beatorum; vt ait vir Seraphicus ad illa verba Canonis; *Communicantes & memoriam venerantes in primis B. & glorioſæ ſemper Virginis Mariæ.* Quæ ille ſic explanat; *Ecce quomodo in Miſſa ſumma imis coniunguntur, & terreſtres quodammodo efficiantur cæleſtes, quia militantes in terris triumphantibus Sanctis in cælis per orationem Canonis vniuntur.*

Ioan. 6. 56.
1 Cor. 10. 17

Quam magnum ſit & mirum, & contra humanum cibum ligamen Euchariſticũ.

S. Bonau.

At parcè dixit ille, per orationem fieri Canonis huiuſmodi vnitatem; cum veriùs hæcce fiat per operationem panis Sancti, C in eo conſecrati; hoc nanque ſumma imis, & ima econtrà ſummis ligantur naturaliter; hoc caro legi ſpiritus arctiſſimè aduuatur; de quo ego ſic intelligo pro tempore futuru Meſſiæ præſtolati, Oraculum Iſaiæ; *Lupus & agnus paſcentur ſimul*; id eſt, hoc miro paſtu; qui facit lupum corporis obedire cordis agno, innocentiæ & veritatis ſectanti ſolam ſemitam; *Leo & bos comedent paleas*; hoc eſt, carnis leo rugiens, & ſpiritus bos vtilis, iſtius panis paleas, nempe ſpecies Sacramentales, quibus granum cæli tegitur, concordes manducabunt; *Vitulus, & leo, & ouis ſimul morabuntur*, in panis huius, puta, pacifico habitaculo.

Vt animalia valde auerſa quæ affert Iſaias in Euchariſtia ſimul comedant.

Iſai 11. 6. & 7.

Quæ verba, ne à ſcopo Religionis deflectamus, Religioſis & Euchariſtiæ ſic aptat noſter Buſtus, Roſar. 2. p. ſerm. 27. *Lupus* D *& agnus paſcentur ſimul*, quia diuerſæ propenſiones in agro Religioſo his paſcuis vinculantur, & in charitate retinentur. *Leo & bos comedent paleas*; quia omnes tam ætate, quàm qualitatibus diuerſi ac etiam diſcordantes, de eiſdem in refectorio cibariis ſuſtentantur, qui de eiſdem ſpeciebus aluntur in altari; *Vitulus, & leo, & ouis ſimul morabuntur*; Religioſi nempe iuuenes, qui vituli ſunt annis; & vetuli, qui ſunt oues; ac tanquam veræ oues palatum obſcurum habent; & in dentibus plerúmque bidentes ſunt, à dentibus ſic binis nuncupatæ; nec non etiam viri docti, qui fortes ſunt leones ex campo Chriſtiano, cum vitulis & ouibus, id eſt, cum idiotis, & viris ſimpliciſſi-

Buſtus.

Religioſi contubernij conſenſus figuratus, & apprimè explicatus.

mis, virtute panis huius in pace morabuntur; de quibus bene ſubditur; *Et puer paruulus minabit eos.* Quia ſæpe cunctis iſtis præficitur Prælatus, ætate ſatis puer, cui licet valde impares, ad vocem, & nutum parent.

Religioſis cur Eccleſiæ à Parochialibus diſtinctæ perpetuò datæ fuerint. Bellarmin.

6. Hæc ille ferè omnia; quæ virtute panis huius non dubites contingere; quapropter ſemper cum in Eccleſiis ſuis propriis à Parochialibus diſtinctis, ex Eccleſiæ primitiuæ principiis habuere Religioſi quiqui viri; vt de Eccleſiæ Sanctæ notis oſtendit Bellarminus; & de Monachis cap. 6. cum Caſſiano, & Auguſtino, & Epiphanio, variis locis hoc ipſum conteſtantibus: quo Sanctiſſimo munimine in cuſtodiis aſſeruato in charitate ſe cuſtodiunt, in obedientia ſe conſeruant. Iſti etenim ſunt illi, qui ignem ſemper inferunt altari legis nouæ, & à Diuino Tabernaculo, vt Samuel, non diſcedunt.

Leuit. 6. 12
1 Reg 1. 28

Sed cur olim Anachoretæ deſerta inhabitantes non aſſiduè panis huius participes fuere, ſi vera ſunt quæ aliqui de illis conſcripſere, & de eorum impedimentis ad frequentem communionē licebit coniectare. Bernardinus tom. 4. ſerm. 1. de Euchariſtia art. 2. cap. 3. hoc Spiritus Diuini diſpoſitioni ſolùm tradit; qui *diuidit ſingulis prout vult*; imò ſingulos prout ſcit, & videt neceſſarium, gubernat, atque dirigit. Verumtamen hæc reſponſio, cum vera ſit, & Sancta, non plenè rem exhaurit. Caput *Miſſas* de Conſecr. d. 1. ait Miſſam priſco tempore non obligare de præcepto; quia meſſis multa erat, operarij autem pauci; id eſt meſſis Euchariſticæ non multi operatures, meſſores, Sacerdotes; ad quos tota multitudo accurrere valeret. Et quidem ratio iſta validiorem primam facit, ita vt tandem ſub vtraque reſponſum dari queat; & ex vtraque mea aſſertio robuſtiùs confirmetur. Ego enim ab Euchariſtia perfectionem Religioſorum conſtituo dependentem, & proprias ob id eis Eccleſias data aſſero. Vnde ſequitur quòd tunc præcepto de aſſiſtentia huic Sacrificio non extante, vel Heremitę ab Euchariſtiæ præſentia ſeparati, perfecti non extiterint, vel illi nullo modo (quidquid aliud ſcribatur) caruerint hoc cibo; quod certiùs valde iudico; ita vt eum penes ſe habuerint in heremo, qui erant ſanctiores; vel quotidie celebrando qui erant Sacerdotes, vel qui laici Sacras Hoſtias in cellulis habendo, quas ſeruatas reuerenter, quotidie manu propria reciperent ante cibum quemcúnque, velut hodie eſt moris in Eccleſia. Hoc enim tunc licebat, ni tantùm mulieribus, vt alibi in hoc opere inuenies exaratum, & erat propter temporis anguſtias neceſſarium; quo Fideles vel in oppidis cum Martyrij quotidiano periculo degebant, vel loca feris propria, repletáque colebant; quorum neutrum ſine huius Sacramenti fulcimento valeret ſuſtineri, & bene tolerari; quemadmodum ad Cæſaream affirmat verbis ſeriis Baſilius teſtis locuples; *Omnes enim* (ſcribit ille) *qui ſunt in deſerto Monachi, vbi non eſt Sacerdos, illic habentes Communionem, ex ſeipſis eam ſumunt. Alexandriæ autem, & in Ægypto vnuſquiſque ex laicis qui illic degunt, maxima ex parte habent communionem domi ſuæ.* Hæc ille; quem tam refert, quàm ſequitur Baronius anno Chriſti 57. n. 150.

Anachoretæ in ſolitudine Euchariſtia anne caruerint, vel ipſam ſemper ſecum habuerint, & quomodo.

Vt Cōmunio manu propria vel laicis quondam licita.

S. Baſilius.

Neque ſolùm in Religione Euchariſtiæ copulata ſplendet ſummus cultus, & arcta cū Dei noſtri obſequio religatio; ſed etiam in Euchariſtiæ Religioſo Sacrificio, dumtaxat per ſe ſumpto, reſplendet idem cultus; & religatio Dei cum homine. Nulla etenim eſt Religio, vel natio tam dilecta, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt nobis. Et quidem neceſſariū vllatenus hoc erat alumnis Chriſtianis; cum Religio ſit locata in ſignis viſibilibus, vt dictum eſt in Abele; in hoc tamen Chriſtiana Religio vincit alias, quia non habet ſigna vacua, ſed plena auctore gratiæ, qui in cibo tam mirando realiter eſt præſens; quare inquit Cyprianus ſerm. in Cæn. Dom. *Sacramento viſibili Diuina ſe infudit eſſentia, vt eſſet Religioni circa Sacramenta deuotio.* Et poſſet ſuperaddere, ſuprema reuerentia. Quo factum vt Chriſtianæ Religionis ſummus cultus, ex parte Sacrificij valoris ſit immenſi, & prorſus infiniti; qua permota intercapedine ſic ſonat vox Eccleſiæ; *Communione calicis, quo Deus ipſe ſumitur, non vitulorum ſanguine congregauit nos Dominus.* Tantò enim meliori nos nexu religamur, quantò ſanguini pecorino Dominicus præfertur. Ergo noſtra Chriſticolarum Catholica Religio, tam pro actu Sacrificandi, quàm pro ſtatu Religionis, quamuis aliter atque aliter, Sacrificandi ſummi apicis ſplendor quidam eſt; & Sacrificium ſummum iubar Religionis Chriſtianæ. Nam in actu Religionis offerimus rem Deo cunctarum verè maximam; & in ſtatu Religionis (poſt iſtam) rem maiorem; quia poſt tale Sacrificium Religioſam vitam ſequi, eſt reliquis excelſius, vt infra declarabitur. Sacrificium verò iſtud Religionis vtriúſque vel ſanè eſt Euchariſticum, vel ipſi coniunctiſſimum, quod hactenus ſectionis præſentis finis fuit, Scopus, atque meta.

Deut. 4. 5.

S. Cyprian.

DE

DE VERITATE ET NECESSITATE RELIGIONIS vinculorum, quæ Vota *nuncupantur, & ſunt hominis proculdubio incredibilia Sacrificia; in primíſque de primo, pro hominibus ingenuis, & liberis ſuapte, obedientiæ longè miro.*

Religioſorum tria vota à Chriſto verè tradita.

7. TRIA ſunt, quæ Religioſos deuinctos Deo faciunt; obedientiæ, Caſtitatis, Paupertatíſque ligamina; quæ omnia à Chriſto Dom. conſulta inueniuntur. Obedientia in illis verbis; *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum*; in aliis verò caſtitas; *ſunt eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt propter Regnū Dei; qui poteſt capere capiat.* Paupertáſque in iſtis; *Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, ſequere me.* Nec tantummodo, conſulta, ſed ſimul obſeruata. Obediētia, dum vel vſque ad mortem Crucis diram obediit Patri ſuo; Caſtitas etiam, dum tam caſtus, quā ſimul de caſtiſſima exortus matre fuit; & Paupertas loco vltimo, dum volucribus ac vulpibus inferior, loco caruit, vbi dignum & reuerendum reclinaret caput illud, Eccleſiæ vel in terris, vel in cælis ſummum caput; vnde etiam Religionum inſtitutor & obſeruator à Buſto nuncupatur; in Roſar. 2. p. ſerm. 27.

Matt. 16. 24. — Matt. 19. 12. — Ibidem n. 21. — Philip. 2. 8. — Luc. 9. 58. — Buſtus.

A

Ratio autem neceſsitatis votorum prædictorum, vt nequeat abſque ipſis Religio vera dari, huiuſmodi ſe habet; quia nullus Religioſos perfectus eſſe poteſt, quin Deo ſeſe totum committat, atque tradat, & omnia impedimenta propulſet & ſubmoueat; quod equidem his virtutibus, & tribus adminiculis; ſeu mediis, atque fulcris robuſtis obtinemus. Toti enim Deo tradimur, cum animum, & pòſt corpus, ac bona temporalia eidem mancipamus; vltra quæ nihil iam reſtat quod Deo tradi valeat. Porro animus humanus ei traditur mediante virtute obedientiæ; corpus verò continentiæ; paupertatiſque ſupremò quæcunq; bona externa ad corpus noſtrum attinent. Quibus omnibus nihilominus Religio non fundatur, ni votum ſubſequatur, quo fiant hæc perpetua, & vſque in finē vitę ſtata, firma, & rata. Status nanque vitæ Religio verus eſt, ſtatus autem naturaliter rem ſtabilem adſignificat D. Tho. 1. 2. q. 108. art. 4. C. & 2. 2. q. 186. art. 3. & 6. Nec minus tribus iſtis impedimenta quæque obuia & nocua ad perfectionem virtutum remouentur; Obedientia quippe premitur tumiditas ſuperbię; caſtitatéque comprimitur luxurię petulantia; ac tandem paupertate auaritię inſatiabilis & hians appetentia. Ad quę vitia rectè & facilè reliqua omnia apud Epiſtolam Ioan. reducuntur.

Religionis trium illorum votorum eſſentialium ad religionem conſtituendam neceſſitas quæ detur.

D. Tho. — 1. Ioan. 2. 16.

Hic triplex eſt funicolus qui rumpitur difficilè; nam rarò poſſunt vota prædicta diſpenſari, diſſolui, rumpi, tolli; quantumuis poſſit benè, vt ſanior fert opinio hoc fieri aliquando; & ideo funis rumpitur, ſed admodum difficulter. Et vt cuncta Sacrificio noſtrati accommodemus, hæc tria ſunt veraciter humana Sacrificia, in quibus tria corporis & animæ pręſidia hilariter offerimus, & inſuper mactamus. In obedientia, nempe, capitis ſupremam partē cerebrum; ac nobilem intellectum; ſubiectum menti alterius, ligatum & immolatum. In Caſtitate verò hepar, quod ſanguinis & carneæ laſciuiæ eſt fundamentum; in illóque memoriam, quæ ſanguinis ad inſtar in hepate formati, per omnia bene fluit, excurrit, atque volat. Et tandem in paupertate cor noſtrum & voluntatem; quia in corde & voluntate tam interior quàm exterior paupertas condi debet; quæ ſi ita à facultatibus & vitiis refrenetur, verè cæli diuitiarum nos faciet poſſeſſores. Magna ſanè, & nihilminus ſuapte incredibilia (cum tamen videantur quotidie) Sacrificia; quæ quidem vt Sacrificia colludunt Euchariſtiæ; prę ſertim cum & iſta ex intellectu mortificato, & ex corpore caſtificato, ac ex habendi deſiderio omnino trucidato, non aliter, conſentur; quæ ad Diuina capeſſenda, & ad Euchariſtiæ beneficia quamuaria promereoda ſummoperè conducunt; cum qua in eo etiam conueniunt adamuſſim, quia ſicut hæ virtutes abſque voto Religionem nō valent conſtituere, ſic nec iſta Sacrificia abſque voto & deſiderio Euchariſtico quid proſunt; quo ſine vel explicitè, vel implicitè concepto non fuit vnquam ſalus D. Tho. 3. p. q. 79. art. 1. ad 1.

Eccleſ. 4. 12.

Humana, & per quam magna Sacrificia in Religioſis, ſint tria illorum vota.

B — C

D. Tho.

8. Sed iam tria Sacrificia minutim ponderemus. Talis eſt obedientia; quia ſeruitus eſt liberi, & hominem plus liberum ſeruorum ſeruum facit, cum ſeruis quidquid liceat, obedientibus verò nihil, extra limites & fines diſcretę obedientiæ, ſeruitus autem per Iuriſtas cum morte comparatur; L. *Seruitutem.* ff. de *Regulis iuris.* L. *Hic ſtatus*; §. *Donator.* de *Donationibus inter virum*; L. *Intercidit.* ff. de *Conditionibus & demonſtr.* Si ergo obedientia inducit ſeruitutem, & ſeruitus excidium iuridicámque mortem, magno iure obedientia eſt verum Sacrificium. Nec tantùm Sacrificium, ſed & omnia perantiqua apparatu tam magnifico oblata Sacrificia, non parum ſupergrediens; iuxta verba à Samuele Sauli promulgata. *Melior eſt obedientia, quam victimæ, & auſcultare magis, quàm offerre adipem arietum; quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idolatriæ nolle acquieſcere.* Quod ego valdè cuperem, attenderent quicunque abſque freno obedientiæ per nouas ſectas currunt, & diffluunt multiformiter; cum extra Petri petram tam firmiter fundatam, & tam opti-

Obediens ſeruus eſt, & ſeruitus excidium; ac ideo obedientia perfectum Sacrificium.

D

Sacrificiis quàm excellentius obedientiæ Sacrificium.
1. Reg. 15. 22.

AAAaa

mis teſtimoniis, quæ mitto, roboratam, non detur bonum gratiæ, ſalutis, & doctrinæ; ſecuræ, piæ, & rectæ.

Obedientiæ Sacrificium cur omnibus ſit maius.

Neque ſolùm ſupergrediens bumana Sacrificia, ſed in ſimul & duo Caſtitatis & paupertatis præcedeos longo tractu. Non autem quantùm ad illam nororiam præcedeotiam Sacrificiorum vetuſtotum, ex ea ratione à Gloſſa memorata io cap. *Sciendum.* 8. q. 1. nimirum, quia in illis offerebatur caro pecudum, in iſto verò propria, hoc etenim plus attinet ad Sacrificium Caſtitatis, quæ domat carnis vites, laſciuiam, & petulantiam; hæc offerens & eultro perenni Deo iugulat; ſed potiùs quantùm ad omnia, tam vetera quã noua Saerificata ſuper aras; quia carnis pars ſublimior, quæ deficit à carne, ac etiam à cartilagine, & accedere atque vergere videtur in ſpiritum (quia ſine carue, ſine cruore, ſine ſordibus exiſtit, vt Plinius adnotauit, & proximior eælo capitis eſt poſita à natura, vbi reſidet ſpiritus & mens intellectiua, Cæleſtium rerum capax) in ara Dei imponitur, & igne comburenti, ac valde conſumenti, faciendi quod non vult, & intelligendi quod non eapit, ſeu in re quam non intelligit, aſſenſum non negandi, imò etiam læto animo hunc ipſum tribuendi, comburitur non modicè. Sic hominis eſt cetebrum, in quo non donum carnis, ſed diſſimilis materiæ, leuiſſimæ & inanis, ſpiritui appropinquantis, vbi ſedet intellectus, nos Deo eooſeeramus, quod eſt omnium Sacrificiorum faſtigium ſiugulare, & vnicus triumphus, non tam Gentilis Romæ, quàm piæ & Chriſtianæ; ſeu Fidei in illa ſede defixæ, à mundi Domino, qui pro legis ſuæ baſi delegit ſanctum Petrum; de quo tanquã de triumpho ſatellitibus quamplurimis, & aliis concaptiuis ornato, dixit Paulus; *In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti.*

Cerebri hominis præconia, & quales qualitates.

Triumphus Fidei qualis, & qualiter Romanus, Romaniſque excelſior.

2. Cor. 10. 5.

Hoc aotem perexcelſum Religionis Sacrificium nos docet Euchariſtia, ſi à prima vſque ad poſtremam figuram huius myſterij ſolerter euoluator. Lux enim prima fuit, quæ ad nutum verbi Dei ex tenebris ſuperficiem mundanam operientibus, volendo quaſi prodiit, tam velox, quàm & pulchra præ eunctis ereatura. Sed quomodo obedieotiæ non alis properaret, quæ ad ſedem obedientiæ Euchariſtiam deſignandam in locum veniebat? Deiode vitæ arbor, præclata illius vmbra, iuxta arborem obedientiæ in paradiſo ſita erat, vt obedientiã priùs diſcerent, qui eſſent vitæ poma vicina collecturi. Tandémque dimiſſis aliis cœleſte manna illud, miraculis repletum, quod in vermes vertebatur aliquibus Iudæis. Quibus autem, niſi illis, qui obedire contempſere præſcripto Sancti Moyſis? vbi ſanè obedientia ſeruabat cibum illum, melioris panis cœli in noſtro Saeramento eximia conſeruatrix. Quemadmodum econtrario Elias paruo edulio confecit grande iter, & vſque ad montem Dei faeillimè peruenit; non propter paruam eſcam, ſed propter qood de ea præcepto ſumpſit Aogeli; de quo illuſtris Kempis ſerm. 19. *Ab Angelo admonitus ſurrexit, & comedit, & dum implet verbum Angeli, ambulauit in fortitudine cibi illius vſque ad montem Dei, ducit eum vera obedientia per breuem laborum viam ad perfectionis culmen.* Quæ omnia eonfirmantur exemplo Redemptoris, iubentis nos orare, *Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie*; Sed priùs Deo dicere; *Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra*; præmitteréque cœli ac terræ obedientiam cœlorum pani tanto, qui ea manducatur, & ſumitur vtiliter. Poſtea verò inſtituentis Euchariſtiam tali modo, vt ipſe Sacerdotis vel impij paueis verbis obtemperet, & adſit, velociùs quàm Sol olim obediit voci hominis, vt noſtram ſic quotidie confundat & retundat vel tardam obedientiam, vel quamuis reluctantiam, præſertim illorum qui aecedunt illius aræ. Quamobrem ſicut vmbra adhæret ſemper corpori, ſic nos in Chriſti eorpore tam arctè obedientiæ illius hæreamus, & omnia licet grauia tuoc leuia reputabimus.

Obedientia quàm cohærens figuris Euchariſtiæ.

Exod. 16. 19. & 20.

3. Reg. 19. 7.

Kempis.

Matt. 6. 11.

Obedientia Chriſti quãta in aræ Sacramento.

Ioſue 10. 14.

De Caſtitate Religionis ſecundo Sacrificio, corporalia quæque alia Sacrificia tranſcendente, & cælo approximante.

9. HOc cunctis corporalibus (Euchariſtia [illegible]matur) præfertur Sacrificiis; D. Tho. [illegible]. q. vlt. art. 3. ad 3. Præſtat nanque corpus hominis diuitiis vniuerſis; L. penult. ff. *Si quadrupes paup. feciſ. dicatur*; L. 2. ff. ad *Legem Rod. de iactu.* Et ſimul quia anima cum corpore immolatur; quæ non ſolum pretioſior eſt terræ cunctis bonis, ſed inſimul & cunctis corporibus humaois; cap. *Solita* de *maioritate & obed.* cap. *Cum infirmitas.* de *Pœnitentijs*; cap. *Sedulo.* diſt. 38. & L. *Sancimus.* de *Sacroſanctis.* Vnde nulla pœnitentia ſatisfactiove æquatur munditiæ caſtitatis. D. Tho. loco proximo; & Cap. *Admone.* verbo *Relato* 33. q. 2. Quæ omnia Buſtus affert ſuperiùs allegatus; vbi facit Religionem, vel morte diriorem, & terribiliorem, nec immeritò, cum corporis multoties breuiſſimè mors tranſeat, at Religio mors exiſtat per totã vitam durans, multorum ſanè Martyrum tranſcendens tolerantiam, vltra cuius durationem non corporalis ſed ſpiritualis perpeſſio illius eſt; tormeota modo aliquo corporea ſupergrediens. At de iſto Caſtitatis nonnihil attingamus.

Caſtitatis Religioſæ quæ merita & præconia.

Religio quod Martyrium.

De filiis olim luxus, luxuriæque exemplis ad Erebum educatis, ſic ait Rex Propheta; *Immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas dæmonijs.* Hodie verò de iuuenibus Religioni mancipatis; & per eorum genitores altari deſignatis, dicamus econtrariò; *Immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas vero Deo.* Immolatio nanque eſt huiuſmodi profeſſio, quæ fit ad Sacerdotium, ſeu ad vitæ Religioſæ tenendam viam & normam; quæ quidem non vulgariter ad aram Chriſti teodit, cuius

Pſal. 105. 37.

Caſtitatẽ cur Chriſtiani obſtricti Sacerdotes.

ius Miniſtri ea de cauſa tenentur Caſtitati, quia Filius Dei eſt Agnus conſtrictis ſolùm lumbis à ſuis manducandus, & inſuper cum baculis officij Paſtoralis; priùs nanque debet Caſtitas per ſpatium & interſtitia ſumendorum à quouis Ordinum ad minus cuſtodiri, quàm ipſi ad Chriſti corpus ſumendum tandem veniant; Gregor. in Euangel. hom. 22. *Quid lex per baculum, niſi paſtoralem cuſtodiam deſignat? Et notandum, quòd prius præcipimur renes accingere, poſtmodum baculos tenere, quia illi debent curam paſtoralem ſuſcipere qui iam in ſuo corpore ſciunt fluxa luxuriæ domare, vt cum alijs fortia prædicantur, ipſi deſiderijs mollibus non ſuccumbant.*

Exod. 12. 11.

S. Gregor.

10\. Cur debeant ſemper caſti, ac ideo ſemper cęlibes Sacerdotes Chriſti eſſe, ſi cœptis Deus afflauerit, extenſiùs dicam alibi; hîc autem quantùm poſtea hoc eſſet in Eccleſia futurum Chriſtiana, ex figuris tantum priſcis aliquibus monſtrabo. Sit prima, qua Sacerdos in templo vice fungens, ab illo non exibat, ne vel licitè cum ſua conſorte coniugali interea rem haberet; *Non egredietur de Sanctis, ne polluat Sanctuarium.* Ergo noſtri, qui perpetuò tenentur immolare, perpetuò inuigilare tenentur Caſtitati. Secunda, qua Sacrifici in ſtupro capta filia incendio tradebatur, cum de alijs in ſcriptura nil ſimile offendamus. Sed cur filia propter patrem innocentem ab eius culpa, ac ſimul ſeruientem in tęmplo plus punitur, cum pœnas ob id leuiùs deberet tolerare? Quia filia Sacerdotis, illius fama eſt; hęc autem flammis viua, luxuriæ propter crimen comburi iubebatur, vt de caſtitate, ipſius pater intimiùs doceretur. Quod vtique non meum, ſed textus eſt iudicium, dum loquitur his verbis; *Sacerdotis filia, ſi deprehenſa fuerit in ſtupro, & violauerit nomen patris ſui flammis exuretur.* Nam ob nomen Sacerdotis, luxuria (etſi non ſua) turpatum & maculatum, punitio eſt truculentior. Sed & filia Sacerdotis Sacerdotium noſtrum eſt, ex veteri progenitum; cui ſoli tanta pœna & caſtitas debetur, ab illa iam figura clariſſimè eniteſcens; quæ omnia tunc contingere Apoſtolus eſt auctor, vt maior nobis terror exinde incuteretur. Tertia autem ex diligentia, qua veteres Gentiles ſe in tempore Sacrificandi à Venere abſtinebant, de quo multa refert Gallus eruditiſſimus Briſſonius in ſuo lib. 1. de formulis Roman. adducens Ciceronis de legibus 2. & Ouidij lib. 3. amorum teſtimonia; quorum primum breuitatis, ſecundum verò cauſa prætereo obſcænitatis; cum ſatis nobis ſcire, Gentiles cuncta munda in ſuis velle Sacris; manus, ſcilicet, & Hoſtias, ac veſtes, vaſa, & maximè Sacrificantis viri mentem; quæ quidem nec aquarum fluentis emundatur, nec ſimul ignoratur, hæc omnia ad eius eſſe munditiam pręparata. De manibus à ſordibus omnigenis mundandis Virgilius in Æneid.

Sacerdotū in quibus caſtitas perpetua figurata.

Leuit. 21. 12.

Leuit. 21. 9.

Sacerdotis cur nam filia punita quondam ſeuiùs.

1. Cor. 10. 11.

Briſſonius. Gentilibus quis titus in corporia munditia; cum Sacra faciebant.

Tu genitor cape Sacra manu, patrióſq; penates,
Me tanto è bello digreſſum, & cæde recenti
Attrectare nefas, donec me flumine viuo
Abluero.

Virgil. lib. 2.

A Vnde etiam dimanauit adagium illius temporis; *Puras Deus, non plenas aſpicit manus.* De Hoſtiis multa Plinius lib. 14. cap. 12. & cap. 19. vbi vitis imputatæ, vel fulmine percactæ, aut pedibus vulneratis vllatenus calcatæ, antiquos nolle vinum ad Sacrificia nobis aſſerit. De veſte ſic Tibullus lib. 1. elegia 2.

Plinius.

Caſta placent Superis, pura cum veſte venite.

Tibulus.

De vaſis in Amphytrio actu 4. ſcena 3. ſic plaudit Plauti vox;

Tu purgari iuſſeras vaſa, vt rem diuinā faceres.

Plautus.

Quibus ego, etſi vellem, non poſſem non adiungere, quod de Hierophantis Atheníenſium Sacerdotibus Hieronymus ſub finem lib. 1. aduerſus Iouinianum memoriæ commendauit; cicuta nempe, & aliis potio-
B nibus ſimilibus luxuriam conſopire; ita vt illis ſapientiſſimis, pręſtantiſſimiſque viris infixum mente fuerit, in optima Rep. Sacerdotes eſſe caſtos omnino condecere. Et de Ægypti Sacerdotibus ibidem paulò infra hęc ille verba facit; *Narratur de vita antiquorum Ægypti Sacerdotum, quòd omnibus mundi negotijs, curiſque poſtpoſitis ſemper in templo fuerint, & rerum naturas contemplati ſint; nunquam mulieribus ſe immiſcuerint; nunquam cognatos & amicos viderint, ex eo tempore quo cæpiſſent Diuino cultui deſeruire.* Pręter alia, quæ ſtuporis incredulitatiſque timore non audeo recenſere. Quibus habet perſimilia de Æthiopiæ Sacerdotibus Auguſtinus 31. ad fratres in Eremo; quo loci exclamatione ſequenti rem concludit; *O grandis Chriſtiano-*
C *rum miſeria! Ecce Pagani paſtores Fidelium facti ſunt, & peccatores ac meretrices præcedent nos in regno Dei.* Quæ omnia Cleri noſtri ſignabant caſtimoniam; dum Sacerdotium tam perfectum antiqui exiſtimabant; vnde & etiam Sacerdotium ignari figurabant, quod omnium eſt perfectiſſimum.

Sacerdotū Athenienſium, & Ægyptiorum qualis caſtitas.

S. Hieron.

S. Auguſt.

11\. Ergo filij à ſuis patribus in Sacerdotio collocati, Sacrificia tanquam Dei, & holocauſta illius cultus, ac pecudes felices ſummoperè lętentur, & inſuper indignos, ac dignitati tam eximiæ ſe impares agnoſcant. Lętitiæ cauſa ſit, quod Deo ſunt dicati, & in ſummam Dei latriam, honorémque cedentes; ac ſuper cunctos homines corporeè promerentes. Nam ſicut caro humana excedit omnem carnem, ſic meritum Sacerdo-
D tis ex corpore auſpicatum, dum mediante Caſtitate Diuinum eſt Sacrificium, excedit omne meritum.

Sacerdotes de Sacerdotio quàm hilares eſſe debeant.

Sed quæro pro coronide pręſentis ſectionis, & Sacerdotalis caſtimoniæ; An merita hęc proueniant, ſeu potiùs ſuperueniant; ſi aliquoties vir Sacerdos in Venerem ſit lapſus, modo toties de peccato pœniteat perpetrato, & aptè conteratur. In qua ego quęſtione affirmatiuæ parti hęreo; neque id tantùm in Sacerdote aliquoties delinquente, ſed etiam vel in eo qui ſępius & multoties ceciderit, & de caſu ac crimine commiſſo ſufficiens adhibuerit remedium pœnitentiæ; iuxta dictum Saluatoris, ad clauium pro rei huius officio poſſeſſorem; *Non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties.*

Sacerdotibus quale meritum ex bono Caſtitatis, & quomodo eis peccata Venerea dimittantur.

Matt. 18. 22.

Luc.15.20. Quoniam caſtum Sacrificium eximij ſemper meriti natura ſua eſt; & Chriſtus ſemper nobis propenſus, atque brachiis, vt patei filij perditi, apertis, nec non cordis indicia clara proferens.

Verùm ſicut Sacerdotis ſuperius ceterno meritum, ſic in illis pœnitudinem difficiliorem pertimeſco: nam & crimina in Sacrificio commiſſa nullo modo eiuſdem Sacrificij virtote diluuntur, imò econtra recrudeſcunt, & efficiuntur proculdubio deterioris qualitatis. *Quid eſt, quòd dilectus*
Ierem.11.15 *meus in domo mea fecit ſcelera multa? Nunquid carnes ſancta auferent à te malitias tuas in quibus gloriata es?* Et dilectorum grauiores offenſæ tantò ſunt, vt rariſſimè qui diſcedunt à glutino amicorum, ad ipſos vnquam redeant. Quare etiam cum Sacerdos amicus Dei exiſtat, multùm vereor, quòd illius amore faſtidito, ad ipſum niſi magno dolore & diligentia contingat remeare. Iuuat vetitum plus appeti; at ſi iſtud voluntate lubenti excipiatur, obſtinatior multò fiet regreſſio Sacerdotis. Hincque forſitan Gregorius apud S. Bonauent. lib.1. cap. 22. in Pharet. Dei amotis decreti ſæui gladium diſtrixit ſic in eos. *Qui poſt acceptum Sacrum Ordinem, lapſus in peccatum carnis fuerit, Sacro Ordine ita careat, vt ad altaris miniſterium vlterius non accedat.* Poteſt conijci, quia difficilè ad meliorem frugem veniunt, nam peruentis cur ſic debet altare prohiberi? Vel veriùs, prout puto de peccato cum ſcandalo notorio perpetrato; quod ſupplicio quoque publico oportet expiari.

Sacerdoti in carnem lapſo quæ pœna quōdam fuerit. S.Gregor.

Nec formido nobis minor incutitur ex Paulo epiſt. ad Hebr. *Impoſſibile enim eſt,*
Hebr.6.4. *eos, qui ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt etiam donum cæleſte & participes facti ſunt Spiritus ſancti; guſtauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtuteſque ſæculi venturi, & prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pœnitentiam; rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, & oſtentui habentes.* Quæ verba multa continent notatu ſatis digna, tam pro viris Sacerdotibus potenter deterrendis, quàm pro ipſis ſi dumtaxat peccarint incidenter, ſolatio recreandis. Non quidem pro Chriſtianis tantummodo Sacri fontis virtute illuminatis, vt plores hîc exponunt, ſed etiam & principaliter, ſi ego non allucinor, pro Sacerdotio colluſtratis. Qui Doctoris tam cęleſtis ſententiam perpendamus, vt Caſtitatis Sacrificium hilariùs immolemus. Et fiet ſi nos arcam Euchariſtici alimenti libentèr portauerimus: nam vt aſſerit Lyranus in 2. Paralip. cap.15. arca manna intra ſe continēs,
Lyranus. portabat ſemetipſam, ac etiā viros baiulos, & arcæ portitores; nullū enim pondus eam ad humeros portantes, vtcunq; ſentiebant; quapropter ſe & ſuos portabat portitores. Sic autem Chriſti lex ab homine portata, non verò vi pertracta, tum ſe, tum ſuos quoque portantes benè portat. Eſt quippe manna intra Sanctiſſimæ Euchariſtiæ ſpiritualium auxiliorum abundans promptuarium, & armamentarium principale; quibus homo deliciatus, & ſimul confortatus faſtidit carnis fœdera, & nihil putat dulciùs quàm vitam caſtam agere; ac à ſęculi abſinthiaca dulcedine exulare. Quod Chriſtus indicauit dum dixit huiuſcemodi: *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat Crucem ſuam & ſequatur me.* Nam venire ad Chriſtum eſt, venire forti animo, libenti, atque tenaci ſalutis deſiderio. Abnegare verò ſe, & ſuam Crucem ferre, res vna non diuerſa; non enim poteſt homini atrocior Crux parari, quàm eius abnegatio. Sequi autem Chriſtum hac Cruce, tam graui & ponderoſa, portare Dei eſt arcam repletam melle & ſaccharo, quæ portitores ſuos portat, & ducit ſatis leuiter in portum ſempiternum.

Vt arca teſtamenti portauerit ſeipſam, & ſuos portitores.

Matt.16.24

Vt Chriſti lex & Crux ſunt arcæ in qualitate prædicta valde ſimiles.

De paupertate Religionis poſtremo Sacrificio, opprobrij ſuper aram & alios duros lapides mactante corpus hominis, cremante illius animum.

12. SAcrificij genos magnum diuitiis eſt carere, poſſeſſáſque pro Deo quaſcunque derelinquere, ac ipſis valedicere; nam ſi vitulus, vel agnus, vel hircus, vel minora pro ſingulis, & gratiſſimis Sacrificiis ſatis erant; quid erit tam poſſeſſa, quàm etiam poſſidenda dimittere pro Domino, contemnere, atque perpetis contemptus pede terere, calcare, & peſſumdare? Hęc propter inter alia qui ingreditur Religionem, remiſſionem peccatorum, tam à culpa quàm à pœna vberrimè conſequitur. Sicut enim bene inquit Angelicus Pręceptor 2.2. q. vlt. art. 3. ad 3. & DD. ſuper 4 d. 15. tot poteſt quis & tales, deuotione nempe ſumma diſpergere eleëmoſynas, vt criminum cunctorum mereatur ſibi veniam iuxta multa & præpollentia Dei verbi teſtimonia; *Peccata tua eleemoſynis redime; Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum. Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis.* Omnia, ſcilicet, tum culpa, tum pœna delictorum. Quantò magis eleëmoſyna Religionem ingredientis, qui habitis non ſolùm ſed ſimul & habendis renuntiat propter Deum; ac etiam corpus ſuū & animam eodem vulnere confodit indigentiæ, & ſæuo, ac diuturno Martyrio illius terebrat. Martyrium nanque eſt paupertas voluntaria; vt in ſerm. quodam ait egregiè vox Bernardi; *Quod Martyrium grauius, quam inter epulas eſurire, inter veſtes molles & pretioſas algere, paupertate premi inter diuitias, quas offert mundus, quas oſtentat malignus, quas deſiderat noſter appetitus. Propterea pauperibus pariter & Martyribus Regnum cælorum promittitur; quia paupertate quidem emitur, ſed in paſſione pro Chriſto abſque dilatatione percipitur.*

Paupertas voluntaria quam arduum Sacrificium.

Ingredientibus Religionē peccata cur in culpa & pœna condonata.

Eleëmoſinæ vis quodam indicium valde pollens.

Daniel 4.24

Eccl 3.33.

Luc.11.4.

Paupertatis voluntariæ martyrium quam peracre.

S.Bernard.

Quantùm autem Sacro epulo paupertas religetur, pateſcet ex ſequentibus, quæ à multis viris claris de Euchariſtia elucidantur; *Pauperes eius ſaturabo panibus. Edent pauperes, & ſaturabuntur. Paraſti in dulcedine tua*

Pſal 131. 2.
Pſal 21 27.
Pſal.67 11.

pauperi

pauperes Deus. Sed cur pauperi, & non diuiti? niſi quia iuxta Hugonem in Pſalm. 21. [Hugo Card.] *Non comedunt eum ſpiritualiter niſi pauperes ſpiritu, id eſt, contemptores diuitiarum & humiles; quia qui plus diligit mundũ quàm Deum, non comedit Deum ſpiritualiter ad ſalutem, licet comedat Sacramentaliter ad damnationem.* [Cur pauperũ, & quorumnam Euchariſtiæ Sacramentum. S. Cyprian.] At verò propter quem diuitias iſti calcant, in eo ſanè alias reperiunt grandiores; Cyprianus in Cæna Dom. *Vident hæc Sacramenta pauperes ſpiritu, & hoc vno contenti ferculo, omnes mundi diuitias aſpernantur; & poſſidentes Chriſtum, aliquam huius mundi poſſidere ſupellectilem dedignantur.* Ita vt eſurientes Deus repleat cibis, ſuis, ſeu potiùs cunctis bonis, quemadmodum eius Mater in Cantico prædixit; [Luc. 1. 53.] *Eſurientes impleuit bonis.*

Si autem à me exquiras, quo bono ſpecialiùs & abundantiùs eſurientes huiuſmodi adimpleuerit, eſuriem dico eſſe eiuſdem Sacramenti; vt ſic animas illius famelicas & pauperes, paupertie ſui implente & inedia ſaturante remuneret appoſitè. [Vt ſatiet atque famem efficiat Euchariſtia.] Eſt enim cibus tantus tam miræ qualitatis, vt quò magis appetitum ex vna parte ſedat, eò magis deſideriũ ex alia parte excitet; [Eccle. 24. 29] *Qui edunt* A *me, adhuc eſurient, & qui bibunt me, adhuc ſitient:* de quo S. Bernardinus tom. 2. ſerm. 46. art. 2. cap. 5. [S. Bernardinus.] *Quomodo amantes te ſic reficis, vt magis te eſuriant? niſi, quia tu cibus es ſimul & eſuries: ideo qui te guſtauerit, te eſurire nunquam neſciet; ad hoc enim cibas, vt eſurire facias.* Et ſicut viri hoc modo egeni ſemper Chriſti, manducant eum optimè, ſic Chriſtus iſtos indigos, vt cibum ſuum proprium, appetitu ſemper nouo communicat, & edit, quia in eis ſemper aliquid offendit nouitatis. Diſertiſſimè Oleaſter in Iſai. commentar. cap. vlt. n. 2. interrogans cum Vate; cur ſemper Deus in pauperes obtutum ſuum dirigat; [Iſai. 66. 2.] *Ad quem autem reſpiciam, niſi ad pauperculum & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos.* Cui dubio ſic reſ-B pondet; [Oleaſter.] *Solent homines rara & inſueta libenter videre. Deus cum ſit diues, faſtidit diuitias; cum ſit potens, potentes non libenter videt; cum ſapiens, ſapientes vix aduertit; pauperes verò libenter, contritos & impotentes; quoniam quid noui afferunt apud Deum.* [Cur pauperes admirationi vſlatenus ſint Deo, & iugiter amori.] Hæc olei vir inſignis, & arbor non Syluestris ex regno Luſitano, ſed nobilis, & luce ingenij longè clarens.

DE OCCASIONE, QVA RELIGIO FLORERE IN mundo cæpit, & poſtea deflorere, ad verba noſtri thematis; Iſte cæpit inuocare nomen Domini.

[Religio ob irreligionẽ cur mundi, & quando cæperit.] 13. OCCASIO, qua Religio per Enos & Cainan, vt obuiarent malis ſæculi, inſtitui in illo cæpit, florere, & fructus agere, irreligio fuit mundi, & maxima defectio, in peſſũmque deiectio; quę anno à creatione illius trecenteſimo, Enos verò 65. per luxuriam immoderatam & fœminarum petulantiam; quæ inſania atque furore Venereo concitatæ, inceperunt in agendo hominibus ſupergredi, exortum ſuum habuit; quemadmodum etſi malè, corruptéque in annis Methodius aſſeuerat, [Methodius Ioſephus.] & Ioſephus lib. 1. de antiquit. cap. 2. vbi multa illius temporis enumerat flagitia; quorum primum & principale ex prauis circunſtantiis Geneſeos ſexto cap. luxuria nominatur; [Carnis via vnde nam cœpta corrumpi per luxuriam.] quæ quidem per prædictam veſaniam fœmininam, viam carnis ex ſe turpis, corruptæ, & corruptricis, nedum merè corruptibilis, corrumpere inchoauit. Vnde forſan in præludium futuri cataclyſmi ab aliquibus iam temporis illius prophetati, magnum in vita Sancti Enos, & puta dicto anno, diluuium ſuperuenit, quod tertiam mundi partem aquarum mole preſſit, vt cum R. Salomone ſcribit Salianus.

[Diluuium quodnam primum, vt aliud prænotaret.] Cui voragini Venereæ oppitulaturos verè homines Deus miſit illis ſæculis Sanctiſſimos athletas, qui pro illa deſtruenda fortiſſimè certarunt; nimirum Seth auctorem Dominorum Clericorum, qui Filiorum Dei vocabulo, quo erant inſigniti, poſſent ſaltem Dei oblitos ad illum reuocare; Enos etiam, & Cainan filium Religionum fundatores, qui clauſura competenti, decentique pro tunc diſſolutam Cainitarum licentiam refrenarent; C caſtitate eorum furiam effrenem cohiberent, & manſuetudine iracundiam ipſorum temperarent, rapinas, raptus, neces, & alia quæque mala ab illis frequentata in melius emendarent; [Enos, Cainan, atque Iared quæ virtute, & præſtantia.] ita vt tandem contra impios Caini deſcẽdentes Cainitas nuncupatos, quaſi ex titulo prænotatus aduenerit Cainam; cui optimus & vtilis coadiutor Iared fuit, ipſius Cainan nepos, cuius tempore veneficia, & orci incantamenta ſummoperè exarſerunt, vt Panarij ſui initio teſtatur Epiphanius; hincque nomine Iaredi, vel *Roborantis* decoratus; quò Eccleſiam collabentem regimine & virtutibus pro viribus fulciret, teneret, ſuſtentaret. [Ab Adam vſque ad Noë Pontifices quot fuerint.] Fuit etenim poſt Sethum Eccleſiæ ſummus Pontifex, ſecundus poſt Adam, & D ante Noë vltimus, quos inter propter vitam longæuam illorum temporum, nullum alium Pontificatum geſſiſſe exiſtimatur, vt Bolducius lib. 1. cap. 5. de ante legem demonſtrat ſatis clarè. [Bolducius.] Quod officium ſuſtinendi, corroborandique Eccleſiam per natum ſuum Enoch, [Enochi nomen quid.] cuius nomen dedicatio Latinè interpretatur, vt per hominem Dei cultui dicatum & prorſus deditum, & qui à Deo pro tuenda Eccleſia datus fuerat, perfectiùs adimpleuit.

14. Vnde factum, quòd feruore rei tantæ conſentaneo, inter homines peccatis & impietatibus famoſos, tam ſanctè & illibatè hi Patres reſplenduerint, vt vnus non ex primis, ſed potiùs ex poſtremis, tertius ante

Noë iuſtum, & ſeptimus ab omnium parente protoplaſto, Enocb, ſcilicet, de quo

Gen. 5. 22.

modò *Ambulauerit cum Deo*; Quæ phraſis nihil aliud ſignificat, quàm vitæ Religioſæ

Ambulare quid cum Deo.

probitatem tenere modo inclyto, & Dei greſſibus adimpreſſis in Religionis votis tribus, ex animo inhærere, ac per viā mandatorum & conſiliorū mundi Domini alacriter incedere, vel currere, & volare, vt poſtea fecit ille, qui Religioſus inter curas

Pſal. 118. 32.

Regales ſic dicebat; *Viam mandatorum cucurri cum dilataſti cor meum.* Seu cum Deo quod eſt idem, ſocietatem & amicitiam inire ſingolarem, vt

Caietanus.

Caietanus bene eruit ex illa voce *im*; *Ambulauit Enocheum Deo.*

Qua nitida & eaacta Religionis obſeroantia, ſub Patribus tam Sanctis, Religioſi

Ioſephus.

eorum Filij, ſi credimus Ioſepho lib. 1. cap. 4. de antiquit. Iudæorum per ſeptem mundi ſæcula incolumes durarunt; nimirum vſque ad annum milleſimum, vel circiter; tunc enim Seth deceſſit qui cum ſumma auctoritate quam ſupra illius diximus, præcipuè in vultus radiis (ſi tamen iſti veri) in officio & Religioſa vioendi diſciplina nepotes continuerat. Quæ quidem quantùm

Religioſorum mundi initij perfectio & inſtituta.

in eis viguerit, & fulſerit, ea duobus & viginti inſtitutis quibus illi vioebant colligati, allatis per Becanum, & relatis per Bolducium lib. 1. cap. 14. de Eccleſia ante legem, facillimè dignoſcitur. Interquæ mihi notandum, & demirandum quid ſeruabánt, quòd nouitios per quadriennij curriculum probabant. Mos qui vtinam à Chriſtianis Religioſis haberetur; nam per annom non

Pro nouitiis Religionū quod valde ponderandum.

comprehenditur verſutia adoleſcentis, Magiſtrique deluditur ſedulitas & labor; qui ſi vtilem & directam Religionem vult docere, hæc legat inſtituta, atque alia Rechabitarum ſuperius indicata Ierem. 35.

Ego autem non opinor Religionem illorum temporum vſque ad mortem Inſtitu-

Enoch primæ Religionis, ac mundi reformator.

torum illæſam perduraſſe. Enoch quippe natus anno 447. miſſus fuit ad reformandos Religioſos primitiuos, vt colligitur ab

S. Irenæus.

Irenæo quem affert Salianus anno mundi. 987. n. 11. dicente, *Enoch placens Deo, cum eſſet homo Dei, legatione ad Angelos fungebatur*; Id eſt, ad Sethi filios, qui filij Dei vocati, propterea quoque Angeli vocantor in hoc loco; nam Angeli Dei Filij, dilecti & Patris faciem perpetuò contemplantes. Ergo ſæculo ſecundo à Religionis fundamentis, à mundo verò quinto, quo iam compos prædicationis Enochus eſſe poſſet, Religio declinabat; quam eum diu, nempe, per alia duo ſæcula immediatè ſubſequentia, Sanctitatis & ſapientiæ potentia longè magna, & violentia non diſſimili, pro viribus retinere curaſſe verum arbitror; donec plaga deſperata, miſericordia & Dei faoore ne mala tot videret; tranſlatos mirè fuit in terræ paradiſum, vt poſtea zelatori Eliæ

Enoch in Paradiſum terrenum cur tranſlatus.

qooque accidit. Nec ſolùm ne videret tot mala in legem Dei, ſed etiam ob duo bona expreſſa in Sacro textu. Primum quidem in vtilitatem ipſius Patriatchæ, ne inter vizos peſſimos contraheret quid mali, fœdaris ſæpe bonos, conſortio perditorum; vt inquiunt Sapientia, & Paulus ad Hebræ. ſi

Hebræ. 11. 5.

raptum iſtius Sancti, de quo pertractat Paulus, cum raptu viri iuſti (vt ille longè erat) per mortem coniungamus; de quo in Sa-

Sapi. 4. 10.

pientia; *Placens Deo factus eſt dilectus, & viuens inter peccatores tranſlatus eſt. Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Faſcinatio enim nugacitatis obſcurat bona, & inconſtantia concupiſcentiæ tranſuerſit ſenſum ſine malitia.* Secundum verò in lucrum auditorum meliorum, vt Gentibus pœnitentiam in fine mundi prædicet; *Henoch placuit Deo & tranſlatus eſt in paradiſum, vt det gentibus pœnitentiam.* Gratia enim nunquam perditur, ſed aufertur ab indignis, & in alios qui ſint digni cooperatores doni tanti, iudicio Dei transfertur, vt eius dixit Filius; *Auferetur à vobis*

Matt. 21. 43.

Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius; Et Luc. cap. 8. *Qui enim habet, dabitur*

Luc. 8. 18.

illi, & quicúnque non habet, etiam quod putat ſe habere, auferetur ab illo. Quod etiam nobis liquet ex Matthæ. 13. n. 12. & 25. ac n. 29. Et ideo, qoia gens peccatis ſuis mundi in-

Vt gratia donum Dei pretioſius non perdatur, ſed de indignis transferatur ad dignos poſſeſſores.

teritum promerens, Enochum miſſum ad hoc audire vili habuit, ab illis eſt tranſlatus, ac aliis reſeruatus, qui gratia à Deo iſta conceſſa potientur, & qui in mundi fine vel vitiis perſonantibus, illius vocem audient. Quo præcone & reformatorè tam optimo tranſlato, præcipitem ſe tunc peccatis faſcinata Religio prorſus dedit, ac penitus proſtrauit, & in ſoueam præcipitauit miſeriæ conſummatæ.

15. Quid verò faſcinare tonc homines inceperit, vt à tantæ faſcinationis periculo & contagio ſit erutus vir tantus, in verbis Sapientiæ, nuoc intrat exquirendum; & certè aſpectus fuit, vt ait Sacra pagina fœmineæ

Gen. 6. 2.

pulchritudinis. Eſt enim faſcinatio aſpe-

Faſcinandi quod ſit ethymoo, & quale nocumentum.

ctus mali faſcinus; à viſu quandu nocuo alterius quiſquam læditur: res quidem qoæ tenellis, vt imbellibus & fragilibus, infantibus plùs nocet; & inde forſan ortum (infantium quaſi nex) hoc nomen faſcinatio; qoo ſenſu dixit Paulos; *Quis vos faſcinauit,*

Gal. 3. 1.

ô inſenſati Galatæ non obedire veritati! & prius Mantuanus;

Virgilius Eclog. 3.

Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.

Id eſt teneros vtroſque in vita vel gregaria, vel etiam Chriſtiana. In qoo tamen faſcinatio ex oculis venuſtis quamoalde vincit aliam exortam à venenatis, nam iſta ferit

Faſcinatio quæ nocentior & valde generalior.

paruulos, at illa viros fortes, quibos viſus fœminarum infirmitas eſt maxima, & infirmitas ad mortem, in verbis Sacro-ſanctis

Ierem 9. 21.

Aſcendit mors per feneſtras; ad mortémqoe non corporis, ſed animæ quod lachrymis eſt ſummis eapiandum; *Oculus meus depræ-*

Thren. 3. 51.

datus eſt animam meam; Vnde Domina Ioſeph, Rex Vates, & quamplures, non aliis quàm oculorum ſagittis vulnerati funeſtè occubuere; quod calamum Propertij 2. lib. mooit, vt ſcitè ſic ſcriberet:

Propertius. Quam viſus nocens animæ.

Qui videt, is peccat; qui non & viderit, ergo
Non cupiet; facti crimina lumen habet.

Et Ouidium ſeſe plangere de Triſt. 2. in

in iſtum modum fecit;

Ouidius.

Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?
Cur imprudenti cognita mihi culpa eſt?
Inſcius Actæon vidit ſine veſte Dianam,
Præda fuit canibus non minus ille ſuis.

Cur boni Filij Dei, & mali filij hominum dicantur in Dei verbis.

Ergo etiam Religioſi virtutis primitiuæ, tum Angeli, tum Dei filij propterea nuncupati, his iaculis confoſſi, videntes filias hominum, id eſt Cainitæ prolis, humanis & corporeis dumtaxat rebus deditæ, ac corporeæ pulchritudine illarum ſuperati, non quòd eſſent pulchriores quàm aliæ ſuæ ſobolis, vt poteſt coniectari; ſed quod eſſent cultiores & leuiores, ac promptiores, ſeu promptiſſimæ, & potentiſſimæ ad homines effrontibus laſciuiis pertrahendos, ex eis ſibi ad libitum tã pulchritudine quàm multitudine, quas voluerunt, elegerunt; vt colligitur ex textu loquente in multitudine;

Gen 6. 2.

Videntes filij Dei filias hominum quod eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant. Quarum viſu & ſpecioſitate ſpeciatim cecidere, vt addit verbis iſtis myſterio non carentibus in ſexta Orat. Baſilius Seleucenſis;

Baſilius Seleucenſis.

Quarum erant ſpeciem demirati id eſt, mirati valde ſpeciem, & petulantiam; *Earum nuptias complexi ſunt.* Cui admirationi hanc admirabilem ſententiã mox connectit; *Iam periculum creabatur, iam diluuium parabatur.* Ex parte nanque illorum creabatur hoc periculum, & creabatur vt creatio ex nihilo producta; videtur enim nihil aſpicere in mulieres; & tamen nil videtur, vel noſcitur nocentiùs præ malis vniuerſis. Ex parte verò illarum delitiis profluentium, & illorum has intuentium moroſè & curioſè; *Iam diluuiũ parabatur:* nam illæ in petulantiæ diluuio conſiſtebant, & illi iam tendebant ad ſimile diluuium; ac vtrique ad generale, deſolaturum mundum aquis; diluuium aquarum enim poſcebat ignis aliud, vt hoc extingueretur; ſicut poſtea in fine mundi, diluuium valde aqueum & frigidum in Dei Fidem; dicente illius Filio; *Cum venerit Filius hominis, putas ne inueniet Fidem ſuper terram?* depoſcet ignis alterum, vt iuſtè puniatur.

Inſpectio cur in fœminas malorum ſit creatio.

Diluuium primum aquæ, & ignis cur ſecundum.

Ergo cauſa contemplandi inſanam venuſtatem de cælo ceciderunt hi filij Dei, & Angeli; ac Religioſi intemerati Eccleſiæ mundi primæ; ſeu de *ſtatu perfectionis*; vt loquitur Tertullianus de habitu virg. cap. 3. hunc ipſum lapſum voluens; & Auguſtinus qui hos viros ex Diuinis in humanos conuerſos lamentatur, & ex Angelis, ac Dei filiis iam homines vocatos ſcribit ſatis latè lib. 15. cap. 23. de Ciuit. Dei; *Non illos credendum eſt, ita fuiſſe Angelos Dei; vt homines non eſſent, ſicut quidam putant. Sed homines procul dubio fuiſſe ipſa ſcriptura manifeſtat. Cum enim præmiſſum eſſet, quòd videntes Angeli Dei filias hominum ſumpſerunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant, mox adiunctum eſt. Et dixit Dominus Deus:* Non permanebit ſpiritus meus in hominibus in æternum, quia caro ſunt. *Spiritu quippe Dei fuerant facti Angeli Dei, ſed declinando ad inferiora homines dicuntur; nomine naturæ, non gra-*

Tertullian.

S. Auguſtinus.

Qui Angeli ante diluuium mulieres amauerint.

A *tiæ; dicuntur & caro deſertores ſpiritus, & deſerendo deſerti.* O mira rerum verſio! mutatio deplotanda! collapſuſque ſanguineis lamentis proſequendus! virtutum eũm de cælo; ac ideo ferè ex culmine cæleſtis habitaculi; in cœnum turpitudinum, culparum & flagitiorum cunctorũ ſunt demerſi. Qui Enocho in paradiſum ob eos tranſportato, & Religionis inſtitutoribus ſublatis, nomen adhuc Angelorum & filiorum Dei clarum retinentes; eſſentes verò dæmones, vt Lucifer proteruus, qui Angeli non vocem, ſed tamẽ vitam perdidit, non ſolùm in malas fœminas Caini deflagrarunt, ſed etiam tam nefariè in maſculos arſerunt, quàm forſitan cum Methodiu Enar. 19. à nobis afferetur. Pauci igitur in mundo virtutis

B ſectatores poſt iſta remanſere; quorũ vnus Mathuſalem Enochi fuit filius; Lamech alius eius nepos, qui quidem pater fuit ſecundi mundi patris Sanctiſſimi Noëmi, de quo præfata Enarrat. cum ſequentibus duabus agendum nobis erit.

16. Sic natalis Religionis, ſic poſt tempora non multa illius mors & caſus; ac quaſi in eius flore & fulgido profectu, defectio, marcor, pallor, & vltima deiectio. Vnde optimè de inuentore ipſius primo dicitur; *Iſte cæpit inuocare nomen Domini.* cæpit enim, non compleuit, nec cæpta, ſaltem in verbis hîc datis, conſummauit: idque, vt poteſt coniici, ob duas rationes. Prima, quia Religionis inceptiu cuiuſcúnque, perfectio ſumma eſt, à qua non fas conſcendere, vel

Religio cur florere & deflurere ſimul cæperit; & quænam huius rei cauſæ.

C ampliùs eleuari; ita tandem, quod initium faſtigium ſit, & terminus, cum de omnibus vocatis hoc ſolùm Paulus exigat; *Vocatione qua vocati eſtis.* Secunda verò quia ab ortu primo ſuo Religio quæque optima (ac ideo in ipſa vita illarum inſtitutorum) deficere mox incipit; & moraliter loquendo non parum declinare. Moraliter ſignatè, nam veraciter & literaliter materiam contingendo, nil dubij in Religionibus augmentum ſuum dari; & tempus tam naſcendi; quàm aliud excreſcendi; ac tandem decreſcendi, & à culmine perfectionis ſuaptè deſcendendi. Quibus gradibus vel cauſis incipiat iſte lapſus in Religionibus Chriſtianis, hoc meo incumbit muneri, quò ad potero explicare.

Epheſ. 4. 1.

In Religionis iſta tẽpora diſcurſu contemplanda

D Eſt ne igitur aſpectus Caini filiarum principium cladis tantæ? Eſt ſanè, ſed nequaquam motiuum ſingulare, & vnicum tam plurium malorum fundamentum. Non enim tot effectus ab vna tantùm cauſa ebulliunt naturaliter; ſed ſicut tria ſunt Religionis ſuſtentacula, nimirum tria vota ſuperiùs enodata; ſic etiam tres exiſtunt aduerſæ nimis faculæ, ab ignis ſempiterni fauillis inflammatæ, votorum nempe ipſorum debilitata diſciplina, & obſeruantia relaxata. Hæc nanque ſub elanguida & tarda obedientia (quæ virtus dum ferueſcit ſuperbis aduerſatur) ſuperbos multos alit; qui quidem non ſubeſſe ſed præeſſe & imperare perpetuò meditantur; ac ſæpe in magnam ſtragem (& hoc ſub zeli pallio) Dei

Religionũ declinationis quę cauſæ, & fundamenta.

A gregis machinantur; ſub verò caſtitate incuria & oſeitante nonnullos parum caſtos, & etiam parùm cautos, qui ſe & conſodales, ac plebem cui à Deo ſunt dati in ſpectaculum, deturpanr, & commàculant. Et tandem ſub paupertate eneruiter ſeruata, ac ſenſim commoditatibus corporeis vitiata, multos medicos, non Monachos, vt queritur Bernardus, & multos ſui corporis educatores vigilantes enutrit, pro auſteris & mortificatis Religioſis, Dei Filij ſectatoribus; qui rubore conculcato deliciis ex ſe vilibus non paucies inclinantur, & pluries mancipantur. De quibus dici poſſet cum Iuuene palato iſtorum tam coutrario; *Duris ceruibus* videlicet quò ad virtutem obedientiæ; *Et incircumciſis cordibus*; quò ad aliam caſtitatis; *Et auribus*, quò ad terriam pungentis paupertatis, quæ malè dictis ſonat; *Vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis*. Dum volunt in comitiis Religioſæ electionis, contra Spiritus Dinini diſpoſitionem & voluntatem (reclamante & renitente multoties omni iure) locare ſuam propriam; & ſuffragiis aſpernatis, ac aliis vario ambitu, & medio ſubornatis, in loco ſuo ſuos relinquere poſt ſe, ac fixos conſeruare, alios verò à prælaturæ eidem vtiliores, habenis abdicare, quò certè non Dei cauſam, ſed ſuam bene agant, & ſe ipſos in vtilitatibus corporeis tutos ſeruent.

Actor. 7. 51.

B 17. Has hominũ eſſe puto, humanas ſemper res dumtaxat cogitantes, peruerſas illas filias Dei filios peruertentes, quaſque videntes ipſi, relinqunt Deum tacitè, & carnis ſuæ affectibus obediunt, & inhærent; de quibus Thomas Anglicus in Gen. 8. *A tempore quo Dei filij ſacerdotes homines, videntes filias hominum, id eſt, villas & ciuitates, & temporales diuitias earum, quòd eſſent pulchræ; quòd de facili generant multam & magnam prolem, acceperunt ſibi pro libito. Vnde quoque ex tunc erti ſunt gigantes, in magnis & mirabilibus ſuper ſe ambulantes, qui potius volentur Reges, vel Marchiones, quam Epiſcopi, vel Abbates. Et hi ſunt fortes & potentes à ſaculo viri famoſi; & ideo nihil mirum ſi per eos erigatur imago beſtiæ, & ſtatua Babylonis, & terrena ciuitas dilatetur.*

Quę hominum ſint filiæ infeſtę Sacerdotibus.

Thomas Anglic.

Sacerdotes de ſuperfluitate, & faſtu ſuggillati.

C Sed meliùs & vtiliùs, dum fracturas Religionis prædictas vult ſanare Lyrani noſtri Gloſſa in ſextum cap. Gen. ad mores ſic dicentis; *Videntes filij Dei filias hominum; id eſt concupiſcentias mundanorum*, Acceperunt vxores ſibi; *ipſis ardenter adhærendo; ex quo fuit introductum diluuium vitiorum. Nam laici eorum mala imitantur, ſic dicentes; Quare & nos talia non faciemus, cum Sacerdotes, tam Clerici, quàm Religioſi faciunt ea. Verùm ponitur remedium, cum dicitur Noë, qui bonus eſt Prælatus*; Fac tibi arcam; *hoc eſt, virtutum fabricam*; De lignis læuigatis; *id eſt, dolatis & rectificatis ad normam rationis*; Manſiunculas in ea facies; *hoc eſt, virtutum varietates, & diſtinctiones omnis generis*. Bitumine eam linies intrinſecùs & extrinſecùs; *Charitate Dei, & proximi*. Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ; *perfectorum nempe meritum; Virginum; Martyrum, & Doctorum; centenarium namque eſt iſtorum trium meritum*. Quinquaginta cubitorum latitudo; *id eſt meritum proficientium*; Triginta cubitorum altitudo; *hoc eſt, incipientium; qui minùs promerentur*, Feneſtram in ea facies; *per quam oratio deſignatur, quia per eam lumen gratiæ Religioſis introgreditur*; Inuocaui, & venit in me ſpiritus Sapientiæ. In cubito conſummabis ſummitatem eius; *In humilitate, qua ad ſumma amantes ſuos eleuat*; Qui ſe humiliat, exaltabitur. Oſtium autem arcæ pones in latere; *videlicet, in prudentia; qua ex arca religioſa quatuor angulis & lateribus, tum latus, tum & virtus præcipua longè eſt; qua ingredimur in arcam. Nemo enim abſque prudentia Religioſus dici poterit, vel vnquā bonus erit.* Bina de omnibus ingredientur; *corpus, ſcilicet & anima; hæc autem primo loco, cum Religio magis velit ſpiritum ſine corpore, quam corpus ſine ſpiritu*. Tolléſque tecum ex omnibus eſcis; *id eſt Sacris Scripturis; quibus Fideles nutriuntur, & à mari mortis animæ ſalubriter euadunt*. Quid plura? ſiue ad rem præſentem meliora?

Lyra.

Religio Noe arcæ appoſitè applicata. Gen. 6. 14.

N. 15.

N. 16.

Sapien. 7. 7.

Luc 14. 11.

N. 19.

N. 21.

18. Hæc ille ferè omnia; cuius acre & ſingulare de Religione teſtimonium in quatuor ſcindi capita præcipua clarè patet; quæ quidem ſi à noſtris Religioſis premerentur, non adeo occuparentur in muris erigendis, & in moribus negligendis, vt vulnerans Guillelmum Bernardus lamentatur; ſed multò puriores Religiones quæque hodie à nobis viderentur: quapropter volo quatuor prædicta delibare, vt operæ ſic pretium nonnullo modo faciam.

S. Bernard. Vt Prælati Religionum muris ſedulò erigendis, & moribus negligendis aſſiduè ſint intenti.

Primum arcæ ligna eſt ſeligere, atque norma rectiſſima dolare; nam delectio & educatio nouitiorum magnum noſcitur, & quod reliquis pręponderat, Religionis fundamentum; quod vtique à lignorum electione initiatur, & in eorũ dolatione perfectè conſummatur. Nec enim poſſunt operi idonea ligna eſſe, ni priùs leuigentur, nec iſta ſimul modo decenti complanari, ab artificibus ni ſint delectu ſegregata. Quæ enim ſunt nodoſa, inconcinna & diſtorta, non poſſunt, licet vi, parari cuiquam operi. Oportet eſſe ligna naturaliter directa, protracta, accommodata, vt valeat ars in illis profectum quenquam facere. Sicque debent Religioni ſubiecta quæri talia, quæ

Nouitiorũ quantùm ſit delectus neceſſarius.

D facillimè ſubiiciantur labori præceptorum; quò gratia quæ naturam non mutat, ſed expolit; nec perdit hanc, ſed perficit, & illi ſeſe aptat (vt per eam opera ſua, ſeu meliùs ſeu ve peiùs, naturalia iuxta dona, in publicum producat) ex ligno bene electo perfectum virum faciat. Vnde nullus maculoſus, vel gibboſus legis tempore, Dei templo eligebatur; nec aliquis, quem ſciam ſculptor, quamuis ſciolus, ad imagines perituras & artis eformandas, tortuoſos & ineptos ſtipites conquirit, ſed rectos atque dociles, qui induſtrię & beneplacito illius conformentur. Soli vos, quicunque eſtis, Religionis nō tam certè reparatores vigilanres, quàm deſtructores negligentes, & deſides

Religioſis quænam quatuor qualitates neceſſariæ.

Leuit. 21. 18.

Prælati,

Prælati, Diuino zelo neutiquam intetiùs inflammati, ſed rationibus externis ſæculariter impulſi, ſine delectu adoleſcentes colligitis inhabiles; & ideo tales poſtea alumnos circunſpicitis; qui vt vitæ Religioſæ nullatenus capaces; neque veſtrę obedientiæ, nec caſtitati, nec paupertati ſe volunt mancipare. Sicut autem ligna ipſa, ſecundùm quòd ſunt meliùs, vel peius conquiſita, ſic poſtea ferro artificum ſe ſubdunt & obediunt; ſic debent his ſelectis Magiſtri tales præfici, qui faciant, atque doceant; ſermone nempe & opere, ac cælo gignant filios quos terra demiretur, & ex tyronibus in Angelos humanos conuertantur.

In Religione qui Magiſtri Nouitiis debent præfici.

Secundum, Orationis feneſtra eſt criſtallina, in arcæ ſummo poſita; hue enim debent iſti filioli educati reſpicere ante omnia; & vt coruorum filij à rebus cunctis aliis ſemoti ac deſperati, ardenter & aſſiduè Dei nomen inuocare; ad quod etiam bene electi tantummodo ſunt apti; illi enim multò melius Diuina contemplantur, qui à corporeis qualitatibus neruoſiùs promouentur.

Orationis & contemplationis in Religione quæ neceſſitas.

Tertium verò deſcendendo à culmine tam alto, prædictæ arcæ oſtium in latere adapertum, in medio conſtitutum: debet etenim prudentia, quæ dono naturali, & conſortio Diuinalis orationis comparatur, ad opera Charitatis deſcendere multoties; ſed tamen ſemper medium tenere rectitudinis; & rectitudine obſerare clauſuræ portam vtilem; ac oſtiarios conſtituere ad oſtium ſemper tales, qui ſicut hocce oſtium in medio, recti loco, deſcribitur à Moyſe, ſic illi recti ſint, ſtrenui gnaui, vigiles, & tandem viri magni, ex melioribus Conuentus; ad portam quales decet Regalis arcis poni.

Prudentia in Religioſis quam valde neceſſaria, & optimi oſtiarij.

Quartum demum cibi omnes & eſcę Scripturarum, ſine quibus quęque viuunt incluſa in tali arca, in via mandatorum & Religioſæ diſciplinæ laſſantur ſæpe ſępius, deficiunt, ſiue otij veneno contabeſcunt; & horridas non exculti ſpinas multas proferunt, acriores eò ſanè, quò melior terra eſt, quæ parturit hos ſentes, & vertitur in vepres; vel vt minimum ſylueſcunt, herbeſcúntque in pabulū, ferinum & pecorinum; ita vt ſanè neque ſibi, nec aliis quidquam proſint. Nam oratio quam hi laudant orbata lectione, & literarum exultione rariſſimè conducit eiſdem contemplantibus, vtilitatemve producit in proximos & ſocios militiæ Chriſtianæ. Quæ extra crepidam vel churum non puto contigiſſe, vt materiam mihi ingiter perennium lachrymarum, quà poſſem deplorarem, & ad frugem meliorem reducere curarem.

Lectionis atque ſtudij in Religionibus quæ commoda. Marc. 8. 3.

Qui Religionem nauigationi, cui arca deſeruiuit, voluerint aptare, per optimè hoc perficient cum Antonino 2. p. tt. 2. cap. 1. §. 23. & quò attinet ad Religionem Seraphicam cum Buſto Roſar. 2. p. ſerm. 27. Vbi ipſe Noë facit Seraphicum Parentem, qui columbam ter emiſit ex arcæ receptaculo; id eſt, vitam Religioſam innocuam & columbinam, ad tres Ordines diuerſos in mundo inſtituendos, ex arca cordis ſui, Dei

Religio naui ſimilis. Antoninus. Buſtus. Gen. 8. 9. 10.

A igne conflagrante, & omnes ea propter ſaluare cupiente. Quæ columba prima vice non inuenit locum vllum, vbi quieſceret pes eius, quia nihil primus Ordo in orbis gyro poſſidet, quo poſſit pedem ſui locare deſiderij; quocirca talis ales reuertitur ad arcam, id eſt, ad Dei ſubſidium, & vnicam tutelam. Secunda vice ramum oliuę tulit viridem, quia Ordinem, ſeu viridarium virtutibus conſpicuum inſtituit S. Claræ. Tertia verò nullo modo ad arcam reuolauit; quia tertium fecit Ordinem, cui regulam abſque arcæ clauſura deſignauit; imò potius per ſtatus permiſit mundi omnes ad libitum volare, quò ex illis plures homines perduceret in cælum.

Noë arcæ Franciſcana Religio comparata.

19. Verùm iterum redeundo ad iter in-
B termiſſum, vt ingenuè in repræſenti aperiam mentem meam, nullæ hominum ſic filiæ Religionem labefactant, & filios Dei ac viros Angelicos proſternunt, quàm verę illorum filiæ, corporeæ, & animatæ; quæ curſim viſæ nocent; & lentè vel Dei filios in vita necant gratiæ; vt patet ex quammultis Diuinis teſtimoniis; è quibus duo tantùm ex vetere atque nouo producam teſtamento. Ex vetere, quod fecit nequiſſimus Propheta, dum populo Iſraëlitico & filiis Dei ſelectis obiecit Moab fœminas, vt eos eneruaret; de quo ſerm. 27. Chryſologus ſic ait. *Scandalum populo Iſraëlitico Balaam diuinator obiecit, quando bellatoribus non cum ferratis viris, ſed cum puellis toto lenocinio fucatis occurrit, vt arma verteret in luxum, triumphum mutaret in*
C *inſaniam.* Inſanire nanque faciunt vel ſępe plus ſenſatos hæ furiæ noſtri generis, animarum quò ad perniciem peiores infernalibus. Quod ſi equidem Dei filiis in deſerto aſperitate natiua cunctis horrido, tam magna clades accidit; in populo quid erit deliciis circunſepto, & blanditiis naturaliter mortales pellicentibus, ac nimium pertrahentibus, vallato & circumcincto? Ex nouo verò quod Corinthiis Paulus inquit; *Debet mulier velamen habere ſupra caput, propter Angelos*; nimirum propter viros fungentes Sacerdotio, qui Angeli dicuntur in lib. Malachiæ; ne ex viſu fœminarum detecto Deum capite orantes in Eccleſiis ad noxam viros optimos afficiant Sacerdotes. Sic Lyra; vnde pateſcit quàm hominum ſint filiæ Ange-
D licis hominibus plus cunctis rebus malis omninò exitiales; & quantùm ſolo aſpectu inficiant ſeruos Dei, ei valde obtemperantes. Nec debet prętermitti in Vulgata pro *velamen* haberi *Poteſtatem*; quia potens eſt ad mores componendos vel perdendos moderamen circa cultum & mundum fœminarum.

Quæ filiæ verè hominum in filios Dei ſint nocuæ. Num. 25. 2. & 31. 16. Chryſolog. Quàm nocuos in Dei filios aſpectus fœminarum. 1. Cor. 11. 10. Mulierum cur mundus poteſtas nuncupetur.

Sed & iterum ex locis notandis nobis lentè duobus hoc firmatur. Primum ex quadam obſeruatione Burgenſis ſuper Exod. cap. 20. vbi imagines propter ſe in lege non prohibitas, ſed propter anſam & cauſam ad homines per viam idolatriæ deſtruendos, quæ inde poſſet viris, quantumuis Sacerdotibus, & verſantibus in templo infauſtè prouenire. *Notandum (ſcribit ille) quod in lege*

Burgenſis.

Exod. 15. 18. *veterò licet imagines creaturarum fieri prohiberentur, tamen intra Sancta Sanctorum, duo Cherubim, qui erant imagines iuuenum ponebantur. Exod. 25. Ex quo patet quod imagines fiere non erat per ſe malum, ſed propter promtatem populi ad idolatriam. Cuius ſignum manifeſtum eſt, quòd intra ſancta Sanctorum, vbi ſoli ſummi Sacerdotes miniſtrabant, de quibus non erat talis pronitas præſumenda, non ſolùm permittebantur, ſed etiam præcipiebantur fieri tales imagines, ſcilicet Cherubim qui Angelos repræſentabant; vt talium contuitu in contemplationem cæleſtium mens ſummi Sacerdotis eleuaretur.*

Imagines cur olim prohibitæ ſub lege.

A

Sed ſi Angeli in idola ſic poterant conuerti, quid erunt mali Angeli humanæ ſpeciei, qui Angelis in decore non parum aſſimilantur, & dęmonibus in malitia non impares exiſtunt, ſed forſan nequiores? Si aureæ & inanimes hoc facerent ſtatuæ, non quidem propter aurum, ſed tantùm propter auream illarum pulchritudinem, quæ membrorum ſymmetria, quantumuis immobilium & planè inſenſibilium, blandirentur, & perimerent, quid imagines pulcbritudinem, quameunque mundi rerum perfacilè excedentes, viuentes, animatæ, mouentes ſe ad libitom, non autem adartis vim, vt multa lignea & ferrea; loquentes ſuper hęc, cantantes, & illecebris quammultis incantantes, non mali ſecum afferent? Certè aliquis Sacerdos tam ſummus atque vnicus inuenietur in virtutibus (vt in verbis cum aſſumpta figura me contemperem) qui aſpectibus huiuſmodi nullatenus turbetur, ſed potiùs ad Dei aliam veracem & perdurabilem æternùm venuſtatem, ac humanam ſine limite finito tranſcendentem hoc magis eleuetur. Sed dicito quis eſt hic & laudabimus eum? fecit enim mirabilia permagna in vita ſua, dum poſt aurum pulchritudinis, vehementiùs tantò auro, elegantiúſque non abiit. Secundum ex Carthuſiana Religione venerabili, quæ minus detrimenti accepit inter reliquas; imò in prima inſtitutione, nonnullis mitigatis incolumis perdurat, ſeruatur illibata; vt oculi ſunt teſtes, & Antoninus, ac complures illuſtres Scriptores, qui fidem contra fidem contrariam, ſi qua eſſet, afferre nobis poſſent. Quod ſanè ex nulla cauſa diuerſa proficiſcitur, quàm quia viri ſunt à ſęculo ſemoti, omnem aditum & conſpectum fœmineum intercludentes.

B

C

Carthuſiana vnde Religio ſit reliquis integrior.

20. Qua in re, vt conſimiliter in cunctis præcedentibus, Euchariſtiæ valde Sacræ Religio aſſimilatur; nam quemadmodum Religioni nil nocet ſicut quęlibet infectio fœminina, ſic ſimul Euchariſtiæ nil officit, vt carnis pollutio qualiſcunque; prout alibi cum Algero lib. 1. de hoc Sacramento cap. 22. à nobis dictum eſt. Cui ſimilis Paſchaſius de corp. & ſang. Dom. cap. 22. & Bernardinus tom. 2. ſerm. 57. art. 2. cap. 1. Rationéque probatur: Quid etenim ad Virgineam & carnem Deo vnitam excipiendam incongruentiùs, quàm carnis meretriciæ deforme contubernium, tabificum conſortium? Hoc vſus argumento oblito mihi loco in epiſtolas ſic ait auctoritas Hieronymi. *Quid tibi cum fœminis, qui ad altaria cum Deo quotidie fabularis? Dic Sacerdos, dic Clerice, qualiter eiſdem labijs filium Dei oſcularis, quibus oſculatus es filium meretricis? O Iuda oſculo filium hominis tradis?*

Peccatum quantùm carnis ſit æmulū Euchariſtiæ.

D

A

Hieronym.

Quamobrem tria iudico huic peſti neceſſaria. Primum, quòd Religionum Prælati non inermes, ignaui, & puſillanimes, vel genio multò minùs perſimili indulgentes, ac gregem cultro exempli laſciui iugulantes: ſed neruos & lacertos pudicos aſſumentes, ac zelum munditiei Diuinæ arripientes, & prorſus induentes, pro vita vniuerſali inuigilent huic neci, & publico contagio, quod à minimis incipiens diffunditur in maxima, & maxima prudentia ac mediis quibuſcunq; prudenter applicatis, oportet obuiari. Secundum, quòd à clade tam miſera refugium, ſciamus vnum tantùm patere, nempe fugam, arreptam à Ioſeph Sancto; conſultam verò à Paulo & cunctis viris probis. *Fugite fornicationem.* Quibus poteſt annumerari Virgilij documentum; *Heu fuge nate Dea; teque his eripe flammis.* Nam licet quiſquam ſit Deorum ipſorum filius, ſuccumbet flammis iſtis, ni eas deuitauerit. Tertium tandem viſum hunc, conſpectúmque veneno ac tabe delibutum, in totum cum non poſſit à nobis ablegari (humani nanque ſumus, ſuapte ſociabiles; & politicè ac religioſè viuentes inter homines, officium quorum proximis iuuamen eſt impendere) debere ſaltem Iobi prudentia cohiberi, frenari, & gubernari; *Pepegi fœdus cum oculis meis, ne cogitarem quidem de Virgine.* Id eſt, ne mali quidpiam de puellis vel in puellas vtcunque meditarer. Nec non iugiter obſeruari, quod aſſerit Chryſoſtomus in Pſal. 43. *Formam conſpice mirare, vt gloria & honore afficias artificem. Vlteriùs autem ne progrediare, animi perturbationem excitā; pulchrum opus; is ergo qui fecit eſt adorandus, non contumelia afficiendus.* De Religionis calamitatibus Lyranus ſuper Threnos, præſertim 4. capite; quamtumuis nullæ attingant, vel tractu remotiſſimo, perditionem Religionis diluuium præcedentis. Nam ſi de Religioſis legis veteris mirāda dixit Plinius Enar. iſtius fine, à nobis allegandus; quid diceret de noſtris? cum ſemper certum ſit quod inquit Chriſtus Dominus; *Veni vt vitam habeant, & abundantiùs habeant.*

B

Gen. 39. 12. 1. Cor. 6. 18. Virgil. lib. 2.

C

Iob. 31. 1.

S. Chryſoſt.

D

Vt viſus ſit frenandus & fœminæ in neceſſariis occurſibus videndæ.

Ioan. 10. 10.

DE

DE RELIGIONIS PRIMO FLORE CONTEMPLATIVA quæ eſt vita, tam valde in mundo florens, quàm hodie vernans floribus; ad verba noſtri thematis; Iſte cæpit inuocare nomen Domini.

21. VBI cæperit Enos Sanctus inuocare nomen Domini, cum templa nondum forent, vt minimùm vt ſunt hodie, & forte non dum tectis ligata & concinnata, hîc poteſt controuerti; & puto quòd in agris, aperto ſibi cęlo, & ſolo mille florum tapetibus cooperto, qui mentem ad Creatorem impellunt contemplandum, dicente Chriſto Domino. *Conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt, non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quod nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt, ſicut vnum ex iſtis. Si autem fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit, quantò magis vos modicæ Fidei?*

Matth. 6. 30.

Rus aptum ad contemplandum.

Vnde ille tam virtutum, quàm Chriſti magnus typus, Iſaacus ruri ſępe ſolebat meditari, vt deducitur ex verbis; *Et egreſſus fuerat ad meditandum in agro inclinata iam die.* Eſt enim in campo campus, in pratiſque plateæ ad Deum contuendum latiſſimæ & aptiſſimæ; vt multi ſtylo culto & vberi exararunt; è quibus ne campeſtria loquentia & corridentia linquamus in ſilentio, vt leonem ex vngue tantùm, & vnum ex perquammultis ſe ipſo inferiorem, de roſa Ambroſium audi, in Hexamer. lib. 3. cap. 11. *Surrexerat antea floribus immixta terris ſine ſpinis roſa, & pulcherrimus flos ſine vlla fraude vernabat. Poſtea ſpina ſepſit gratiam floris, tanquam humanæ ſpeculum præferens vitæ, quæ ſuauitatem perfunctionis ſuæ ſtimulis curarum ſtimulis ſæpe compungat.* Et hinc quoque dici puto de alio Patriarcha Religionum reformatore cum Deo deambulaſſe; quia deambulatio propriè fit per campos floreſcentes, virentes, & ad paſſus vltro citro conferendos gratiſſimè inuitantes. Itaque quòd Philoſophiæ ſi culmen Ariſtoteles, & Peripateticorum princeps inclytus, in Lycæo inambulando docebat ſuæ mentis auſcultatricem iuuentutem, vnde etiam & Peripateticum cognomen accepere; ſicque orta illius fuit clariſſima doctrina, certè ſanctæ orationis & contemplationis natalitia vel à ſanctis ambulationibus Enochi ſunt enata; vel à ſancto qui ambulauit in cogitationibus cum Deo.

Gen. 24. 63.

S. Ambroſ. Miſeriarum vitæ roſa ſpinis ſepta ſymbolum.

Gen. 5. 22. & 24.

Nec malè in loco florum Religionis & contemplationis erupit flos eximius. Quia & valde contemplationi conducunt florum areæ, ingenia contuentium lætantes & ornantes ac etiam ſubleuantes; in quibus Fides micat, nondum inſpecti fructus; ſpes illius viret; & charitas præ omnibus virtutibus floreſcit, quæ quidem nunquam excidit, ſed ſemper florens viget in ſua pulchritudine, cum aliis quæ, de floribus depingi poſſunt facilè. Et quia in mundo arido Religio flos exiſtit, quò odor Chriſti funditur, & vita demiranda Sanctorum in iſtis ſæculis tam rara, ſæpe viſitur, vt optimè & nuperrimè oſtendit Petrus Caluus ex horto Dominicano & Regno Luſitano egregius Prædicator, & ponderis vir magni; in Lachrymis iuſtorum, de Religioſis multis Sanctis pręſentis tempeſtatis dumtaxat libro edito; quę video in orbe Gallico quammultis arridere. Quibus illic annumeratis non poſſum non adiungere Religioſum pòſt defunctum, Magiſtrum quondam meum ex Prouincia Pietatis in noſtro Portugallo, P. Franciſcum de Villauiçoſa, tam olim ex ſe colendum, quàm hodie celebrandum; qui in odorem ſuauitatis mortalem vitam clauſit; non abſque ſignis illis in temporéque iſto, quo melius quàm Bernardo vſurpare licet nobis Pſalmographi ſententiam *Signa noſtra non vidimus, iam non eſt Propheta*, quæ ſolent voce publica miracula vocari. Vlteriùs, quòd miraculum ipſius vita erat, quæ perpetim ſi poſſet videri & pręſentari, ſemper pręſens miraculum pereunéque putares. Quod fecit & Baptiſtam miraculis carentem, miraculum eſſe magnum & vnicum inter homines.

Quantùm flores contemplationis conducant exercitio.

1. Cor. 13. 8.

Religio flos in mundo cum arida putatur.

P. Petrus Caluus.

P. Franciſcus de Villauiçoſa ex prouincia Pietatis per tranſitum laudatus.

A, B

Fuit autem primus flos Religioſæ vitæ Enos, illius contemplatio, oratióque mentalis, vt deducitur ex verbis *Iſte cæpit inuocare nomen Domini*; Nam quamuis *Inuocare*, in voces ſit prorumpere, & voce in opem ſuam vócare quemque alium; nil dubij quòd à mente deſcendimus in verba & à verbo interiori in mente cogitato, in verba exteriora vocaliter formata; & etiam quòd à mente conſurgimus primariò in mentem non creatam; in ſummam intelligentiam; in Ideam incomprehenſibilem, quæ omnia comprehendit, ac inſuper tranſcendit tam maximo interuallo, vt eam niſi Fide, humilitate & contemplatione quàm infimè tangamus. Ac tandem quia oratio mentalis ſicut præit vocalem, eandem ſuperat, vt anima (quæ iſta alterius eſt oratio) pręfertur noſtro corpori, & ipſum ſupergreditur.

C

Inuocare quid ſignificet; & mentalis quantùm oratio vocali præferatur.

D

Præterea Sanctus hic inuenit preces omnes, ſeu tradidit excellentiùs quàm erant ante eum; at eas longè preſſiùs queis preſſiùs Deus quàm aliis vel premitur, vel prenditur; vt Marius Victorinus libauit per hęc metra.

Huius quippe viri de ſemine proditus Enos,
Qui primus tacita lectus virtute Sacerdos,
Poſſe ciere pijs precibus, & nomine vero
Sperauit, meruitq; Deum, populúmque ſecutum
Imbuit æterni cultum ſeruare parentis.

Marius Victorinus lib. 2.

Nam ciere quid eſt Deum, quàm eum ad nos accingere, conſtringere, & ligare; qua vi veluti compulſus ad Moyſem Deus dicebat;

Oratio quantùm Deum compellat, & irretiat.

Exod. 32. 10.

Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos faciámq; te ingentem magnam. Moyſes autem orabat, &c. Quamtumlibet vocalis oratio Deũ quoque deuinciat, vt pateſcit ex voce Iacob Sancti luctantis cum Dei Filio: *Dimitte me, iam enim aſcendit aurora. Non dimittam te, niſi benedixeris mihi.* Hoc enim voce dictum, & brachiis Orationis vocaliter iactatæ, ac ita iactis precibus luctantis cum Dei robore.

Oratio ſine raptibus quamobrem non perfecta. Caſſianus.

22. Cuius ſanè orationis mentalis ſumma portio in raptibus ac mentis exceſſibus conſiſtit, qui tantopere ab oratione inſeparabiles noſcuntur, vt dicat Caſſianus Collat. 9. cap. 31. de Antonio ſępe rapto huiuſmodi ſententiam; *Non eſt perfecta oratio, in qua orans vel hoc ipſum quod orat, intelligit.* Quod procedit ex vehementi in Deum intentione, humanam mentem à ſe potenter auellente, & vi maiori quàm naturali alienante corpus terreum à propriis functionibus, ac ipſum ſępe in aëra miraculosè rapiente, & dulcedine tam mira complente illius ſenſus, vt ni diuinitus impediretur hæc cęli violentia, immergeretur vitæ halitus in pelago dulcorum, & in mari ſuauitatum incredibilium quibuſcunque hoc nectar non guſtarunt; de quibus ſuauitatibus B. Auguſtinus; lib. 10. Confeſſ. cap. 40.

S. Auguſt.

Introducis me in affectum nimis inuſitatum, ad neſcio quam dulcedinem, quæ ſi perficiatur in me, ignoro quid futurum ſit. Vbi homo vel expertus & ſciens hocce gaudium, id ipſum non ſciebat; ſed tantummodo callebat periclitaturum in vita eſſe, niſi eſſet mitigata tam rara tranſportatio. Cuiuſmodi nil dubij fuiſſe Pauli raptum, cùm adiit Cęlum tertium, imò potiùs cunctos raptus Sanctorum ſuperaſſe; pręſertim ſi & raptus Enochi ſubtrahatur; qui adhuc dignitatis videtur celſioris, & ſublimioris contemplationis, ac Religioſæ vitæ raptuum exemplar, & ſpeculum. In quo Religio cum Religione, nempe antiqua cum moderna mirificè conſentit, dum illa virum habuit hoc raptu tam inſignem; hęc autem eundem virum noſtrorum priſcum Patrem, ac alios multos ſanctos & ſocios magni meriti, in quibus contemplationis & Religionis defœcatæ videntur hęc prodigia.

Vt Dei gaudia vel in corpore ab illis neſciantur, qui ea experiuntur.

Religioni & contemplationi perfectæ raptus proprij.

In tribus tamen iſtæ Religiones diſtinguuntur, quò ad materiam quam verſamus de raptibus corporeis. Primum, quòd antiqui raptus vel vnus tantùm fuit, quem modò memoraui, vel multi in vno viro, cum Deo deambulante, tam ſanctè quàm aſſiduè; quouſque tandem fuit in paradiſum terræ raptus, quin aliquem ſuper terras aſſimilatum ſibi in hoc reliquerit, vt creditur; cum propter gentes peſſimas replentes orbis faciem, tranſlatus ipſe fuerit, ob varias rationes ſuperiùs indicatas. In Religione verò noua tam frequens hoc miraculum permultis viris inclytis, quàm benè poteſt colligi ex vno tantùm ex vltimis B. Nicolao Factore, de quo penult. Enarrat. attexui mentionem.

Eccl. 44. 16.

Religio quantùm vetus à noua ſuperetur in raptibus & ecſtaſibus.

Secundum, quòd hoc ſenſu Religioni ptimæ illi mirificè colludit aſſumptum verbum *cæpit, Iſte cæpit inuocare nomen Domini*; pro tempore pręſenti, pręteritóque ſeruiens; nam pręſens & principium Religionis primitiuæ pręteriit velociſſimè; & ſimul ac apparuit, diſparuit mox elanguida, vt flos eodem tempore marceſcens quo floreſcit, & deſinens quo incipit, ac cadens quo conſurgit, & pandit gemmas teneras. At econtra quòd Religioni modernæ quadrat. *Incipit*; vox tantùm de pręſenti, & iugi perſiſtentia, inceptus ſemper nouos, recentéſque ſignificans; quibus equidem Religio collucet hodierna; in qua ſanè nonobſtantibus defectibus non paucis, qui nequeunt euitari, ſemper tamen in Clericatus & Monachatus viridariis; viuentibus notiſſimi coruſcant multi viri, & florent ſanctimonia, qui per raptus & miracula tuentur Chriſti Fidem.

Gen. 4. 26.

Tertium demum, quòd Enoch per alium raptus fuit in hortum corporalem, videlicet ab Angelo, vt poſtmodũ Philippus in Actis Apoſtolicis; ac per conſequens per actum extrinſecum, & non proprium, hi verò in ſpirituales dilitias rapiuntur per vim interinrem, & actionem à ſe elicitam, quantumuis gratiæ viribus eximiè ſubleuatam.

Actor. 8. 39.

23. In eo verò raptus huiuſmodi conſentiunt & ecſtaſes concordant, quòd quondam in Chriſti ſpem, & Euchariſtiæ à Sanctis illis ſufficienti modo cognitæ, eis quidem, vel huic ſoli Enocho contigere; quocirca fuit forſan in paradiſum terræ raptus, vbi erat lignum vitæ, figura panis huius; quò ſaltem illius vmbra delitias ſuas caperet; atque raptibus melioribus in vita fermè cęlica ibidem frueretur; nunc verò in Religione pręſenti inſpiciuntur, & ſępius multis accidunt, non quidem in ſpem aliquam Euchariſtiæ nobis dandæ, ſed in effectu & efficacia ipſius iam donatæ. Cuius feruor nimis fauet ſubleuationi corporali, & operationi tam mirandæ conducit maximoperè; vt patet ex exceſſibus Factoris ſupradicti, ac cuioſdam Monialis alumnæ Claræ fulgidæ virtutum claritate & radiis pręclariſſimis, quam nouit noſter Venetus, & de qua etiam in Harmon. Cant. 3. tono 4. cap. 4. nobis tradit rem ſatis inſuetam; videlicet, quòd matri deuotione in Euchariſtiã quàmualde Claræ ſimilis, Feria 5. in Cœna Do. accepto hoc Sacramento innixa ſemper genibus, vſque ad diem Reſurrectionis durauit ſemel fixa, immobilis, & recta; quo veluti cum Chriſto ex morte tanti raptus delentis vitæ munia, ad eius lucem rediens, miranda longè multa, in triduo à ſeſe viſa, eidem viro inſigni aperuit, & narrauit. Vnde in lege puto noua frequentiores raptus eſſe. Euchariſtia nanque cauſa huiuſmodi eſt exceſſuum; quemadmodum valde pius Ludouicus de la Puente lib. 4. Exhort. 5. enarrat per hęc verba; *Sicut anima corpori coniuncta ſpiritus quoſdam excitat, quos vitales vocant, quibus corporis membra ad operandum reuiuiſcunt. Sic caro Chriſti Domini animæ noſtræ ſociata, in illa verè exſuſcitat ſpiritus vitales,*

Euchariſtia quantùm efficax ad ecſtaſes ſit mentis, & raptus corporales.

Venetus.

Miraculum Euchariſtiæ in quodam miro rapto. Ludouicus de la Puente.

quos

quos illuſtrationet & inſpirationes ſolemus nominare, quibus anima viuificatur, & ad ea qua Dei ſunt magno feruore roboratur. Qua de re eodem loco & lib. 2. ex hort. 3. inuenies plures alias.

Quo odore deuotionis ſuſcipiendum Chriſtus corpus.

Hæc autem de mentali oratione pro nunc ſatis, quæ præcedere atque ſequi Euchariſtiæ cibom debet; vt ſicut Chriſti corpus odoramioa inter duo Ioſephi & Magdalenæ, quando eum nardo vnxit, & cultu tam piiſſimo officium quoque illius præuenit ſepulturæ, ſic hodia accipistur & inuoluatur à Fidelibus; debet enim tale donum inter magnæ deootionis duplicia odorsmenta per oratiouem præuenientem & ſubſequentem tantum Sacrum, à piis & deuotis Dei filiis hoſpitari; vt inquit D. Tho. opuſc. 58. cap. 15.

D. Thom.

24. Vocalem inſtituiſſe eumdem Patriarcham ſuperiùs delibaui; hanc verò Religioſos illius tenuiſſe, ſed rariùs & debiliùs, quàm Religioſi noſtri temporis, exinde ſatis liquet; quia ſepties Rex Propheta canebat Dao laudes; *Septies in die laudem dixi tibi ſuper indicia iuſtitia tua*; noſtri verò valde pluries conueniunt ad pſallendum, ſi officium Matris Dei, mottuorum, & multa alia, vel obligationis, vel deuotionis motiuis perſoluta, Diuino connectantur; & etiam quia noſtrates auxiliati & oppitulati Euchariſtiæ Sactamento robuſtiores Orationes effundunt coram Deo; ingentes quippe vires hoc Sacrum donat precibus, de quibus Cabaſilas in Miſſæ expoſit. cap. 24. *Oportet igitur ad Sacerdotis genua deprecari, neque etenim eſt alius ſupplicationis modus, qui tantum poſsit, & qui adeo nobis firmam ac ſtabilem ſpem prabeat, quàm ille qui fit per hoc venerandum Sacrificium.* Quod ex præſentia venit Regis, & Angelotum circunſtantium, qui enixè Dei ſubſidia conantur nobis quęrere, & ipſum mitem reddete; vt ſæpius fert Chryſoſtomus, & breuiùs Miſſæ cantus, qui finit ante Canonem; *Cum quibus & noſtras voces, vt admitti iubeas deprecamur, ſupplici confeſsione dicentes Sanctus, Sanctus, Sanctus; &c.*

Pſal. 118. 164

Nicol. Cabaſil.

Euchariſtia quantum fulciat vocalem orationem.

Tantopere precationibus ex Euchatiſtia robur additur, vt omnibus quæcúnque efflagitari rectè poſſunt & vitam & lucem tribuat, vt protinus conſtabit. Suppono, otationes (quammultæ ſint, & variæ) ad ſeptem Regis Vatis tecenter memoratas, tanquam ad numerum perfectum, & vniuerſitatis quoddam ſymbolum reduci decétiſſimè. Præmitto, in ipſis precibus (quæcúnque ſint inuentæ) primatum habere illam, quã à Domino Ieſu Chriſto, eiuſdem vero auctore, ac cælico Doctore, Dominicam vocamus; tum quia à Sapientia Diuina concinnata, tum quia ſeptem habet egregia poſtulats, quibus omnes petitiones & orationes longo ſpatio diſcriminis ſubduntur; vt ait Cyprianus de iſta Oratione; & Auguſtinus in Epiſtolis Epiſto. 121. vnde vocatur à Tertulliano Euangelij breuiariũ; quia breui quidquid continet Euangelium, comprehendit. Poſtulata verò eius huiuſmodi ſe habent. — *Sanctificetur nomẽ tuum*; — *Adueniat Regnum tuum*; — *Fiat voluntas tua, ſicut in calo & in terra*; — *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* — *Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* — *Et ne nos inducas in tentationem*; — *Sed libera nos à malo, Amen.* Quæ vltima petitio nullatenus eſt eadem cum immediatè præcedente; ſed mediante coniunctione aduerſatiua, ſeparata; quæ facit ſenſum iſtum; *Sed potius libera nos a malo* De quarum petitionum ſufficentia D. Thom. 2. 2. q. 83. art. 9. & meliùs in concord. Euangelica Ianſenius. Hincque patet Religionem priſcorum illorum Patrum cæpiſſe cum Enoch inuocare nomen Domini; Religiooem verò noſtram cum Chriſto conſummaſſe orationum ritum omnem; quibus duplex ſumptum thema iam manet combinatum.

Orationis quanta ſit Dominicæ excellentia, & vnica perfectio.

Cyprianus.

Auguſtinus.

Tertullian.

D. Thom.

Ianſenius.

At iterum ad Euchariſtiæ ſcopum redeundo, vide quomodo petitio quotidiani panis noſtri in medio loco ſit, vt Sol inter Planetas, vt cor in centro corporis; quare ſicut animantibus à corde vitæ calor, & omnis lux à Sole; ſic vita, lux, & calor orationibus omnigenis à tanto pane oritor, vt indicat Anſelmus Matth. ſexto cap. *Fiat voluntas tua ſicut in calo & in terra ait Chriſtus Dominus, & quia voluntati Dei obedire non poſſumus per omnia, niſi pane roboremur, ideo ait;* Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. *Et quia corpore Chriſti indigni ſumus, quandiu peccatis fœdamur, ideo dicimus;* Et dimitte nobis debita noſtra. *Vt autem peccata noſtra intelligamus, & plorare valeamus, orandum nobis eſt, ne tentationes inimici nos ſibi ſubdant, & ideo dicendum eſt; Et ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo.* Nam quamuis illi duæ petitiones hîc exciderint; *Sanctificetur nomen tuum*; Et *Adueniat regnum tuum*; nil minùs hæ dependent ab iſto Sacramento; imò magis, atque priùs, vt ſunt priori loco; & potiori quoque iure huic cibo copularæ. Sanctificandi nomen Dei, Sanctificatione cuncta dignum, quia Euchariſtia eſt Sacrificium pro gratiis exhibendis; adueniendi verò regnũ cæleſte ad cæli auidos, id ipſum ſemper anxia ſolicitudine attendentes, quia qui de cibo tanto decenter manducauerit, iuxta verbum eiuſdem Regis fruetur eius Regno; *Qui manducat hunc panem viuet in æternum.* Quia autem Miſſa cunctis orationibus Diuinis tam magnas vires confert, Oratio in primitiua Eccleſia hoc Sacrificium quàm iuſtè vocabarut; vt de priſcis Miſſæ ritibus lib. 1. cap. 7. teſtimoniis cum non paucis adducit Vicecomes; nec immeritò, cum in illa per Sacerdotes Deo populi oratio præſentetur.

Orationibus vt omnibus Dominica ſit cor, & vnà illarum Sol.

S. Anſelm.

Ioan. 6. 58.

Oratio cur antiquitus vocata Miſſa fuerit.

Nunc illud tantùm ſupereſt, probare, vt panis ille à Chriſto in Oratione ipſius commendatus, ſignarit Euchariſtiam; ſed iſtud per ſe patet, cũ Matthæus vltra multorum Doctorum fidem grauem, & dicta in hoc inſignia, ſuperſubſtantialem vocet eum, vt panẽ quamuis aliam ſubſtantiam ſuperantem; *Segolla* eſt in Hebraico, id eſt, peculia-

Toleti quę oam Miſſa vocata *Muçarabe.*

ris, egregius, admirabilis. Toletique in Miſſa quam dicunt *Muçarabe* & ab Arabum tempeſtate cum formulis à noſtris diuerſis celebratur; cùm Sacerdos pancin iſtum ſolemni cantu nominat, à choro reſpondetur; *Qui tu es Chriſte*; vt in Luc. commentar. Stella noſter refert, Pro quo vſus ille facit Ecceleſiæ perantiquæ, quo ad Pater noſter tantùm Conſectationis verbis additis fiebat Sacrificium; vt ab vno panis alius, nec etiam tunc diſcederet. Gabriel latè ſuper Can. lect. 5. Duraudus in Ration. lib. 4. cap. 44. & Bellarmin. de Euchar. lib. 6. cap. 19.

A Miſſa nonquam Oratio Doounica ſemota.

25. Et verò poſt mentalem, & vocalem orationem, medium aliud contemplandi, & de Deo cogitandi inuenit Enos optimum; Eccleſiarum nempe vſum, imaginum, & alicuius Sacrarij reuerendi; ſeu vt loquamur modo priſco Propitiatorij, & Sanctuarij, honori iam tum Dei ſpeciatim nuncupati. Non ſanè quale poſtea ſub Moyſe erectum fuit, ſed ſub aliqua figura informi effigiatum, inſinuatum, & demonſtratum; vt lapis quem ſolemniter inunxit Iacob oleo, vel *Terminus* Deus olim effingebatur per Gentiles. Ex Lipomano ſuper Gen. & ex Bolducio in ſuo opuſc. de Eccleſ. ante legem lib. 1. cap. 11.

Imaginum ex quo tépore Propitiatorij, & Sanctuarij; Sacrariique principia.

In quo noſtri Religioſi antiquis nihil cedunt. Nam cum olim prima templa & Eccleſiæ Chriſtianorum caruerint capellis, his initium Religioſos, in templorum ipſorum decus, occaſione ſubſequenti, non parum ſcitu digna, narratur inueniſſe. Occaſio verò fuit, deuotio qua Ludouicus primus hoc nomine inter Gallos, in Martinum Turonenſem Epiſcopum Sanctiſſimum tam maximè feruebat, vt nactus viri tanti monaſticum caputium, cucullum, ſiue cappam (vt aliter ſcribitur) cſpitio ſarcinatam, non domi ſolùm ipſam ſit ſummè veneratus, ſed belli quoque eam pro amuleto vniuerſali perpetuò ſecũ tulerit. Quod exemplum proſequuti hæredes dicti Regis, eandem Sancti cappam in bella ſemper ſummo affectu detulere; quam in parte editiori tentorij ſui Regij adinſtar trophæi inclyti cùm gloria ſuſtollebant. Vnde cæpit per Metonymiam, quæ totum à parte ſumit, à rudi hæc veſtis milite, quia caput coopetuerat Pontificis præfati, capella vocitari, & ad tentoria poſt id tempus, Sacella, & Oratoria, vbi fiebat Miſſæ Sacrum, hoc nomen deriuari; vt Ioſephus Vicecomes lib. 2. cap. 28. de antiquis Miſſæ ritibus enarrat, auctor grauis. Qui & cap. 25. ſolemnes Miſſas olim affirmat interdictas in domibus Monaſticis, quas hodie nihilominus in Religioſorum Monaſteriis per verba iam ſequentia celebriores palam aſſerit. *Miſſas publicis in cænobiis Gregorius interdixit in Epiſtol. ad Caſtorem, ne in ſeruorum Dei receſſibus, & eorum receptaculis vlla occaſio popularis conuentus præberetur. Et tamen hodie nullibi Miſſæ celebriores aut frequentiores, quàm in Sacerdotum, qui Religionis votum emiſerunt, Eccleſiis: neſcio an eius rei facultate à Romanis Pontificibus impetrata, an quia temporis diuturnitas, vt plerúmque fit, eius interdicti memoriam obliuione deleuerit.* In quo ille cum exemplo Pontificis tam magni, aſſumpti ex Monachatu, nõ parum pro me agit, in aliquibus quæ ſupra ad integritatẽ Religionis inſinuaui neceſſaria. Etſi ex alio capite non cultui Dei aduerſo frequentia hæc oriatur, & ſenſim videatur tam valde radicata; videlicet ex munditie, & concinnitate Sacræ rei ibidem plus repertæ, quæ homines non tantùm, ſed etiam & mentis neſcia inuitat, atque pertrahit; dicente ſic Ouidio de Triſt. lib. 1. eleg. 8.

Capellæ Eccleſiarum vt fuerint ex Monachorum capellis ſeu caputiis huiuſmodi vocatæ.

Ioſephus Vicecomes

Miſſa ſolẽnis apud Monachos prohibita aliquando; & hodie ibi ſolemnior.

Adſpicis vt veniant ad candida tecta columbæ?
Accipiat nullas ſordida turris aues.

Ouidius.

Quod tango, non vt aliquem vllatenus ſugillem, ſed tantùm vt rectum laudem, & omnes ad virtutis certamen pro virili ſolicitem, & afficiam; & vt ſumma puritate ſeruiatur ille Dominus, in cuius nec ſtellæ præſentia mundæ ſunt, ſed potiùs maculatæ.

26. Nec decet nos qui Enos tam multa ponderauimus, illius vocis ethymon in rei præſentis cumulum relinquere illibatum. Eſt nanque Hebraicè Enos Latinè vir, ſeu homo, nam homo ſolus ille, qui inuocat Dei nomen, vt à multis hoc in loco inuenies delibatum, Aliis eſt obliuioſus; quia vbi Pſaltes inquit, *Domine, quid eſt homo, quod memor es eius, Quid eſt Enos & obliuioſus* à pluribus tranſcribitur. Et rectè cum in Deum non adeo obliuioſus, quàm magis ipſa obliuio ſit homo ingratitudinis fulligine inquinatus. Quem volo nunc aliquibus Gentilium priſcis ritibus ab obliuione vindicare, vt meliùs panem noſtrum ſuperſubſtantialem veneretur.

Enos nominis quod ethymon.

Pſal. 8. 5.

In primis tunc ſulemne, vt in publicis calamitatibus Matronæ fuſo crine templorum ſolum verrerent, vt patet ex nonnullis allatis per Briſſonium in ſuo lib. 1. de Form. Rom. vbi citat Titum Liuium lib. 3. & 26. Lucanúmque. 2.

Gentilium varij ritus in Diis venerandis.

——— Laceraſque in limine Sacro
Attonita ſudere comas.

Lucanus.

Et Ouidium lib. 4. Faſtorũ ſic de Clauda;

——— Vultus in imagine Diuæ
Figit, & hos edit crine iacente ſonos.

Templorũ pauimentũ vt verterint Matronæ Romanæ comis proprius.

Quod & Matronę Phrygiæ ad templum in feſtæ Palladis feciſſe memorantur, Virgilij lib. 3. Sed etiam in populo Dei Hebraico hoc vſitatum teſtatur Sacra pagina. *Conſperſerunt cinere capita ſua, accincti ſunt ciliciis, abiecerunt in terram capita ſua virgines Ieruſalem.* Vbi eodem perdurante contextu ſuperadditur; *Matribus ſuis dixerunt vbi eſt triticum & vinum?* Quo loci vinum & triticum de ſpeciebus Euchariſticis à Gloſſa interpretantur. Et rectè cum defectus duarum iſtarum rerum mereatur ſolus ſigna doloris tam teſtati; acerbitatis tam ploratæ.

Thren. 2. 10.

N. 12.

Quomodo illi Sacrificiis diſcoopertis, vel coopertis aſtiterint capitibus, incerti iuris eſt. Alij enim coopertis affirmant cum Marone Æneid. lib. 3.

Quin

Virgilius.

Vtrũ coopertis vel diſcoopertis aſtiterint capitibus Gentiles ſuis Sacris.

Quin vbi tranſmiſſæ ſteterint trans æquora claſſes,
Et poſitis aris iam vota in littore ſolues,
Purpureo velare comas adopertus amictu,
Ne qua inter Sanctos ignes in honore Deorum
Hoſtilis facies occurrat, & omnia turbet.

Alij verò diſcoopertis Sacrificaſſe tribus Diis, Saturno, Herculi, & Honori, ex Æneæ Sacrificantis in littore Laurenti, figmento quodam aſſerunt; ſed veriùs eos modo vtroque miniſtraſſe; quantumuis ſemper propter maiorem reuerentiam teſtandam & comparandam; cum & capitum obuelatio, vt conſtat ex his verſibus, ob iſtam quoque fuerit; ne quidquam minùs decens ſe oculis Sacrificantis tum temporis ingereret. Documentum ſanè optimum pro Gallis, & Hiſpanis. Pro Gallis,

Irreuerentes vt ſint Miſſæ tam Galli, quã Hiſpani.

ne in Miſſa humiditate ſuæ patriæ plus iuſto terrefacti (etſi paruulis pileolis) quaſi ſtatim morituri, Maieſtate coram tanta, operiant caput timidum. Hiſpanis, vt ibidem conuelent vagos oculos, velamináque capitis iniiciant luminaribus, ne videant quæ non decet, & viſu ex Phanis Sacris prophanas noxas hauriant; quò vadimus, vt harum remiſſio nobis detur.

Quæ verba quondam in templis, & etiã quod ſilentium.

27. De ſilentio, ſiue etiam locutione in templis habita, bifariam reperimus; & ſilentium tam impensè in eis obſeruatum, vt illic neque naſum expuere permiſſum, nec pariter expuere, de quo Arrianus & Epictetus auctores ſunt percelebres; & etiam multa verba ibidem dici quondam. Sed vtráque res vera, & facta in ſummum cul-

C

Spuere, atque naſum emungere prohibitum in templis Romanorum.

tum Deitatum ementitarum. Nam vel ora relaxabant pro gratiis perſoluendis, quod dicere bona verba ab illis vocabatur, vel iſta comprimebant pro Sacris attendendis ſtudio tam ingenti; vt nec mutire licitum. Quam duplicem actionem in Numinum famulatum tantopere obſeruatam *Fauentiam* propter hoc Gentiles nuncupabant; ad quam populum præcones vocabant magnis vocibus. De qua verbis adimpleta Tibullus lib. 2. Eleg. 1.

Fauentia quidnam quondam; & verba bona dicere.

Dicamus bona verba, venit natalis ad aras,
Quiſquis ades. lingua vir mulíerque faue.

In Faſtiſque Ouidius, ſic dicens lib. 1.

Ouidius.

Proſpera lux oritur; linguis animiſque fauete;
Nunc dicenda bono ſunt bona verba die.

Et de Triſtibus lib. 3. Eleg. 28.

Fauere quid ſit linguis, in phraſi humanitatum.

Concipiámque bonas ore fauente preces.

D

De *Fauentia* verò ipſa ſilentio perſoluta Virgil. lib. 5.

Virgilius.

Ore fauete omnes, & cingite tempora lauro.

Propertius lib. 3.

Propertius.

Sacrum facit vates; ſint ora fauentia Sacris.

Et Horatius in carminibus tam ſæpius decantatis lib. 3. Ode. 1.

Horatius.

Odi profanum vulgus, & arceo.
Fauete linguis, carmina non prius
Audita, Muſarum Sacerdos,
Virginibus, pueriſque canto.

Ita vt *fauere linguis* pro tacere & non tacere, ſed loqui & multa fari Latinè accipiatur. Quæ linguæ reticentia à præcone quoque erat ſolemniter indicta; vt Briſſonius

A

hæcce referens à nobis optat fieri; per verba quæ ſequuntur. *Ex qua cæcarum gentium obſeruatione acerrimum telum D. Ambroſius contorquet in eos, qui non eadem taciturnitate noſtra Sacra colunt, ac venerantur; ſed interim, dum piis vndique vocibus, & Pſalmorum, hymnorúmque cantu ædes Sacræ perſonant, dum ad aras & altaria ſtant Sacerdotes; dum interuentu Hoſtiæ D. Opti. Max. placatur, nec linguam nec ſtrepitum cohibent, nec verbis prophanis abſtinent. Quem locum eò libentius ſubiect, quò in ea parte nimium peccetur ſummo Chriſtianorum dedecore; quibus ruborem incutere hominum lucis Euangelicæ expertium Sanctitas omnis, & aduerſus fictos ſuos, & commentitios Deos, pietas debet. Verba Ambroſij ſic ſe habent de Virgil. lib. 3*

Briſſonius.

Chriſtianorum in locis Sacris irreuerentia ſuggillata.

An quidquam eſt indignius, quàm

B

oracula Diuina circumſtrepi, ne audiantur, ne credantur, ne reuelentur; circumſonari Diuina Sacramenta confuſis vocibus, vt impediatur oratio pro ſalute deprompta omnium, cum Gentiles idolis ſuis reuerentiam tacendo referant?

28. Hæc Briſſonius tam eruditione quàm Præſidis Parlamenti honore Pariſinus; qui quidem ſi Hiſpanorum corruptelam in hoc maiorem quam Pariſinorum animaduerterat, in eos inueheretur ardentiùs & libentiùs. Quibus quadrant Sacrificia, quæ cum verbis non benedictis ſed potiùs cum maledictis, & execrationibus impiiſſimis ſolebant factitari. Nam in illis bona verba tam mala putabantur, quàm mala in cunctis aliis immolationibus & actionibus ad

Sacrificia quænam quondam cum verbis malis facta.

C

templum pertinentibus; de qua re adductus auctor cum Lactantio lib. 1. cap. 21. de Diuinit. inſtitut. non procul à principio, eſt nobilis aſſertor. Et talia ſunt, proh dolor! frequenter in Hiſpania tremẽda Sacrificia, vbi plurimi, & perſæpe plerique è circunſtantibus, prophana, mercatoria, amatoria, & mala multa commiſcent vltro verba; quæ à diebus multis pluries, in templa, quò ad alia conuenimus tam diſſita, conſultò reſeruantur; ita vt nullibi ſit maior (ſi conſideres expenſas, ſuffitus, & concentus, ædificia, vaſa plura valoris non vulgaris, & tam ſerica quàm alia pretioſioris contexturæ, & omnis generis pulchritudinis ditiſſima ornamenta) in templis reuerentia; nec minor, ſi adſtantium attentio ponderetur.

In Hiſpania quæ in templis deuotio & indeuotio.

Non equidem quòd multi non ſint arrectis

D

auribus, & cordibus ſubmiſſis, ac animis deuotis; ſed quòd magna ſit & frequens ibidem irreuerentia, ab aliis qui implicantur, & variè detinentur negotiis indecentibus; vel etiam peſte otij, & otioſæ diſſluentiæ negotiis nequioribus.

Quo nuntio non mediocriter lætabuntur viri quiqui hæreſeos tabe infecti, quippe qui peruerſa dogmata ſolicitudine maiori ſeruare ſua ſolent. Sed ſciant, ne ſuperbiant, in mundo ſemper ita malitiam increbuiſſe, conſuetudinem fuiſſe, vt boni ad bona minùs, quàm mali ſunt ad mala feruentes & deuoti. Ne autem putent mea inſomnia me narrare, Luſitanum noſtrum audiant Inquiſitoré Vlyſſiponenſem, & opti-

Oleaſter Luſitanus & Dominicanus commendatus.

marum cogitationum exquiſitorem non communem, ſed potiùs exquiſitum, ad illa verba Exod. *Fac nobis Deos, qui nos præcedant. Nota homines* (inquit ille) *ſine Deo, ſiue vero, ſiue falſo nullo modo ſtare diu poſſe. Peccator enim quàm primùm à Deo vero recedit, ſtatim ſe conuertit ad commutabile bonum, quaſi ad idolum ſuum. Et conſidera huius populi ſocordiam, vt Deos eos credat, quos hominem poſſe facere videt. Similiter hominis Stabilitatem in perfidia; nam qui falſis diis adhærent, vix aut nunquam ab eis, & eorum fide dimoueri poſſunt, qui autem Deo verò, facillimè ab eo ſeparantur; de qua re Deum ipſum audi; Ierem. cap.2.* Tranſite ad inſulas Chetin, & videte; & in Cedar mittite, & conſiderate vehementer, & videte, ſi factum eſt huiuſmodi; ſi mutauit gens deos ſuos, & ipſi non ſunt dij.

Exod. 32. 1.

Ad mala quantùm mali feruentiores ſint quàm boni ad bona peragenda.

Ierem. 2. 10.

De Religionis flore alio, vita videlicet actiua, ad ipſa aſſumpta verba; Iſte cæpit inuocare nomen Domini.

29. NOtatu dignum valde, & ſeruiens rei præſenti, quod inquit D. Petrus, de Deo mundo aquas mittente pro ſtrage illius, verba faciens; *Octauum Noe iuſtitiæ præconem cuſtodiuit; diluuium mundo impiorum inducens.* Vnde eruitur Noëmum venturo pro diluuio octauum prædicatorem iuſtitiæ Dei fuiſſe, ab illo in mundum miſſum; quò per orbis partes varias imminentis & generalis calamitatis acerbitatem feruenter proclamaret. Ac ideo Enos, qui *cæpit inuocare nomen Domini*; fuiſſe quoque primum, reſpectu eiuſdem cladis, Dei verbi euulgatorem, & primum Dei iudicij, per aquas exequendi, buccinatorem & aſſertorem. Si etenim Noë iuſtitiæ cataclyſmi octauus præco fuit, Enos quidem qui Patriarcha ante Noëmum vixit ſeptimus, iuſtitiæ ipſius fuit tam primus prædicator, quàm certus & primatius. Cui in munere Dei verbi declamandi aduerſus talē & tantam mundi necem, ſucceſſit Enoch poſtea; de quo B. Iudas; *Prophetauit autem de his ſeptimus ab Adam Enoch, dicens; Ecce venit Dominus in Sanctis millibus, facere iudicium contra omnes.* Et tam ante quàm poſt iſtum, amborum quiqui poſteri, qui maiorum tam inſignium veſtigiis inhęſere, ac normam tenuere; quos vt optimos Religioſos illius tempeſtatis hoc bene functos eſſe ambigere quis poterit? propterèaque fuiſſe Dei Angelos vocatos, quia Angeli ſunt miſſi, & illi miſſi ſunt ad homines terrendos, & ad viam veritatis deſertam reducendos; in quem ſeoſum mens Bolducij lib. 1. cap. 15. de Eccleſia ante legem, ex verſione LXX. explanat verba Moyſis Deuteron. 32. *Quando diuidebat altiſſimus gentes, quando diſſeminauit filios Adam, conſtituit terminos gentium iuxta numerum Angelorum Dei.* Quia ad omnes mundi gentes hi Angeli tunc miſſi, vt de ſupplicio deſcenſuro ſufficienter monerentur. En iam primi Religioſi pręcones verbi Dei per ipſum verè facti, quod Religioſę vitę actiuę (vt illud quod concernit directionem internam animę, & ad pœnitentiam ac Sacramenta has vocat, atque trahit) officium primum eſt, & longè principaliùs.

1. Petr. 2. 5.

Prædicator verbi Dei in mundo quis nam primus.

Iudæ. n. 14

Bolducius.

Deut. 32. 8.

Prædicandi cur nam munus ſit primum in Dei Eccleſia, & Religioſi ſemper eo perfuncti à mundi initio.

30. Porro ad bene exercitandum præconium verbi Dei, ſummoperè poſt virtutes, probatæ vitæ fulcra, neceſſariæ protſus literæ, ſtipites doctrinæ; quas ab ipſis Religioſis inuentas extitiſſe ſuperiùs cum auctoribus nonnullis adnotaui; Adamo etſi hoc magis, atque omnis ſcientificæ cognitionis rudimenta videantur referenda; vt poſt multos ſentit auctor lib. 1. cap. 3. Margaritæ Philoſophiæ. At verò vtromque verum, & Adamum literarum initia reperiſſe, & Religioſos primitiuos illius ſucceſſores has ita locupletaſſe, & variè decoraſſe, vt vtrique ſint ipſarum auctores & inuentores quàm iuſtè reputandi, quod ex Gen. teſtimonio in alia inuentione fulcitur non inconciunè; dum paſtorum & in tentoriis habitantium Iabel pater à Moyſe nuncupatur; cum tamen eo in loco Abelem priùs ouium paſtorem clarè vocet. Vnde elicitur vtrumque paſtoreæ vitæ initia conſociis oſtendiſſe; primum primitus hoc munus docendo, & exercendo; ſecundum verò adeo nobilitando & ampliando, in tentoriis atque aliis inuentis vtenſilibus, pro rure neceſſariis, vt in tentoriis inhabitantium dicatur primus pater. Et ſic in primis literis, quæ nec primo poſſunt homini diuinitus edocto vtcùnque denegari, neque aliquis inficiari, à Religioſis tam ſolicitis in reliquis prędicatione docendis, & ducendis ad viam veritatis, & abducendis à mendaciis, quà omnes iam incedere perniciosè incipiebant, impenſum multum iri in literis & doctrina, ac in artium diſciplina puriſſimè tradendis; vt ita illorum animos auerterent à noxis, & conuerterent in ſemitam iucundè per ſcientiarum notitiam comparatam in cælum contendentem.

Quis literas inuenerit, & Religioſis quid debeatur in hac inuentione.

Margar. Philoſoph.

Gen. 4. 20. & ſupr. N. 2.

Ioſephus lib. 1. de antiquit. cap. 3. de Setho ſuperaddit, eum ſuis cum nepotibus Religioſis primipilis columnas erexiſſe, lapideam & lateritiam; in iiſque aduerſus tyrannidem duorum diluuiorum futurorum, alterum aquarum & ignis alterum, quæ nouerant ex Adamo inſigni in Prophetia cunctarum mundi rerum, ſcientias inſcripſiſſe, ſeu in chartis quibuſcunque, pro commoditate ſeu anguſtia illius primi temporis ſcriptas incluſiſſe, vt puto longè veriùs, & columnas inſtar turrium, ad iſta recipienda capaces extitiſſe, ne ſcientias pretioſiores quàm omne mundi pretium contingeret deperdi; quò lapidea poſſet aquis reſiſtere columna, & igni lateritia; nam neque in ipſis literæ exteriùs exaratæ, abſolute valerent ſcientiarum tam multigena & varia fundamenta; nec iſta à ſuperuenientibus diluuiis conſutari; & defendere columnæ; nam ignis quæque edit, & delet cum eſt ingens; aqua verò labefactat & fluctuum vi multiplici ſepelit, perdit, diſſipat ac variè demolitur;

Ioſephus.

Columnæ quænam duæ ſcientiis protuēdis erectæ ante diluuium.

præterim

præſertim ſi diluuio vt Enar. de paradiſo tetigimus cum Lyra, fœdata eſt mundi facies, in aliámque mutata; quo dato non mediocriter columnæ tales corruunt; & fortaſſe plus à Noëmi quam ab Adami pronepotibus erectas ego dixerim, ne alia clade ſimili perirent hi theſauri ſcientiarũ liberalium; ſi certum quòd Ioſephi ætate videbantur columnæ memoratæ, de quibus ſubobſcurè lib. 7. cap. 56. nonnihil dixit Plinius; at Ioſephus quæ ſubſequuntur ſtylo plano & claro: *Et cum Seth vir optimus euaſiſſet, etiam nepotes ſui ſimiles poſt ſe reliquit; qui quoniam erant bona indolis, & ſideralem ſcientiam ac cæleſtium rerum cognitionem excogitarunt. Ne autem inuenta ſua ex hominum memoria dilaberentur, & prius perirent quàm pernoſcerentur, ſcientes Adamum generalem hominum interitum prædixiſſe, vnum incendio, diluuio alterum, excitatis duabus columnis vtrique ſua inuenta inſcripſerunt, vt ſi lateritiam diluuio deleri contingeret, lapidea ſuperſtes, hominibus diſcendi copiam faceret, & quæ ſcripta continebat ſpectanda exhiberet; aiunt enim lapideam illam ab ipſis dedicatam, quæ & noſtris temporibus extat in terra Syriæ.*

Ante diluuium vel poſt illud an fuerint prædictæ columnæ ædificatæ.

Quod quidem ſi poſt aquæ ſtragem factum fuit, à Religioſis eius temporis, prioribus ſuffectis; vt in principio Enarrationis præſentis indicaui, maioribus Abrahami, & aliis viris piis illorum conſanguineis, vt erant tunc quicunque, hoc factum non ambigerē, cum in literas ſemper iſtis ſtudium magnum fuerit, & zelus edocendi, ſcientiáſque ſeruandi, quod impiis non ſic inditum, ſed nomen prauum ſuum, & nomine nil dignum, vel etiam per flagitia erecta contra cęlum, vt turris Sennaar, dumtaxat celebrandi, antequam diuiderentur in terras vniuerſas. Et forſan ſic peractum à viris melioribus, vt tempore quo praui agebant de memoria per vitia cōparanda, tunc probi ob ipſa vitia timentes cladem ſimilem præteriti diluuij, de literis & ſcientiis, per maximā virtutem in commodū futurorum, relatum iuxta modū, ſolerter pertractarent.

Gen. 11. 4.

31. Vtut iſta res ſe habeat, hoc ratum, firmum, & fixum, valde noſtros Religioſos in cunctis ſupradictis antiquos expreſſiſſe, & nimiùm ſuperaſſe. Nā ſi literas Seth reperit, & ipſe cum nepotibus columnas literarum in ſæcula erexere, quòd meliùs tres feciſſe Enos, Iared, Enoch non valet dubitari; cum Primus qui Dei nomen incæpit inuocare, hoc literis debuerit profectò conſignare, & inuentas à ſe preces poſteritati conſecrare; Secundus verò qui, vt ſupra dictum fuit, Pontificatum ſummum tenuit, ſcripturæ quoque dogmata Eccleſiæ commendare; Tertius autem multò magis vt auctor eius libri quem n. 14. in epiſt. Catholica allegat ſanctus Iudas; nam quamuis multi dubiè de illo proloquantur, cum citetur per Apoſtolum hauddubiè illius eſt; hincque proximè Bolducius cap. 19. cum Beda fixè tenet, & verum ipſum fuiſſe, & etiam inter Canonicos hunc vnum tempeſtate Apoſtoli extitiſſe, ſed poſtea periiſſe. Si (inquam) Seth cum poſteris hæc omnia ſuis geſſit, tam in

Liber primus qualis fuerit, & quiſnam illius auctor.

A literis inueniendis, quàm in eis per columnas prędictas conſeruandis; hoc meliùs Religioſi moderni perſtitere. Quippe qui literas meliores ac diuerſiores inuenerunt, & tutiùs has ſeruarunt columnis firmioribus; nec nō iſtas iam diluuio barbarico depulſo, æternitati temporali ſecuriùs tradiderunt. Quod, quia hoc per legentes non parum commouebit, opportet explicari.

At certiſſimum, quòd Religioſi ſcholæ Chriſtianæ, omnes literas tam Diuinas quàm humanas reperere, & meliùs conſeruarunt ac etiam in ſubſiſtentiam perennem promouerunt. Nam non ſolùm quod inuenitur à primis rudimentis, ſed etiam quod poſt rudera ruinæ ſuſcitatur, inuentum dici debet. Vnde & Moyſes in Dei pagina Pro- B pheta, nec communis, ſed valde ſingularis communiter vocatur, cum tamen de futuro nil pene prophetauerit, ſed tantùm exhumulauerit antiqua à mundi initio, quæ nemini patebant, nec poſſent ſine magno afflatu Prophetiæ conſtare cuiquam hominum; & ideo præteritorum Propheta nuncupatur à Chryſoſtomo ſuper Gen. Ergo Romanis vi armorum vel etiam de ſapientia Græcorum triumphantibus; nam victis quæque marcent, & Romanis poſtea à barbaris tam multis deuaſtatis ac longe dominatis, & iſtis barbariei illorum mancipatis, inter ſolos Religioſus ſolitudine tutiores & fragilitate fortiores ſcientiæ remanſerunt, & libri ſuperfuerunt à rabie militari; quare poſtea Religioſi amiſſas quaſque literas veriſſimè inuenerunt, & columnæ firmæ harum fuere proculdubio illorum Mo- C naſteria, vbi aduerſus cataclyſmum barbaricum durarunt elegantiæ Romę ſemina, & tenuiſſimæ fauillæ, quas aqua tam horrenda non penitus deleuit. Quare in prologo ſuper Pſalmos ex Gloſſa à ſe excuſſa & pluribus adaucta, Leander à S. Martino profeſſione Benedictinus in iſtum modum fatur: *Monachi fuerunt in Eccleſia Sacrarum Scripturarum diligentiſſimi cuſtodes; quas ſi illi non triuiſſent nec religioſiſſimè cuſtodiſſent, non haberemus hodie emendatam Scripturæ editionem. Non quòd Deus proculdubio non excitaſſet alios, ſi Monachos ea in re obdormire paſſus eſſet (neque etenim à Monachis Religio ſola pendet) ſed quia de facto aliys aut negligentibus, aut pro ſuo arbitrio Sacrum textum variantibus, vti voluit Deus Religioſorum cura ad textum eundem in ſua pu-* D *ritate conſeruandum. Quod propter Eraſmum, & Nouatores literatores huiuſmodi annotamus, qui cum à ſolis quid legerint habuerint monaſteriys, non ceſſant tamen Monachorum diligentiæ ingratiſſimo calamo detrahere.* In quo ille à veritate recenſet nihil deuium; nam & hodie Monaſteria columnæ ſunt huiuſmodi, vbi Biblia & ſacri codices ſeruantur vetuſtiſſimi ad nouitates hæreticorum & technis eludendas; cuiuſmodi Pariſiis in Abbatia S. Germani intuitus ſũm aliquos annoſæ, venerandæ, & longæ antiquitatis.

Cur Moyſes non prophetans Propheta nuncupetur.

Chryſoſt.

Vt Religioſi literarum & ſcientiarum repertores, & Monaſteria iſtarum rerum columnæ ſingulares.

Leander à S. Martino.

Monaſteria Religioſorum armaria ſcripturarum; ac etiam armamentaria.

32. Nec ſolùm modo iſto Religioſi diſciplinas ſepultas exhumarunt, & prorſus inuenerunt, ſed etiam & diſciplinarum ipſa-

rum noua ſemper cultura, quam pro temporum varietate & neceſſitatcio eas impenderunt, atque nouis cogitationibus, opinionibus, & inuentionihus pijſſimis ac doctiſſimis, perpetuò poliucre; aſſiduè renouarunt; ita vt ſemel non tantummodo inuenerint has artes, ſed ſemper mira laude inueniant & conſeruent. Nam & S. Auguſtinus Religioſorum magnus Pater incompoſitam & inordinatam Theologiam primi temporis ad ordinem redegit. *Quem in primis ſequuti ſunt qui poſtea Theologicam diſciplinam via & ratione tradiderunt*; vt inquit eios vita Romano in Breuiario; præcipuéque Magiſter cum omnibus aſſeclis, qui ex Dominicanis & Franciſcanis fuerunt ferè omnes; quos inter D. Tho. inuenit nomen Angeli lucentis claritate, & acie intelligendi; Bonauentura nomen Seraph. vrentis, & perenniter tendentis in Dei faciem, quam velat viris prauis, reuelat verò probis ſententiis prædulciſſimis: at Scotus nomen aquilæ, qui ſubtilitate & pietate æquali ac ſingulari, duabus velut alis, effertur cunctis altiùs; & qui ſcholam à Thomiſtarum diuerſam fecit aliam; ac tertiam ex ipſo Ordine Ochamus vir inſignis, inuentor Nominalium.

Auguſtinus Theologicę ſcientiæ quid contulerit.

Quæ omnia ſunt inuentio perpetua rerum grandium; ſuppreſſis pene immenſis, qui ſingulas ſcientias quàmmultis illuſtrarunt, & alias quàm extiterant, perſpicuè reddiderunt, nec non etiam Philoſophicam Gentilicam eleuarunt ad altiorem tranſcendentiam, & lucem excelſiorem. Quod dentio fuit artes prędictas inuenire, & nouiter proponere; vnde & doctus Bellarminus lib. 1. cap. 45. de Monachis ſic dixit; *Hoc genus vitæ innumeris prodigijs confirmatum eſt; quæ Deus edidit per Sanctos Franciſcum & Dominicum auctores huius vitæ, id eſt Fratrum mendicantium. Deinde ab eo tempore conuerſio Gentilium, confutatio hæreticorum, pietas populi Chriſtiani, conſeruatio Theologiæ, & innumera alia bona Ordinibus Mendicantium maxima ex parte accepta referenda ſunt.* Ne quid dicam de inuentione circa Virginis immaculatæ Conceptionis opinionem, à Franciſcanis primum agnita; & Inquiſitionis à Dominicanis; quibus iſtæ Religiones videntur vſque hodie, vt olim in viſione oſtenſum eſt Innocentio, Eccleſiam ſuſtentare. Omiſſis Religionum iſtarum Sanctis pluribus; Doctoribus quammultis, pręclaris, & inſignibus; & vtilitatibus multimodis, quæ omnia ob id prętereo, ne meos, neve illos pręconia quorum in luce cum ipſo Sole competunt, laudare fruſtra videar. Quod de aliis Religionibus nullatenus diffiteor, ſed potiùs quantùm fas pro viribus confiteor, & de multis non dicendis de ipſis poſco veniam, ex materia delibata, & aliò deſtinata non ampliùs mihi licitum. Vltra multas inuentiones, vel etiam in res politicas à Religionibus profectas; quibus infra locus aptior, etſi omnes miſſas faciam ſtudio breuitatis.

Religioſorum tam in literis quàm in aliis pro Fidelibus vtilitatibus quæ laus.

Bellarmin.

Dominicani commendati.

33. At alia tum ſecura tum via longe clara, ſcientiarum noua inuentio Religioſis tri-

A buenda; quia nempe Pariſienſem Academiam inſtituere, ſub Imperatore & gentis Gallicæ Rectore Carolo Magno, & ſub Alcuino primicerio rei huius conditore qui cum aliquibus ſodalibus ex Benedicti Sancti norma, & Bedæ magiſterio, ex Anglia ſe Pariſios hoc zelo & deſiderio docendi in cultum populum ingenij liliati, ſe ipſos in obſequium, tam Dei, quàm proximorum, ardenter contulere; vbi tandem ſtatuere gymnaſia florentiſſima, & omnium quæque ſunt in gyro Chriſtiano, nedum in quouis alio barbarie & ignorantia cæleſtium circumſepto; patenter illuſtriſſima; vnde ad cuncta noſtræ Europæ exorta lux, & flores; è quibus tantos fructus Eccleſia & diſciplina humana pòſt collegit, & viſi tot inſignes Doctores omnis generis, qui cum modò

Quo tempore, & à quibus ſtudia Pariſina.

Religioſi modo alio inuentores ſcientiarũ, in circulo Europæo.

B memoratis, & inſuper Alberto, Alenſi & multis aliis, maioribus hac pagina, vbique, & ibi maximè eximiè floruere. Qua de cauſa Gregorius IX. Vniuerſitatem Pariſinam parentem & genitricem ſcientiarum nuncupauit; & Vrbanus Papa V. Paradiſi flumen aliud, quod per quatuor mundi climata hinc latices ſapientiæ omnigenæ potantia, diffusè circumlabitur; vt in theatro antiqui. Pariſi. reperitur. Hinc in tacitam tanti facti memoriam & gratitudinem, iis omnibus quibus gradus confertur doctoralis, non ſolùm in ducti capitis inſigne ſupra caput imponitur coloribus conſpicuus quidam apex, & firmamenti literarum ſtella quaſi radians, ſed etiam circa collum capucium Monachale, quo torquati & adornati

Academia Pariſienſis breuiſſimè laudata.

Capucij cur inſigne Doctoribus impoſitum.

C in circulum humerorum, hoc orbe vel tacenter inſinuent orbi toti, ſe à Monaſtico Capucio fuiſſe decoratos, & quaſi à Sole ſuo perbellè irradiatos.

Cui pariter, vt principio, eloquentiæ nouus nitor ſeu eloquentia renouata & copulata cum antiqua facundia Romanorum, eſt iure rependendus, ac ſemper gratulandus. Qui iacuit longo tempore incuriæ vepres inter, & aſpera dumeta; vbi barbaries à bellorum incommoditatibus enata deformem mundum fecerat, & omnem eloquij formam omnino deuaſtauerat, Romanæ ne quid gloriæ in mundo ſupereſſet. Donec multi per latebras ingreſſi ineloquentiæ, laboribus quamplurimis, ſudoribus, vigiliis, & à deliciis abſtinentia, ac ſentibus perhorrẽdæ locutionis vulnerati, ad priſcos

Latinæ linguæ floſculi vt debeant tandem colligi, & effodi theſauri.

D tandem auctores oblioione iam ſepultos beatè peruenere; quos ſedulò euoluentes, & modos atque terminos illorum contemplantes, pendentes, meditantes, effoſſis terræ aggeribus difficilibus & grauibus, in publicum theſauros fulgentes & ſonantes gratiſſimè eruere. Quorum vnus è nobilioribus & prioribus in Italia, Petrarcha fuit inclytus, & poſtea duo magni, ſuppreſſis multis aliis, Latinitatis aſſertores Politianus, & P. Iouius; in Germania Petrus Daneſius, Tuſanus, Brixius, atque Eraſmus; In Gallia verò Budęus, Beraldus, & Doletus; at in Hiſpania noſter Oſorius Ludo. Viues. Arias Montanus. Et ſi eloquentia magis vergat in plagas

Latinitatis qui Patroni his vltimis temporibus.

Septemtrionales cur ad linguam Latinam plus idonei.

gas Aquilonis, & ibi magis floreat; tum ob memoriæ felicitatem qua pollent ſuper homines auſtalium regionum, vt iſti pollent mentis acumine & indagine; tum propter linguæ ſuæ maternæ aſperitatem, qua dulciùs in ſuauitatem Latinæ ſe proiiciunt & expeditiùs ob diſſimilitudinem cum ſua proloquuntur; tum quia ibi frequentes hęretici ſunt homines elegantiores naturaliter; vt illi qui fidentes plus verbis quàm operibus, plus foliis quàm virtutis veracis miris fructibus, hęc quantùm deteſtantur, ſic illa venerantur, adorant, colunt, recolunt ſolertia demiranda.

34. Nec Religioni non debetur inuentio & applicatio, qua moderni Religioſi ex Socierate Ieſu maximè, & fotma Ignatiana, hanc eloquentiam ſecularem, ac homines qui inſurtexere aduerſus nouam hęreſim, eloquiis excultiſſimam, traxerunt in rem Sacram; quod ſi fiat plus affectu quam nimis affectatè, venuſtat verbi Sacra, doctrinam Sanctam ornat. In qua quidem inuentione cum omnibus quæ attinent ad literaturam conſummatam, & ad reliqua Religioſæ functionis inſtituta ſic huiuſmodi Religio feliciter excreuit, vt optimè ſuis laudíbus laudetur, & operibus cantetur à ſe editis, quin ſanè ſuo ore, vel meo prorſus egeat; ſuo quidem, tanquam proprio, encomiiſque non apto; meo autem tanquam improprio præconiis tam prometitis. Nec mirum, cum gymnaſia ſuſceperint vbique, in eiſque ingenia ad libitum ſecernant, & iſta pòſt tam valde inſtituant, & exerceant in puluere Mineruico, in Matte literatio, vt adhibita librorum multitudine qua affluũt, & commoditatibus omnigenis ſtudioſis neceſſariis, volumina tot proferant. Quibus illi elucubrandis incumbunt inceſſanter infatigabili ſudore, quo ſine non proueniunt prouentus ſapientiæ, nec aliquid honeſtum in vita à primo homine laboribus damnata, & ignorantiis circunſepta; vt de laboribus in communi ſcriptum bene eſt ab equire laudabili Mexia lib. 1. Sylu. var. lect. cap. 32. & de laboribus in literas, à Rege ſapiente Prouerb. cap. 2. n. 4. vbi Delrius in adagialibus, adag. 145. ni fallor viſu dignus: & alibi non rarò, ſed maximè vbi ait, *Qui addit ſcientiam, addit laborem.* Et ex auctoribus humanioribus ab Horatio in arte poëtica, qua puetos ſic monet.

Religio Societatis per tranſitum laudata.

Laborea commendati.

P. Mexia.

Ecclesſ 1·18.

Horatius.

Qui ſtudet optatam curſu contingere metam,
Multa tulit, fecitque puer, ſudauit, & alſit:
Abſtinuit Venere & vino ———

Labores literarij præconiis commendati.

Ac etiam dulci ſomno, à quorum amore debet ſe iuuenis frenare, qui voluerit ſapientiæ amori ſeſe tradere, & ſtudia concupiſcentiæ per iſta diuagantis, in ſcientiæ & honeſtatis ſtudia commutare.

Sed dulces atque diuites labores de queis dixit pro primo Mantuanus, Ænei. lib. 1.

Virgilius.

——*Forſ nge h: ol m memin'ſe iuuabit.*

Et pro ſecundo Marcus Manilius in ſuo lib. 4.

Manilias.

Pro pretio labor eſt.

At minimùm pro prætio; cum ſimul ſit pro

A gloria, mortali & immortali, terreſtri atque cæleſti, de quo poſſumus cum eodem concinere Marone, in loco nunc producto;

Virgil lib. 4.

Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum
Tendimus in cælum. ———

Quæ addidi vt à ſomno ingenia multá excitem ſopori ignauo tradita, & calculo Poëtæ; *Degeneres animos timor arguit.* Cum laborum labot viris prudentibus ſit otium, & ipſis longè gratius perpetuò laborare quàm laboribus aliquando, etſi tempore breuiſſimo, deſtitui, & deſolari. Et labor ſit qui vincit labores omniformes; non tam improbus in Virgilio; *Labor omnia vincit improbus, & duru vrgens in rebus egeſtas*, quam probus, pet antiphraſim; vt *auri Sacra fames*, quæ potiùs eſt ſacrilega.

Laborum labor ſummus quis debeat reputari.

Georg lib. 1.

B 35. Ergo literas ſi inuenerunt Religioſi primitiui, hoc meliùs noſtri præbent. Si ex eis vnus tantùm compoſuit librum vnicum, cunctorum primogenitum, noſtri libtos ſine numero ac etiam ſine prætio æquante rei præſtantiam communis iuris faciũt; in quibus verè impletur ſententia Salomonis; *Faciendi plures libros nullus eſt finis.* Si alius Iared nomine, Pontificatum ſummum egit, & tam nomine quàm re Eccleſiam roborauit, ac optimè direxit, hoc quàmplurimi ex noſtratibus fecerunt tam egregiè vt protinus attingam. Si verò tandem alter iuſtitiæ pręco dicitur, quot iuſti, & qoot iuſtitiæ præcones floruere, nec non florent inceſſanter in clauſtris Monachorum?

Iud. N. 14.

Eccleſ. 12. 12.

2. Petr. 2. 5.

Nec ſolùm ad functionem præconizandi verbum Dei, & literas tractandi, ac homines inſtruendi ad lauream ſempiternam,
C (quantumuis hoc ſit bonum tam valde ſingulare, vt ſingulariter ſit bonum) Religioſi ſunt idonei, ſuaptéque diſpoſiti; ſed etiam ad quæque munia reſpicientia vitam actiuam in orbe Eccleſiaſtico, vt paucis iam pręſtringam. Nam capaces ſunt & apti quò à maioribus incipiam, ad infulas maiores, quas temporibus meliotibus ſunt diu moderati, & ea rerũ gloria, vt nemo poſt Apoſtolos Eccleſiam gubernauerit tam benè quàm Gregorius; de quo ita in vitá eius ſcripta per Diaconum; & nemo tutò dixerit (vel etiam hac tempeſtate, qua Religio frequentiſſimè à cunctis ſubſannatur) Pium V. & Sixtum V. duo exemplaria non fuiſſe regiminis
D Diuini, & Politici-Chriſtiani; quibus vtinam adæquentur poſteriores ſucceſſores. Expauit nanque in illis iam rara in mundo ſanctitas, & magnanimitas antiqua, furtaſſe nimis aucta, Imperatorum grandiorum; mirantibus his virtutibus inoeniri ſe in viris ab aliis tam deſpectis; ac mundo contremente in paupere Pontifice; ex quo tempore perhorrent Aarones Regulares ſuffragia purpurata. Vt Antiſtites minores his ſæculis peraridis ſubticeam claros meritis, & fulgidos miraculis ſtudioſis longè patulis.

Religioſi quam idonei ad infulas maiores.

Pius V. & Sixtus V. laudati perfunctoriè.

Non incapaces verò ad Regna regenda ſæcularia, quod ab inſtituto Religioſo plus deuium recognoſcitur; vt in Galliis comprobauit Sugerus vir egregius, ex norma Benedicti; & in Hiſpaniis Franciſcus

Quàm apti v. ſ ad Regna terrena moderanda.

Ximenius ex regula Franciſci; qui ſub optimis Principibus glorioſiſſimè tenuerunt eorum gubernacula, & ſpatiis ſub anguſtis fecerunt planè opera quàmualde dilatata; præcipuéque Ximenius, quem in Orani expugnatione tam Mauri timent adhuc, & Mauots ipſe pallet; quam in Compluti Vniuerſitate pro Theologia & tribus linguis multarum longe principe, Minerua veneratur.

Franc. Ximenius tranſcurſim commendatus.

36. Ad Legationes autem Regum obeundas tam capaces, vt iſtos ſæpe ſæpius conuerterint ad Eccleſiam, & Legationibus mediantibus pertraxerint ad Petrum, ac Reges bellis multis ad inuicem conſumptis multoties compoſuerint, & pace valde optata promiſcuè roborauerint. De quo teſtes ſint Gregorius ad Conſtantinopolim Legatus, & Bernardus in commiſſionibus huiuſmodi tam clarus, ac toties occupatus; vt nemini non clareat quos fructus inde ceperit Religio Chriſtiana; omiſſis multis aliis poſt illam tempeſtatem illuſtribus in hoc, ne tædio tibi eſſent hoc loco annumerati. Quod nouit & percalluit Catholicus & magnus Monarcha Ferdinandus, qui cum conſorte Eliſabetha fuerunt Sol & Luna tam bellici exercitij quàm pacis moderaminis; quem ideo vir egregius & mente ſumma præditus, D. Didacus de Saauedra aſſumpſit in exemplar perfecti longè Principis, in Principis idea; vbi emblemate 28. Religioſos ſuos facere Legatos eſſe ſolitum, & mittere frequenter, in Ferdinandi & Religioſorum aduertit ſimul laudem; quam rem ex ſe dijudicans & premens, non refellit; ſed etiam contra temporum iſtorum vim corroborat. Nec malè cum exuti ſuaptè ſint & deuij à lucris temporalibus, à premiis magni ponderis, & ab aliis vulgò dictis intereſſibus malignis quæ Legationibus officiunt; & pro commoditatibus diuerſis ipſorum Legatorum, fruſtratis Regum intentibus, has ſæpe labefaciunt. Quæ omnia confirmantur ex Enochi Religioſi antiqui miſſione, de quo ſupra n. 14. ſic habet Irenæus; *Enoch placens Deo, cum eſſet homo Dei, legatione ad Angelos fungebatur.* Non equidem quod probem, quandoquidem deploro & plango ex toto corde quos video ſe implicantes, & vltro intromittentes negotiis ſæcularibus; contempta Pauli voce quæ ſonat ad Timot. *Nemo militans Deo, implicat ſe negotijs ſæcularibus; vt ei placeat, qui ſe probauit;* Sed ſanè quòd vocati, non implicati per ſe ipſos; & compulſi, non intromiſſi, quamualde digni ſint ad functiones iſtiuſmodi, qui aliter ſunt digni; non omnes, cum nec omnes, ſed pauci & valde rari, vel etiam ex viris aulicis huic muneri ſint apti; & quòd ſciolos ac inuidos tam claris veritatibus retundere conueniat, qui neſciunt luce cæli diſtinctiùs res videri, & adminiculis contemplatiuæ, actiuæ meliùs vitæ negotia gubernari, ab illis quorum ingeniis infunditur hæc lux, & donum à Patre luminum deſcendens in mortales, caligine tam culpæ, quàm carnis offuſcatos.

Ad Legationes quàm idonei.

Ferdinandus & Eliſabetha Catholici laudati.

D. Saauedra.

Irenæus.

2. Tim. 2. 4.

A Nec putes res politicas cum purioris vitæ viris non poſſe ſimul dari; non enim ſunt aduerſa politica negotia munditiæ Chriſtianæ; vt vltra S. Gregorij, Bernardique exempla, oſtendit Ioannes de Marnix in reſolutionibus politicis. Et patet, quia Politici Miniſtri Regum ſunt; Regum autem multi ſancti fuerunt, & deberent omnino ſemper eſſe, vt eſſent Reges optimi. Ergo optimi Miniſtri iſtorum Regum erunt qui erunt viri optimi, & cum optima intelligentia coniungent vitam optimam. Quod aduertant (faxit Deus) quicunque ſecus ſentiunt, & qui peſſimi Machiauellij effrontes, & extorres à Chriſti documentis, incumbunt lectioni.

37. Iam verò hinc deſcendendo, quàm B apti Religioſi ad alia quæque actiuæ ſint vitæ emolumenta, reſpicientia bonum animæ, vel publici profectus, latere puto neminem. Nã qui ſunt qui Conciones & Confeſſiones adminiſtrent, tam latè terra & mari, ac etiã tam libenter, quacúnque diei hora, quocúnque noctis tempore? Qui carceres inuiſant tam ſedulò & frequenter? Afflictos qui ſolentur tam intimè & tam piè, compaſſi ex toto corde cum ipſis patientibus? pro quibus eſt vox Pauli dicentis ad Corint. *Quis infirmatur & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror?* cum omnibus paulò ſupra afflictionibus narratis. Quis pacem inter diſcordes ſolicitat tam crebrò, & init tam proficuè? Quis docet, monet, loquitur tam ſæpe verba Sancta, C quæ cæli ſunt fauillæ ex illo deſcendentes, & illuc redeuntes, ac homines ſecum ipſis vrentes & ducentes in ſumma tabernacula? Quis maria ſine pretio quæſito à nauigantibus, quotidie præternauigat, & adit gentes omni humanitate deſtitutas, immanitate verò inclytas, & enormitate linguæ ignotæ ac penitus extraneæ, acerbiores feris ipſis (nam mitiùs eſt cum feris tractare quàm cum viris nil cognitum loquentibus) & tamen hinc & illinc martyrium colloquendi, & exponendi ſeſe ipſos quotidie renouantibus. Cum quibus tamen degunt, & verſant plures annos, à vita plus iam exules, quam veræ vitæ compotes. Quis ve tandem, vt coronidem ſermoni meo imponã, vel vitæ ſic renuntiat & D ſemper valedicit, vel morti ſeſe offert, & in vaſculo mortificationis, obedientiæ, ac patientiæ hanc iugiter cõpotat, quàm Religioſus, qui Religioſum dumtaxat ſe cognoſcit? progreſſus etſi magnos in Religione nullos faciat, ſed à communi Religionis obligatione non labaſcat. Vnde à neſcio quo Pontifice diſertè dictum fuit, nullum ad hominis Religioſi canonizationem teſtimoniũ neruoſiùs dari poſſe, quàm ſi ſuæ conſtet regulæ fuiſſe obſeruatorem, & obligationis non immemorem.

2. Cor. 11. 29.

Ad hominis Religioſi canonizationẽ quod præ cunctis ſit fortius teſtimoniũ.

38. Hine clarè iam conſtabit lectori ſtudioſo, qua ratione domus illa in qua morantur Religioſi, ab iſta voce Monachus dicatur Monaſterium; quod verbum præ omnigenis quæ vnquam animaduerterim

Monaſterium quinque habet vocales, & quamobrem.

maduertetim vocales omnes habet; Religioſi nanque apti, vocales ſunt ad omnia, ſeu homines qui valent, & præſtant, atque ſonant, etſi tempore & liuore multorum conticeſcant. Quare nemo iam caputium Monaſticum aſpernetur, vel irriſionibus & ambagibus de eo quid loquatur; cum Eccleſiæ ab ipſis dictæ non tantùm ſint capellæ, & nobiliſſimis inſignibus Doctores auctorati, ſed etiam & mundus omnis per eos opitulatus, ornatus, & vtilitatibus quammultis coronatus. Neque aliter decenter quis poterit profari de capitis integumento Sanctorum tam multorum, aureolis in cælo beatè radiantium, & miraculis in mundo.

S. Ephrem

Spectaculum Religioſi cur ſit, & prius cælo ac Angelis quam mundo.

At meliùs hinc clarebit, quo iure ad Relig. Pareneſi. priori ſic dicat Ephrem Sanctus; *Admirandum ſpectaculũ in cælo eſt Monachus ſuper terram Angelicam vitam agens.* Monachalis nanque vita ſi ſimpliciter & purè tantum modo obſeruetur, Angelica eſt omnino; & quæ Angelos, ac Cælitibus, vt paulò ſupra tetigi, in vita aſſimilatos alumnos ſuos faciat; atque inſuper ſpectaculum cæleſtis aulæ ciuibus; ſeu Deo, Angelis, & hominibus, vt inquit D. Paulus. Nam ſpectacula ſunt ludi & feſta celeberrima ad conſpectãdum, & conſpectantium obtutus oblectandos; Deus autem primo loco oblectatur ex conſpectu Religioſi viri obiecti certamini & ſtadio tentantium inimicorum; ſecundo verò Angeli, qui ſuper vno peccatore agente pœnitentiam in cælis ſummè gaudent; at homines poſtremò; ſi homines ſunt verè; nam reliquis Religioſi ſunt magis deſpectaculum, vt ita me nie explicem, quàm ſpectaculum iucundum, vel quidquid demirandum. Qua mente dixit alibi Apoſtolus hoc modo: *Alij verò ludibria* (quæ deſpectacula ſunt dicta) *& verbera experti; inſuper & vincula & carceres; lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt; in occiſione gladij mortui ſunt; circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti; quibus dignus non erat mundus.* Et ideo nihil noui, ſi mundo ſint deſpectui, cælo autem admirationi & ſpectaculo gratiſſimo; in quo ſemper Deus videtur inſpicere quid noui, mirandi, & inſueti; quod ſi ita dictum fuit de Religioſis perantiquis, de nouis tantò veriùs, quantò ampliùs lex Chriſtiana Moſaycam ſupergreditur.

Hebr. 11. 36.

39. Optimè autem hinc coniectabis quàm notis fundamentis, de Religioſis dixit nobilis hiſtoricus Mexia, vir ipſe in primis nobilis, & in ſcriptura, mente, & calculo ignobilis haudquaquam; qui in hiſtoria Imperiali Lothario ſub. 2. occaſione S. Bernardi & Hugonis Victorini eo temporis florentium in regno Galliarum, ſic ait voce patria, quam etiam vt locis aliis Latinam non efficiam, ob eius iam notitiam vbique ſatis inclytam, & inſimul ob rei allatæ auctoritatem quæ terminis in propriis dumtaxat vires habet, has autem perdit facilè in reliquis extraneis. Mexia ſic profatur. *Y por que pareſce que viene aqui a propoſito, quiero dizir eſto, aunque pareſca digreſſion; que*

Petrus Mexia.

A *conſiderando yo en eſtas hiſtorias, quantos hombres Sanctiſſimos y doctiſſimos han produzido los Ordenes que fueron, y ſon hoy dia, iuzgo, que deſpues de los Sanctos Sacramentos, y del Euangelio, es cierto, que vno de los mayores ſocorros que la Igleſia de Dios ha tenido, y tiene, ſon las Sanctas Religiones. Por que deſpues que ſe enxugo la ſangre de los Martyres de la primitiua Igleſia, y con la libertad ſe esfrio aquel ſancto Zelo, en todas las hereſias que ſe han offreſcido, en los Religioſos ha eſtado el principal refugio, letras, y coſtumbres; no negando, que fuera dellas ha auido muchos y muy excellentes Doctores, y Sanctos; pero los mas, y mas celebrados han ſido en ellas. Por loqual nunqua me acabo de marauilhar, ni dexo de abominar las lenguas malditas de los hereges de nueſtros tiempos, que murmuran de los Ordenes, contando las flaquezas y vicios de al-* B *gunos que como hombres caen. En lo qual no tienen razon, como no la tendrian en notar al ſancto Collegio Apoſtolico, por que Iudas fue malo; pues la malicia de vno no ha de dañar a los otros, loqual no conſideran los embidioſos y malignos. Pero ni por eſſo los Religioſos ſe deuen tener por deſconſolados, aunque los malos iuzgen mal dellos; que pues profeſſaron la imitacion de Chriſto, ſepan que han de ſer perſeguidos como el lo fue, ſiendo ſumma bondad. El qual permitte eſto para mas perfecion y merito dellos, y mayor galardon que al cabo le dara; y aun en el mundo encaminara a ſu honra y eſtimacion el abatimiento de los que le hazen contradicion.*

Pro Religioſis verò nobile & magnum teſtimonium.

40. Hæc ille, quæ interſerere hîc deuium non putaui, cum Euchariſticæ Chronologię & homini Religionis alumno plus con- C ueniant, quam homini ſæculari, & Chronologiæ Imperatorum, niſi fortè putes illum Religioſorem me fuiſſe; quod magis non negauerim, quam certè id nihil pugnat aduerſus mentem meam; imò locus Enarratione de Religione debebatur optimo omnium quod reperias de Religione teſtimonio; tanquam ab hiſtorico in qualitatibus omnigenis pernobili, ac viro ſæculari ingenuè diuulgato, & taliter prolato, vt non ſolùm Religioſos offenſos tueatur, ſed eos pio animo ſoletur, & ad inſtar parentis erga filios ab aliis impetitos, recipiat inter brachia. Vir ſanè ab impetitoribus prædictis valde alius; cum iſte ex ſæculari Religioſum probum faciat; illi autem ex Religioſis deficientes inſtitutis, ſæculares ſeſe D fecerint, & ſæcularium corruptores, ac peſtem ſummam ſæculi; Lutherus, Pomeranus, Bucerus, Pellicanus, Munſterus, Oecolampadius, & alij qui Religionibus, vel ob ſuam literaturam aſtringebantur proculdubio referre iuges gratias; ab illis nanque egreſſi ſunt tales capitones, ſicut dæmones à Religione cæleſti deſciſcentes.

P. Mexia commendatus.

Videantur in præconia Religionum quos adducunt Caſtro verbo Monachatus; Bellarminus tom. 1. de Monachis in principio; & Chaſſaneus in Cathalogo gloria mundi verbo Sacerdotes. Quibus adde Bernardinum tom. 1. ſerm. 16. quo ſatis de hoc latè; & D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 5. vbi quidem pro coronide ſectionis, in quama-

Caſtro. Bellarmin. Chaſſaneus Bernardin. D. Thom.

ximè de Religioſæ vitæ fructibus diſſerui literariis, aptiſſimam rem docet; videlicet, Religionem ordinari pro ſtudiis Sacratum literarum. Et rectè cum hæ mentem deuotam plus illuminent, ac rectam plùs humilient, frigeſcentem calefaciant, nutantem conſtabiliant, & firmam plus corroborent. Veritatem ex ſe inuictam victricem ſolæ reddant, mendacia verò euertant, ac funditus proſternant, luxuriam valde doment, & penitus diuertant, auaritiam nihili habeant, & paupertatem ac obedientiam, quę vota ſunt, cuſtodiant; & vtilitatibus proximorum inſeruiant maximopere. Quare ego valde cuperem, vt in cunctis Religionibus, omnibus vilibus exercitiis, inutilibus, ac nocuis (vt Muſicæ, & ſimilibus, excepto cantu Eccleſiæ quem planum vulgò dicimus, & planè multùm fauet decori Eccleſiaſtico, vt alius Eccleſiaſticorum vanitatem valde fouet) relictis & poſthabitis, ſoli tantùm Orationis & lectionis ſcholaſticæ ſtudio inſudaretur; ac fit in multis regnis vt humilitas, & charitas, ac reliquæ virtutes cum Sapientia iungerentur, & iſta cum iis fixum contraheret conſortium; quò Sapientia firma foret, virtutes autem pulchræ, ac radiis virtuoſis ſalubres ſæcularibus.

Religio pro ſtudiis quàtopere inſtituta, & ſtudia Religioni quam valde neceſſaria.

Ad quod liber Prouerb. inclamat tam frequenter, ac ſimul tam peracriter, vt ardentiùs me hoc ipſum deſiderare videatur. Ait enim 6. cap. *Vſquequo piger dormis? quando conſurges è ſomno tuo?* cum aliis verbis ibi, ſeu penetrantibus aculeis. Et cap. 18. *Pigrum deiicit timor; animæ autem effœminatorum eſurient.* Et cap. 19. *Abſcondit piger manum ſuam ſub aſcella, nec ad os ſuum applicat eam;* ac tandem. 24. *Per agrum hominis pigri tranſiui & per vineam viri ſtulti; Et ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant ſuperficiem eius ſpinæ, & maceria lapidum deſtructa erat. Quod cum vidiſſem, poſui in corde meo, & exemplo didici diſciplinam.* Cum aliis multis verbis, & locis ſæpe alibi, ad addiſcendas Sacras literas ſacratos viros clarè non ſolum pungitantibus, ſed etiam compellentibus.

Prouer. 6. 9.
Cap. 18. 8.
Cap. 19. 24.
Cap. 24. 30.
Pigritia quam dãnabilis, & diligentia ad Sacras literas in ipſis quam laudabilis.

DE RELIGIOSÆ VITÆ ACTIVÆ CONFIRMATIONE recentiſſima, ex quodam caſu viſo in Regno Portugalli, notitiæ non inutilis.

41. ETSI laus in ore proprio ſordeſcat naturaliter, hîc claudicat hæc regula (cum claudicet encomiis & phaleris literariis, vt caret & ſtudiis) Prouincia quędam Ordinis Seraphici Franciſci, vocata Pietatis, in Regno Portugalli; cuius ego licet ſim alumnus, atque ideo ad laudes minùs aptus, non tamen os ſum proprium illius, quæ non loquitur ſtylo prælo ſubdito, vel alio congruenti pro rei præſentis pretio, adepto quinque vitis, quæ pretium quoduis ſuperant; quod tanquam vir extraneus, & neceſſitati legis neſciæ ſuccurrere conſtrictus, compellor commendare, referre, & qualicũque elogio coronare; ac pro typo æmulationis Chriſtiadis, ſed maximè Religioſis non negare, ab epiſtolis repetitis fideliter excerptum, & ſonans in hunc modum.

Pietatis quæ Prouincia ex ordine Seraphico in Regno Portugalli, & quidam illius caſus memoria ſumma dignus.

Cum Satan viros optimos vexare nunquam deſinat, quo tempore Luſitania Caſtellæ iugo pulſo, in illam ſibi infenſam ſumebat iuſtum ferrum, armata peſtis manu, ex Africa in nauigio ſortuitò delatæ, per verbem Taurenſem ablutam mari Herculis, quò illa nauis appulit, hic nequam nunquam dormiens in mala perpetranda, inuaſit noſtrum Regnum; qui ignis totum illud combureret teterrimè, ni milites ei obuij ex agmine Minorum & Pietatis contubernio, è Conuentu S. Antonij eiuſdem ciuitatis, intrepidos ſe darent. Hi nanque pio lituo ad bellum Dei vocati, vbi Ciues conſodales hac plaga rapi & miſerè confodi conſpexere, tanta animi alacritate Tauiram deuaſtanti ſe morti oppoſuere, vt domus cui noſtrates tum temporis ad tabidos curandos deſignatæ, ſalutis nomen indunt, & fores aperuerint, & tandem nunquam ampliùs ab illa recedentes, magna pectoris conſtantia pluſquam portas diri Iani apertas belli tempore, obtenta à cælo pace, ouanter obſerarint.

Peſtis Regnum Portugalli inuadens cũ Caſtellæ excuſſit à ſe iugum, qua via ſit cohibita.

Non tamen abſque magna ſtrage ſui propria. Nam ex duodecim vel tredecim, qui illic commorantur, in prælio quinque Fratres à diro mortis cuſpide manſerunt trucidati. Nec ſine magno lucro contagij tabeſcentium; è quibus quinque millia accepi neci datos; quaſi ſinguli pro ſingulis ſoluiſſent milliaribus, & reliqui per ipſos erepti à mortis faucibus ſuperſtites euaſerint, & gaudeant vitæ aura. Nec ſimul ſine magno totius Regni fœnore; in quod ferè per miraculum, & forſitan non ferè ſed verè, & non permodicum (cum inde multi homines & literę quamplurimę in illud fuſę fuerint) nullatenus pertranſiit incendium virulentum, lethiferáque clades, & lues ſæuè graſſans, quæ noſtris bello ſibi tam proximo & crudeli perpetuò complicatis, extremum malum ferret, ſi peſtis ſe profunderet in patriam Luſitanam.

In quo peſtis terminatio miraculum ex ſe referat; & quid Prouinciæ dictæ viri conſolerint in illam.

42. Vnde elicitur hos quinque Religioſos ſibi quinque talenta Dei fuiſſe, quæ quæſtui commendata, & illomet diſtracta, vſuram magnam propriam fecere verſus Dominum ipſorum largitorem. Et vnà quinque palmas, quæ ſolùm in terris æſtus feruentis fructum præbent; eumque vt prædulciſſimum, ſic foliis circumtectum, quæ gladios præſeferunt,

Religioſi quinque ex illa occiſi in tali peſte, qui quinque Dei talentis & palmis comparantur.

præſeferunt, & cortice tam aſpero, quàm trunco ſingulari, in cælum ſemper tendunt.

Quinque hoſtiis & quinque victimis deinde aſſimulantur.

Confoſſis autem peſte victrices quinque hoſtias, quæ hoſtem debellarunt; illuſtres quinque victimas, quæ mortem deuicere; & ſtrenuos quinque milites, qui pacem & vitam ſociis, duello in ſingulari cum gloria reportarunt.

Num. 16. 48.

Ac tandem quinque Aaronibus & thuribulis Dei quinque, illius igne plenis.

Portugallenſi vero Regno thuribula quinque aurea, carbonibus acceoſis amoris Dei referta, & totidem ſui populi Aarones feruentiſſimos, qui inter mortuos & viuentes ſtantes, & pro populo afflicto deprecantes, ſedarunt plagam immiſſam ſupplicio peccatorum, & ſudam velut antea redderunt cæli faciem.

Qui quidem in tanto igne coronas ſibi auri æterni fabricarunt, & ſuis has capitibus cum capitis periculo, & claro diadematum fulgore impoſuere.

Effieni ae vagæ morti præmordens eam frenum, quo iniecto feræ huius indomitæ maxillis, eiecta illius fuit graſſatio truculenta.

Quid ſibi, morti & regno, præſtiterint hi quinque excidij candidati.

At Regno Luſitano, & præcipuè ciuitati præfatæ Taurenſi obligationis ſummę vinculum, Religioſis pro communi incolumitate fato datis, cõmunibus expenſis in memoriam tanti facti, & muneris à cælo per eos impetrati, gratitudinis ſuæ ergo honeſti marmor tumuli erigere, & componere; quò gnauis ſemper viris non deſint viri grati, nec gratis viri gnaui.

Septẽ militum Luſitanorum Tauiræ in vnum tumulũ coniecta cruentã corpora, & aliquod Elogium.

43. Præſertim cum iam olim hoc ipſum gratum oppidum, Luſitanis ſeptem viris, qui robore mirando, naſcente regno noſtro, à magna multitudine euentu repentino Maurorum circumſepti, qui pacis Sacro fœdere, vt ſubitò, ſic etiam iniuſtiſſimè dirupto, irruerant in eos, fortiſſime obiere, vnum nobile pro omnibus Sarcophagum pararit, quod in Eccleſia S. Mariæ illius vrbis viſitur. Quodque pariter non tumulus, ſed vterus & cuna ipſorum habendus eſt; aut nidus ex quo illi ad vitam ſempiternam fœliciter iuere, ſeu pœnis mortis ferreæ beatè conuolarunt; vel triumphus quo ſepulti non iacent vita caſſi, ſed lauro immarceſſibili perpetuùm coronati. Et rectè in vnum tumulum ſunt pariter coniecti, qui vitas morte indignas in vnam ſimul mortem audacter coniunxere, vt vitis ex tot optimis in vnam mortem iunctis, ad vnam vitam celebrem reſurgerent poſt necem; & velut Phœnix vnica, ſic viuerent ex cinere. Quamohrem nunc in mundo in alis viuæ famæ remigio magno volant, in cælóque cum Deo, & Diuis ſuis regnant.

Comparantur ſeptem milites cũ illis quinq; fratribus in eadem ciuitate pro ipſa ſuccũbentibus.

Qui tamen ſeptem milites (vtroſque conferendo) hos quinque non excedunt. Nam illi ſi Tauiræ à Mauris capiendæ Pelagio ſuo Duci egregio Luſitano (quantumuis in Caſtella Magiſtro Iacobæo) occaſionem præ vindicta dederunt tali obitu, hi vtique totalis fuere cauſa boni, quo mors ab ea vrbe & toto regni ambitu, rubore quaſi plena, vel pallida ſtupore, propterea quòd contagium vlteriùs non diffudit, diffugeret, & fugam remenſo mari caperet, ad Africam vnde venerat.

Septentrio belli vt ſeptem ſunt viri Luſitani.

Quocirca iam poſthabitis Mauortis campi duri trionibus his ſeptem, qui ſanè belli ſunt Septentrio luciditſsimus, hos quinque qui in Africam fecerunt mortem trucem ignauia retrocedere, cũ aliis quinque Fratribus Religioſis Minoritis, ibidem iuſſu Regis Marrochij iugulatis, nunc volo comparare. Nam ij mortem in Africa ardentes quæſiere; hos autem mors ex Africa in ſuo ſolo quæſiit. Illi mortem non ſunt veriti in duellum prouocare, hos autem mors ad arma ſumenda concitauit; nos dubios de vtrorúmque audacia relinquentes. Qui etenim in certamen laceſsit aduerſarium, offenſus eſt ab eo; vnde aſſerere licebit, quòd Martyres prædicti offenſi à morte erant, in eo quòd pro Chriſto hæc eos non inuaderet, eriperet, necaret; at mors ab his offenſa, in illo quòd violenter non eſſent morituri tam fortes quinque milites, qui poſſent violentiam inferre mortis falci, & ipſam ad vultum retro vertendum (ſe inuita) adigere, & compellere.

Marrochij cum Martyribus collati hi quinque Fratres eiuſdem ſodalitij.

Horum quinque Religioſorum quæ nomina atque munia, & genia naturalia.

44. Re vera vel in numero, quo mortem opetiere ſe aptè & opportunè hi viri quinque laudant. Nam in ſenſuum quinque numero hæ hoſtię ceciderunt, quæ ſenſus cunctos ſuos huic operi applicarunt; inter quos vt peculiariter de ipſis quid dicatur, illorúmque memoria non prorſus moriatur, oculorum locum tenuit P. Ludouicus de Bringel eorum Guardianus, Diuini verbi Præco, Theologúſque optimus, ex Collegio Purificationis aſſumptus Eborenſi, ſed ductor gregis ſui & Dux ad cæli Regnum, quẽ ſemper mihi viſum hunc militem contendere, cuius animum amicitię, quæ perſpicax eſt valde, conſpectu percalcebam. Aurium verò miniſterium Confeſſor domus ſenior, P. Andreas de Cernache, in religioſa iuuentute præceptor quondam meus, non modicè charitati addictus, pro qua obiit. Olfactus autem P. Emmanuel de Eſtremos, Confeſſor alter iunior, bis meus conſodalis, qui aquilina ſedulitate nobilibus innata, & ſibi valde ingenita, vt dicitur de aquila in verbis S. Iob, ad prædam conuolauit. Deinde tactus munus P. Baſilius da Pedreira, in vita mihi ignotus, qui feretrum mortuorum ſic tetigit è proximo, vt ipſe quoque tactus à iaculo ſit mortis; ſed taliter emortuus, vt velut Eleazarus triumpho ſuo obrutus, ſub illóque ſepultus, ſe melius notum fecerit. At guſtus loco vltimo F. Ludouicus de Villa de Frades; bis etiam meus ſodalis; qui vt laicus & cocus, ac ideo Sacramentis adminiſtrandis non idoneus, nil dubij, quòd libandi, guſtandi, atque bibendi ſuauem (quamuis carni acerbum Chriſti calicem) officio functus fuerit. Qui omnes nunc guſtabunt, & palam intuebuntur quàm bona negotiatio mors extitit pro illis, lucerna quorum vel in nocte iſtius ſæculi extincta nunquam erit.

In quo ego tanquam in mari relictus pro-

medio perennari, probatur ex figura eiuſdem ſancti viri, quem Auguſtinus de Gen.

Auguſtinus. Chryſoſt.

ad liter. lib. 9. cap. 6. & de mirabilibus ſacræ Script. in fine ſexti cap. nec non pariter Chryſoſt. hom. 21. in Commentar. ſuper Gen. in paradiſum dicunt raptum, vt veritatem verbi ſui, & immortalitatem quam haberemus, Adamo non peccante, Deus nobis nunc oſtenderet, & palam demonſtraret. Ego autem puto vt cibi virtutem manifeſtet, qua vitam æternam dandi præpollet naturaliter. Magis nanque neceſſaria oſtenſio cibi huius præcepti Chriſtianis, quàm illius tam prohibiti, & hodie

De prolonganda vita corporis miracula Euchariſtica.

tam inutilis (vt minimùm in ſubſtantia) quàm penitus deſtructi, ſeu ſaltem, vt proloquamur cum aliis, nulli cogniti. Deinde verò à Chriſti pollicitationibus quàmplurimis de æterna nobis vita hoc cibo largienda Ioan. 6. capite. Et tandem à multis caſibus, quibus nouimus non paucos hoc ſolo pane vitam, idque oblongo tempore, mortalem produxiſſe, vt de puella quadam Anglica communicante tantùm ſingulis Dominicis diebus, anno Chriſti 1227. eſt nobis

Bzouius.

teſtis Bzouius, & de Heremita Nicolao in Suetenſibus montanis lib. ſuo 31. Vincen-

Vincent. Beluacenſ.

tius in ſpeculo; vt de Seuero quoque Abbate, & de S. Liberali cui Deus iſtam libera-

Petrus de Natalibus.

litatem conceſſit inter alias Petrus de Natal. in caten. lib. 1. cap. 93. & lib. 7. cap. 113. Vnde forſitan Enochus deſtructo paradiſo poſſet optimè inter nos Euchariſtico frumento ſuſtentari, ſi ei porta Sacramentorum quæ eſt Baptiſmus aperta verè foret; ſi eſſet hacce via (nec aptior eſſet alia) res talis neceſſaria; nam de illius occultatione poſſibili inter nos Enar. de paradiſo aperui quæ ſunt ſatis.

47. Sed & vitæ ligno erat illa qualitas paradiſum deliciarum ſecum tantùm adducens, atque continens; nimirum, in ſeſe omnes ſapores continere. Hæc autem in Euchariſtia propterea repetitur, quia in ea cibi omnes, cum eſca ſit, & potus; ad quæ omnis differentia ciborum atque ſaporum reducitur ſuaptè. De qua differentia & affluentia Ambroſ. Pſal. 118. n. 141. in iſtum

S Ambroſ. Euchariſtia cibi omnes, & omnis rerum ſapor.

modum fatur; *Ille ego deſpectus, iam præferor electus. Ille antea deſpectus populus peccatorum, habeo cæleſtium Sacramentorum oblectamenta. Iam menſa cæleſtis honore ſuſcipior, nec mihi aliquid extrinſecus quærendum venit. Chriſtus mihi cibus, Chriſtus mihi potus. Nec iam annuos expecto tantummodo prouentus, Chriſtus mihi quotidie cum lucro manifeſtatur.* At de ipſius affluentiæ dulcedine ſuaui, & etiam vniuerſali, Cyprianus in Cœna Dom.

S Cyprian.

Vide quemodo his, qui Chriſti commemorant Paſſionem intra Sacra officia, quaſi per quoſdam canales de interioribus fontibus egrediantur torrentes, & ſuper omnes delicias lachrymis nectareis anima delectetur. Ros matutinus eſt, de cæleſtibus ſtillans, & quaſi unctio ſpiritus mentem deliniens.

Hinc faſtidium reliquorum ſaporum ſecum ingerit, vt idem fert ibidem; & vnà

Vt famem atque faſti-

ſitim ſui, ac iuge deſiderium; *Hanc Dei gratiam recolens, qui de ſacro calice bibit, amplius ſi-*

A

tit, & ad Deum viuum erigens deſiderium; ita ſingulari fame illo vno appetitu tenetur, vt deinceps fellea peccatorum horreat pocula, & omnis ſapor delectamentorum carnalium, ſit quaſi rancidum, radénſque palatum acuta mordacitatis acetum. Nec malè, cum dicatur; *Anima ſaturata calcabit fauum*; quod de Deo generatim exponit Bernardinus tom. 4. ſerm. 17. *Guſtanti Deum omnis delectatio mundi videtur amaritudo.* Et ſpeciatim de Euchariſtia Angelicus ſcriptor opuſc. 58. in nono dicens cap. *Corpus Chriſti ſatiat animum ad faſtidium mundi faciendum.* Exemplum nobis præbeat Senenſis Catharina, de qua Aprilis 29. ſcribit Lippomanus; *Cum ex manibus Confeſſarij ſumpſiſſet Euchariſtiam, adeo mentem eius ad ſe pertraxit, vt alia quæ hic habentur, velut abominanda ſtercora ipſi viſa fuerint, non ſolùm opes*

B

& voluptates corporis, ſed etiam animæ lætitia. O verba ſucculenta, & cum aliis præcedentibus quàm valde ponderanda! præcipuéque optanda peccatoribus quantùm licet, dulcedo quam commemorant; nam paucis hæc ſunt licita, & pluribus nec apta, ſed potiùs cum humilitate, ac reliquis virtutibus, carentia rerum talium; ad quas tamen S. Chryſologus ſer. 163. huiuſmodi nos pungit, diſponit, atque erigit. *Quis ſic inuidus bonis ſuis, quis ſic delitijs ſuis inimicus, vt ſpontanea, & cælitus præparata deſpiciat, & concupiſcat mundanis laboribus & doloribus conquiſita? Degener nimis animus, mens tota ſeruilis eſt, quæ coquorum afflatus, ſqualore culinæ heſterno horrore fœtentia perquirat obſonia, cui iugiter Regius deſeruit, atque adiacet apparatus.*

dium dulcedo Dei ingeneret.

Prou. 27. 7.

S Bernardinus.

D. Tho.

Lippoman. Ex Euchariſtia quę dulcedo Senenſi Catharinæ.

S. P. Chryſologus. Ad dulcorem Dei quęrendum appoſita inuitatio.

C

De ſecundo & poſteriori Religionis paradiſo, ad quem verus Religioſus vt Henoc tranſportatur.

48. AT eſt pariter Religio (vt cum illa quam verſamus Enarrationem finiamus) amœnus & tranquillus in terris paradiſus, quem Roſar. 2. p. ſerm. 29. ſic noſter pingit Buſtus: *In Religione ſumma dulcedo, ſicut in ſæculo ſumma pœna, vnde S. Auguſtinus in lib. de innocentia: Nulla cruces grauiores, quàm mala conſcientia, nihilque infelicius, peccantium quàm felicitas; qua pœnalis in malum impietas nutritur; atque mala voluntas, interior tanquam hoſtis in dies roboratur. Sed Religio paradiſus, vbi bona conſcientia tranquillum facit*

D

animum, Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. *Quare dicit Bernardus: Multi vident Cruces noſtras, at minimè ipſi vident conſolationes noſtras. O quàm ſuauis es Domine animæ quærenti te, ſed quid inuenienti? Si tam dulcis eſt memoria, qualis erit præſentia? Si lac & mel dulce ſub lingua, qualis erit ſuper linguam? ô iugum ſancti amoris, quàm dulciter capis! quàm glorioſè illaqueas! quàm ſuauiter premis! quàm feliciter vris! quàm fortiter ſtringis! quàm delectabiliter oneras! quàm ſuauiter erudis! Felix amor, ex quo naſcitur ſtrenuitas morum, puritas affectuum; ſubtilitas intellectuum, deſideriorum ſanctitas, operum claritas, virtutum fœcunditas, & meritorum dignitas. Hinc Pſ. 16.*

Religio paradiſus, & qualium voluptatum.

Buſtus. Peccātiúmque felicitas.

2. Cor. c. 1.

Iuſtorum quales Cruces.

DDDdd

Pſal. 26. 4. Vnam petij à Domino, hanc requiram; vt inhabitem in domo Domini, omnibus diebus vitæ meæ. Et Pſal. 83. *Beati, qui habitant in domo tua Domine in ſæcula ſæculorum laudabunt te. Quia melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper millia. Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Quæ verba de Religione, non de cælo intelligenda exinde palam fit; quia licet hîc dicatur *In ſæcula ſæculorum laudabunt te;* ſtatim ſuperadditur; *Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper millia.* Nam atria foris ſunt. Sed clariùs dum ſubiungitur; *Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Cum in cælo nemo ſit abiectus, neque etiam qui viuat in conſortio, & contubernio peccatorum. Quapropter idemmet venerabilis Scriptor de ſæculo ad Religionem tranſlato quouis homine, exponit quod de Enoch ſcribit ſacra pagina; *Tranſlatus eſt in paradiſum,* & raptum D. Pauli 2. ad Corint. cap. 12.

Pſal. 83. 5. & 11.

Eccleſ. 44. 16

2. Cor. 12. 4.

Nec tantùm dictus auctor, ſed etiam & ius Canonicum ac ideo modis tot, & verbis Pontificiis, oraculum Apoſtolicum, hoc ipſum in Clement. *Exiui de paradiſo,* quæ de *Verborum ſignificatione* habetur lib. 6. exiſtimat & docet, incipiens illis verbis ex lib. Eccleſ. *Exiui de paradiſo rigabo hortum plantationum;* poſtea verò Religionis ſtatum collabentem ex animo deplorans, donec regulam Minorum incipiens explicare, hęc ibi verba facit; *Verum, quia pleriumque mortalis vitæ ſollicitudinibus preſſus homo, mentis aſpectum ab exemplari; huiuſmodi intuitu diuertebat, verus noſter Salomon in ſolio militantis Eccleſiæ hortum voluptatis inter cæteros quendam fecit à procelloſis mundi fluctibus elongatum; in quo quietiùs ac ſecuriùs vacaretur contemplandis, ſeruandiſque huiuſmodi operibus exemplaris, in hunc mundum introiuit ipſe, vt rigaret ipſum fæcundis aquis ſpiritualis gratiæ, & doctrinæ. Hic hortus ſiquidem eſt fratrum minorum ſancta Religio, quæ muris regularis obſeruantiæ firmiter vndique circumcluſa, intra ſe ſolo contenta Deo, adornatur abundè nouellis plantationibus filiorum.* Quæ eloquia myſtagogiis pręclaris redundantia, valde cuperem vt noſtrates attentè ponderarent, vt paradiſum ſic à Deo plantatum conſeruarent, & nullatenus ſqualore fœdarent indecoro. Quod & reliquos Religioſos æqualiter concernit, cum nulla ſit Religio, quæ paradiſus bene conſitus non ſit in ſuis legibus; vnde de vera Religione ſplendor Clareuallis, de omnibus ſic ait; *Bonum eſt nos hîc eſſe, id eſt, in Religione, quia homo viuit puriùs, cadit rariùs, ſurgit velociùs incedit cautiùs, quieſcit ſecuriùs, irroratur frequentiùs, purgatur citiùs, moritur confidentiùs, & premiatur copioſiùs.*

Eccl. 44. 41.

S. Bernard. Religio Thabor mons, cum aliis excellentiis.

49. Hinc ait ſummo iure Gregorius de Valentia in 2. 2. diſp. 1. q. 1. puncto 7. §. 41. peccatum graue fore, ac etiam magnam noxam, ſi quis aliquam Religionem affirmet malam eſſe; & ſi aliquem Religioſum pœniteat vitæ aſſumptæ, & profeſſionis votoratæ. Ratio autem, quæ ibidem per eum non exprimitur, hęc poteſt aſſignari, quam

De Religione murmurare, vel pœnitere quod peccatum.

A aſſert. D. Tho. 1. 2. q. 98. ar. 5. ad 2. nempe multò melioris conditionis eſſe Clericos, quàm viri ſęculares; & Religioſos, quàm ſunt Clerici; cum magis ſint obſequio Diuino mancipati. Nec immerito cum in mundo meliores illi ſint, qui in ſeruitio ſui Principis, ſunt aliis propiores; qua de re videndus textus in cap. *Admonere.* 33. q. 2. Cui tres alias rationes ex Buſto loco proximo huiuſmodi nectamus: nimirum, quia vita Religioni vinculata ſummoperè eſt perfecta; ſummopere perpetua; & ſummopere proficua; ac plena vtilitatibus; in quam ideo maledicentia, pœnitentiáque non decet, ſed potiùs ſuper omnia eſt indecens & fœda.

D. Tho.

50. Summoperè perfecta; quia ex tribus B Sacrificiis ſuperiùs explicatis, obedientia, paupertate, caſtitatéque conflatur, grandeſcit, & perfectos idoneos viros reddit. Quorum primum tanti meriti natura ſua eſt, vt actus eius minimus plus longè mereatur, quàm omnia ſęcularium, quantumuis totum orbem pauperibus pro amore Diuino largirentur. Eſt nanque obedientia mactatio voluntatis, vt aſſerit Gregorius Moralium ſummo in capite; voluntas verò propria & libera ad agendum, margarita inæſtimabilis valoris reputatur; L. *Libertas,* ff. de *Regulis iuris;* §. *Sed. cum libertas;* Inſt. *Qui & à quibus.* Vnde dicitur communiter; Non benè pro toto libertas venditur auro. Et æſtimationi ſi alicui hęc debeat comparari, infinitæ ſolùm erit; per textum in L. *Infinitum,* ff. de *Regulis iuris* quid etenim ex finitis C infinitæ voluntati, & ad infinita capienda creatæ ſine fine, humanæ comparabitur? Hinc vitæ Religioſę ingreſſio atque profeſſio vim obtinet Baptiſmi; vt ait idem Buſtus cum Angelico D. 2. 2. q. vlt. art. 3. ad 3. & cùm Cap. *Baptiſmi vicem;* d. 4. nec non cum Cap. *Firmiſſimè.* 15. q. 1. In quibus ob ſupremam acerbitatem moriendi Baptiſmo mors Martyrij non perperam adęquatur. At Religio in ſuperioribus Martyrium, atque Martyrio quid maius demonſtrata, ergo pariter Baptiſmus, vt Martyrum mors erit. Bernardus de pręcepto & diſpenſatione verſans hoc, diuerſa valde via Religionem dignam putat, vt aquæ pręD potenti Baptiſmi comparetur; videlicet, quia Angelis aſſimilatos viros ſuos, atque Chriſto configuratos, Baptiſmus velut reddit.

Religionis ſummum meritum, ſub paucis ponderatum.

Obedientiæ quare meritum excedat omne meritum.

Buſtus. D. Tho.

Religio cur Baptiſmo, Martyrióque æquetur.

51. Summoperè perpetua, quia Religio dilatatur, vel vltra vitæ fines; id eſt, vltra mortificationis continuam & diram metam. Qua de cauſa de Religioſis Viegas in Apoc. intelligit affatum, nonnullum ſecum dubium deuoluens per hęc verba; *Beati mortui qui in Domino moriuntur.* Nam nemo poteſt mortuus ſubire mortem iterum; Religioſum pręter virum, cùm ſubit & ſubiicitur mortificationis iugo perpeti, quod mortuos mundo ſemel, aſſiduè mori facit, atque ſummam beatitudinem mereri tantis mortibus. Deinde, quia Religio, cum obediendo ſemper viuat, perpetuò creſcit meritis,

Viegas.

Apoc. 14. 3.

Religioſi vel poſt mortem vt ſemper moriantur.

ritis, vel etiam comedendo, quieſcendo, & ſoporiferæ dulcedini ſe dando; ex obedientia nanque comedit, quieſcit, atque dormit, & ideo comedendo, quieſcendo, & dormiendo adauget vitæ merita. Tandem verò quia Religioſus quotieſcunque ſibi placuerit, ſuam poteſt velut primirus, profeſſionem renouare; quemadmodum ſi de illa recenter recordatus, de ipſa ſit æqualiter tantoperc complacitus, vt ſi iſtam non feciſſet, tunc primum vellet facere; quarum ſingulis cogitationibus, reiterationibus nedum, ſeu reiterandæ profeſſionis propoſitis elicitis, & deſideriis conſummatis, indulgentiam iuxta Buſtum, & S. Bernardinum, quem ille pro ſe affert, conſequitur plenariam. Nec inualida ratione aſſertum tale firmat, nimirum, quia Deus præ cunctis attributis miſericordioſiſſimus exiſtit, & miſericordiam ſuper alia exercet queque opera; *Et miſerationes eius ſuper omnia opera eius*; vt & homines naturaliter abſolutioni plus reorum, quàm condemnationi ſunt propenſi, L. *Arrianus*; ff. de *Actionibus*; L. *Fauorabiliores*. ff. de *Regulis iuris*. Quòd ſi homines iniqui clementiores ſunt ſuapte, quid erit Deus omnipotens, clementia ſemper plenus, ita vt nequeat hac virtute vlteriùs adimpleri, vel ampliùs redundare? cuius miſericordia plena eſt terra, in verbis Regis Vatis? Atqui homo complacentiam de tranſacto malo habens, ita à Deo caſtigatur, ac ſi denuò & iteratò patraſſet idem malum; voluntas nanque praua pro facto reputatur; cap. *Homicidiorum*, cum aliis multis iuribus d. 1. Ergo quando Religioſus de peracta profeſſione lætatur recordatus, indulgentiam procul dubio plenariam nanciſcetur.

Vt mereantur vel cum dormiunt.

Vt poſſint frequentiſſime profeſſionem reiterare, & merito cum quanto.

Pſal 144.9.

Pſal 32. 5.

52. Vnde minimè neceſſarium iuxta mentem ipſius Buſti, pro indulgentiis conſequendis Religioſos diuagari, & per Eccleſias rertáſque diuerſas curſitare; cum indulgentiam ſummè plenam, & ſcopo Religioſo directè inſeruientem, perpetuò domi habeat. Nec reuera peregrinationes, quæ operibus meritoriis non ratò annumerantur; Deuter. 16. Luc. cap. 2. Ioan. 12. & Actor. 8. & in Concil. Trident. ſeſſ. 22. ſunt omnibus proficuę; ſed illis tantùm qui, ſunt viri probatiſſimi, vel ſaltem prudentiſſimi, qui ſanè ſemper rari; vt & lapſus dexteritate ſic valeant declinare, & per compita quotidiana offendicula occurrentia in meliùs commutare. Hincque ortum plurimarum virtutum Patriarchæ, vt merita multiplicet, de terra & cognatione exire ſua à Deo rectiſſimè iuberi; *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & faciam te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, eriſque benedictus.* Id eſt, multis benedictionibus, & virtutibus maioribus; quàm antea, cumulatus. At Monachus qui ſæpe plus ſpiritu deuotionis ſolitarius eſt, quàm loco, in loco ſuo ſtare pręcipitur, & lentè motari, atque ſedere; *Sedebit ſolitarius & leuabit ſe ſupra ſe.* Tunc enim hic ſolitarius in cęlum ſubleuatur, cùm ſuper ſe ſedentem, & in clauſtro conſiſtentem à frementibus per orbem procellis abſque numero, ſemotus & ſecurus Dei lucem contemplatur. Quare cuidam à Theodomiro Abbate ſciſcitaùti, cur ſuos ſemper Monachos in Monaſterio retineret, & Romam nunquam mitteret, pro ſacris inuiſendis, ac meritis augendis, in Bellarmino lib. 3. cap. 8. de Sanctorum cultu, reſpondit in huncmodum; *Quia peregrinatio eſt bona, ſed non conuenit Monachis, ſicut & nuptiæ bonæ ſunt, ſed non conueniunt profeſſoribus continentiæ.* Et ille vir eximius imitationis Chriſti auctor ſic ait lib. 1. cap. 23. n. 4. *Pauci ex infirmitate meliorantur; & qui multum peregrinantur rarò ſanctificantur.*

Peregrinationes meritoriæ ſed quibus ſint hominibus.

Deut 16. 16.

Luc 2. 41.

Ioan. 12. 12.

Conc. Trid.

Gen. 12. 1. & 2.

Thren. 3. 28.

Peregrinationes Religioſis an aptæ, vel ineptæ.

Qua de cauſa votum illud Ieroſolymam adeundi in Religionis perquàm meritò multoties commutatur, non autem viceuerſa. Satiùs enim nobis eſt in Religione commorari, quàm ad Domini ſepulchrum, & cunam itinerari; cum in corpore Dei Filij ſub pane Sacro clauſo, hęc omnia nobis ſuppetant, & alia multò plura, maiora, & faciliora, ac ad manum prout dicunt, deuotionis promptuaria; quæ ab aliis locis quærere, & ab iſto indeſinenti feruore non concipere, exquirere, & firmiſſima fiducia præſtolari, miſeria ſumma eſt, & lachrymabilis dementia; de qua optimè vitæ Chriſti præfatus imitator lib. 4. cap. 1. & ex auctoribus Hiſpanis Venegas ſatis pius in agonia morientium, & in miraculo Sanctarenenſi Matiſius Luſitanus.

Peregrinationis in Religionis cur votum cõmutetur, non autem viceuerſa.

Kempis. Venegas. P. de Matix.

53. Summoperéque tandem proficua talis vita, quia profectus & perfectio in malis declinandis ac bonis faciendis omnino ſita eſt; *Declina à malo, & fac bonum; & inhabita in ſæculum ſæculi.* Vbi autem declinantur ſuperbiæ occaſiones, cum vanitatibus & faſtibus? Auaritiæ, cum vſuris, rapinis, furtis, fraudibus? Luxuriæ, cum te omni laſciua, & petulanti; impuris lectionibus, eloquiis impudicis, cantionibus diſſolutis, aſpectibus nocentibus, ornatibus, odoribus, & laqueis mille aliis prætendentibus vel aues volantes puro aëre, id eſt homines ad Regnum, puritate quanta poſſunt, cęlorũ contendentes? Vbi linguæ occaſiones, cum operis & oris abruptis contumeliis. Gulæ etiam cum tam variis & delicioſis condimentis? Inuidiæ, quæ cohibita, Religioſis exercitiis modeſtiùs euagatur? Deſidiæque poſtremò, & Dei obliuionis quo loco declinantur? Niſi in domo Religionis, vbi ſpiritus officia & ſalutaria documenta nos ducunt atque vndique inducunt ad Dei legem ſeduliùs obſeruandam; & inſuper à dextris, ſiniſtriſque conſtringunt, & incitant in Pſalte; qui de vita Religioſa profatur huiuſcemodi; *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi, ne commouear.* Quemadmodum de vita in ſæculo tranſacta, proh dolor! inquit alibi; *Non eſt Deus in conſpectu eius, inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore.*

Pſal. 33. 15.

In Religione occaſiones quàm meliùs euitentur.

Pſal 9. 26.

Pſal 9. 26.

Non quia in Religione detrahendi & inuidendi deficiant ſæpe anſæ, calcaria, &

Religioſorum cur nam murmur ſit ſalis, atque aquæ.

incitabula, cum in Apoſtolis hæc quoque Zebedęi contra filios, & Petrum ſint commota, incenſa, & ſuſcitata; & in fratribus Ioſeph aduerſus huncce puerum plus factis & virtutibus, quam facie ſpecioſum; ac in populo ſelecto aduerſus Moyſem, ac Deum, cui etiam non pepercit detractio Iudęorum. Sed quia ſemper verum, quod de fratribus prędictis in lib. de Ioſeph eloquitur Ambroſius; *Si inuidia aduſiit Sanctos, quanto magis timendum eſt, ne inflammet peccatores?* Nec enim Monachorũ eſt murmur hodiernum, vt priſcum Iſraëlitarum, vel hominum ſæcularium ſolutum, & deprauatum ſed crebro de liuiuſculis; ſicut ſales quibus viri feſtiuè fabulantur, & ſine quibus conuerſari non niſi rarò poſſumus, nam conuerſatio debet eſſe condita ſale aliquo, inſipida ne maneat, & ſicca, triſtis, neſcia; vnde ſalſus homo dicitur qui ſapidus eſt verbis, eloquiiſque diſertus. Vel ſicut murmur aquæ, quæ facilis & clara, non liuida vel tetra, dum fluit ſemper murmurat; nec nocet ſuo murmure, ſed ridet atque placet. Faxit pius factor omnium, vt ſalis aquæ mixti ſit omnium murmuratio; nam vltra quòd non grauis, ſed facilis tunc erit, ſal mixtus aquæ ſoluitur, in nihilúmque redditur.

S. Ambroſ. cap. 1.

54. Hæc mala declinantur Religionis adminiculis, & etiam cuncta bona in ſęculo patrata ab illa deriuantur. Multum enim Religioſorum Orationes, Confeſſiones, Prædicationes, & Sacrificia Chriſticolis proficiunt, exemplo, S. Moyſis, quo leuante manus ſuas vincebat eius populus, eas vero remittente ab hoſte vincebatur. Vnde ait Auguſtinus de ſalutar. Documen. *Per orationes Sanctorum & ſeruorum Dei omnia nobis vtilia à Deo tribuuntur, & cuncta noxia ſubmouentur.* Ergo terræ paradiſus, quo virent cuncta bona, & nocua cuncta marcent, deficiunt, cadúntque, Religio comprobatur. Nec ex merito & pręſentia procedere Euchariſtiæ hoc bene denegabitur, quæ totius Chriſtianæ Religionis fulcrum eſt, & paradiſus de quo Chriſtus Latroni dixit ſancto; *Hodie mecum eris in paradiſo.* Paradiſus nanque fuit fruitio Chriſti animæ, & corporis conceſſa Latroni feliciſſimo; animæ quidem in ſinu Abrahæ, etſi abſque Sacramenti velamine mox viſæ; corporis autem communicati, quantumuis loco diſſito, in terrę receptaculo; eodem nempe die, quo propter diei Sabbathi ſolemnitatem ſuper Cruces nõ remanſerũt tria corpora; è quibus duo ad inuicẽ communicauerunt ſe ad inſtar verborũ Redemptoris; *In me manet & ego in illo.*

Exod. 17. 11.

S. Auguſt.

Ab Euchariſtia vniuerſorum bonorum Paradiſus.

Luc. 23. 43.

Ioan. 19. 31.

Suffragantur quæ in Centro à nobis dicta ſunt, & quod ait Olimpiodorus ad Eccleſ. 5. cap. *Qui manducat carnem Filij hominis, & bibit eius ſanguinem, futuræ felicitatis partem, aliquámque fruitionem in terris accipit.* Et Paſchaſius ad Frudegar. de Euchariſtia, atque Latrone, & paradiſo ſic ſe habens; *Facit vtique corpus & ſanguis Chriſti, quod ipſum in Cruce feciſſe legimus, dum vni eorum, qui erant cum eo in patibulo confitenti, paradiſi præſtitit regnum.* Porro terra in fine mundi, vt

Olimpiodorus.

Paſchaſius.

A paradiſus renouabitur DD. ſup. 4. & in Compend. Theolog. lib. 7. cap. 20. Seraphicus Antiſtes. Quod autumo venturum ex ferculo Euchariſtico; hoc eſt ex Chriſti corpore in ea tumulato; ait enim ſic Anſelmus ſcribens in Eluid. *Terra, quæ in gremio ſuo Dominum confouit, tota erit vt paradiſus.*

S. Anſelm.

55. Ad hunc igitur Religionis tranquillum paradiſum transfertur Enoch quiſque, ingrediens eius clauſtrum, & ad illam vocatione Diuina dedicatus. Hoc enim nomen ſonat iſtius Sancti viri, de quo S. Iſidorus, Strabúſque in Gloſſa; *Henoch, qui ab Adam ſeptimus ponitur, & tranſlatus eſt, quia Deo placuit, ſeptimam requiem ſignificat, ad quam poſt hanc vitam, qui Deo perſeueranter adhæret, ſine dilatione transfertur.* Quæ verba *ſine dilatione* de tranſlatione ad Religionem, quæ B breuiùs & faciliùs contingit, quàm tranſlatio de Religione poſt ad cęlum, non malè quis exponet, etſi duo videantur huic ſenſui refragare; tam requies illa ſeptima, à Gloſſa memorata; quàm diei, poſt hanc vitam ad illam transferendos, eos omnes qui vt S. Enochus placent Deo. Nam bene reſpondetur; ad primum requiei ſeptimæ, à ſeptem quoque vitiis hanc requiem genuinè & optimè explicari; cum nulla ſit ſub cęlo tam pura & firma requies, quàm illa quæ à ſeptem nos eripit peccatis, & homines de facili in gratiæ ſeruat requie. Ad ſecundum verò tranſlationis prędictæ poſt hanc vitam; vitam ſanè poſt quam talis tranquillitas promittitur, non aliam, ſed hanc eſſe, quæ in ſtadio, ſiue ſtagno Religioſæ diſciplinæ tranſigitur, & degitur; quando pari- C ter vel Henoch de quo hoc primùm dictum fuit, non de vita corporali ad aliam ſit tranſlatus, ſed potiùs de corporali ad corporalem longè aliam, abſtractam à corporalibus; vt & vitam Religioſam tu nequiquam negabis corporalem verè eſſe, ſed longè à corporali. Et ideo poſt hanc vitam, ad aliam meliorem tranſitur in hac vita; quia ad vitam perfectiorem oportet tranſmigrare, & vitam tranſmutari, mutaríque in alteram à prima ſeiunctiſſimam; quod in lib. de Abraham Philonis mens ſic attigit; *Henoch, qui gratioſus, & conuerſus interpretatur, ideo eſt tranſlatus à Deo, quia hæc tranſlatio verſionem, & mutationem ſignificat; ideóque etiam rectè dicitur de tranſlato; non eſt inuentus; quòd prior vita culpabilis euanuerat.*

Tranſlatio S. Enoch Religioſis quàm conueniens.

Vt in vita ſua ad aliam Religioſus transferatur, & debeat tranſmeare.

Philo.

D Quæ tranſlatio quantùm ſit excelſa & ſingularis ibidem ſuperadditur; *Qui ad potiorem ordinem tranſit, non facile inuenitur; quia vitium ſuapte natura latè patet; ideo vulgò notiſſimum, virtus autem rara eſt, vt vix paucis contingat.* Tam rara, vt mors & vita Henoch mirentur noſtrum; hæc quidem, quia numerum annorum vitæ eius dilatum ſuper omnium viuaciorum quorumcùnque, & perdidit, & neſcit; illa verò quia tempus quo illum aggrediatur, & quando mortem ille ſubiturus ſit, ignorat; ac forſan vnà timet an eam experietur; vt in opere Paſchali videtur iudicaſſe Sedulius lib. 1.

Enoch vt vitæ & mortis ſit vnicus ſtupor.

Primus ab vſque Chao meritis viuacibus Enoch, Sedulius.

Multa

Multa per innumeros iam ſæcula contigit annos,
Natura perdente modum, quem iure creandi
Terra tulit, genitū, ſed mors miratur ademptum.

Vitæ & morti Religioſi de admirationi quãtæ ſint.

56. Quod in viris Religioſis non aliter ſuccedit. Nam vita illorum vitam & annos dum conſiderat, in admirationem ſummam rapitur; ex eo, quia in vita & annis floreſcentibus, non eis, niſi ad ipſos doloris plus aculeis vtuntur configendos, cædendos, macerandos. Mors autem, quia ſanè per mortem vita plenam, & mortificationibus aſſiduis nil minus plenam mortis, præuentam ſeſe videt, & eos contra legem naturæ ſibi ademptos, pallidior ipſa ſolito, veretur, atque pauet. Veruntamen quid mirum? ſi Eſſenos legis veteris Religioſos Caius Plinius, Gentilis cum exiſteret lib. 5. cap. 7. expauit per hæc verba; *Ab occidentali Aſphaltita littore Eſſeni, quos fugiant vſquequáque nocentes. Gens Sola & in toto orbe præter cæteras mira, ſine vlla fœmina; omni Venere abdicata; ſine pecunia; ſocia palmarum, per ſæculorum millia (incredibile dictu) gens æterna eſt, in qua nemo naſcitur.* Quem Solinus eius ſimia eiſdem ferè verbis propterea nunc omiſſis, inſequitur ad calcem. Et verè magnus ſpaſmus Religioſa vita foret, ni foret ipſa frequens, vt admiratio iam vileſcat, & vilitatibus aliquorum in ea commorantium, necnon vilium, & maledicentium obtrectationibus multorum non parum contabeſcat; cum tamen in Sacerdotes non liceat detrectatio; hæc enim clades populi, & hæreſis natalis; ex Aaronéque in Moyſem timenda animaduerſio.

Plinius.

Eſſenorum, & Religioſorum præconia a voce Plinij egregiè decantata.

57. Ad hunc igitur paradiſum cum noſtro Patriarcha libenter transferamur, & vltro rapiamur; vt in Epiſto. ad Heliodor. Hieronymi vox aſſerit; *Licet paruulus ex collo pendeat nepos, ſparſo crine & ſciſſis veſtibus vbera quibus te nutrierat mater, oſtendat; licet in limine pater iaceat, per calcatum perge patrem, ſiccíſque oculis ad vexillum Crucis vola. Solum pietatis genus eſt, in hac re eſſe crudelem.* Non ſanè vt cateruatim Religionem ingrediamur; ſunt enim plures iam Religionis profeſſores, quàm decet, vt ſint plurimùm correcti, & reformati. Poſtquam etenim

S. Hieron.

Religionē ingredientibus quis ſerunt neceſſarius

A incepere multiplicati in mundo homines, cæpere Filij Dei, Religioſi illius temporis occaſione ſupradicta, omnino deformari, & non ſolum relaxari, ſed perdi, & profligari; ſed vt ipſa in Religione viuamus inoffensè. Non enim Religioſum exterior facit habitus, ſed habitus virtutum, & pura atque perpetua Religionis obſeruantia; vt teſtantur nobis iura in cap. *Porrectum.* de *Regulis iuris*; in Authent. de *Monachis* cap. 1. & in Cap. *Conſuluit*; *Qui Clerici, vel vouentes.*

Sic minimè continget quod ait Auguſtinus in cap. penult. diſt. 47. *Quomodo difficilè ſum expertus meliores, quàm qui in Monaſteriis profecerunt; ita non ſum expertus peiores* B *quàm qui in Monaſteriis ceciderunt* Nec quod S. Bernardinus tom. 2. ſerm. 2. art. 2. feria 5. in Cæn. Dum. de Religioſo perquàm multis diuitiis cumulato, & de ſæculari deuorante iſtarum totum premium, ac palmam reportante, expendit illa verba ex lib. Eccleſ. *Eſt & aliud malum quod vidi ſub Sole, & quidem frequens apud homines: Vir cui dedit Deus diuitias, & ſubſtantiam, & honorem, & nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus quæ deſiderat; nec tribuit ei poteſtatem vt comedat ex eo; ſed homo extraneus vorabit illud.* De quo bono Sæculari, Religioſiſque non bonis cum Pſalte dici poteſt; *Populus quem non cognoui ſeruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis.* C Vitabitur hoc optimè, & cōfirmabitur magnopere, ſi ſeruiamus Euchariſtiæ quæ *Firmamentum in ſummis montium* vocatur à Pſalmographo; hominum ſcilicet ſublimium per dignitatem Eccleſiaſticā, quæ eos montes efficit. Eius miracula duobis numeris 23. & 46. ſuperiùs oſtenduntur. Tu piè & confidenter ad panem tantum veni, qui ſolus ſubter Cælum cor hominis confirmat, & facit vt ad fortia mittamus manus debiles; ſicut Paulus qui alimento Sacramentali & corporali, vt alibi iam tetigi, eo tempore quo venit ad Chriſtum, eſt confortatus.

S. Auguſt.

Religioſi quàm extremè extrema conſectentur.

Eccle 6. 1. 2.

Pſal. 17. 45.

Pſal 101 15.
Prouerb. 31. 19.
Actor. 9. 18.



DDDdd iij

EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ ENARRATIO VIGESIMAOCTAVA; ET DE EXTRAORDINARIIS BIS SECVNDA; IN MVSICES FIGVRA.

Ad illa verba Gen. cap. 4. n. 21. *Iubal, qui fuit pater canentium cithara & organo*; Et Ioan 6. n. 51. *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi; ſi quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum*; quæ coaptantur n. ſexto.

DE CONTINVATIONE AD PRÆCEDENTIA, inflexionéque iam Muſicæ ad Sacramenta in Generali;

Numerus primus.

NON equidem quas Enarrationes extraordinarias ego nuncupo, huius operis tu ordinem videbis interrumpere, confundere, & turbare, ſed potiùs decorare, & ampliùs nec ingrato id nexu colligare; ita vt tandem continuationis non ſeries minuatur, ſed ſplendor varietate veſtitus plus ornetur, diuerſitatéque decora mirificè augeatur. Velut Muſica quæ hac ipſa priori tempeſtate diluuium præcedente, inuenta ex tonis variis, Euchariſtiæ non mediocrem conciliat venuſtatem; inuenta verò fuit, ne auctor taceatur, à Iubale, qui Tubalcain per Moyſem frater dicitur, & iſte malleatorum inuentor, atque pater; & æris necnon ferri fabrorum primus auctor.

Inuentor quiſnam Muſicæ, & operis ferrarij.

Gen. 4. 22.

Vnde fertur de Pythagora ex ſonitu malleorum Muſicales conſonantias ſuaues reperiſſe; nam cum animo æſtuaſſet, & diu volutaſſet, qua via excogitaret momenta modulandi, fabrorum demum iſtorum prætериens officinas, ex variis ſonis ictuum aduertit dulce melos, ex eiſque dulciſſonam concordiam reſultare. Acceſſit, rem inſpexit, & malleos ponderauit; qui quinque cum exiſterent, ad quartum primum duplum, quod Diapaſon eſt in Muſica, inuenit ponderantem; ad ſecundum verò ipſum offendit ſeſquitertium, quod dicitur Diateſſeron; rurſum iſtum ſeſquialterum ad tertium deprehendit; ſecundum autem & tertium ſeſquioctauam facientes; at quintum vt diſſonantem à cæteris receiit; Margaritæ ſicut auctor ſcribit Philoſophicæ.

Vt Muſica ſit à malleis fabrorum ferri condita.

Verùm P. Comeſtor in iſtum locum Gen. à Iubale hoc peractum, à Græcis verò ſuo Pythagoræ relatum exiſtimat, nec malè; cum & pagina Diuina pro Iubale deponat, & contra Græcos mos in cunctis fabulandi, ac vera fictionibus miſcendi, & inuoluendi. Facit autem nec vulgariter pro iſta veritate, quòd ferrariæ vitæ auctorem memoratum Tubalcain hic fratrem Iubal babuit, ad cuius ille ſonitum, non tranſiens vt Pythagoras, ſed lentè vt eius frater, & fortè ſimul habitans, inuenit tonos muſicos; ſcientiam, quæ ſi turpibus frequenter non ſeruiret, & præpoſtero famulatu eiſdem applicaretur, per obſcœnóſque miniſtros aſſiduè tractaretur, inferret nos cæleſtibus, & cæli magnam vim deduceret in terras; cum ſaxea vel præcordia hac arte liqueſiant; vt verè & ſimul fictè ſcribitur in fabulis;

Pythagoræ cur Muſicæ inuentio tribuatur.

Syluestres homines ſacer, interpréſque Deorum
Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus:
Dictus ob hoc lenire tigres, rabidóſque leones,
Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis
Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece blanda
Ducere quò vellet.

Horatius in arte.

Vbi hominibus non tantùm delicato lenocinio

Efficacia quanta

Muſicæ in ſaxea vel præcordia, & carcerem inferorum.

cinio titillationis conſonantiæ ſurripitur mens libera, & ſenſus dominatu ſuaui mancipantur, ſed & ipſa inſenſibilia hanc ſentiunt efficatiam, & induunt ſibi ſenſus quò perdant hos concentu, & ipſo mulceantur, ac leniter trahantur. Imò & poſtes inferorum ferrati Lyræ cedunt, & vltro ſeſe pandunt. Vnde Orpheum à regno Erebi vxorem renocaſſe Poëtæ fabulantur; & de Orci non abſimili ad ſonos reoerentia Horatius Ode. 9. Mercurij canens laudes:

Horatius lib. 3.

Tu potes tygres, comitéſque ſyluas
Ducere & riuos celeres morari;
Ceſſit immanis tibi blandienti
Ianitor aula.
Cerberus; quamuis furiale centum
Muniant angues caput eius, atque
Spiritus teter, ſaniéſque manet
Ore trilingui.

2. Quibus Faſtor. lib. 2. non procul à principiu ſimilia multa concinit Naſonis modulamen; quæ taceo, vt non confictam in inferos potentiam, ſed veram tibi Muſicæ oſtendam ex Sacra pagina, potentiámque non tantùm in inferos ſuapte incantationibus parentes, & etiam malis vocibus & obmurmurationibus Marſorum hac via obtemperantibus, ſed pariter in cælites, ac cæli ſphæram ære Plutonis duriorem, & ſcopulis ac mænibus adamantinis inuictiorem, quæ viribus non cedit.

1. Reg. 16. 13.

Probatur nanque Muſicæ in Orcum vis & robur ex 1. Reg. 16. vbi cithara percuſſa à iuuene paſtore, diabolus qui Regem Saulem exagitabat, ab illo recedebat, & animus conflictatus regalis reſpirabat. Quod vtrum factum fuerit concentus efficatia; vt in examine ingeniorum Huarte viſum fuit, Galenóque relato in platea vniuerſali, ex humanioribus libris optimis, nec non etiam ex fundatiſſimo Thelogo Burgenſi, in iſtum locum Reg. otioſioribus & ex profeſſo ſcriptoribus de hac re, id linquo diſceptandum. Laus tamen magna cantus, vtcúnque res acciderit. Quid enim tam laudabile, quàm dæmones frenare, ac etiam longè pellere? Violentia verò in cælum ex 4. Reg. conſtat, cum magnę vis aquarum miraculum facturus inſignis Eliſæus, pſaltem hominem quæſiuit, & fecit ſibi adduci, vt illius ſuauitate, ac plectri modulatu in Deum inflammaretur, & ſpiritu Prophetię ardentiùs pulſaretur, quemadmodum Lyranus contrarius ſupra Muſicæ, exponit in hoc cap. reſpectu cuius paulò ſuperiùs ego dixi, quòd cæleſtibus nos Muſica inferret conſonantia, ſi benè à boniſque dumtaxat tractaretur. Nec ſolus ego accedo huiuſmodi ſententiæ, ſed etiam vir permagnus & domus Dei columna firmiſſima Chryſoſtomus, qui in Pſal. 41. pro nobis ſic profatur. *Nihil enim animam erigit, & alatam quodammodo efficit, & à terra liberat, & exoluit à vinculis corporis, & amore ſapientiæ afficit; & vt res omnes ad hanc vitam pertinentes irrideat, perficit, vt verſus modulatus; & Diuinum Canticum numero compoſitum.* Quid plura? vel robuſta pulchritudine ma-

An Muſica naturaliter in dæmones ſit potens.

4. Reg. 3. 15.

Lyra.

An Muſica præualeat in cælum, & res cæleſtes.

Chryſoſtomus.

Præconia rata Muſicę ex ore quodam aureo.

A lora, quàm iſta, per quæ terræ omnigena calceamus? & muſicali efficientia volumus in cæleſtia? ac afficimur amori Diuino & increato, qui ſuperat tum Cælum, tum omnia procreata, in Deumque transfundimur abyſſum inexplicabilem? Vnde dixit Caſſiodorus Var. lib. [illegible]. poſt multa de hoc optima; *Muſica animam incorpoream corporaliter demulcet & ſolo auditu, ad quod vult deducit, quam tenere non prævalet; ore tacito manibus clamat, ſine ore loquitur, & per inſenſibilium obſequium prævalet ſenſuum exercere dominatum.*

Quod patuit & Gentilibus, de quibus Natal. Com. lib. 1. cap. 1. Mytholog. Philoſoph. in iſtum modum loquitur; *Ideo in Sacris vtebantur tibiis, quo animi præſentium* B *hominum diuerterentur à priuatis cogitationibus, ad Deorum immortalium reuerentiam; quia neſcio quid Diuinum imprimit animis noſtris vis muſica?* Sed addamus ex animantibus, nullum alium præter hominem & aues cantum edere, bos mugit; ouis balat, ſus grunnit; equus hinnit; at homines tantummodo & aues ſciunt canere, & in fundendis cantilenis frequener delectantur; homines quidem à concinentibus auiculis edocti; Lucretij iuxta mentem in fine lib. 5.

Natal. Com.

Gentilibus cur Muſica in Sacris conſueta.

At liquidas auium voces imitarier ore
Ante fuit multò, quàm leuia carmina cantu
Concelebrare homines poſſent, aureſque iuuare.
Et Zephyri caua per calamorum ſibila primum
Agreſtes docuere cauas inflare cicutas.

Lucretius.

Aues autem & ſoli homines, cur cantus C tantùm compotes? Illas æſtimo, quia cælo propinquiores creaturæ; iſti verò, quia cælo creati & deſtinati. Eſt nanq; cantus planè cæleſtis diſciplina, ab ipſo cælo hauſta; cuius ideo ratione compoſitum eſſe mundum, & cælum perquammaximè docebant Pythagorici, quorum meminit Beroaldus in qq. Tuſcul. Nam Sphæras cæli motu ſymphoniam dulcem agere ratiſſimum credebant; at Diuina prouidentia in terris non audiri tam nimiam, velut cælicam omnino conſonantiam, nec ad eas deuenire concentum tam ſupernum; *Ne capti homines per ſuauitatem eius, propria negotia derelinquerent, & omnia hic inutilia & otioſa remanerent, quodam humana ad cæleſtem ſonum mentis exceſſu.* Conficta benè ratio, & excuſatio cur in terris non ſonet cæli curſus ſuauis reuolutio, & dulcis circumactio, in D Hexam. lib. 2. cap. 2. pro Pythagoricis ſic tradita ab Ambroſio. Vnde equidem nec formaliter reſpectu [illegible] Domini, nec materialiter ipſius cæli perſpecta ratione, conſcendere plus valent præconia Muſicorum; qui ſanè pro ſe habent tam Sanctos, quàm & doctos non paucos Scriptores; præ quibus fulgent inclytus diffuſus de re hac Boëtius Seuerinus; & Auguſtinus in ſex libris, qui de Muſica ſcientia ſunt tomo in eius primo; nec non ſimul ex recentioribus in Harmonia mundi Venetus, peracris vir ingenij.

Cur aues tantùm & homines creaturis prę omnigenis exerceant dulces tonos.

S. Ambroſ.

De Muſica quid ſenſerint cęleſtes quò ad orbes alumni Pythagorici.

Scriptores qui clariſſimi de Muſica ſcientia.

3. Hincque Muſicæ iam laudes etſi plurimę & pulcherrimę quàm magno tractu de-

Margarita Philoſophica.

cidunt, quas Margarita Philoſophica lib. 5. cap. 1. in formam talem conſtituit: *Nihil tam proprium humanitatis, quàm dulciſsima harmonia, ita vt nulla ſit ætas, quæ eius gaudio non afficiatur; & à triſti non conſurgat memoria cogitatu. Quamobrem Plato animam muſicis numeris compactam perſuaſum ſibi habuit. Marſiliúſque in ipſum, muſica animam atque corpus æqualiter moueri, delectari, & penetrari, ac mirum in modum rapi. Nam cum certe ex re corporali & ſpirituali (qualis eſt vox) conſtetur hæce ars, totum hominem ſibi vendicat, & hoc animæ atque corporis deuincit dulci nodo. Et profectò, ſi quis tanta perfectione artis, quanta natura alia afferuntur delectamenta, ſciuiſſet modulari, multò magis Apollo, muſica animos eriperet, quàm Venus, Bacchiúſque pruritibus & ſaporibus hos ſolent occupare. Ideo infantes vagientes cantilenis ſopiantur; pugnantes tubis acriter ad bellum concitantur, & operantes, atque remiges à labore recreantur. Et vt corpora à laboribus, ita animi à tentationibus Symphonia releuantur; teſtéque Alpharabio, tam gratia contemplandi quàm ſtudia Diuinorum non parum promouentur.*

Quid animę cum Muſica; & vtrum ex hac conſletur, cum aliis modulandi pręconiis ſingularibus.

4. Hæc de muſica conſonantia, hîc muſicę maioris cæmento & fundamento ſufficiat attigiſſe; cuius laudem Pythagoricam relatam per Ambroſium in num. pen. hac præſenti Enarrat. offendi ſummè vellem; tantopere hanc ſuauem myſteriis componendo, vt Fidelium voluntates ſuauiter arreptę ad cælum ducerentur, à terreſtribúſque rebus, & forinſecis negotiis vltroneè amouerentur. Principium verò ſit huius Muſicę quę in manus iam venit Euchariſticę, quod modò ſcitè dixit Margarita Philoſophica; nimirum cunctas hominis ætates conſonantia vinciri muſicali; quia vox cum ſpiritualis corporaliſque exiſtat, tam corpus quàm ſpiritum ſuapte ſecum trahit. Nam ſi muſicę efficatia hinc maximè dependet, Sacramenta quid nam ſunt, quàm corporis & ſpiritus ſuaues ſeptem voces, ac ipſæ non ſpiritus repletę qualiſcúnque, ſed planè Dei, & Cæli, quę à corpore mortali naturaliter egreſſę, Diuinum nihilominus effectum largiuntur, inſtillant, & infundunt. Et quibus ſeptem ætates mortalium pertrahuntur; Sacramentis enim ſeptem ætates reſpondere Enar. 6. inuenies abundè elucidatum; ſicut vocibus eſt patulum conferri Sacramenta, iuxta celebrem ſententiam iam alibi explicatam; *Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum.*

Sacramenta ſeptem voces Diuinę conſonantię.

Ita verò voces ſunt in numero ſepteno, æquales Sacramentis, vt nec ſanè Sacramenta in alio dentur numero, nec etiam voces muſicę, quas Pierium in hyerog. lib. 47. acutam, grauem, circumflexam, denſam, tenuem, longam, & breuem, inuenies nuncupaſſe. Ratio quare Sacramenta non plura dari poſſint Enarratione iam producta eſt affatim enarratum: ratio autem quare voces hunc numerum ſeptenum non valeant ſuperare, à multis hæc pręſtatur, quia ſeptem cum Planetis ſubiaceant ſublunaria, & munia naturalia, non queunt iſtę à computo prędicto ſubmoueri. Quod dico & de virtutibus, ac donis Sancti Spiritus; nec non alia ratione, de vitiis quoque ſeptem; natura quippe ſequitur concentum Planetarum; naturam verò gratia; & gratiam modo inuerſo, retrogradóque culpa. Vnde vox quę in Muſica octaua vocitatur, reuerſio ad primam eſt; & prima optuplicata, quę à duobus articulata eundem ſonum reddit; ſicut auctor longè grauis Rupertus adnotauit, lib. 4. cap. 1. in Commentar. ſuper Matthę; *Octo chordis antiquitus cythara ſiebant, & quæ per primam eadem vox reſonabat per octauam, ſecundum muſicæ naturalem vim; quia ſeptem ſunt tantùm diſcrimina vocum; & octaua vox eadem quæ prima eſt, quod cantoribus peritis compertum eſt.* Hincque S. Auguſtinus in principio Pſal. 6. & etiam Pſal. 8. non in terris, ſed in cęlis octauam vult cantari; ad quos vtinam nos iſtis motiuis ſubleuemur. Sed nunc vt ſeptem vocibus, actione tanquam muſica exhibeantur Sacramenta minutiùs videamus.

Sacramenta & voces Muſicæ cur ſeptē ſint, non autem in alio quouis numero.

Rupertus. Vt ſeptem tantùm voces, & prima ſit octaua.

5. Ita traditur expreſſè à Rege concentore, dum ſeptem voces Dei, & Sacramentales, vt interpretantur nonnulli viri docti, in iſtum tonum effert.

Vox Domini ſuper aquas; Deus maieſtatis intonuit, Dominus ſuper aquas multas; id eſt, ſuper Baptiſmum; vbi Domini, non hominis auditur ſemper vox; nam vel Petrus, vel Paulus, vel alius quis baptizet, per illorum manus Chriſtus eſt tantùm qui baptizat. Dicitur autem in hoc Myſterio *Vox Domini ſuper aquas*, vt ſic forma ſuper materiam, non diuiſim ſed coniunctim, à nobis proferatur; ſuper aquas verò multas, ob multitudinem Baptiſmo per orbem emundatorum.

Pſal. 28. à n. 3.

1. Cor. 1. 13.

N. 4.

Vox Domini in virtute; hoc eſt, in Sa-Chriſmate, quod intimam fortitudinis virtutem ſecum tribuit; in Fidéque confirmat; vnde & nomen Confirmationis obtinuit, ac promeruit; *Accipietis virtutem ſuperuenientis Spiritus Sancti in vos; & eritis mihi teſtes, &c.* Firmiſſimi, atque robore induti, ſubintellige.

Quàm aptè ſeptem vocibus donentur nobis ſeptem Eccleſiæ Sacramenta.

Actor. 1. 8.

Vox Domini in magnificentia; id eſt, in Euchariſtia, quę magnificentia ſumma eſt; tam ex Domino magnifico, quem continet ſub ſe, quàm ex modo conuerſionis ad ſonum vocis hominis, qua panis caro Chriſti, & vinum ſanguis fit; mirabilia pręter alia ibidem concurrentia; quę opera inter omnia Diuina, hoc ſingulare & vnicum, atque rarum conſtituunt maximopere; quare etiam in ſingulari de illo Vates ait; *Confeſſio & magnificentia opus eius.* Confeſſio nanque à nobis Sacramentaliter peracta, quę Euchariſtię magnificentiam, vt quidem in verbis iſtis pręire ſemper debet; nec non dicta magnificentia ſuper omnia mundi magna, ſunt vnicum Dei opus, & operum Diuinorum memoria, ſumma, Epilogus quàm valde ſingularis; *Memoriam fecit mirabilium ſuorum, miſericors & miſerator Dominus; eſcam dedit timentibus ſe.* Quę verba nec de manna poſſibile explicari, cum Deum tam

N. 4.

Pſal. 110. 3.

Euchariſtia Magnificentia Diuina cur dicatur, & vnicum Dei opus.

N. 4.

tam timentibus, quàm ſimul non timentibus donatum verè fuerit; Euchariſtia verò tantùm timentibus, & timore in Confeſſione ſe probantibus; 1.Cor.11 28. *Probet autem ſeipſum homo & ſic de pane illo edat.* De qua quidẽ Confeſſione in Sacramento comparata, proſequitur vox Pſalmi, poſt tertiam magnificentiæ Diuinæ, ſic ſe habens.

N. 5. *Vox Domini confringentis cedros*; videlicet, peccata Confeſſionis vi deiecta, & illius potentiſſima ſecuri deturbata; quæ peccata velut cedri in montibus excelſis ſuperbiæ germinata, Eccleſ.10.15 *Initium omnis peccati ſuperbia*; Pſal. 73.23. aduerſus Cælum creſcunt; *Superbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper.* Cur autem pręmittenda Euchariſtiæ, in loco iſto poſt illam ſit Confeſſio, de hoc 1. Enar. inuenies rationem.

N. 7. *Vox Domini* (proſequitur) *intercidentis flammam ignis*: id eſt, flammam ſplendeſcentem ab igne comburente ſuperna & demiranda potentia præſcindendo, & veluti in Babylonica fornace ſeparando; ita vt tandem flamma & ignis; illa ſolùm tanquam lux ſplendens, at non vrens, hic vrens, ſed à ſe nequaquam lucem mittens, fauillaſve proiiciens, vtrinque ſint diuiſa; nimirum, in Matrimonio, vbi debitis circunſtantiis, ne decet, obſeruatis, luxuriæ quidem ignis ſopitus prorſus manet, quin luceat, vel cernatur; flamma verò Sacramenti, quin vrat, vel diuexet.

N. 8. *Vox Domini concutientis deſertum*; coniungit idem Pſaltes in Ordinis Sacramento; nam quemadmodum in deſerto cum arbores ſcinduntur omnis locus circumfuſus concutitur, & tremit, ſic cum homines à reliquis diuiduntur & ſcinduntur vt Ordines ſuſcipiant, omnis orbis Chriſtianus ob ieiunium quatuor temporum quodammodo mouetur, pulſatur, & contremit. Finit autem Rex Propheta.

N. 9. *Vox Domini præparantis ceruos, & reuelabit condenſa, & in templo eius omnes dicent gloriam.* In vltima Vnctione. Nam ſicut cerui agiles veloces ſaltus edunt; vnde forſitan & ſyluæ in quibus illi degunt, vocati ſaltus ſolent; ſic oleo ſancto anima in gratia delibuta, aromatum vſque ad montes hilariter A tranſilit. Vnde aptè colligatur de Domino hacce voce conſpicuo in Cæli monte; *Et reuelabit condenſa*, id eſt, nubilis Sacramentorum amotis ſeſe pandet; *Et in templo eius omnes dicent gloriam.* Quid enim niſi gloria cantabitur in gloria? quid niſi voces iubilationis in iubilo perpetuo? quid niſi *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, in domo ſanctitatis? Et quid tandem niſi Sabaoth, vel Dominus exercituum; in monte toto pleno ſpoliis fortitudinis, trophæis parti belli, exuuiis hoſtis victi, honoris palmis inclytis, vexillis famæ æternæ, & triumphi immarceſcibilis perpetuis monumentis; quæ de aliis nec cogitare beatam mentem ſinent.

Viden qualiter Sacramenta conferantur B ſeptem vocibus, ac ideo tonis muſicis, cum ſeptem voces Muſicæ ſint omnium fundamenta? Ita fuit prænotatum per Vincent. S. Vincent. Ferrar. Ferrarienſ. Dom. 2. in Quadrag. ſerm. 2. & S. Antonin. per Antoninum 3. p. tt. 14. cap. 1. à §. 3. quorum ſenſus inde fortior euadit, & robuſtior, quia in Pſalmo iſtarum vocum per omnes ferè verſus ſonante illatum ſono, & cantu tam ſuaui, de Sacrificiis tantùm agitur; incipit enim per hæc verba; N. 1. *Afferte Domino filij Dei*; id eſt, homines Sacerdotes; *Afferte Domino filios arietum*, hoc eſt agnos offerendos, per quos Gloſſa vnicũ Agnum, nimirum immaculatum, & antiquitus figuratum per omnia Sacrificia, intelligit Dei Filium; N. 2. *Afferte Domino gloriam & honorem; adorate Dominum in atrio ſancto eius*; C in atrio nanque erat altare holocauſtorum, vbi Deo Sacrificia aſſidue immolabantur; & finit per ſequentia; *Dominus diluuium inhabitare facit; & ſedebit Dominus Rex in æternum*, vbi de diluuio peccatorum ſedato Sacrificiis, ad ſeſſionem tranſit gloriæ. N. 10. *Dominus virtutem populo ſuo dabit; Dominus benedicet populo ſuo in pace.* Et de virtute data populo in bellicis conflictibus, ad pacem ſempiternam. Quid pulchrius pro re noſtra? Iuuat autem, nec communiter occaſio Pſalmi huius, qua fuit concinnatus; nempe templi conſummatio ad arcam Dei locandam, quæ quidem continebat vas illud manna plenum, figurans Euchariſtiam; ad cuius iam concentum propinquiùs accedamus.

DE MVSICÆ INDVCTIONE SPEÇIALI AD *Euchariſtiam, in eáque vt Chriſtus ſit muſicus completè.*

6. TAM ex Patre quàm ex Matre è quibus Chriſtus ſumpſit principia, quibus conſtat, videtur eſſe muſicus, ac Muſicæ ebibiſſe primordia naturalia; & aptitudinem, quæ requiritur ingenita ad res quaſque. Ex Patre, quia dicitur de Patre Pſal. 28. 3. ſempiterno; *Deus maieſtatis intonuit*; Ex Matre, quia *Magnificat*, vt aiunt primo tono cantauit, dum hanc prima concinuit Lucæ Luc. 1. 47. primo; *Magnificat anima mea Dominum.* In quo choros agitantem in ripa maris rubri D Mariam ſuperauit; Exod. 15 20 illa nanque ad animantis excuriati ſolam pellem, iſta verò ad Filium Dei iam carne ſua tectum, intonuit dulce melos; cuius ſono tantùm & nominis tùm in præſenti Enar. tum in reliquis, ac reliquis negotiis quibuſcunque in dęmones armamur; dicente ſic Bernard. apud S. Bonauent. in Natiu. ſerm. 1. Maria talis muſica, quę voce terr[...] dæmones. *Non ſic timent hoſtes aciem militia, quantumuis ordinata, vt dæmones pertimeſcunt Mariæ patrocinium, vocabulum, & exemplum.* Hinc priùs quàm Redemptor humanæ in carne vocis ſortiretur

inſtrumētum, eius nominis Ieſu qui primus typum geſſit, non ſolùm ob ipſum nomen, pertraxit duros lapides, & flumina repreſſit; cùm montes exultarunt, & flumina ſteterunt ab arcæ Dei conſpectu, quam ſecum deferebat, ſed etiam cæli orbes, & Solis equos nunquam cohibitos cōpreſſit; quemadmodum in Apologia Dauidis obſeruauit Ambroſij ponderatio; *Videtur enim Solem miniſtrum eſſe, non dominum, qui etiam voci ſeruiuit humanæ. Stetit tamen, quia in Ieſu & typum futuri agnoſcebat, & nomen.* Poſtquam autem carnis ſumpſit terrigenum indumentum, tam naſcens quàm & moriens non muſicam à ſe procul vtrobi habere voluit; illic Angelis cantantibus; hîc chordis ſoi cordis prædictis ſeptem vocibus ſeptem alias meliores, in ſeptem Crucis verbis tam altè decantando, vt Filius Dei ſit agnitus ex alto modulamine; Videns autem Centurio, qui ex aduerſo ſtabat, quia ſic clamans expiraſſet, ait; *Vere hic homo Filius Dei erat.*

Ob vocem Ieſu Sol ſtetit voci hominis.
S. Ambroſ.
Luc 2. 14.
Chriſtus muſicus quàm magnus, & quibus ex principiis.
B
Luc, 25. 39.

Cæterum Chriſtus ipſe illic vt cygnus bonitatis præueniens mortē candidam, harmoniæ plures fecit mæandros circumflexos in noſtro Sacramento, quàm ille de quo ait Ouidius in Epiſtolis.

Ouidius epiſtol. 7.

Sic, vbi fata vocant, vdis abiectus in herbis
Ad vada Meandri concinit albus olor.

Vt muſica ex elatione & depreſſione vocis conſtet, ac ſimul Euchariſtia.
Ioan, 6 51.

Nam ſi ex vocis elatione, depreſſionéque fit muſica, quæ alia poteſt dari tam vera, vt planè fuit Euchariſtica inſtitutio; vbi panis cæli ad terram & hominem deſcendit, homo verò ad Deum vſque eodem pane aſcendit, vt ait noſtrum thema; *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi*; terrena capiendo; *Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum*; cæleſtia conſcendendo. Quod in panis iam iſtius promiſſione dictum fuerat; *In me manet & ego in eo*; ille in me, quantùm fas eſt in vita ſubleuatus, ego autem quantùm licet in eo humiliatus. Et in formatione Chriſti corporis, de qua Ioannes aſſerit; *Et Verbum caro factum eſt*; ô mira humiliatio! *Et vidimus gloriam eius*; ô æqua ſoblimatio! hæcque per illa verba habitationis carnis Chriſti in medio collocata; *Et habitauit in nobis.* Quæ habitatio nullibi adeo completa inuenietur, quàm vtique in hoc pane, de quo Matthæi hiſtoria; *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi.* Nec muſicam tantummodo alternam & varietam hîc Chriſtos adinuenit, ſed ſimul alternantem, & affectus atque hominum ſtatus variantem. Amor enim ex opinione Platonis in Ficino *Suapte docet muſicam*, & eius eſt præceptor, ac ſummus choriphæbus; quia amātes humiliare, & amatos exaltare natura ſua nouit, & tradit peraſſiduè; ita vt nuſquam cum amore maieſtas vnà detur; vt teſtis eſt Bernardus, tum alibi, tum in Cant. ſer. 64. Ouidiúſque in fin. Metamor. lib. 3.

C
Ioan, 5, 54.
Matt, 28. 20.
Amor muſicam docet.
D
Plato.
Bernardus.
Ouidius.

Non bene conueniunt, nec in vna ſede morantur
Maieſtas, & amor ———

Amor norit humilitatē, & maieſtatem latè ignorat.
Ioan, 13, 5.

Vnde etiam cum hic cibus ſupremus amor ſit, de quo Ioannes inquit; *Cum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos*; id eſt, in Euchariſtiam, amoris Chriſti

A
finem; ideo Chriſtus ſummo iure in ea modos muſicos inſtituit, & reliquit ſponſæ dilectiſſimæ. In cuius ille initio ad pedes ſe ſuorum humiliter proiecit, quia amor huius muſicæ, varietatiſque gratiſſimæ magiſter magnus eſt; *Amor muſicam docet.*

7. Sed quomodo hanc ſcientiam cantandi, réſque etiam tam valde commutandi, compoſuit Chriſtus Dominus in iſto Sacramento? Profectò vt ſolet dici à Iubale repertam fuiſſe priſco tempore, incondito pro omnibus ingenij monumentis. Ad ictus nempe ferreos ſonantium malleorum, ad ſonitum & fragorem pœnarum diræ Crucis; vbi quando magis eum tortores cruciabant, pro illis magis ille, impenſiúſque orabat; quando ab vno plus latrone conuiciis petebatur, conſocio Regnum cæli donabat liberaliter; quando ab impiis crucifixoribus áceto, felléque & myrrha potabatur, ille ſiti ſaluationis illorum torquebatur; qua via dixit *Sitio*; qui aquam ex ſuo pectore profudit mox abundè; nam qui intra pectus pium habebat talem fontem, quid ampliùs ſitiebat? Et tandem quando ab eis feriebatur omnifariam, ſeptiformiter pro tranſgreſſoribus, & ſimul omniformiter (nam ſeptem cuncta ſunt in phraſi Scripturarum) poſtremis verbis ſeptem flectebat Patris animum auerſum tanto crimine, in Filium ipſius acto.

In Cruce & in Cænaculo vt Chriſtus tonos muſicos repererit ſuauiſſimè, ad ictus malleorum.
Ioan, 19. 28.
In Cruce quid fecerit Redemptor amantiſſimus.

Nec in Cruce ſolùm hoc exhibuit pientiſſimè, ſed priùs in cænaculo; in eadem quippe nocte, qua ad necem quærebatur, vt à viris circunſtātibus impeteretur dente liuido, canino, deuorante, ac dicitur in Pſal. *Circumdederunt me canes multi, tauri pingues obſederunt me.* Tunc ſeſe deuorandum hominibus conceſſit, & peſſimo cunctorum, vt dentibus illius in pane rumperetur; quod Paulus verbis iſtis oſtendit ad Corint. *Quoniam Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panem & gratias agens fregit, & dixit; Accipite & manducate; hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur.* Vel *datur* de præſenti, vt ait Lucæ textus; quia in Cœna de præſenti, ſe impiis ſub maiore illorum, Chriſtus tradidit.

Pſal. 21. 13.
1. Cor. 11. 23.
Luc, 22. 19.

Ad ſonitum inſtrumenti ex muſicis cuiuſdam manducari quondam agnum, in Euchariſtico ſuo Agno ſcribit Nouarinus. Quod verò modulandi ſic concinum inſtrumentum vt illud ab hoc Domino in eſu veri Agni percuſſum dilectiſſimè? Bene igitur Eucbariſtiæ ſubſeruit ars canendi & etiam mos antiquus cantandi menſæ tempore, de quo optimè pro conuiuio præſenti Eccleſiaſticus; *Gemmula carbunculi in ornamento auri & comparatio muſicorum in conuiuio vini.* Et Quintilianus lib. 15. in iſtum modum loquens; *Sed veterum quoque Romanorum epulis fidias, ac tibias, adhibere moris fuit.* Quam muſicam in hac menſa pro laudibus & gratibus exoptat D. Tho. in hymno Eccleſiaſtico,

Cum muſices conuiuia priſcorum miniſtrata.
Eccleſ 32 7.

Sacris ſolemnijs iuncta ſint gaudia;
Et ex præcordijs ſonent præconia;
Recedant vetera, noua ſint omnia;
Corda, voces & opera.

Nam

Nam ex cordibus & præcordiis præconia decantata gratiarum ſunt iucundæ & plurimæ actiones; & actiones tam exquiſitæ, ac nouæ, quàm eſt noua hæc cœli modulatio; ad quam optima cum ratione hic Angelus ſcriptor expoſcit cuncta noua; quod A curioſis concionandi ſuppeditabit campum latum, & ſucco non ſterilem; *Recedant vetera, noua ſint omnia; corda, voces, & oper.* Quæ te cibi, cantúſque tam aptè coniunctorum materiam proſequamur.

QVOMODO MANVS, CLAVISQVE SIT CANTICO *Euchariſtico, & qua claui decantari oporteat hoc Myſterium.*

8. PER manum ſeptem vocum ternario diſtributam, vt norunt vel pueruli hac arte iam imbuti, incipitur gratiſſima ſcientia concinendi; quam manum in primo limine concentus Euchariſtici & Dominum obſeruaſſe cuicunque ſatis liquet; ac ex verbis ſacri Canonis; *Qui pridie quàm pateretur, accepit panem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas*; notorium mundo eſt; vbi iam inſtituturus hoc canticum Diuinum, à manu, ſeu à manibus exordium firmum ſumpſit; manû manui ſuperaddens, vtrâquéque examinans, dum eas ſanctas ac venerabiles ante muſicam tam altam hîc tacitè probauit; & omnibus probatam, teſtatámque expoſuit illarummet munditiam à labe prorſus deuiam. Quod cunctis hoc edulium vllatenus tractantibus attente eſt ponderandum, & nimiùm formidandum.

Vt manus ſit in Muſica, & ferculo Euchariſtico.

Hæc manus, quam initium iſtius cantus poſcit; *Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat.* Claus autem quam Propheta exprompſit per hanc vocem; *Et dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius.* Quam intelligi de Chriſto in ſenſu literali, ex partium numeratione ſufficienti, pro vt dicunt, ignotum puto nemini; ex eo quia Dauid non legitur in humeris portaſſe clauem vllam; ſed ille magnus paruulus, qui ibi paulò ſupra promiſſus nobis fuerat, & ſimul largè datus; *Paruulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humeros eius.* Quique à ligno ſuper humerum regnare tandem cœpit, ſeu regnum conſummare; cum omnia mundi traxit ad ſe in ligno Crucis ſæuitia conclauatum. Quæ quidem Chriſti Crux D in clauem tunc conuerſa theſauros inauditos & hominibus incognitos aperuit profuſiſſimè. Nimirum cæli fores ad impios, vel latrones & quoſque ſceleratos in illud immittendos; *Hodie mecum eris in paradiſo.* Inferni poſtes æreos ad animas Sanctorum exinde eripiendas; *Deſcendit ad inferos;* multorum Patrum tumulos, vt etiam illorum corpora cęleſtibus inſerret. *Et multa corpora ſanctorum qui dormierant ſurrexerunt*; atque omnes Prophetias; pręterttim quæ habentur in Pſal. 21. *Foderunt manus meas; & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.* Cum aliis multis ibi ſummopetè notandis, & in Pſal. 68. nil minùs appendendis; ex quibus duas ſumam pro Cruce & Euchariſtia. Pro Cruce, quæ ſic ait; *Et de-* B *derunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto.* Pro Euchariſtia quæ pręmittitur; *Zelus domus tuæ comedit me,* Nam zelus domus Dei in cibo comeſtibilem illius natum fecit; qui etiam Crucis claue Sanſoniſcam ſiguram de melle in ore mortui leonis patefecit: nam quando tribus Iudæ in Cruce leo mortuus, tunc omni melle dulcius in ore nectar habuit, quod iuſſit frequentari; *Hæc quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis.*

1. Cor 11.28.
Iſai 22.22.
Crux Chriſti clauis Regia & quidnam reſerauerit.
Iſai 9. 6.
Ioan 12. 32.
Luc 23 43.
Matt. 27 52.
Pſal. 21, 18, 19
Pſal. 68, 22. & 10.
Iudic 14. 14.
Luc. 22. 19.

9. Quapropter clauis Crux Euchariſtici Myſterij; ſi enim in cantu clauis eſt, quędam illius nota, qua eius velut claue ſecreta reſerantur, cantoréſque percipiunt vt canere ipſi debeant, quemadmodum eſt alumnis ſcientiæ talis patulum, ſcriptumque tam bene, quàm breuiter & cõpletè lib. 5. tract. 2. cap. 2. Margar. Philoſophiæ, nil dubij C Crucem clauem in Cruce, & Euchariſtia in illa quia aperuit myſteria recenſita; in iſta verò quia nunc aperit de pręſenti, & aperiet in futurum, quibus modis & rationibus hîc adſit corpus Chriſti; nec tantùm quia aperit pręḋictas rationes, in hoc opere Euchariſtico multoties indicatas, ſed etiam quia operit ſub accidentibus duobus huiuſmodi exiſtentiam; claues enim ad reſerandum & obſerandum ſunt idoneæ, ac ideo ad aperiendum, & operiendum res quaſcunque.

Margar. Philoſoph.
In muſica Euchariſtica quæ clauis ſit ex tribus conueniens eius cantui.

Sunt autem claues tres & eæ diuerſiſſimæ in arte Muſicali, quæ Naturæ, Bequadrati, Bemolliſque vocantur; de quarum ethymologia cap. 4. loci proximi Margarita Philoſophica. Quocirca per quam debeat Euchariſtia decantari nunc iuuat exquirendum. Et quidem non per primam, naturæ nempe clauem; non etenim natura operatur ſuis viribus quod ſolis Dei conſicitur in aræ Sacrificio. Per Bequadrati eodē modo; multis nanque ex Redemptoris diſcipulis non placuit nec arriſit, vel quadrauit; imò potiùs maximoperè diſplicuit & diſſonuit huiuſmodi Myſterium; *Multi ergo audientes ex diſcipulis eius, dixerunt, Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire?* Ergo ſolùm per Bemolle cantatur Euchariſtia; quia mellis & mellita ſuauitas illius; ita vt etiam plus guſtari à Sanctis viris queat, quàm dici ab eloquentibus, & ab omni mundi iuncta facundia declarari; non enim ſermo eſt quo poſſit comprehendi incomprehenſibilis dulcedo; niſi guſtus & experientia cum verbis coniungantur; cum neque mellis dulcor eloquiis exprimatur, niſi priùs mẽs per guſtum

Ioan. 6. 60.

edocta formet aliquod iudicium de re tali; A vt in Pſal. 33. Baſilius S. ait; *Sicut mellis natura vires ſuas haud quaquam exerit, & repræſentat ſermone, quàm ipſo ſenſu guſtus; ſic nec verbi cæleſtis ſuauitas humana doctrinæ verbis tradi euidenter poteſt. Non enim niſi veritatis dogmata diuino examine probauerimus, poterimus vnquam noſtra experientia Domini ſuauitatem intelligere*, quamobrem dixit Pſaltes; *Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus.*

S Baſilius. Dulcedo quãta mellis, & cæli quàm ingenior.

Pſal. 33. 9.

Hinc laodes Euchariſticæ vel nullæ, vel pauciſſimæ (idque cum fuit tantùm promiſſa de futuro) leguntur in Dei pagina, quia nullę poſſunt laudes laudare cibum tantum, dulcedinémque eius pro meritis æquare, vel etiam delibare. In quo fuit prçnotata ab arbore vitali, quæ præ reliquis cum ſola prçconiis excelluerit, vt arbor vitæ hominum, B ſalutiſque contentrix, à Moyſe tamen aliis non parum celebratis; *Produxit Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum viſu & ad veſcendum ſuaue*, hęc ſola incelebrata, & inſalutata diuulgatur; *Lignum etiam vitæ in medio paradiſi.* Quid pulchrius, vel concinnius pro laudibus, quæ ſummæ debentur huic myſterio? Non enim caſu hoc, ſed ideo planè factum, quia laudibus tam digna hęc duo vitæ ligna, vt propterea de eis nulla elogia inueniantur; quò meliùs ſub ſilentij velamine pateſcant, & ſub cortina videantur.

Cur laudes ligni vitæ & Euchariſtiæ non leguntur.

Gen. 2, 9.

Nec diſſonat Rex Vates Dei laudes prçconizans initio Pſalmi illius; *Te decet hymnus Deus in Sion*; dum pro *hymno* in lingua Sancta & Hieronymi verſione ſilentium reperitur *Tibi ſilentium laudis Deus in Sion* Nam haudquaquam cum ſilentio miſceri poſſunt laudes, vel iſtæ proculdubio ſileri & ſepeliri; quin ſilentium ea de cauſa in voces profundatur, ac ideo deperdatur; qua via iam ſilentium ſilentium non exiſtit, ſed fuſa prolocutio; vel laudes tumulatæ opprobria non reddantur; opprobrium quippe eſt tacere quod oportet laudari, & prędicari: niſi tales eſſent laudes Pſalmographi in hoc loco, vt plus ſilentio quàm eloquentia, & plus tacendo quàm dicendo valerent commendari. Hoc verò notantiſſimè in ſacro Sion monte, quo Chriſtus plenum iubilis & hymnis perexcelſum inſtituit hoc Myſterium, vt nec iubilis nec hymnis quantumlibet Angelicis laudari ſatis queat; quo fit, vt ſolo muto ſilentio celebretur; *Te decet hymnus Deus in Sion.* Tibi ſilentium laudis *Deus in Sion.*

Pſal. 64 1.

Vt ſilentio meliùs laudeo quàm omni cum eloquentia, Diuinæ prçdicentur.

Sanè dictum vitæ lignum, cuius ſuauitas tacetur, in ſe omnes ſuauitates continuiſſe Enar. illius demonſtrauimus. Et Euchariſtiam nihilo ſecius, cuius certè in Euangelio encomia conticeſcunt. Vnde Paſchaſius ad Frideg. mel petram promanantem, & mannæ ſuauitatem omnigenam cõſiderans, Deuter. 33. & Sapient. 16. in iſtum modum fatur; *Notandum quod hoc frumentum, corpus videlicet Redemptoris, omnes delicias in ſe habet. Vnde quod de petra typicè manauit, nunc mel, nunc oleum, nunc aqua variè dicitur, quia quidquid ſpiritualiter prægustare poteris, hoc totum ibi inuenies.*

Deuter 33 13 Sap. 16. 20. S. Paſchaſ.

Vt cantus idem viceuerſa non habeat manus computum; Compaſſo *vocitatum; vtque amoto illo, per omnes claues rectè, & optimè cantetur.*

10. Est in muſica à re muſica & auris puro ſono declinans quędam clauſula, & conditio ſine qua non, ars talis dari poteſt; quæ viſui plus & tactui obedit, quàm auditui; quæ vulgariter *Compaſſo* & Latinè manus computum, communiter vocatur; quia ad illud interualla Muſicorum computantur; quæ ipſi, vel canendo, vel pariter tacendo & tempora expectando, ad nutum manus ſui expectant prçcentoris. In quo muſicam à re muſica affirmo declinare, quia aurium attentionem tranſgrediendo ſibi propriam, tum viſui, tum & tactui illius manus credit. Noſtra verò tanquam purior ſimpliciórque cantatio, nihil aliud niſi cantum ſuauiſſimum concernens, *Compaſſo* nullum habet, ſed potiùs *Deſcompaſſo*; nec computum, ſed computo manuali auerſionem; auditui & voci Chriſti dumtaxat fidem prçbens; *Fides enim ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti.* At Chriſti vox quid ſonat? *Ego ſum panis viuus; qui de cælo deſcendi; ſi quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. Accipite & comedite; Hoc eſt corpus meum.*

In muſica Euchariſtica vt *Compaſſo*, ſiue manus non detur vllum computum.

Rom. 10. 17.

Ioan 6 51.

Matt. 26. 26.

C Ergo voci demus aures & ipſi obtemperemus, non autem manus computo, contactuíve fallaci aſpectum referamus; nam voci veritatis adamuſſim obſecundantes nequaquam diſſonabimus; imò rectè cum humanitate & Diuinitate Saluatoris, vt Angeli hęc videntes, etſi Fidei per ſpeculum, æqualiter cũ eis in choro Dei cantabimus; quemadmodum irrationalẽ, & craſſum manus tactum (nam craſſum & irrationale quod datur & iumentis) huic cãtui adiiciendo, à cęli recto ſono æternùm deſciſcemus. Qua de re illuſtris extat Iſaaci figuratio, quam Antoninus 3. p. tt. 14. cap. 5. §. 3. ſic exponit. *Sicut olim in cibo illo Dei viro præparato deceptus eſt omnis ſenſus, auditu tantum dempto. Viſus, quia caligauerat; odoratus quia fragrantiam veſtimentorum Eſau ſenſit; Guſtus quia ab ipſo filio æſtimauit cibum oblatum fuiſſe præparatum; tactus, quia manus (inquit) manus ſunt Eſau, propter pelliculas hædorum, quibus manus cooperuerat, & auditus ſolus manſit à deceptione tali liber; vnde etiam ſenex dixit*; Vox quidem vox Iacob eſt, manus autem manus ſunt Eſau. *Sic in iſto Sacramento decipiuntur ſenſus reliqui coniecti in accidentia, ſed auditus non decipitur, cum audit à Dei Filio* Hoc eſt corpus meum; *& ideo in hymno feſti iſtius decantatur*; Ad firmandum cor ſincerum ſola fides ſufficit.

Gen. 27. 22.

S. Antonin.

Quot ſenſus decipiantur & quomodo in Euchariſtia.

11. Quo ſuppoſito de manus actione contemnenda, & voce ex Chriſti ore firmiſſimè tenenda, per omnes cantus claues cantatur Euchariſtia; & in primis.

Per

In naturantem & naturatam natura condiuiſa.

Per naturam; quia natura in naturantem, naturatámque diuiditur, vt terminis & verbis in Harmonia ſua mundi nũc vtar noſtri Veneti. Quarum prima eſt Creatoris, naturam naturantis, informãtis, atq; ipſi donantis efficaciam; ſecunda verò creaturarum, quæ naturam naturatam, & à Deo conſtitutam, iuxta limites ab eo indultos tantùm habent. Vnde natum, quòd ſi noſtri Sacramenti conſonantia, per naturam naturatam & limitatam, quæ ad homines ſpectat concinatur, tunc non poterit extra fines naturæ decantari; ſi verò per naturam hoc fiat naturantem, quæ pertinet ad Deum, & vltra cunctos terminos naturæ dilatatur, tum plana quæque ardua, faciliáque reddentur. Quod ex tribus exemplorum videndis vel à cæcis ſpeciebus, patefaciam; nimirum tam à rebus naturæ, quàm ab artis, & tandem à rebus gratiæ perfacilè aſſumptorum.

Naturæ quantùm partuum tranſmutationes famulentur Euchariſtiæ Sacramento. Ludouic. de Camoeñs.

Videmus namque ſemper in fœtibus naturæ in alios verti alios; nam ex floribus, vel rore dilapſo ſuper flores, mediantibus apiculis, dulciſſimum mel prodit. Ex terra Solis radiis adacta fuluum aurum, & omnium rerum terræ ſpendor, atque decor; à cunctis hac de cauſa ardenter conquiſitum; & multis non conceſſum, vt ſcitè velut ſemper Poëta dixit noſter; *O metal que a fortuna a tantos nega.* Et ex cibis intercedente ſtomachi calore, quantumuis non ſint carnei, humana caro, & ſanguis formantur naturaliter. Quòd ſi tanta potens eſt efficere natura, quid faciet eius auctor?

Artis quantùm famulatum eidẽ Sacro præbeant.

In rebus verò artis redundat illa celebris, ex putridis & ineptis ad alia linamentis, confectio papyracea; tam pulchra, tamque vtilis, vt ſi viſa & frequẽtiſſimè à nobis non exiſteret; haudquaquam crederetur. Et illa quoque vitri non parùm admirabilior; quę ex herbis atque ſaxeis lapillis pręparatis, rem quidem paulò minus, ſi venuſtatem & facilitatem materiæ tu conſideres, miraculoſis inferiorem, humano flatu edit.

Et gratiæ quantùm ipſæ, ſubſeruiant, ancillentur.

In rebúſque poſtremò diuina factis gratia, nõ pauca neque parua ſe offerunt exempla, è quibus nunc abundent conuerſa in vinum aqua, & virgæ Ducis populi in colubrum veriſſimum, ac colubri mox facilè in virgam, & priſcum baculum, cui ipſe innitebatur; cum nec virga quid ſerpentis, nec ſerpens quidquam virgæ habuerint interea.

Vt ergo non faciliùs conficiet ſummus Dominus, quod ſeruus faciebat? Eſt igitur tranſſubſtantiatio Euchariſtici Myſterij ſuauis quædam muſica concenta per naturam; in Deo, qui eſt verè natura res naturans; eidémque pro libito naturas diuerſificans. Hæc ſanè D. Tho. cap. 11. in opuſcul. de Altaris Sacramento; & Antoninus 3. p. tt. 14. cap. 5. §. 1. quibus ſimilis eſt textus in cap. *Re vera*; de Conſecr. d. 2. Sed in incredulos cum D. Tho. hîc proximè allegato hæc omnia intorqueamus; *Cum vtique (ait ille) irrationalis creatura, & inanimata, ſcilicet panis, mutatur in melius, ſcilicet in corpus Chriſti, virtute verbi Dei, mirum, quòd peccator homo nec multis rebus nec beneficiis, nec comminatione, nec promiſſione conuerti velit de mala vita ad bonam.* Et adde ſit libuerit; *De mala Fide ad bonam.*

D. Thom. *S. Antonin.*

12. Deinde poſt pręiactum pręd ictum fundamentum, per clauem Bequadrati cantatur Euchariſtia. Nam ſi Iudas & Iudæi ab illo manuducti, vt primus atque primi hæretici in hunc cibum, de illo protulerunt; *Durus eſt hic ſermo* quod illis non quadrauerit, quadrauit certè tunc diſcipulis fidelibus, & Petro illorum capiti; qui à Domino quæſiti, vtrum vellent cum incredulis ab illo ſeparari; *Nunquid & vos vultis abire?* pro eis tanquam caput reſpondit vnus Petrus; *Domine ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes, & nos credimus, & cognouimus, quia tu es Chriſtus Filius Dei*; id eſt, potens ad ſoluendum quæ dicis, & promittis. Dicis verò vitæ verba; *Ego ſum panis, qui de cælo deſcendi*, cum multis huius generis; quibus ego iam ex nunc mirandum in modum credo.

Ioan. 6. 60. *N. 67.*

Vt Muſica Euchariſtica per Bequadratum decantatur.

Attende Petri & Iudæ diſtantiam, & diſſonantiam; in vna & ipſa re, ab ipſiſque præſentibus & conferentibus hominibus tam variè & diuerſimodè accepta, ac intellecta. Iudas quidem cum Iudæis prædulcem cæli panem à Chriſto tot encomiis ibidem prædicatum, duritie petram illum patenter reputando, in proximo illo verbo *Durus eſt hic ſermo*; ac ideo mortis panem; qui vt petra lapidabat, vulnerabat, atque vitam cum ſanguine fundebat; ſi Chriſti vocem addas; *Et ſanguis meus verè eſt potus.* In quo ipſi tantùm planè, non panis durus fuit; nam panis vitę & cæli, proptereáque dulciſſimus natura ſua erat; *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi*; Ipſi, inquam, tantùm duri, & patentiſſimè ſuperbi; dum Chriſtum non rogare & interrogare de hoc dubio, ſed tantummodo incuſare, & ſubſannare geſtierunt; quem ſi humiliter interrogaſſent, doceri meruiſſent; & vt diſcipuli credentes in Fide permanſiſſent. Infideliores proculdubio, peioréſque diabolo; nam diabolus dicebat, volebat, & credebat, quòd Chriſtus duros lapides in panes commutaret; *Dic vt lapides iſti panes fiant*; iſti verò Chriſto panem in lapidem verterunt, ac vitę ſuſtentaculum in mortem peruerterunt; *Durus eſt hic ſermo*:

Iudæi quatenus infideliores, peioréſque diabolo.

Math. 4. 3. *Ioan. 6. 60.*

Nec tamen aliuſmodi conſiderans hoc, miror; ſi enim filios Abrahæ, Deus poteſt de lapidibus, vt velit, ſuſcitare, hi certè filij Abrahæ vt lapides tunc erant; qua vel etiam de præſenti duritia perſeuerant, perſeuerabúntque in poſterum, vt canit Rex Propheta; *Conuertentur ad veſperam*, nimirum durè, & tardè; *Et famem patientur vt canes*; quia canes petram mordent, cum duriùs excandeſcunt. Petrus verò, qui tam nomine, quam animi vigore, & officio eſſendi petram Eccleſię vniuerſalis, petra erat ſummi pretij & valde multiformis, vitę panem exiſtimando Sanctiſſimam Euchariſtiam; nec durum ſed Diuinum & mollem ac dul-

Pſal. 58. 7. & 15.

commimis. De quo Petti & Iudæorum iudicio diſpariſſimo, multi multa meditantur Ioan. 6. cap. quos Guetricus comitatut de S. Benedicto ſerm. 1. in iſtum modum loquens. *Durus eſt, inquiunt, ſermo iſte. Eſto ſermo durus eſt, nunquid non pretioſus eſt? Quare autem veritas dura eſt tibi, niſi propter durtiem cordis tui? Si cor tibi pietate molleſceret, plus tibi ſoliditas veritatis, quàm vanitas mendacij; vel oleum adulationis placeret. Et erat quidem petra Chriſtus, ſed virtute non duritie. Erat petra ſed quæ conuerti poſſet, imò conuerſa eſt in ſtagna, vel fontes aquarum, vbi mollia & humilia, quibus influeret inuenit corda Fidelium. Nam & iſti, qui tam cito offenſi quadam ſpecie duritia retro abierunt, ſi permanſiſſent cum Apoſtolici bibiſſent forſitan cum eis de conſequente vos petra, oleumque de ſaxo duriſſimo.*

Guetricus.

Petra & panis quonammodo ſit, ſimul Euchariſtia.

B 13. Sed bene duæ hæ voces exteriùs pugnaciſſimæ, negotio ſatis facili tedibunt conſonantiæ; ita vt tandem valde quadrent; per Bequadtatúmque cantentut; ſi interiùs panem & petram exiſtere hoc edulium à nobis pondetetur; panem equidem ad cibandos, qui debitè manducant, petram verò ad contetendos, qui indebitè apptopinquant. De quo celebtis figura in Gedeonis actis legitut, cuius gladius cuidam militi in caſttis dormienti per ſumnium viſus panis; *Vidi ſomnium; & videbatur mihi quaſi ſubcinericens panis ex hordeo volui, & in caſtra Madian deſcendere; cumque perueniſſet ad tabernaculum, percuſſit illud, atque ſubuertit, & terræ funditus coæquauit.* Cui alius Madianita commilito teſpondit; *Non eſt hoc aliud, niſi gladius Gedeonis, filij Ioas, viri Iſraclitæ. Tradidit enim Dominus in manus eius Madian, & omnia caſtra eius.* Sed quomodo erit gladius, qui ſimul panis eſt? vt ille qui nos reficit, refectos interficiat? & ex ferculo vitali in feretrum vertatut? Erit certè in pane iſto, qui gladius malis eſt, & bonis panis dulcis. Ita S. Betnardinus tom. 1. ſerm. 1. art. 5. cap. 1. fer. 5. in Cæn. Domini; *Caſtra igitur Madian malorum deſideriorum prauitates ſunt, quas ſubuertit ſubcinericeus panis; id eſt, hoc Sacramentum, qui panis vita eſt, & ſubcinericeus per memoriam humilitatis Paſsionis Chriſti.*

Iudic. 7. 13.

Vt panis atque gladius ſit cibus Eucharisticus.

S. Bernardinus.

Magallanus in hunc locum ſect. 1. n. 117. appoſitè connectit, & Chriſtum pane hoc adinſtar Gedeonis aduerſos debellaſſe, & panem tanquam eius ex alto deſcendiſſe; *Ego ſum panis viuus qui de cælo deſcendi*; vt impetu proſternetet tartareas poteſtates, qua hora dixit turbis, *Sed hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum. Etiam Chriſtus ſi paſtus (ſcribit Magallanus) qui panis vitæ eſt, lætitiam quandam & alacritatem ad ſuperandum expertus eſt; qua deſcendens de monte Sion, ſicut panis de monte, ita corroboratus eſt; vt venientes contra ſe Romanorum Iudæorúmque cohortes ſolo vocis ſonitu obſtupefecerit, & retrocedere compulerit, nunquam reſurrecturas, niſi benignus Dominus reſurgendi feciſſet poteſtatem. Nec mireris, quia cum ipſe Dominus per Ioannem dicat;* Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi; *apertè ſignificat, ſe è cælo in terram, vbi caſtra erant Madianitica, propter peccata de-*

Ioan. 6. 51.

Luc. 22. 53.

Coſm. Magallanus.

A *teriora, deſcendiſſe; vt bonos nempe paſceret, & impiorum tabernacula ſubuerteret.*

14. At quia in cantu ſumus, huius artis loco alio rem ipſam confirmemus. De montis Sancti culmine deſcendebant olim Moyſes, & Ioſue Dux ſecundus exercitus Iudaici; cùm populus in circulum cornuri illius vituli; Iudæorum Dei quàm aptè (quandoquidem Sanctiſſimum, & pientiſsimum ſalrem hominem, qui cunctos ſoſpitabat, Dei Filium proiecere, & Deum ſibi inanimem, irrationalem, & cornupetam, impetere cui proprium, tam pridem ſe legere) ducebant choros hilares, choreáſque lætiſsimè agebant in circuitu. Diffusè, latè, & amplè ſonabat dictus clamor; quem audiens dixit Ioſue; *Vlulatus pugnæ auditur in caſtris*; Moyſes verò non belligerum putauit vlulatum, ſed muſicã ſuauem; *Non eſt clamor adhortantium ad pugnam, ſed vocem cantantium ego audio.* Res mira, quòd idipſum tam variè accipiatur. Verumtamen quid noui? mirandum quid ve etiam? ſi in bellum ſonos audiens propendeat vir bellator? ad pacificámque muſicam pacificus ac mitis accedat S. Moyſes? Ita malos non demitor hunc panem petram dicere, nec bonos panem vitæ; cum vtrique prout ſunt ſententiam ſuam fetant; imò potiùs, prout eſt edulium Sacro-Sanctum; nimirum, lapis malis, at bonis dulcis panis, vitalis, & cæleſtis, de quo ſecundum thema; *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi.*

Exod. 32. 18.

Vt bellum ſit & muſica pro auribus diuerſis.

Nec diſſonat ab hoc ſono, ille alius, qui
C pro Chriſti auditus eſt præconio. Ioan. 12. quem tonitrum turba credidit, alij autem vocem Angeli, in Chriſti teſtimonium; vbi ex vna tantùm voce tot voces prorupere; turbæ quidem, quæ frequentet in cogitatibus eſt rudis, rudentem exiſtimantis tonitrum inſonuiſſe; aliorum verò qui delicatiùs atque altiùs res quaſque contemplantur, putantium vocem Angeli dilapſam Chriſto eſſe; vnde & vni tantùm voci diuerſæ voces quadrant; & diuerſitas Euchariſtiæ Ioan. ſexto cap. per Bequadratum conſonantia aptiſsima cantatur.

Ioan. 12. 28.

Et ſimul vt vox Angeli, tonitruuſque ſit horridus.

15. Sed tandem per Bemolle cantatur Euchariſtia, non ſolùm ex Chriſti corporis præſentia prædulciſsima, & ſuper quæque mollia vel mitia longè miti: hæc enim ſi ſtrictim & propriè ſit loquendum non adeo
D decantatur, quàm potius nullis poteſt præconiis decantari; & præ ſui dignitate idoneè commendari; ſed ex dulci circumſonantium cæleſtium muſicorũ, qui ad ſuum Imperatorem conueniunt venerandum; & hymnodia concinniſsima, occulta licet nobis, perpetuò famulandum; vt teſtes viri ſunt litigio nullo magni, & exceptione quauis obuia ſuperiores non vulgaritet. E quibus vnus eſt S. Vincent. Ferrat. de corp. Chriſti ſerm. 1. vbi noſtram lippitudinem, ſurditiémque qua tem amittimus tam dignam auditu necnon viſu, incuſat, & deplorat. Alius autem S. Gregor. Dialog. lib. 4. cap. 58. *Quis Fidelium habere dubium poſsit (tam indubitatum & cunctis patulum*

Dulciſſima & frequentiſsima Angelica melodia ex ferculo Euchariſtico.

S. Gregor.

exiſti nat

exiſtimat hanc rem) in ipſa immolationis hora ad Sacerdotis vocem cælos aperiri; in illo Ieſu Chriſti Myſterio Angelorum choros adeſſe, ſumma ima ſociari, terrena cæleſtibus iungi, vnumquid ex viſibilibus, atque inuiſibilibus fieri? Tertius autem iſtis poſterior, & aureus vir Eccleſiæ, quo illa tam exemplis quàm verbis valde rutilat, Chryſoſtomos lib. 6. de Sacerdotio ſic ſe habens: S.Chryſoſt. *Per id tempus, & Angeli Sacerdoti aſsident, & cæleſtium poteſtatum vniuerſus ordo clamores excitat, & locus altari vicinior in illius honorem, qui immolatur, Angelorum choris plenus eſt.* Quod repetit in acta hom. 21. & alibi non rarò; ita tandem vt vbicúnque hoc corpus conſecratur, accurrant tales aquilæ; quo niſus ad Cor. hom. 24. exponit Matthæi verba; Matt.24.28 *Vbicúnque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ.* Cui Hugo Card. ad illam Regis Vatis perſimilem ſententiam; Pſal. 77.27. *Pluit ſuper eos ſicut puluerem carnes, & ſicut arenam maris volatilia pennata;* ſubſcribit, dum per carnem intelligit hanc Chriſti in aras compluentem, & per volatilia Sanctos Angelos ad eam conuolántes. Nec malè, cum non viſa, nec vſpiam data carnis deſcenſio pluuioſa, hîc ex nubibus miſericordiæ quotidie diffundatur.

Quæ dicta miro alio Galatini roborantur lib. 10. cap. 7. de arcanis Sacræ paginæ; vbi refert ex maioribus veritatibus Hebraicis, plus ſtatis & defixis in mente Iudæorum; quòd cum olim Rabi Simeon, ante aduentum Ieſu Chriſti, in duplici ſpelunca orationem Deo funderet, apparentem ſibi vidit, ac veluti Pontificem rem Sacram facientem, Angelis multis concinentibus Eliam circunſeptum, quem de Sacro quod agebat vir ille ſciſcitatus, reſponſum tale audiit: Galatinus. *Hoc eſt Sacrificium, quod poſtquam venerit Meſsias, facient Sacerdotes coram Deo Sancto. Quod vbi illi exercebunt omnes Sancti audientes illa Sacroſancta verba ex ore Sacerdotis contremiſcent, dicentque:* Pſalm.8.1. Domine Dominus noſter quàm admirabile eſt nomen tuom in vniuerſa terra; quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos. *Tunc Angeli variis inſtrumentis coram Deo Sancto & benedicto laudes maximas edent, dicentes; Sanctus; Sanctus; Sanctus.*

Angelis quantùm circunceptum ſit ferculum Euchariſticum, ex traditionibus Hebraicis.

Nec Sacris in eloquiis veritatis huius ſolidæ deficiunt teſtimonia. Nam in verbis Iſaiæ ſpiritibus Seraphicis vallatum Deum ſcimus ad templum deſcendiſſe; qui deſcenſus non obſcurè quotidianũ & hodiernum

A deſcenſum Chriſti exprimit ad altaria, quæ per orbem deſeruiunt Miſſæ Sacro; quiforcipe de altari carbonem, ſiue calculum ex ipſis tulit vnus; Iſ. 6. 2. quo in loco conſtitiſſe Dei thronum, de quo Vates pertractat, coniectatur; nã altare Dei eſt thronus; & Deus ille qui ex altari carbones mittit igneos, & calculos ſplendidos deuotionum comburentium, & illuminationum collucentium in animas Fideles; hoc autem Chriſti corporis ibidem conſecrati potentia & efficacia; vnde hunc calculum & carbonẽ fuiſſe Chriſti corpus Prophetæ demonſtratum, in Paradiſo latè diximus; & dicitur ab Angelo nec Angelis inferiori, nec Euchariſtiæ irreuerentiori Angelico Doctore opuſc. 58. cap. 22. Idem qualiter probetur ex locis Scripturæ. B Itaque quòd ſimulac hoc corpus in altari fit præſens, ſint præſentes Spiritus Angelici, cantantes magno choro & iubilo quod illic Seraphici extulere; N. 3. *Sanctus, Sanctus, Sanctus; Dominus Deus exercituum; plena eſt omnis terra gloria eius:* nimirum per hoc Sacrum, quod ab ortu Solis vſque ad occaſum in omni loco Sacrificator, in Vaticinio Malachiæ. Malach.1.11 Vnde factum eodem puncto quo corpus hoc apparuit, apparuiſſe multas quoque phalanges Angelorum, laudantium Deum, & dicentiũ; Luc. 2.13. *Gloria in altiſsimis Deo & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.*

Hinc Chriſtus ſui corporis in cæna conſecrati ſe Angelum ſeu cantorem efficit in Matthæo; Matt.26.30 *Et hymno dicto exierunt in montem Oliueti;* id eſt, in montem olei, pinguedinis & dulcedinis. Vt Chriſtus ſui corporis effecerit ſe Angelum, & primum concentorem. Debẽtur quippe ſemper huic C cibo tam mirifico Bemollica præconia, quę vtique ſoluemus, ſi rectè vitę internę habenas direxerimus. Nam ex rebus bene geſtis eſt optima laudatio, de qua Propheta Regius Pſal. 32. 1. *Rectos decet collaudatio.* quemadmodum ex peruerſis peruerſę laudes prodeunt, de quibus in Prouerbiis; Prouerb. 11. 10. *In perditione impiorum erit laudatio.* Quare noſtri emolumenti proſpector ipſe Dominus, ſic arguit penes Pſaltem Sacrificos incurios; Pſal. 49.16. *Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meũ per os tuum.* Quam aſſumptionem per os noſtrum de Sacramentali intelligẽdam exinde non negabis, quia multis comminationibus eiuſmodi tranſactis his verbis finit pius Chriſtiadum obiurgator; *Sacrificium laudis honorificabit me,* D *& illic iter, quo oſtendam illi ſalutare Dei.* Quę exponi de Euchariſtia non ſemel explanauimus.

DE EFFECTV PRIMO MVSICÆ, AD dæmones terrendos.

16. EX inferioribus ad ſuperiora, naturę iuxta methodum aſſurgere conducit; ſicq; inferis quantùm Muſica Euchariſtica aduerſetur vtcũnque contingamus; vt ſupra cum Dauidis hoc cantu delibauimus, diabolum ex Saule melodia depellentis; & cum alio quem Eliſæus Cantãti ſibi fecit, vt ampliùs & faciliùs ſpiritu fatidico, & mirifico efficiendi miraculum 4.Reg.3.15. ſublime valeret inſufflari. Quod quidquid ſit de cantus potentia naturali, Euchariſtici vim ſanè ne dubites hîc prodi, ſi duorum iſtorum caſuum attendas circunſtantias.

Nam ſi in primo operationem ob merita Dauidis, vt æſtimat Lyranus, dicamus ac-

A ...uiſſe, Dauid Chriſti eſt figuratio, & ea tam expreſſa, vt iuxta cor illius prę omnibus dicatur; & Chriſtus eius filius præ cunctis Patriarchis, ita vt Dauid ſpiritualis Redemptor nuncupetur, Ierem. 30. n. 9. Ezechi. 34. n. 24. & ibidem 37. n. 23. cum aliis multis locis clariſſimis de hac re; vnde etiam operationes Dauidis Chriſti alias ad viuum præſignaſſe, vel cantum quo diabolum detruſit à Saule, Eucharisticum notaſſe ambigere non licet. Non enim effectus debet ſupremus legis veteris, vt ille prorſus fuit (nam dæmonis expulſio Diuina eſt introductio, & gratię conſtitutio, ac ideo ſpiritualis ſtatus ſummus apex) ſupremum legis nouę effectum atque miraculum, Eucharistia qualis eſt, eregionè non referre.

Reg. 13. 1. Act. 13. 22.

Dæmonibus quàm terribilis exiſtat Euchariſtia.

B Et in ſecundo ſi miraculi Eliſæani ſpecialitas, quo tempore Sacrificij miraculum eſt peractum, vt decet, obſeruetur, hoc clariùs eniteſcet; ſic nanque Dei eloquia loquuntur de re iſta; *Factum eſt igitur mane, quando Sacrificium offerri ſolet, & ecce aquæ veniebant per viam Edom, & repleta eſt terra aquis.* Nam ſi omnia Sacrificia; vt ſæpius dictum eſt, ſignificabant Eucharisticum, aſſequimur intentum.

4. Reg. 3. 20.

Colludit locus ſimilis 2. Reg. 24. *Dominus immiſit peſtilentiam in Iſrael, ac mane uſque ad tempus conſtitutum.* Quod tempus conſtitutum nec ibi declaratur, nec etiam conjectatur; ſed colligitur vel conſtat ex verſione LXX. quę aſſerit expreſsè; *De mane vſque ad prandium* Itaque quod peſtilentia finita fuit prandio, & fames luis morbidę expleta & ſatiata ad horam cōprandendi.

2. Reg. 24. 15.

Mors & peſtis quacūm Sacro conuiuio contabeſcant.

LXX.

C At verò quale prandium propulſans peſtem diram, cū peſtes plures prodeant ex prandiis plus ſplendidis, ita vt prandia inſigniora, inſigniora ſint & peſtibus? Euchariſtię niſi prandium, idoneum, re & nomine pro opere tam magno; quia prandium à paro paras, huiuſmodi vocatur; ex eo quòd res plures pro ipſo pręparentur, & apparatu ſoleat item maiori multò dari, quā alia diei quęuis opipara inuitatio. At tale ſolùm prandium iſtius Sacramenti, quod multis figurarum & ceremoniarum pręparationibus paratū à mundi initio eſt Chriſti ſectatoribus; quare dicitur de illo; *Paraſti in dulcedine tua pauperi Deus*; ſed clariùs in Sapientia per verba ſcopo noſtro ſuaptè famulantia; *Paratum panem de cælo præſtitiſti eis*; Et etiam in Euangelio; *Ecce prandium meum paraui, tauri mei, & altilia occiſa, & omnia parata, venite ad nuptias.* Nam prandium, & pręparatio, vnde prandium deriuatur, hic dantur longe varia; ſed & Cyrillus Alexandr. de Ado. lib. 3 pro nobis rem præſentem conſiderans, & ſoluens; *Neque enim deuaſtare illi amplius eſt conceſſum, poſtquam Sancta illius menſæ tempus aduenit, quam prandij tempus latrenter ſignificat.*

Prandium quare ſic vocatum.

Pſal. 67. 11.

D Matth. 22. 4.

S. Cyrillus Alexandrinus.

Ad Chriſti ſanguinis effigiem expauit olim Angelus; Ægypti regnum feriens; tribulantéſque Dauidem à facie menſæ eius, diuinitus eidem conceſſæ, & præparatæ, perterriti aufugere; *Paraſti in conſpectu meo menſam, aduerſus eos qui tribulant me*; Et Chriſtus in hac menſa inſtituens Euchariſtiam, illa dæmonē exterminio longiſſimo amandare videtur intendiſſe, dum tradidit ſe illi, in cuius corde dæmon inſidians Chriſto erat; *Cum diabolus iam miſiſſet in cor, vt traderet eum Iudas*; quo equidem de Chriſto in cœna dici poſſet; *Erat Ieſus eiiciens dæmonium.* Si hoc autem à traditore nequiſſimo non eiecit, in cauſa fuit illud, quòd mutum prout aliud Euangelicum non erat, nec ideo ſuſceptibile diſpoſitionis melioris, obtemperánſque placito medentis Redemptoris; ſed potiùs ei repugnans, vt loquax, & dæmonium hac via difficiliùs ad frugem ſaniorem ſe ampliùs conferendum, quippe quod de venditione ſui Domini paulò antea tam peſſimos, quàm plures ſermones commiſcuerat, & ſe vltro correctioni infenſum conſtituerat. Nec fruſtra talis actio; nam ſi dæmonem à perduelle Saluator non eiecit, ab Apoſtolis abiecit hunc virum dæmoniacum; quod maius clarè fuit, quàm ſi ab aliquo ſingulari diabolum expuliſſet: *Cum autem accepiſſet ille bucellam, exiuit continuò.*

Exod. 12. 13. Pſal. 22. 5. Ioan. 13. 2. Luc. 13. 14. Ioan. 13. 30.

De ſecundo effectu Muſices ad ſenſus rapiendos, atque mentem præ amore non parum dementandam, & in amentiam commutandam.

17. Mirabile eſt, quàm Muſica, vel etiam in ipſis brutis demulceat vires ſenſuum, & eas ſecum pertrahat; vnde optimè ab Ouidio vocatur ſupra fidem, à nautis quando Arion in æquora deiectus, ille plectrum cui actualiter incumbebat, non relinquens, delphinis fuit dorſo deuectus ſecuriſſimè, & aliò transfretatus;

In ſenſus quantùm Muſica præualeat naturaliter.

Inde (fide maius) tergo delphina recuruo
Se, memorant, oneri ſuppoſuiſſe nouo.
Ille ſedet, cytharámque tenet; pretiúmq; vehendi
Cantat, & æquoreas carmine mulcet aquas.

Ouidius lib. 2. Faſtor. ſub princip.

De qua Muſicæ ſuper ſenſus potentia naturali in bonam & malam partem, nonnulla quantum fas inferiùs delibabimus.

Nunc præſentis ſectionis aſſumptum Chriſti exemplo in Euchariſtiæ inſtitutione, vt decet confirmemus. Vbi optimis conceptibus perpinguis ſemper vir Hieronymus Oleaſter in Commentar. ſuper Gen. ad noſtrum primum thema, *Ipſe fuit pater canentium cythara & organo*; rem lepidam commemorat; videlicet, quòd Hebraicè *Hugáh* vocatur cythara, & quod iſtud *Hugáh* nomen, à verbo *Hagab* deſcendit; quod verbum eadem lingua ſignificat amare, & amatoria verba facere; at ſecundum interpetrationem Hieronymi inſanire, & ſanam mentem perdere; ac tandem opinione ipſius Oleaſtri emittere ſuſpiria; præ viribúſque amoris, & aculeis amoroſis ex intimiori parte cordis, vt dicunt, ſuſpirare. Mihi autem maximopere probantur hęccc omnia, ad vnum quippe tantùm hęc quatuor rediguntur; nam canere, & amare, inſanire & ſuſpirare,

Oleaſter. Gen. 4. 21.

Cantare, amaréque quàm vnū ſint frequenter.

Cantare, amare, & perdere & inſanire ac mittere ſuſpiria quę hauſtra cordis hominum.

ſuſpirate, ſunt hauſtra quatuor valde affinia & conſanguinea; quæ ex puteo cordis hominum vel aquã iam exhauriunt, vel ignem iam exſuſcitant, ignem equidem ex pręcordiis affectu ſciotillaotibus, aquam verò ex lachrymantibus eodem affectu oculis; ita vt tandem in caſu iſto nec ignem extinguat aqua, nec ignis aquam horreat; vel etiam ſunt contraria, ſed potiùs fœderata, & hauſtra, vt dixi, quatuor in orbem redeuntia, ac ſibi iugi circulo aſſiduè ſuccedentia; ex quorum primo facilè colligitur extremũ. Nam qui muſicam conſtituit, (vt primo vere auiculæ) amores mox inſtiroit; qui amores, illis ſemper inſaniam coniunctiſſimam; qui inſaniam nullo ordine ſuſpiria ab imis tracta, & alia mentis lęſæ prolata teſtimonia.

B

Quibus omnibos Chriſtus amaus in Muſica Euchariſtica, cum eam primùm cecinit, cantaudámque propoſuit, non defuit modo aliquo. Sed quæro; nonne Chriſto abiectom & indecorum inſania laboraſſe? Hæc erit maior laus, extremúmqoe præconium. Vis tu in eo forſitan ex vocibus æqualibus, & inequalibus, è quibus componi cantus debet, à Chriſto tooc compoſitam hanc muſicam intueri? Ipſius vocem audi; *Accipite, & comedite; Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur*, videlicet, ad mortem. Quid enim plus iniquom, quàm ipſam vitam mori? Quid verò magis æquoin quàm nos per mortem vitæ ex morte ad vitam redimi? En muſicem conſtantem è vocibus diuerſis, ac ideo via duplici ſouantem & diſſonantem, ſeu fidibus diuerſimodis ſonantem modo inclyto, & vnico, ac mirifico. Nec mirum, cum hìc amor cunctorum ſummus ſonet, qui morte comprobatur, ac Lydio velut lapide teſtatum ſeſe reddit; quamobrem dixit Chriſtos; *Maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Iſque honeſtus amor, de quo dicebat Plato ſuperiùs allegatus. *Amor muſicam docet*; Et alibi in Marſilio; *Amor iuſtus & honeſtus muſicus eſt.* Vnde etiam cum eximiè ſit Chriſti honeſtus amor, eximius hic eſt moſicus, ac muſicæ magiſter; vbi maxima cum honeſtare & vitæ iotegritate ſe morti mancipauit, neſæuam mortem amati illius paterentur. Amor etenim inhoneſtus inter homines & Deum non facit conſonentiam, ſed potiùs inter dæmonem, qui de hominis iactora cum cantu ſeu cachinno ſoluto gloriatur.

Matt 26.26.

C

Amoris mors examen, & lapis probans aurum.

Ioan 15.13.

Vt muſicæ magiſter honeſtus amor ſit, non autem vitioſus.

D

Inſania verò quæ huic Domino quadrare haudquaquam videbatur, in eo ſic inſonuit, vt aquilæ Euangelicæ clangore perſonante, inſinuetur Chriſtum amore iudicium perdidiſſe, amentémque manſiſſe; ſed amentiæ quæ à mentibus indaginis maioris, & altioris ſpeculationis nõ valet indagari; ſic enim clangit aqoila elata in regionem ſupremam Chriſti amoris, quo ſcilicet in ſopremo dilexit vitæ termino; *Cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo in finem dilexit eos.* Suorum nanque amor non eſt in ſemetipſo ; conſiſtere in ſe neſcit; cum amor magis ſit vbi amat, quam vbi animat perſonam ſuam propriam. Cum autem Chriſtos ſuos tantopere dilexerit, in illis, ſed à ſe hac via procul erat; de quo n.25. in 1. Eoar. inuenies quęque alia.

Ioan 13.1.

A

Neque Chriſto in præſentiarum iam muſico & amenti, ſuſpiria defuere, quæ equidem laxauit recumbens in cænaculo; *Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum antequam patiar.* Deſiderare nanque aliquam ſupponit indigentiam, & indigentiam io Deo dare inopia mentis eſt. Cæterùm phraſis iouſitata deſiderio deſiderandi, cum aliter quàm deſiderio deſiderari nihil poſſit, amentiæ plus videtur, quàm viri mentis comporis, & inſipientiæ plus humanę quàm Sapientiæ tam Diuinæ. Sed rectè neſcit hìc Diuina Sapientia, cum ſcientiam amoris ſui in neſciis tanti boni, ingratíſque locauerit. Quæ nos muſicum tam mirum conſtringunt valde intimè amare, & non deſerere.

Luc.22.15.

Vt amor Chriſti in nos in Euchariſtico conuiuio inſanus dici poſſit.

B

De effectu cantus tertio, ad vitam ſine cibo alendam, & dilatandam.

18. HOc poſſibile ſopponit Margarita Philoſophica relata numero tertio; & Burgenſis 1. Reg. ad cap. ſextumdecimum, cum Auguſtino. S. dicens; *Quod omnes affectus ſpiritus noſtri habent proprios modos in cantu.* Pulſet autem hoc ampliari de affectibus ſpiritus ad corporis effectus, è quibus vita maior; viuendi nempe actio; cum ſpiritus vitales per quos alimur in vita, inter ſpiritum atque corpus conſiſtant iotermedij; vnde muſicam non ſolùm in ſpiritus affectus, ſed pariter hanc obrem in corporis effectus quamplurimùm pollere à quouis non abs re valebit affirmari. Sed quidquid ſit de viribus melodiæ naturalis, illud conſtat ſupernaturalem hoc ſrui priuilegio, & proprium poſſidere; vt vitam ſine cibo longiſſimè prodocere ſit efficax, & potens. Vnde de viro quodam legitur contemplationi ſummè dedito, ad aoiculæ cuiuſdam ſic cantum delectatum, vt per multos annos illic immobilis couſtiterit, quibus ſine cibo aliquo diutiſſimè prolatis, reuerſus in ſe tandem, ac raptus magni conſcius, prorupit in hęc verba, cum Rege concentore, *Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies heſterna, quæ præteriit.* Et poſſet qnoque dicere cum Duce Chriſti Eccleſiæ; *Vnus dies apud Dominum, ſicut mille anni; & mille anni ſicut dies vnus* Ita P. Ioannes Maior in ſpeculo exemplorũ, verbo cęleſtis gloria exemplo 14. vbi annorum trecentorum fuiſſe dictam ecſtaſim poſt multos aſſeuerat.

Burgenſis.

A muſica quam pendeant affectus & effectus quicunque vitę hominum; & etiam illorum vita.

C

Ad auiculæ qui muſicam ſuſpenſus & abreptus trecentis annis fuerit.

Pſal 89.4.

D

2.Petr 3.8.

Ioannes Maior.

Quod nobis noſtræ Muſicæ poſt Chriſtum primus cantor egregiè decantauit; ille quidem qui Chironem Achillis concentorem, Theophilum Alexandri, Iopámque Virgilij crinitum cytharœdum; Arionémque Leſbium, Thaletémque Mileſium, Hermineom, atque Guidonem, & Boëtium longè inclytum, in cantu ſuperaoit; qui ſanè fuit ſummus Ioannes de Paleſtina, non cer-

Qui muſici præ alijs in mũdo præclariſſimi.

FFFff

tè qui hoc nomine non multis ab hinc annis, choriphæbus fuit Romæ capella in Pontificia; cuius opera per orbem, præ eius excellentia, perpetuò reſonabunt, ſed alius qui progenitus in regno Paleſtinæ, Ioannéſque vocatus, tantopere fuit deditus cęleſti modulamini, vt gutture, quod concentus humani eſt inſtrumentum, cicada tanquam cæli, canendo indeſinenter, ſub imperio Herodiano per gladium mortem viderit; viuens verò ſicut ille qui totos cantor erat, vox etiam à ſemetipſo, qui prophetando loquebatur, ingenuè dictus fuerit; *Ego vox clamantis in deſerto*; id eſt vox illius Domini, in deſerto mundi huius exclamantis fructu impati, impenſæ ab illo operæ. Quid autem tunc clamauit hoc Verbum ſempiternum interea carne tectum? cuius quidem tanquam Verbi meritiſsimè vox, eius Præcurſor nuncupatur; *Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei.*

Vita quantùm ſine cibo ſuapte ſuſtentetur à muſica Euchariſtica.
Ioan. 1. 23.
Matt. 4. 4.

En canticum Ioannis, quod in lib. Deuter. præcentum iam repeties, & cuius ſonus binum ſonitum in iſtum modum edit. Vel quia verbo ſolo Deus panis poteſt plures ſpecies procreare; vt oſtenditur ex manna, vel quia verbo tantùm abſque aliquo alimento nos poteſt ſuſtentare; vt Moyſem, Eliámque ex dulcedine diuini colloquij nutriente, in monte ſuſtentauit. Quòd ſi verbum nos enutrit ex ore Dei prolatum, quantò ampliùs Conſecrationis nos paſcent mira verba, quæ pariter ſunt Dei & verbũ, & alimentum? Qua de re, nempe multis Euchariſtia tantùm alitis, non pauca tibi exempla deprompſi locis propriis, quibus adde quod Gononus in libello de Euchar. exemplo 169. de muliere Communione Dominicana ſolùm paſta, mirandum ſatis refert; nam cum eſuriem longo tempore hoc cibo non præſenſerit, Epiſcopus rem volens probatam ſibi facere, per Parochum non conſecratam particulam illi dedit, qua ſumpta cępit fame extrema cruciari, & conqueri ſe gratiam Diuinam perdidiſſe. E quibus clarè patet Euchariſtiam ex parte ſua ſuapte ſuſtentare; quòd ſi pluries hoc non viſitur, ex noſtra parte oritur, quæ tamen cibi tanti nil detrahit dignitati.

Deuter. 8. 3.
Chryſoſt. in Matth.
Miraculum ſuauiſſimũ de muliere Euchariſtia dumtaxat ſuſtentata.

De effectu quarto Muſicæ, ad vitam cum æterna libenter commutandam.

19. VLtimum omnium terribilium mors dicitur, & eſt, quàm vtique cum iubilo & gaudio tolerare ob ipſam rationem effectus erit vltimus, ex omnibus quos auiditas optare maior valet. Hic autem muſicali conſonantiæ non negabitur, ſi operationes conſideratè notentur præcedentes, & adiungatur quod Antoninus 4. p. tt. 5. cap. 12. §. 2. recenſet iſtiuſmodi; videlicet Dei iuſſu ad quendam virum iuſtum veniſſe ſemel Angelos, vt eum ad cælum morte portarent intermedia; quam ille nihilominus formidans naturaliter; *Miſit Do-*

Admortem cum lætitia ſuſcipiendam quantùm muſica conducat naturaliter.
S. Antonin.

A *minus tunc Dauidem cum cythara & Pſalterio, & cantoribus patriæ cæleſtis, ad cuius pulſum & cantum ſuauiſsimum, ſubitò anima illius à corpore exiliuit, & cum gaudio in cælum recepta eſt.* Nec deuiè cæli cantus poteſt animam à corporeis catenis enodare, cum & ſæculi lętitia concepta ex improuiſo hoc faciat aliquoties.

Quod muſica Euchariſtiæ nil ſecius operatur, vt ex multis ſupra allatis facillimè eruetur; & ex Virgine Deipara, quæ mortem quam optabat, inuenit hoc edulio, Communionis ſuauitate ad aliam viam tranſiens.

Quòd illa mortem optauerit Rupertus bene aſtruit ad verba Canticor; *Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo*; id eſt
B ad mortem vſque ardenter concupitam langueſco, & contabeſco, quam dum ego non ſuſcepero, haudquaquam conſolabor; quia infirmitas amoris, eùm verus ille eſt, ad mortem vſque eſt, nec poteſt ſanus fieri, ni moriatur pro dilecto. Hoc ſeruus exoptabat, cum Domino dicebat amore illius æſtuans; *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto.* Hoc Mater ipſius Domini, amoriſque ipſiſſimi, videlicet Diuini; nam alius multum odij concludit ſub ſe ipſo, dicente Rege Vate; *Qui autem diligit iniquitatem, odit animam ſuam*; idque etiam ratione tantopere maiori, quantopere iſti ſeruo tam magna Mater præit; timoríque ſeruorum illius amor maximus, quæ mater eſt amoris, *Ego mater pulchræ dilectionis.* Rectè igitur appetebat languore amoris mori, amoris veri fons, quæ
C fudit rerum omniũ amorem & deſiderium *Deſideratus cũctis gentibus, & deſiderium collium æternorum* propterea nuncupatum; *Amor enim eſt ægritudo* (vt dicitur à Seneca) *à qua nemo vult ſanari.* Et quæ etiam morbi inflicti artificem non odit; Propertij iuxta mentem 2. lib. carminum cantantes huiuſcemodi.

Cant. 2. 5.
Amoris vſque ad mortem infirmitas cum vera.
Philip. 1. 23.
Pſal. 10. 6.
Eccl. 24. 24.
Aggæi 2. 8.
Seneca.

Solus amor morbi non odit artificem.

Imò odit opitulantem, & pharmaca adhibentem; in damna ſua ruens, & ipſamet deoſculans, ac volens his hærere, & vſque ad finem vitæ ab illis non recedere, ſed illuc vel per iacula mortalia peruenire; vt aſſerit Ouidius indignus lecto in multis, quàm verus in hoc diſticho.

Propertius. Amoris tantùm mori infirmitas exoptat, curari verò odit.

Scutit amor ſua dãna ferens, tamen hæret in illis
Materiaſ culpæ proſequitúrque ſuæ.

Ouidius lib. 4. elegia 1.

D Quod autem per Euchariſtiam, quam Virgo ſuauiſſimè quotidie manducabat, optauerit ſic mori (non enim mortis vi, ſed ſummi amoris fuit à carne ſeparata, vt teſtis eſt Guerricus de Aſſumpt. ſerm. 1. & latè in vita Chriſti perdoctus vir Suarez) ex ipſis verbis modò ex Cant. adductis, colligitur non perperam; dum ſonant in Hebraico; *Fulcite me lagenis vinaceis, & modiis ſimilæ puriſsima.* Nec non pariter ex Gregorio Nyſſeno qui homilia ad eum locum 4. cum lepore facit mala (ſtipatam quibus ſe volebat & poſcebat ſponſa pudiciſſima) in colore velut carneo, ruboréque infuſo cognata carni & ſanguini. Ergo carne & Chriſti ſanguine ſub malis Canticorum, & ſub fa-

Maria vi amoris, non autem morte mortua, quam intulit ei Chriſtus in Euchariſtię Sacramento.
Nyſſenus.

tina

ɛina vinóque præfatis, latitantibus, ſublata à vita vitæ tam digna fons & Mater. Deindè ex ratione, quia Vnctio cum Dei Matri extrema non licuerit, vt ipſe fert Suarez, extremum vitæ eius, principiúmque alterius, intermedium tanquam pontem videtur ei fuiſſe Chriſti corporis & ſanguinis eximium Sacramentum. Et tandem ex congruentia, quia certè Mortem vitæ; quæ ad moriendum pro peccatoribos non venerar vt Filios, non niſi à Filij amore decebat vnquam mori, vt deducitur ex verbis immediatè contexendis; deuotione & antiqoitatis veneratione redundantibus, & ideo ſaltem dignis, vt luci proferantur; quæ ex Græco rituali Orat. pro imaginibus Germani Patriarchæ Gretſerus ſic tranſcribit; *Poſt ſeruatoris noſtri tremendam reſurrectionem & Spiritus ſancti deſcenſum vſque ad diuiſionem Apoſtolorum, verſabantur illi ſimul concordibus voluntatibus; & cum poſt orationem menſæ accumberent, relicto vacuo loco, in eo puluinar ponebant, & ſuper puluinar partem panis, ex quo co-* A *medebant vice & loco Chriſti. Sumpto autem cibo, ſurgentes, & precantes, & gratias agentes, accipiebant fragmentum panis in partem Domini ſepoſitum, & cum id eleuarent, dicebant;* Gloria tibi Deus noſter; Gloria tibi; Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. *Et hæc quidem iſto modo peragebantur; faciebat autem hoc quilibet eorum, vbicunque degebat, vſque ad obdormitionem Deiparæ. At quando ex toto mundo ducti per nubes conuenerunt propter tranſlationem Dei genitricis, iuſta illius poſt ſepulturam perſoluturi, videlicet tertia die ſeſe refocillantes, & poſt ſumptum cibum ſurgentes, fragmentum panis quod Chriſto ſepoſitum & deſtinatum erat, more conſueto exaltarunt;* B *cúmque magnum Trinitatis pronunciarent nomen; ò inopinatum miraculum! quæ mortua fuerat, viuentis inſtar, nubibus, & Angelorum choris circumdata, in ſublimi apparet. Auete, inquiens, ego vobiſcum ſum omnibus diebus. Diſcipuli autem obſtupefacti exclamarunt, ſic dicentes, Panagia Sanctiſſima Deipara adiuua nos.*

De Mariæ reſurrectione & aſcenſione quædam antiqua traditio lectu digna.

DE MVSICÆ DEFECTIBVS. ET PRIMVM eregionè effectuum eiuſdem Muſicæ, de defectu in mundum dæmones euocandi, vel in eo hos etiam ſuſcitandi, formandi, & faciendi.

20\. EN quomodo res muſica Euchariſtiæ non dumtaxat Eccleſiæ ſoſtentaculi, ſed ſimul & Eccleſiæ figura ſit accommoda, quandoquidem benè ſumpta Eccleſia nil eſt aliud, quàm vocum diuerſarum vnanimis concordia; & nationum multiplicium per orbem diſperſarum in vnam Fidem Chriſti conueniens conſonantia. Sed heu! quòd noſtræ Muſicæ iam fides remittendo, malorom quàm multorum eſt muſica incentiuum, fomentum & ſeminarium. Interque, vt cum effectibus illius concors ſim, de ſimilibus deffectibus eiuſdem quidqnid bono Lectori patefaciam. Et in primis quomodo muſica ad dæmones, vel animas ab inferis euocandas, conducat naturaliter; vnde hoiuſmodi euocationes, incantationes appellantur; quia per carmina atque tonos, & cantos interuentum; ſeu per quaſdam ſuſurrantes immurmurationes diuinorum, & incantantium ſapienter; de quibus tanta mentio in literis vtriſque, vt pauca ſatis ſit per tranſitum libare, ne ordo interrumpatur. Nam in humanis de hoc Plinius egregius auctor loquitur lib. 28. cap. 21. Et in Diuinis caſus celebris Exod. 7. n. 11. vbi Magi per incantationes fecerunt res mirabiles, maiores fide hominum; & ex lib. 1. Reg. cap. 28. n. 12. vbi Phytoniſſa eodem modo Samuelis traxit animam degentem penes inferos, ac illic qoieſcentem; vnde in pagina Diuina incantatores & diuini damnantor pœna capitis; Leuit. 20. n. 27. & in multis aliis locis maledictiooibos replentur.

In dæmones & animas detentas apud inferos an cãtus quidquid valeat, & incantamẽta quidquid poſſint.

Incantationes vnde dictæ.

Plinius.

Exod. 7. 11.

Ergo certa & nocentiſſima, nec non pa- C riter contra infernos potentiſſima incantatio; quam à cantu & exercitio canendi proceſſiſſe, oſtenditor à nomine, & cantus efficacia, cui incantatio in re vtraque non parum ſymbolizat; & à tempore equo incantatio & cantus incepere; eodẽ nempe, vel ad minus vicino & valde proximo; vt Enar. præcedent. n. 13. cum Epiphanio inuenies indicatum; ac tandem ex Theodoreto & veteri Beroſo poſt paoca referendis; qui tam priſcas incantationes, quàm abominationes quaſque alias illius tempeſtatis, attribuunt neruis Muſicæ, vt illi quæ deliciis enerues viros facit; & viribus ingenitis neruoſos ad flagitia; nam cantus addit animos, vel etiam in ludo Martio, hinc inde ſonis muſicis elato & efferato; & cantus frangit animum, emollit, atque perdit, cùm luxui accommo- D datur. Quapropter mundus perditus, & traditus omnino vniuerſali polygamiæ, ac omni impudicitiæ, malitiæ, vitæ effreni, & plenæ immanitatibus, cum muſica eſt inuenta.

Muſica homines quàm neruoſos eneruéſque conſtituat.

Vnde tituli ſectionis præſentis partem vltimam, nimirũ dæmones faciendi, veriſſimam iam credes; nam homines efficere libidinis inſanæ & vitæ deprauatæ, eſt facere eos dæmones. Sed addamus, & hos Muſicam efficere non tantùm per morum inuerſionem, ſed etiam & generare per tranſmiſſionem qualitatum labentium cum ſubſtantia paterna, & genitiua; vt ex hominibus prioribus non malè comprobatur, qui per muſicam deuenere in nimiam petulantiam, & omnem impudicitiam, quæ ab hominum filiabus, à filiis Dei pro libito ſuſceptis in coniugium, incipiendo laxatiſſimè, omnis

Vt muſicæ vis dæmones tam faciat, quàm progeneret.

carnis ſuper terram corrupit tandem viam, & ſuper eam cæpit gignere gigantes vaſti corporis, & ſimul magni roboris; ac demum ſummi auſus in cunctas res nefarias; hoc enim trino modo frequentiùs explicantur, & veri reputantur gigantes viri peſſimi; de quibus inquit Moyſes; *Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis. Poſtquam enim ingreſſi ſunt filij Dei ad filias hominum, illæque genuerunt, iſti ſunt potentes à ſæculo viri famoſi.* Non quòd omnes tunc progeniti euaſerint gigantes; ſed quòd plures nati fuerint, quàm poſteà poſt diluuium; Auguſtini iuxta mentem lib. 15. cap. 23. de Ciuit. Dei; qui animabus & corporibus immanes, erant dæmones, & orci truces milites, ac humani inhumanitatis Sathanicæ adiutores.

Gen 6. 12.

Gen 6. 4.

S August.

21. Cur dæmones iſtiuſmodi, & gigantes quaque forma, & norma à me prędicta, nempe corporis, & roboris, & flagitioſi vitæ ductu deformes ac enormes, tunc plures nati fuerint, & generari ſic potuerint, oportet hîc tantillùm vtcunque ponderari; quod & malæ incantationi, in qua adhuc detinemur nonnullas vires dabit. Nam poſſibilem vaſtitatem, cum omnibus viris doctis, corpoream iudicamus; non enim refragatur potentiæ naturali, vt ipſa ſe extendat, vel deprimat non raro. Atqui illa ſeſe premit in nanis, & Pygmęis, ergo etiam ſe extendet, dilatabit, & excedet in viris giganteis. Et poſſibiliorem ante diluuium hanc molem corporalem ex tribus rationibus veriſſimam arbitramur; quarum prima naturæ, ſecunda verò culpæ, tum incantationis, tum aliarum, id ipſum concernentium; tertia autem Dei ſupplicij vocari ritè poterunt.

Gigantes cur poſſibiles in noſtra humanitate.

Naturæ quidem prima, quia ex viribus naturæ tunc maximè pollentis, & à toto ſuo robore nec vnguem declinantis; atque pariter ab illecebris filiarum hominum, & à filiorum Dei cum illis tum primùm commixtorum, caſtitate præcedenti; prauitatéque præſenti, plus ad corpora monſtroſa materiæ eliceretur, quæ ex huiuſmodi tenuitate & paupertate attenuantur; ac nimium comprimuntur; ſicut optimus Philoſophus, & Medicus eximius Valleſius teſtis eſt, Enarrat. 32. ſub limen referendus.

Gigantes ante diluuium cur plures, quam poſt illud.

Valleſius.

Culpæ verò, & incantationis, præ reliquis primariò; quia peſſimi & peritiſſimi vt erant proculdubio in rebus naturalibus, priores illi homines, ex iſtis multa poſſent in cibis præaſſumptis, & actu generandi, occaſionéque, ac tempore aptiſſimè adhibere, quibus corpora filiorum magnopere augmentarent; quod illi vt nocentiſſimi nullatenus omitterent, quò ad vitia atque facinora ab ipſis expetita, robuſtam prolem ederent; imò potiùs arte Magiæ & incantationibus, ac dæmonum (cum quibus verſabantur) fomentis validiſſimis, non modicum adiecisse rei ipſi credi debet.

Supplicijque Dei tandem, quia in filiis portentoſis punire ſolet Deus & in publicum producere ſceleratas & occultas luxurias genitorum; ac libidinem parentũ monſtriferam in ſecreto, in pœnam illorum met ad oculos cunctorum deformibus ex natis, monſtrare, & publicare; quemadmodum Cyrillus Alexandrinus & Hieronymus, idque optimo cum iudicio aduertunt ſuper Geneſim. Iuſtè igitur Deus illis gigantes dedit liberos, ad luxuriã giganteam parentum demonſtrandam, vt qui gigantes erant in animæ flagitiis, gigantes quoque gignerent in corporum prodigiis; quibus ipſi contra Deum conſummati ſunt ſcæleribus, & cunctis facinoribus; quia carnis atque ſanguinis atrocitatibus viuebant, deliciis indulgebant, comeſſationibus ſe dabant, & muſicis vi ſua hæc omnia promouentibus hilariter vacabant, ex animo incumbebant. Rectè autem per diluuium Deus eos enecauit, qui diluuium iniquitatum induxere ſuper terram; nam decens eſt conſumere in vitiis conſummatos, & ſubmergere ſubmerſos immanitatibus & piaculis; nec venia locum habet vbi remedium deſperatur. In quo adhuc circa illos effulſit maximopere clementia Dei immenſa; dum ipſos expectauit per annos ſeptingentos: tot enim à Sethi morte vſque ad tempora diluuij vel circiter fluxere.

Vnde patet quantùm effectus ex Muſica rebus optimis applicita profecti, cùm ſordidis & obſcænis oblectamentis copulatur, vertantur in defectus, qui frequenter recenſentur à Patribus Sanctiſſimis, & inter alios à Baſilio hom. 24. de legendis libris; à S. Cypriano Epiſtol. 2. ita vt tandem inuentione illius dicant multi, & aliqui poſt pauca à nobis referendi, orbis eſſe per peccata exitium præparatum, & primum mundi interitum diluuium acceleratum; dum Muſica ante illud inuenta per Cainitas noxarum fecit aliud, vel etiã in Filiis Dei, exundans tantis vitiis; in illiſque quotidie eadem cantus via excreſcens tam magnopere; vt ſanguis nihil aliud quàm ſanguinem tetigerit, peccatáque peccata; diluuio quorum tandem aquarum pluit alterum, quo periit mundi facies, ſpecies, atque decor, & fuit à priori creationis immutata. Sed de hominum iam defectu per muſica inſtrumenta, obquem defecit orbis, quidquid fuerit ad ſeriem mei operis conueniens, hoc loco coniungamus.

Baſilius.
Cyprianus.

Vt Muſica ſuper mundum diluuium aquarum veneric, & iuſta deſolano.

De Muſicæ defectu ſecundo nocentiſsimo, ad ſenſus deludendos, præcipitandóſque in foueam cunctarum iniquitatum.

21. EX corde trahunt chordæ ſuauiter percuſſæ, ſcienter temperatæ; lætanter melos afficit pſallentis modulaminis; canore cantus allicit; impellit pulſus cythatæ, & adeo mouet animos illius motus dulcis, vt dulciter inebriet, & alios quaſi creet; creatóſque & factos ad cãtus, ſiue probi, ſeu improbi naturam, humanam cogat vltro & nectat voluntariè ad omnia quæ ſuadet. Vis

Quãta Muſicæ vis inſit ad opera quæcunque.

homines

Theodoretus.

homines priores videre ſic coactos, & tractos voluptate? attende & obſtupeſce quæ ſcribit Theodoretus q. 47. in Commentar. ſup. Gen. *Poſteri Seth (profatur ille) tanquam pij & boni cognominati ſunt filij Dei; ſeparatum enim erat genus Seth, & non permiſcebatur cum cognatione Cain, propter illatam ei à Deo maledictionem. Multo autem poſt tempore videntes filias cognationis Cain ſpecioſas, & illecti (vt veriſſimile eſt) inſtrumentis muſicis ab eis excogitatis, permixti ſunt illis, & contaminauerunt nobilitatem ſuam.* En muſicæ ſonotæ laſciuię accommodatæ, ingentem vim & malum; nec non muſicæ inuentionē ad munia tam abiecta; quod cantabilem conſtituit malitiam illorum temporum, & voraginis vitiorum illorum clara eſt nota. Vis autem rei eiuſdem maiorem diſſonantiam per conſonantiæ efficientiam inductam in vrbem terræ deſcriptam conſpicari? Beroſi in ſuæ hiſtoriæ exordio vocem audi; *Hi corporis vaſtitate ac robore confiſi, illius temporis gigantes, armis omnes opprimebant, & libidini inſeruientes, inſtrumenta muſica, & omnes mundi delicias inuenerunt ſibi; quibus homines manducabant, abortus procurabant, & in edulium præparabant.* O ſcelus incredible! *Commiſcebantur matribus, filiabus, ſororibus, maſculis & brutis; nihilque ſcelerum erat quod illi non admitterent, Religionis contemptores. Tunc multi prædicabant, & lapidibus incidebant, quæ de orbis futura & generali perditione vaticinia prædicebant. Sed enim illi iſtis aſſueti deridebant omnia, cæleſtium illos ira atque vltione perurgente, pro impietate, atque ſceleribus.* O muſicæ efficaciæ defectus deplorandus!

Feralis & carnalis perditio ante diluuium quàm ſæua, & quàm obſcæna.

. Sed omnibus his eminet, præterualátque metricē Auiti modulamen, quod tinnit iſtiuſmodi initio lib. 4.

Auitus.

Extulerat mortale genus crudelibus auſis
Ingentes animos: omni pro lege voluntas
Sola erat, vſque adeo conuerſi in crimina mores:
Ius hominum nullum; tum nil diſtare putatum
Faſque, nephaſque inter; recti cuſtodia nuſquam;
Non iudex, non teſtis erat, non denique rector.
Arbiter aut morum, vel qui ſuaderet honeſtum.
Sed princeps ſibi quiſque fuit virtute nocendi.
Nec meritis, ſed mole potens, qui fortior eſſet;
Hic melior ſibimet ſeſe Cenſore placebat.
Brutorum quàm hominū vitam magis eſſe putares,
Sanguis potus erat, cæſorum viſcera paſſim
Indomitis laceras præbebant mentibus eſcas;
Inſuper & quadrupes, ſi cuiquam humanius eſſet
Ingenium, mediis vel mortua bellua campis
Paſtus erat: tum nulla fides, lex nulla vigebat.
Quàm verò pecorum ritu promiſſa voluptas,
Et diffuſa palam ruptis laſciuia frenis,
Luxuriaque forum, atque obſcænis nundina mundi
Ferueret, caſto fas non eſt dicere cantu.

Matt. 24. 38.

22. Quæ omnia Chriſti Domini eloquiis roborantur, ſeu potiùs radicantur, dicentis per Matthæum; *Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, ita erit & aduentus filij hominis.* Nam in nuptibus, tantùm carnis, & cantus, atque guſtus vacabatur famulatui; vnde à cantu initiatum diluuium nemo ambiget. Sed inſuper & illis Diuinis penes Moyſem; *Videns autem Deus, quòd multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore, pænituit eum quod hominem feciſſet in terra. Et præcauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinſecus, Delebo (inquit) hominem quem creaui, à facie terræ; ab homine vſque ad animantia, à reptili vſque ad volucres cæli; pænitet enim me feciſſe eos.* Vnde eruitur in primis quòd muſices inuentio & reliquarum rerum dulcium ob carnē inuenta fuit, quandoquidem *Cuncta hominis cogitatio intenta erat ad malum omni tempore*, & quòd nimiùm ſupra modum carnalis erat lues, cum iſta terræ beſtias & aues cæli ſecum inuoluerit, & traxerit in necem generalem; quaſi homo illius temporis fuiſſet totus regulus & baſiliſcus nocentiſsimus; baſiliſcus verò orbis, qui orbem viſu omnem, & aues plus volatu ab ipſo prorſus liberas, & deuias, ac immunes deiecit in interitum, proſtrauit in ruinam; vt facit hæc beſtiola ab antro ſuo exiens, & perdens quæque videt ſagittis oculorum; quas eleuans in aëra, transfigit aues neutiquam admixtas terræ noxis.

Geo. 6. 5. 6. & 7.

Peccati ante diluuiū quàm magna vis, & qualiter baſiliſci verè fuerit in mundi vaſtitatem.

Qualis autem baſiliſcus, ſi feriò ſit loquendum, vt eſt peccatum graue? quò magis tam grauiſſimum, & ſimul tam genericum, vt fuit eo temporis per orbis latitudinem; de quo ibi paulò infra ſic iterum Dei ſcriptor & ipſe Deus loquuntur; *Cumque vidiſſet Deus terram eſſe corruptam (omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terram) dixit ad Noë, finis vniuerſæ carnis venit coram me: repleta eſt terra iniquitate à facie eorum, & ego diſperdam eos cum terra.* Corrupta nanque debent reſcindi in arte Medica, & corruptus terræ orbis, debebat totus ille abſcindi, & amputari; nam totus erat hominis putredine tabificus, & plenus lue peſſima; plenus autem *à facie eorum* quaſi diceret à conſpectu, vt illo baſiliſci, & halitu tantummodo; virulentus nanque vir vel ita fundit virus; & homo tunc vel halitu replebat terram & aëra veneno corruptiſſimo. Ac inſuper ſuo modo, & cælum, & Deum ipſum exhalatione quam mittebat teterrimam in cæleſtia; vnde dicitur expreſsè; *Finis vniuerſæ carnis venit coram me.* Nam quemadmodum orationes vt fumigationes fragrātiſſimæ in conſpectum Dei aſcendunt, ſic fumoſæ conglomerationes obſcæniorum peccatorū inuadunt Dei conſpectum; quare etiam Sodomitæ peccatores coram Domino non ſemel nuncupantur; ſed mitiores viri illi per ignem exterminati, cum tamen ipſi peſſimi dicantur, & extiterint; quia viam tantùm carnis humanæ deprauarant; & vt minimum neſciamus vniuerſæ viam carnis ac primos corrupiſſe, qui cum animantibus vniuerſis congreſſus commiſcebant, vt Lyræ vox intonat ad verba modò data; *Omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terram.* Et poſſent quidem beſtiæ ab hominibus in ſimile corrumpi & prouocari, cum etiam poſt diluuium, tam nefarium documentum iumentis ſit exhibitum Leuit. 18. quare & talia iuxta legem cum ipſis cremabantur; & cum omnibus iumentis, quæ homines infecerant ſunt ho-

Gen. 6. 12. 13.

Corruptio quāta mundi temporibus diluuij.

Gen. 6. 13.

Ezec. 16. 50.

Gen. 6. 13.

Leuit 18. à n. 20.

Lenit. 20. 15.

Gen. 6. 7.

mines conſumpti. *Delebo hominem quem creaui, à facie terræ; ab homine vſque ad animantia, à reptili vſque ad volacres cœli, &c.*

23. Nec moribus ſic perditis remanſit Fides ſana; imò perdita & corrupta adinſtar morum ipſorum. Nam ſi tempora iudicij cum temporibus diluuij Dei Filius paulò ſupra perſpicuè comparauit, de temporibus iodicij ſic ait penes Lucam; *Cum venerit filius hominis putas ne inueniet Fidem ſuper terram?* quo mondus nec per Fidem iam poterat conſiſtere, & ampliùs ſuſtentari. O celebris corruptio, & celebris diluuij aptatio, & præparatio! Quòd ſi aliam deſcriptionem corruptionis illius ſæculi videre concupieris, lege à ſimili Cyprianum lib. 2. Epiſtol. 2. vbi mundi ſua ætate corrupti elegantiſſimum inuenies ſimulacrum; quod à muſicis oblectamentis diluuium præcedentibus initium capeſſiuit.

Luc. 18. 8.

Quæ Fides tunc extiterit.

B

Ingraueſcebat verò ſanies corruptionis tam nefariæ, ex eo, quòd non ſolùm Cainitæ & viri impij (vt dediti rebus tantùm humanis & terrenis) filij hominum vocati, ſed etiam & viri pij ex Sethi prole orti, & Eccleſiæ, ac Religioni Diuinæ mancipati, proptereáque Dei Filij, & Angeli appellati, demerſi ſunt in cœnum nequitiæ memoratę, confoſſi eodem telo, vaſtati eadē peſte; de quibus codex ſacer; *Videntes filij Dei filias hominum quòd eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant.* Auguſtini iuxta mentem lib. 15. cap. 13. de Ciuit. Dei; & placitum commune; quod optimè fundator. Nam ſi Angeli iſti eſſent, iniquus eſſet Deus, dum ob crimina non hominum deleret genus hominum. Si verò mali Angeli, qui vt ſuccubi atque incubi congrediuntur cum hominibus, vt cunctis palam eſt, & aiunt multi docti, non poſſent tunc vxores accipere ſibi ipſis ex hominum filiabus. Vxores nanque accipere matrimonium verum erat, ſeu eſſe præſupponitur; quod tamen inter homines & dæmones non datur; quantumois non negandum, cum illis quoque homines & mulieres eius temporis egiſſe perditiſſimè.

Gen. 6. 2.

Qui Angeli & Dei filij, filias hominum ſibi iunxerint in iugum Matrimonij.

C

Quid ſuccubi atque incubi ante diluuium cum hominibus & cū mulieribus habuerint.

24. En Religioſi primitioi, tam apprimè inſtituti, educati, & reformati per viros Dei, illius fulgentes ſanctimonia, irreligioſi prorſus facti; & lapides Sanctuarij per orbem diſſipati; ac filij Sion inclyti amicti auro primo reputati in vaſa teſtea, opera manuum figuli; id eſt, in fragiles, atque luteos, & vaſa contumeliæ. Contumeliæ verò tantæ, vt non fragiles & lutei exiſterent poſt cladem; ſed lutei maximopere; at fragiles non ita, ſed potiùs contra Deum proterui, duri, infenſi, & maximè obſtinati; & peioribus hominibos peiores non permodicè; quod & ductu naturali ſic accidit multoties; cum in contrarium de contrario mutatio ſemper fiat in normis Philoſophiæ. Vnde ex Angelo meliori deterior poſt ruinam effectus eſt diabolus; & ex vino ſuauiori acetum fit acerbius. Præſertim, quòd & mala iam ſerò incipientes, ardentius atque teriùs in illa ſeſe ferunt;

Thren. 4. 1. & 2.

D

Vt boni ſint peiores cū mali efficiuntur.

A

vt in Pſal. 36. Ambroſius adnotauit; *Quos bene vixiſſe pœnituit, egerant noui generis pœnitentiam; nimirum pro virtutibus, quam non agant pro delictis.* Adiungitur, Dei ſeruos, qui carne Dei relicta in ſuis Sacrificiis, ad carnem ſe verterunt, vt hodie quoque cernitur, egiſſe ſommom nefas, ſupremúmque piaculum; quocirca ab eo deſeri, & duriùs caſtigari quàm ualde metuere; vt ſentit D. Paulus; *Neſcitis, quia templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus.*

1. Cor. 3. 16. & 17.

O muſicę deliciarum defectus ad defectum compellens totum mundum, proiiciens ad ruinam! ô funebris lætitia! ô mæſta iobilatio! ô lachrymabilis mutatio! quæ ex Religioſis & Dei filiis peiores fecit dæmones ſuauis tractos cantus dulcore & lenocinio. Vnde Eccleſiæ Gallicanę, quæ in Eccleſiis vel Eccleſiaſticis ſolemnitatibus quibuſuis nec choros nec choreas admittit ſæculares, vel carmina prophana, ſed hymnos tantùm Sacros probatur mihi mos, quemadmodum conſuetudo Hiſpanica contraria, non vſus ſed abuſus, & morum mos corruptor, haud minùs improbatur, quo ſaltantes & ſaltatrices, amatoriáque canentes, incantantéſque ſubinde permittit ad hoc fœminas, & ipſas non probatas, vt illas quę in publicis hilaritatibus deſeruiunt; quod licet deuotionis & ſumptus ſit indicium; vt diaboli artificiom & incentiuum impudicitiæ, vſque ad mundi fines erat exilio exterminandom, de quo S. Antoninus, & alij viri pij ſi placet videantur. Sed iam tertius artis muſicæ defectus ponderetur.

In Eccleſiis qualis cantus oporteat adhiberi.

In Gallia & in Hiſpania quis cantus in Eccleſia.

De defectu cantus tertio ad vitam minuendam, & multifariam iugulandam.

25. NOtandum tempus eſt, quo accidit diluuij funeſta mors & clades; videlicet cum homines multiplicari iam cœpiſſent; quia perfectio proculdubio multorum nunquam fuit; imò in multis imperfectiones quammultę ſemper ſunt; dum multi multa dicunt, & faciunt diuerſimodè, è qoibus priùs malis accedimus, quàm bonis; vt numeroſitatem Religioſorum Enarrat. præceden. taxando, inſinuaui; & Iſaias clarè inquit, tam breuiter quàm optimè; *Multiplicaſti gentem, non magnificaſti lætitiam.*

Gen. 6. 1.

Iſai. 9. 3.

Ergo vita multiplicata in multis indiuiduis, viuentibúſque plurimis, rei muſicę & deliciarum omnigenę indulgentibus, euenit mundo mors; quaptopter valde vitam præſcindit, & extenuat, ac funditus demolit pręmollis cantus vis, effœminata cantilena. Ita vt tandem quando homines plus vitæ tranſigendæ in mollibus & dulcibus tradiderant ſe ipſos, tunc illis vita plus eregionè computruerit; quo vita in viris illis pugnabat contra vitam. Hoc autem modo duplici. Primo iſto deliciarum, quæ vitam labefactant, abſomunt & exantlant; quid enim plus aduerſum eſt vitæ, quàm hanc ipſam

Vt cantus potens ſit ad vitam emoliendam.

Vt vitæ mors & tinea ſit vitæ dulritudo, ac etiam longitudo.

ſam beneuolè fouere? tenerrimè tractare? hoc mors,* & vitæ tinea; nam ſicut veſtimenta à tinea corroduntur, & ſenſim conſummuntur; ſic vita à vitæ rebus ei longè dulciotibus. Secundo, verò vitæ ipſius longitudinis, quę quantò plus extenditur, plus perit & conteritur; non ſolùm curſu, & tractu, ſed praua confidentia, & audacia viuacitati; valetudinique indita; quibus oritur in homine obliuio de Diuinis, ſolicitudo deterrenis, & effrenatio in cuncta vitia, dedecora, & flagiria; ita vitæ ſenſuali habenas relaxando, vt libidine prædominante in mentis rationem, nil putent eſſe Dei, vel animæ, vel cæli, vel carceris inferni; ſed mundi & carnis putris, cui hærent pluſquam pecora ligati, & innodati.

Gen. 3. 22.

Morismemoria vitæ ſalus, & vita vitæ mors, ſpiculisquã plurimis.

Gen. 2. 17.

En quantùm vita longa nociua foret homini, & qoantùm Deus illius compaſſus rectè dixerit *Ne forte ſumat de ligno vitæ, & viuat in æternum*, amandemus eum à loco terreni viridarij; nam vita longa in culpis, culparum mare eſt in cælum ieſe eleuans, & noxis ſemper feruens, quouſque demum ardeat in flammis ſempiternis. Ac vltimò quàm piè Adamo Deus indixerit timorem & pœuam mortis, quò poſſet non peccare; *In quocunque enim die comederis, ex eo morte morieris.* Eſt quippe mors tam magnus ſtimulus virtutum, quàm vita longa criminum annoſæ ætatis auſibus liberiùs commiſſorum. Et quidem hæc cauſa fuit cunctis aliis longè fortior, cur homines ante diluuiùm tam peſſimi deuenerint; nam vita tam oblonga tot monſtra lentè peperit; quod poſtquam huic Chronologiæ applicui mentem meam defixum ſemper iſti, firmiſſimúmque habui, donec tandem penes Alcimum hoc ipſum vidi merritè clariſſimè exaratum initio lib. 4. vbi carmina poſt illa relata paulò ſupra, de homine per culpam eiſdem ſylueſcente, ſic canit Præſul Gallicus;

Alcimus Auitus.

Peccator ſylua horrida pro igne ſempiterno.

Talibus ac tantis hominũ gens improba geſtis,
Sylueſtres animos, naturæ fœdere rupto
Induerat, pulſáque procul ratione furebat,
Deſertáque Dei caleſtis imagine, prorſum
Omne decus mentis turpi deiecerat actu.

Vbi agri inculti in ſyluam non tardè conſurgentis, luxuriantis, & horrentis, comparatione ſubligata, continuat per hos verſus;

Peccatum inſtar fluminis, excreſcens ſemper noxis.

Taliter humani generis non ordine recto
Perdita mandatæ iam poſt primordia legis,
In paruum labens paulatim vita tetendit.
Proficiens peiore via, conſtantior ipſo
Iam paribus ſtudiis nutrits criminis vſu,
Et tamen auctorem vitij, culpaque magiſtrum
Doctior erratis, lapſúque peritior omni
Succidua prolis creſcens audacia vicit.

Et demum poſt aluuiem collatam fluuiorum, de alluuione vitiorum in iſtum modum finit;

Vita oblonga priſcis viris malorum fons cunctorum.

Sic eius motus, ſimiliſque ad turbinis inſtar
Humanum vitiis ibat genus, & tamen ipſa
Longius inſanas mentes diſſoluerat ætas,
Centenos nonies crebro cùm duceret annos
Vita tenax, tanto ſuſpenſi tempore lucri.
Nullus terror erat, quod ſi qui debita letho
Iura darent, ferrêntque aſſueta funera mortis,
Perpetuam interimi fragilis cum corpore vitam
Credebant; aut ſic cunctis nulla futuri
Spes inerat, ſolíſque ſibi fundauerat omnem
Senſibus in cæcis periturus mundus amorem.

Ecce muſici oblectaminis viuentibus pergrati defectus quò ad vitam. Omiſſo quod per Venerem attenuat annos hominis. Et etiam quòd aliquando ita excitar nonnullos, vt ſumpto ferro vltrici in alios ſeſe ferant, de quo viſu perquamdigna hiſtoria quædam eſt, quæ accidit Erico II. Regi Daniæ apud Eloquentiam Sacr. & hum. Nicol. Cauſſ. lib. 8. cap. 7.

Nicol. Cauſſinus.

De defectu quarto muſicæ, ad mortem temporalem, ac perpetim incurrendam.

An diluuiũ propter carnis ſit bene aquarum miſſum, & ob vitium fragilitatis ſeueritatis tantum flagrum.

26. HIc terminus eſt vitæ, Enarrationis, atque temporis diluuiũ præcedentis; quod ſcimus per luxuriam inſtrumentis cantus auctum veniſſe ſuper terras. Nunc quæritur an iuſtè; videtur nanque nimium ob carnis culpam fragilem ſic mundum vindicatum. At verò non eſt fragilis ſed ferrea carnis labes, malitia adamantina, & cæcitas maligna, Sathanicáque noxa, & furia inferni maior, radices poſtquam altas coniecerit in corda; quò magis eo temporis quo Venus extra Venerem vt dicitur ad legem Iuliam in tt. de adulteriis tam deuiè in cunctis brutis terrenis quærebatur; ac ſimul in aëriis, vt dedocitur ex verbis ſuperiùs memoratis; *Delebo hominem quem creaui; ab homine vſque ad animantia, à reptili vſque ad volucres cæli.*

Gen. 6. 7.

Luxuria in tribus rebus peccantis cũctis maior.

Vlteriùs, quòd libido ſi bene ponderetur eſt vitium cunctis aliis immanius & nocentius, reſpectu Dei, ac proximi, & hominis peccantis. Dei quidem, quia Deus plus ibi turpitudine maiori inhonoratur, & pluribus ac pluries turpitudinibus adauctis, quã quouis in peccato. Proximi verò, quia plus occiditur in ſe, & corrumpitur in perniciem ac cladem quammultorum, quàm quolibet in vitio. Peccantis autem hominis, quia obſcæniùs inquinatur, & fortiùs illigatur, ac ampliùs infeſtatur in propria valetudine & viribus vtriſque, ſpiritus, ac corporis, quàm noxa in qualicúnque. Et maximè cum illa excreuerit tam valde in quaſque mundi pecudes. Quî enim ferre poſſet mundities increata ſorditiem tam brutalem & generalem ſuper terras? quin diluuium iniquitatis diluuio vaſtitatis extingueret, & tergeret? ne homines tranſirent in bruta brutis ipſis tam valde fœdiora? & mundus contra ſui decretum Conditoris in mare inuerſionis teterrimæ, & tam cælo quàm terræ ſummè iniuriæ, inutilis, & nocentis, calamitatibus tam ſordidis, ſorditie tam horrenda?

Luxuria in aliis quatuor peccatis maior omnibus.

Addatur nullum ex vitiis Venereo poſſe æquari ob quatuor qualitates quamualde ponderoſas; etſi ex magna parte incluſas in

præfatis; oimirum ob multitudinem illorum quos innectit; ob temporis dioturnitatem, qua tota vita in vinculis eaptiuos ſuos tetinet; ob temedij difficultatem quod illi tatò ſuppetit. Et ob fontem & ſcaturiginem malorum vnioerſorum, qoæ illinc velut flumina natutæ, idque eottuptæ labuntur perquamfacilè. Vode catnis ſolùm crimen (vt quidem in loco iſto) eotruptio nuncupatut; *Omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terram.* Quia vt earo quæuis mottua cotrumpitot ſuapte, ſic humana iam præmortua hoc vitio virulento; in vermes iniquitatum cunctarum mox ebollit, reſoluitut, & funditur facilitate naturali; qoa eottuptione ſimul eorruit humanitatis ædificium, brutalitatis vero ſurgit inuictum fortalitium, & æternum ac generale malitiæ ptopugnaculum; quibus ita pooderatis diluoium tetris miſſum ioſtiſſimum appacebit.

Gen. 6. 13.

Corruptio cur in vitiis de carneo tantùm dicta.

B

. Hæc tatio literalis, & pariter moralis, nec non ex Dei iodieiis, de quibus Rex Ptopheta; *Quia iudicia tua iucunda*; multimodè ſuauis, ſequentis quæſtionis; videlicet eur peccatum homicidij voluntatij pattatum pet Cain in generatione fuerit ſeptima pet diluoium atque Lamech excidium, qui tunc periit, putgatum & expiatum; Lamech verò petulantia bigamia cumulata, per Chriſti tantũ ſanguinem, qui ab Adamo in genetatione ſeptuageſima venit ſeptima, mondata & ſatisfacta; iuxta ipſius Lamech verba dicentis iſtiuſmodi; *Septuplum vltio dabitur de Cain*; videlicet in me, qui illi necem intuli (vt conſtat ex præhabitis; *Occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in liuorem meum*; ſecundũ expoſitionem communem in locum talem) & qui ſeptimus ſom homo à ptimo mundi homine; *De Lamech verò ſeptuagies ſepties*; videlicet, in Chriſto, qui in generatione ſeptuageſima ſeptima ab ipſo ptimo homine, in iſtum mundum veniet; qoemadmodum hæc ſententia intetpretatut pet Albinum, loquentem in modum iſtum; *Quia homicidy peccatum ſeptima generatione diluuij vindicatum eſſe legimus; adulterij verò ſceleris, quod primus omnium in duabus commiſit vxoribus, non niſi ſanguine Chriſti expiandum eſſe, qui ſeptuageſima & ſeptima generatione venit in mundum.*

Pſal. 118. 39.

Cur in ſeptima generatione punita Cain culpa, Lamech verò in ſeptuageſima ſeptima.

Gen. 4. 24.

C

N. 23.

N. 24.

Albinus.

27. At cognita iuſtitia, qua aquis mondus fuit diluuij caſtigatus, iam facilè intelligitut mitanda difficultas, & duritas ptima facie elementiam Dei contingens, qua ſcimos in diluuio præter octo tantum animas periiſſe mundi reliqoas, & hodie tam inoumeras ex cunctis tetræ partibus, vel Fidem noo noſcẽtes, vel ipſi non parentes, & operibos reſpondentes, vt pedes penè moti, & greſſus penè effuſi aliquibus ſint viris in Fide non nutantibos, & iſta contemplantibus; ſicut caſu in non diſſimili, & ſi impati, dicebat Rex fottis, & fottitudine inſignis Prophetali, & omnes illi mouebuotut, qui firmiter cum Apoſtolo cæleſtis aolæ conſcio, non dixerint in hoc; *O altitudo*

D

Saluandi cur tam pauci, & reprobandi cur tam multi.

Pſal. 72. 2.

A

diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei: quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius? Quis enim cognouit ſenſum Domini? aut quis conſiliarius eius fuit? Hæc enim baſis prima huiuſmodi eſt materię; vt eum Angelico D. 1. p. q. 23. art. 7. ad. 3. & 1. 2. q. 71. art. 2. ad. 3. attiogit vit doctiſſimus ex noſtto ſodalitio Theodorus Smiſing. tom. 1. tract. 3. diſp. 6. n. 805.

Rom. 11. 33. 34.

Theud: Smiſing.

Cui tamen poſſunt inniti, & ſuperimponi confidenter ſequentet tationes. Ptima, quia nemo poterit plos effrons denegate, infinita intercapedine adinuioem diſtare natutam Dei & hominis, ae ptoinde culpam Adę flagitium moltò maius fuiſſe contra Deum; quàm fuit contra Adamum & totam illius prolem ſupplicium à Deo inflictum. Vnde elicitur, cur non mirum naturam ſit humanã relinquere in tot pœnas, cum homana prius reliquerit Diuinam in culpam tantam, quæ infinities ſupergreditur flagellum comparatũ; imò poſtquam Dei eſſentiam homana à ſe dimiſit, naturaliter euenit vt Diuina à ſe humanam demittat & ptoiiciat, in earcerem petennem, in iuges crueiatus. Et ptiùs vt naturam relinquat ſuis viribus, quò patiat plures liberos quàm eſſet patitura in gratia, & innocentia. Quę natoię Deum ſuum derelinquentis derelictio tam iuſta ſanè eſt, quàm eitra pœnam debitam; vt mox ex ſobſeqoenti tatione aperietut.

Cur naſci plurimos Deus ſinat, qui neutiquam ſaluandi.

Seconda, qoia non ſolùm iuſtitia hoc Deus patratur, vt patet ex præmiſſis, ſed etiam miſericotdia; & miſericordia ſupergrediente illiuſmet iuſtitiam, vt ille cui eſt ptoprium præmiari ſupra condignum, & mala punit eitra condignum, ac ait D. Th. 1. p. q. 21. art. 4. & Sent. lib. 4. d. 46. q. 2. ar. 2. q. 2. & omnes eo in loco; de quotom mente optime præfatus Smiſing. tom. 1. tract. 3. diſp. 4. n. 95. cum ſeq. dnobus.

D. Thom.

Smiſing.

Tettia quia culpa hominum, non Dei id factum conſtat; eum de eo ſic dicatut io lib. Eecleſ. *Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit ſpatium peccandi.* Et poſtea à D. Paulo; *Qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*; de quo loco videatur relatus modò aoctor diſp. 5. à n. 26.

Eccleſ. 15. 21.

1. Tim. 2. 4.

Quarta, quia Deus de hominum multitudine non lætatot ſed de virtute & bonitate; dieente eodem lib. & cap. Eecleſiaſtici; *Non enim concupiſcit multitudinem filiorum infidelium, & inutilium.* Et ibi præcedenter; *Oculi Domini ad timentes eum, & ipſe agnoſcit omnem operam hominis.* Vnde adeo punit vnum duntaxat peccatorem, quàm hotum multa millia, & molta millia, quàm vnoin hominem. Eundem libtom audi cap. 16. *Et ſicut ſexcenta millia peditum, qui congregati ſunt in duritia cordis ſui, & ſi vnus fuiſſet ceruicatus, mirum ſi fuiſſet immunis. Miſericordia enim & ira eſt cum illo.* Vbi Lyta per hunc vnum intelligit Cain à Deo affectum pœnis; ita vt æquè caſtigauerit ſexcenta millia in ſolitudine, quàm vnum in mundi initio, & vnum quàm tot millia.

Eccleſ. 15. 12.

N. 20.

Eccleſ. 16. 11.

N. 12.

Quiota,

Quinta, quia rectus vnus eſt melior cunctis prauis; & minor cæli ſtella vniuerſa terra grandior, ac ſimul pretioſior; & in terra vna margarita, quàm multæ res eiuſdem terræ; quo exemplo in margaritæ para-
Matt.13 46. bola vſus Chriſtus; tum vt cæli pretium uſtenderet, tum animæ dilectæ, ab homine negotiatore negotij vitæ noſtræ, quæſitæ præter omnes carentes probitate.

Sexta, quia citra Deum quæcunque ſunt in mundo nil penitus exiſtunt. Vnde ait
Sap.11, 23 Sapientia; *Quoniam tanquam momentum ſtateræ ſic eſt ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani quæ deſcendit in terram.* Et
Iſai.40,17. in Prophetis dictum eſt; *Omnes gentes quaſi*
Iſai.40.15. *non ſint*; nimirum Dei reſpectu. Et *quaſi ſtilla ſitulæ* quæ cadit atque perditur, quin aliquis ſolicitetur, de perditione tam exigua. Quid perditi ergo erunt in comparationem Dei, & cæli? & Angelorum ac Beatorum, de qoibus vel gaudentibus de pœnis dam-
Pſal.57 11. natorum, ſic canit Rex Propheta; *Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam, manus ſuas lauabit in ſanguine peccatorū.*

Septima tandem vt ad fundamentum regrediar D. Pauli; *O altitudo diuitiarum, &c.* quia immenſa longè eſt & incōprehenſibilis omnino Dioina prouidentia; de qua multa Dei oracula, ſed præſertim liber Iob, ac etiam Eccleſiaſtici, vbi multa in finé iſtum inuenies ſalotaria; è quibus tantùm hęc de-
Eccl.16.12. ſumam pauca verba; *Plurima illius opera ſunt in abſconſis. Sed opera iuſtitiæ eius quis enuntiabit? aut quis ſuſtinebit?* videlicet in inferno? *Longè enim eſt teſtamentum à quibuſdam*; id eſt,
In garrientes contra Fidē egregium teſtimonium. qui legem Dei vocatam teſtamentum, admittere contemnunt. *Et interrogatione hominum in conſummatione eſt*; hoc eſt, in rebus ad nouiſſima, de quibus ipſi ludunt, & conſummationem pertinentibus; vt Lyra interpretatur ſed pulchrum quod ſubſequitur;
Qui minoratur corde nimirum præ vecordia, N. 25.
& animi defectu; nam Fides eget animo in verbis D. Tho. *Animoſa firmat fides, præter rerum ordinem, is cogitat inania, & vir imprudens & errans cogitat ſtulta.* Quid melius pro omnigenis, qui ſtulta & imprudentia de Deo fabulantur? Qua ve muſica pro diluuio iam iam ingredienti hac noſtra conſonantior?

28. Diceret aliquis qua de cauſa poſteriori-
bus hominibus de quibus ad Rom. pertra- Rom,1,26.
ctar D. Paulus, prioribus ante diluuium ſimilibus non parum, pepercerit pòſt Deus? & neutiquam voluerit diluuio ſaltem alio minori exterminare? Reſpondeo, quia maiori diluuio pietatis Deus ipſos innundauit; dum carnem tunc aſſumpſit & in Sacramento nobis dedit, qua diluuia iniquitatum miſericorditer deleuit, & in poſterum peccata benigniùs vindicauit; non ante ſuum aduentum rigore ſæpe viſo, ſed ſummo cum amore; de quo grates Euchariſtiæ myſterio referendæ. Ex Platina rem colligo in vita S. Petri, vbi poſtquam de Caligula & alijs Imperatoribus ſeu peſtibus eſt fatus, ſic ait piè & doctè: *Libuit hæc hominum monſtra praſcribere, quò facilius appareret Deum vix potuiſſe tunc retineri ab exciſio orbis terrarum, mundique totius, niſi & Filium miſiſſet, & Apoſtolos, quorum ſanguine humanum genus Lycaonem imitatum ab interitu redimeretur.* Hæc de Muſica diluuij præludio ſatis ſint. Miracula ſunt ſupra. Nunc in pelagos diluuij Diuinam Noë ratem, ſub Ida Dei auxilij aptemus, compingamus.

Cur poſt tempora diluuij in diluuiis peccatorū non alium in mundum [illegible]

EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ ENARRATIO VIGESIMANONA;

QVÆ PRIMA EST DE NOE; IN FIGVRA NAVIS.

Super verba præceptiua Gen. 7. n. 14. *Fac tibi arcam de lignis leuigatis.* Et ſuper illud Chriſti Matth. 26. n. 26. *Accipite, & comedite; Hoc eſt corpus meum.* Quæ numer. 17. reciprocè adunantur.

De continuatione & laudatione Noëmi, Numerus I.

IAM Noë ex ſuo nomine quierem præſeferens, ſubmerſo mundo vitiis, & ideo paulò pòſt diluuio ſubmergendo, ſpem, veniam, vitam, & opem tam offert, quàm & ſecum mirandum in modum affert. Spem quidem appellatione, vocabulóque proprio; Latinè nanque *quies*, illius nomen ſonat; veniam autem prędicatione, quia longè ante diluuiom id ipſuto prędicauit;
1. Petr. 2. 5. vnde dicitur à Petro *Octauus iuſtitiæ præco*; ab Enos prędicationem hanc ipſam ſupputando, qui mundum primus omnium, vt tetigi ſuperiùs, pręcinuit ſubmergendum; & tandem vitam & opem pretioſiorem cunctis opibùs, in fabricatione & conſtructione mirandæ illius arcæ, quæ à motte genus hominum in paucis ſoſpitauit. Sed iterum hęcce tria ad incudem vertamus.

2. In primis Noë requiem indigitat ex voce, hincque illius pater; *Iſte conſolabitur nos ab operibus & laboribus manuum noſtrarum in terra, cui maledixit Dominus.* Sed requies qua de cauſa? fortaſſis, quia vinum exhilarans, atque etiam labores obliuiſcens; aratrúmque in publicum leuamen vniuerſi, inuenit prior omnibus? vt colligitur ex verbis; *Capitque Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineam.* Nam quamuis de Caino id priùs dictum fuerit; *Fuit autem Abel paſtor ouium, & Cain agricola*, hoc eſt, agrorum cultor; non de cultura per aratrum, & boum ad id iunctura, adhibitionéque iumentorum ad opera portanda, hęc enim Noë reperit, procedit tale dictum. Non ſanè propter hoc primariò ponderatum, etſi expreſsè audias;

Gen. 5. 29.

Noë Hebraicè quies.

Gen. 9. 20.

Gen. 4. 2.

Agricola quis primus, aratrique & vini primigenus inuentor.

A *Iſte conſolabitur nos — ab operibus — & laboribus manuum noſtrarum; — in terra, cui maledixit Dominus.* Quæ omnia terram ſapiunt. Nam foret valde terrea, abiecta, & parui ponderis tam valde optata requies, tam magna Prophetia; quam à Lamecho viro tanto, & ſęculi tot vitiis eo temporis vexato, non de terrenis eſt credibile prolatam primùm eſſe, ſed de cęleſtibus, & bonis, cuius ſolamen ſicut fixom, æternúmque exiſtit, ſic etiam verum eſt; ita vt iſta conſolatio. *Ab operibus & laboribus manuum noſtrarum*; de laboribus procedentibus ex operibus peruerſis conueniat explicari, quæ in phraſi Scripturarum humanis fieri manibus, eſt ſcitum, & peruulgatum. Et patet; dum adiicitur; *In terra cui maledixit Dominus*; cum maledictiones illæ animam reſpexerint, &
B corpus; animam autem primo loco ob ſui dignitatem; & quia ad hanc ſeruandam ei pœnæ ſunt impoſitæ.

Gen. 5. 29.

Quam requiem Noë ſecum inuexerit in mundum.

Propter quid igitur eſt mundi vocatus Noë requies? propter gratiam quam inuenit in oculis Diuinis; *Noe verò* (dicitur de illo) *inuenit gratiam coram Domino*; propter virtutem qua fulgebat, propter iuſtitiam, quam colebat. *Noe vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cum Deo ambulauit.* Quod penſitans Ambroſius, de Noë cap. 1. in iſtum modum fatur: *Si ad ea quæ facta ſunt referendum putes, cum diluuium ſub Noe factum ſit, non requies hominibus ſed interitus videtur illatus, nec remiſſio malorum, ſed cumulus miſeriarum. Verùm ſi iuſti viri mentem conſideres, aduertes iuſtitiam ſolam eſſe, quæ nos requieſcere facit ab operibus iniquitatis; quia dum ea quæ iuſta ſunt gerimus, nihil timemus puræ ex conſcientiæ ſecuritate.*

Gen 6. 8.

S. Ambroſ. Iuſtitia ſola quies, & quies ſoli iuſtis.

2 Cor. 1. 12. *ſecuritate*. Quo ductu dixit Paulus; *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* Iuſtitia ſola tequies, dicente Dei Oraculo; Prou. 28. 1. *Fugit impius nemine perſequente; iuſtus autem quaſi leo confidens abſque terrore erit.* Et tequies in diluuij horriſona procella, obſcuta tempeſtate. Nec immeritò tunc tequies iuſtitia, virtus, gratia; cum contraria iſtorum fuerint calamitas eo temporis mottalium, & mundi clades.

3. Cur verò Noë iuſtus in tanta terræ lue, in tali vitæ tabe? quia viris ſuæ ætatis oppoſitus euaſit, & penitus conttarius impuriſſimi illi ſanè, hic decot putitatis; illi obſcæni ſupra modum, hic ſuper tertæ gaudia propemodum cęleſtis, illi carni tantùm dediti, hic Deo, & ſpiritui. Nam quantus illi fuerit ſplendot caſtimonię, exinde cum ſtupore non paruo coniectabis, quòd curriculo quingentorum annorum cęlebs vixit, & vitæ ſuę integtam munditiem conſetuauit. Quo tempore vt colligitur ex vetbis lib. Gen. *Noe verò cum quingentorum eſſet annorum genuit Sem, Cham, & Iapheth*; idque etiam vetiſimiliter ex monitu, ac Dei iuſſu *Tytheam* ſeu Aretiam, ſi Veneto in Harmonia Cant. 1. ton. 6. cap. 15. fidem demus, in Matrimonium ſibi iunxit; Barthenon nanque eam hær. 26. appellat Epiphanius; ni forſan hęcce omnia, vel linguatum varietate, vel alio quouis titulo, ei competunt vocabula. Ex qua quanta licuit ipſi naturæ breuitate, tres filios memotatos tecenter ſuſcitauit; & in poſtetum à conſortio ceſſauit coniugali; vt auctot eſt Chryſoſt. hom. 24. in Comment. ſuper Gen. ad ipſa verba modò à nobis allegata; quo loci vide Lytam.

Noëmi quanta caſtitas.

Gen. 5. 31.

Vxoris eius nomen.

Genebrard. Genebrardus addit ampliùs, non citiùs contraxiſſe, quia in iugi cęlibatu decreuerat tranſigete, tam tædio ptaui ſęculi ad nauſeam deprauati, quàm metu habendi prolem diluuio petituram. Quę ſtrages ei ab annis ptioribus enitoit, à viginti verò ante connubium clarè patuit, vt dicam paulò infra. Si autem tunc & tanto accepto mortis nuntio, indulſit Matrimonio, id fecit excitatus oraculo Diuino, vt pet liberos ſuſcipiendos ſaluatet genus Adæ. Nec enim poſt explicitam diluuij Ptophetiam, poſſibile illi foret inire carnis nuptias, qui huiuſmodi Vaticinio, quantumuis nimis arduo adhęſit magna Fide, vt ſcimus ex Apoſtolo; Hebr. 11. 7. *Fide Noe reſponſo accepto, de iis quæ adhuc non videbantur, metuens aptauit arcam in ſalutem domus ſuæ, per quam damnauit mundum, & iuſtitiæ, quæ per Fidem eſt, hæres eſt inſtitutus.* Pręſertim, quòd & tempote, quo nupſit, cępit arcæ (vt mox dicendum etit) exttuere ædificium. Magna ergo Noë fides; & magna eius iuſtitia; quę quidem iuxta Paulum, tam hîc quàm loco illo Galat. 3. 11. *Iuſtus ex Fide viuit*; à Fide proficiſcitut; dum metuens, atque credens ad vnguem verbis Dei, ptodigioſam fecit arcam; & etiam dum tam pridem abhorrens à coniugio, eodem ptorſus tempore, quo arcam cum pauore diluuij contignabat, non ttepudians ſed tremiſcens vxorem deſponſauit; non certè vt ſuo corpori deli-

Noë quo nupſit anno, & qualiter, ac quare.

Noë caſtitas & caro, illius arca prior, qua mundus conſeruatur.

A cias miniſtraret, ſed potiùs vt ęqualiter per ſuam carnem & arcam iam iam mundum fatiſcentem à morte vindicaret.

4. Digna caſtitas & caro puriſſimi Noëmi, quę mundum per luxuriam perdendum ſoſpitaret, & arca ptima foret quæ orbem repataret; ac quæ nomen ipſi datet quiete tanta dignum, vt in illo Deus à vitiis laſſatus aliorum, pacatè tequieſceret; quemadmodum bonæ ſpei Philippus Abbas ait, de obedientia Clericor. ſcribens ſexto capite. *Super iſtum gratanter Deus requieuit, cum ſuper terram iratus omnem malitiam aboleuit; in iſtius ſpiritu gratuitum ſibi reperiens habitaculum; quia eius ſpiritus in cæteris (quia caro erant) hominibus non permanſit.*

Noë caſtitas Dei centrum quo ipſe tequieuit.

Philippus Abbas.

Nec miteris quòd hic Sanctus ex caſto B quies fiat, cum caſtitas ſit homini totalis quietudo, quemadmodum luxuria omnimoda eſt turbatio. De luxuria multa ſupra Enar. pręcedent. de Caſtitate S. Ephrem in laudibus illius: *O caſtitas, cui abominationi ſunt delitiæ, venuſtas corporis, & ornatus veſtium! ô caſtitas, oculorum frenum, quæ è tenebris ad lucem totum corpus transfers! ô caſtitas, quæ cæleſtia velociſſimè penetras, & homines Angelis ſimiles reddis! ô caſtitas, portus tranquillitatis in ſumma pace, ac ſecuritate conſtitutus! ô caſtitas, quæ iuſtos illuminas, & diabolo tenebras offundis, celerique curſu ad brauium ſupernæ vocationis in Chriſto contendis! ô caſtitas, pulchra & pretioſa poſſeſſio! ô caſtitas, currus ſpiritualis, poſſeſſorem ſuum in ſublime euehens! ô caſtitas, quæ apud quoſcunque homines gratiam inuenis! ô caſtitas, quæ roſæ inſtar, in medio animæ & corporis flores, C vniuerſamque domum odoris fragrantia reples!* Sicque requiem Deus ſupremam non tepetit niſi tantùm in ea de qua dicitur *In omnibus requiem quæſiui*, ſed tamen non inueni, eſt ibi adiiciendum, niſi in illa de qua ſubditur, *Requieuit in tabernaculo meo*; à qua Virgine Dei Matre & tabernaculo illibato hîc noſttæ nauis fabrica incipiat coaſſari.

S. Ephrem.

Caſtitatis commendatio tam elegans, quam ampla.

Eccl. 24. 11.

5. Nec tantùm Noë ſpem & requiem ſuo nomine ſuapte promittebat, ſed pariter & veniam; cum illius appellatio eſſet tacita atque potens diluuij prędicatio; ſeu potens & non tacita, quietis nanque vox labotes atque tequiem (vt diem noctis tenebris) poſt illos ſuccedentem ſuapte demonſtrabat; Chryſoſtomus in Gen. *Puellus enim ille paulatim creſcens omnibus ipſum videntibus diſcendi occaſio fuit; nam mox vt quis nomen pueri ſciſcitatus eſt, ex interpretatione vocabuli didicit D euenturum generalem interitum.*

Chryſoſt.

Quando verò prędicatio illius clatè cæperit, fuit anno ante diluuium centeſimo vigeſimo; cum ſuppreſſo illius nomine ad illum Deus profatus. *Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt, eruntque dies illius centum viginti annorum.* Non equidem ad viuendum, vt meta, poſt diluuium, imò potiùs ad agendam ante illud pœnitentiam, iuxta Hieronymi ſententiam traditionibus in Gen. & Auguſtini lib. 15. cap. 24. de Ciuit. Dei. Vnde elicitur Noëmum vigeſimo poſt compertum ſtragis mundi annũ, vxorem copulaſſe; nam dilu-

Noëmus quanto tempore diluuium prædicarit.

Gen. 6. 3.

uium illius anno contigiſſe ſexcenteſimo affirmat Sacta pagina; *Eratque ſexcentorum annorū, quando diluuij aquæ inundauerunt ſuper terram.* Et ibi paulò ſupra de ipſius Matrimonio hęc verba inueniuntur; *Noe verò cum quingentorum eſſet annorum genuit Sem, Cham, & Iapheth.* Quocirca cum præfati viginti & centum anni de pœnitētia ante diluuium agenda intelligantur; anno planè vigeſimo diluuij poſt notitiam, vel claram apertionem vxorem ob rationem prædictam ſibi iunxit. Nec obſtat, priùs tale coniugium memorari, quàm diluuij quęuis mentio à Moyſe deſcribatur. Anticipatio nanque eſt in ſacro textu freqoens, hîc autem ſic locata ob cauſam & rationem, vt Adami generationes in vno tantùm capite complerè attexerentur.

Gen. 7. 6.

Gen. 5. 32.

Noëmus quando nupſerit.

Per annos ergo centum vigintíque diluuium hic Sanctus prædicauit, idque feruore tanto, & tanto cum terrore, comminatione & concuſſione venturæ vaſtitatis, vt ex eius tot virtutibus clariſſime enitefcit. Quod faceret exactiùs à diebus quibus arcam in cepit fabricare; anno ſcilicet, qui centeſſimus pręceſſit cladem illam; pro vt ſentit cum Auguſtino lib. 15. cap. vlt. de Ciuit. Dei; & 12. contra Fauſtum cap. 18. & qq. ſup. Gen. q. 5. communis opinatio. Quo anno repetito Noëmi Martimonio, naualis ei pręcipitur, nec ante nec pòſt viſa, inſtructio & expeditiu; *Noe vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cum Deo ambulauit. Et genuit tres filios, Sem, Cham, & Iapheth. Corrupta eſt autem terra coram Deo. Cumque vidiſſet Deus terram eſſe corruptam, dixit ad Noe. Fac tibi arcam, &c.* Quæ quò erat innſitatior, ingentior, & capacior, ingentiorem prędicationem, diluuiique formidinem induceret, ut homines à vitiis eſſent prorſus deuicti & mente capti, vt aduerſus eo temporis diſſolutiſſimè viuentes Chryſoſtomus commemorat homil. 24. Hincque Paulus numero 3. per arcam mundum inquit damnaſſe virum iſtum; molitioni tantæ arcæ nimirum non credentem.

Quot annos Noë cladem diluuij prædicauerit.

Gen. 6. à n. 10.

Prædicatio Noè quanti terroris, & feruoris.

6. Sed tandem vitam & opem ſalutis vtriuſque, per arcam tulit mundo; nam vbi primùm cœpit in illa laborare, & orbi cępit vitam per lignum pręparare. Quaptoptet illam poſſumus appellare lignum vitæ; humanæ prolis matrē; ſalutis noſtræ vterum; remedij noſtri pharmacum, terratum orbis columen, & optimam ad tranſfretandum in alium mundum nauem; id eſt, in cęlum ipſum ſublimius tranſcendendum; cum vtique non poſſit ad cęleſtem paradiſum non plurimùm conducere, quæ alium terræ vicit; vt quinta orat. eleganter ſatis habet Baſilius Seleucenſis; *Arca ferebatur ſuper aquas, velut curriculo vndis inuecta, non proſcindens fluctuum profunda, ſed equitans in ſalo, velut in ſolo. O arca paradiſo firmior! Illic nanque nauigabat ſerpens; illic lignum mortis fuit inſtrumentum; hic lignum ſalutis fuit gubernaculum.*

Præconia Noe arcæ.

Baſilius Seleucenſ.

Hæc fecit, ne in fluctibus fluctuatet homo fragilis, qui in floribus amænis naufragium triſte fecerat. Hęc fuit, quæ tam cęli,

A quàm inferni diuerſimodè hinc inde ſęuientium deuicit diram rabiem. Hęc quæ Deum pro nauclero, pro ventiſque ſpiritus Angelicos eſt nacta; vt ait Auguſtinus lib. 15. cap. 17. de Ciuit. Dei. Hęc nauium primiceria; de qua pro velis poſſunt expandi ſummæ laudes; pręconiáque, non probra, quæ multi in primum ratium auctorem coniecere; è quibus ſunt Ouidius de Triſt. lib. 1. eleg. 2. Camoënſ. Cant. 4. Octau. 102. Horatiuſque, quem ille ad vnguem eſt imitatus, in nauigium; quo illius dilectiſſimus Virgilius Athenas tranſmeauit; vbi primum dulci fiſtula, at poſtmodum ſeuera inuehitur in nauem; amici ſui baiulam lib. 1. Ode 3.

Sic te diua potens Cypri
Sic fratres Helenæ, lucida ſydera,
B *Ventorúmque regat pater,*
Obſtrictis aliis, præter Iapyga:
Nauis, quæ tibi creditum
Debes Virgilium: finibus Atticis
Reddas incolumem, precor,
Et ſerues animæ dimidium meæ.
Illi robur, & æs triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commiſit pelago ratem
Primus, nec timuit præcipitem Africum
Decertantem Aquilonibus
Nec triſtes hyadas, nec rabiem Noti; &c.

Horatius.

Nauigationis primus auctor abominatus & impetitus multoties à Poëtis.

Qui poſtquam audacem animum Iapeti decantauit, moraliter concludit:

Nil mortalibus arduum eſt
Cælum ipſum petimus ſtultitia; neque
Per noſtrum patimur ſcelus
Iracunda Iouem ponere fulmina.

C Quibus Senecæ ſuauia ligari debent carmina in Medea choro 2.

Audax nimiùm, qui freta primus
Rate tam fragili perfida rupit,
Terráſque ſuas poſt terga videns
Animam leuibus credidit auris;
Dubióque ſecans æquora curſu
Potuit tenui fidere ligno.
Inter vitæ mortiſque vias
Nimiùm gracili limite ducto.

Seneca.

Feliciot noſtra nauis, vel in eo quòd Mariæ Dei Matris typum geſſit, de qua in lib. Vmbra Virginea n. 131. anonymo ſub trito, & ſibi conſueto, ſic ait Nouarinus.

Hæc eſt arca teſtamenti
Noë portans in præſenti
D *Maris huius fluuio.*
Quam Meſſias introiuit,
Et intactam cuſtodiuit,
Clauſo ſuis oſtio.

Nouarinus.

Maria Noë arca.

Etſi plurimum Maria excedat Noë arcam, vt de laudibus illius Chryſip. ibimet relatus ſic obſeruat; *Illa erat animalium arca, hæc autem vitæ incorruptibilis. Illa ipſum Noë hæc verò ipſius Noë factorem portauit, illa duas & tres contignationes & manſiones habebat hæc autem vniuerſæ Trinitatis complementum. Denique illa animalia & bruta in ſe continuit, & ea in alia non mutauit; noſtra homines brutorum more viuentes in Angelos immutat.*

Chryſip.

7. Sed nauem iam in aquas Euchariſtię depellamus; quod vtique faciamus cum illis Lucæ verbis; *Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem*

Luc. 22. 10.

catem

tatem occurret vobis homo amphoram aquæ portans; & ipſe vobis oſtendet cænaculum magnum ſtratum; & ibi parate: quæ in Matth. 26.

S. Anſelm.

Anſelmus ſic elucidat; *Maluit ſignis, quàm nomine denotare, quia in ſignis voluit aliquod myſteriũ ſignificare. Quicumque enim voluerit paſcha Domini celebrare, debet ſequi baiulum aquæ. Baiulus aquæ ſignificat prædicatorem, qui debet omnibus gratiam ſpiritualem propinare; lagena autem ſignificat fragilitatem peccatoris, qui ducet eum ad domum Eccleſiæ, vbi paſcha Domini celebrari debet.* O ſententia ſupra modum in præſentiarũ mihi congrua! Quis enim prædicator fragilior, & tenuior? Quid aqua verò clariùs? Sic ego cum ſcientia ſim tenuis A perquàm valde, ac ſuper cunctos fragilis, ille tamen ſum qui vobis Euchariſtiæ longe claras figuras iam exhibui, & propitio mihi Deo quàmplures exhibebo; quas aquas vt clariſſimas libare & propinare ſtudioſis non ceſſabo. Sequimini prædicatorem, & portitorem talis aquæ, quantumlibet, vt illum, ignotùm, & ſine nomine; ipſe enim non quieſcet quoùſque vos in domum Eccleſiæ manuducat, & ducat in Cænaculi Figuram & veritatem; cum aliis quæ poſt Chriſti Euchariſticum myſterium hæc noſtra coronabunt, vbi tandem Paſcha Domini ſublimiùs celebrabitur.

DE NOE AD CHRISTVM DOMINVM; DE diluuióque ad aquas Sanctiſsimi Baptiſti, & de arca ad fluctuantem, militantémque Eccleſiam allegorica translatio.

8. NVLLVS Deo gratus fuit diluuij tempeſtate, idoneúſque vt mundum ſecum ipſo, Dei clementia interueniente, repararet, excepto Noë Sancto; de quo Diuinus textus hoc indicat, dum ait;

Gen. 6. 8. & 9.

Noe vero inuenit gratiam coram Domino. Noë vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis. Nam filij propter eum creduntur reſeruati, ex verbis paulò infra;

Gen. 7. 1.

Ingredere tu, & omnis domus tua in arcam; te enim vidi iuſtum coram me in generatione iſta. Et nullus præter Chriſtum in vitia atque ſupplicia declinantem mundũ valuit (ac columna non declinans, ſed permanens immobilis cunctorum ſuper ſe iniquitates verè ſuſtinens, & noxas) ſuſtentare; quare dicitur de eo;

Pſal. 13. 3.

Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Nimirum, vſque ad Chriſtum, venturum pro re tanta, vt ait Interlinea; & alibi tam latè, quàm clarè & eleganter;

Iſai 53. à n. 4.

Chriſtus vnicus in remedium Fidelium vniuerſorum.

Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Et nos putauimus eum quaſi leproſum, percuſſum à Deo & humiliatum. Ipſe enim vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra: diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus. Omnes nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſque in viam ſuam declinauit; & poſuit in eo Dominus iniquitatem omnium noſtrum. Vnde in cubito conſummabatur

Gen. 6. 16.

iſtius Sancti arca; *Quia vnicus eſt auctor, Redemptórque Eccleſiæ, conceptus ſine peccato; ad quem & per quem omnes proficiunt, qui peccatores ſe nouerunt.* Vt piè, doctè, & verè Gregorius Sanctus ait relatus apud Gloſſam.

Noë autem fuit vnicus; ſed tamen quamuis vnicus, cunctorum conſolatio, & requies abſoluta; id verò in Chriſti vmbram,

Rupertus.

Chriſtus requies mundi vnica in remiſſione peccatorũ.

de quo Rupertus Abbas ad cap. 5. Gen. *Quæ eſt requies, vel conſolatio, quâ conſolatur nos iſte verè filius Noe, nimirum filius Dei, niſi peccatorum remiſſio? Vnus erat Noe, & in illo vno ſaluatum eſt ſemen ad recuperationem orbis terrarum; quia videlicet vnus eſt Chriſtus, in quo eſt*

Actor. 4. 12.

noſtra ſalus, & non in alio. Nec enim aliud no- B men ſub cælo datum eſt hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Origenéſq; priùs in ipſum lib. Gen. hom. ſic ſecunda:

Origenes.

Si reſpicias ad Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum de quo dicitur; Ecce agnus Dei; Ecce qui tollit peccata mundi;

Ioan. 1. 29.

& iterum; Factum pro nobis maledictum, vt nos de maledicto legis redimeret;

Gal. 3. 13.

& iterum, Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos; & inuenietis requiem animabus veſtris;

Matth. 11. 28. & 19.

inuenies hunc eſſe, qui verè requiem dedit hominibus & liberauit terram de maledicto, quo ei Dominus maledixit.

Eccleſia qualis nauis ad homines ſaluandos.

9. Sed quæro quanam re & terram liberauerit, & requiem nobis dederit ſecundus Noë Chriſtus? Reſpondeo, quòd hac C duplici; arca, ſcilicet, & diluuio; Eccleſia, atque Baptiſmo. Eccleſia nempe naui, tam firma ad ſoſpitandos & homines ſaluandos, vt mirum quid affirmet contra Epiſto. fundamen. cap. 5. vir eximius B. Auguſtinus;

S. Auguſtinus

Auguſtino quantùm fiat auctoritas Eccleſiæ.

Ego Euangelio non crederem, niſi me Eccleſiæ Catholicæ moueret auctoritas. Baptiſmóque tam apto ad crimina abluenda, vt Hieronymus tom. 2. Epiſto. ad Oceanum feſſus multas Baptiſmales figuras numerandi, huiuſmodi concludat;

S. Hieronymus.

Dies me deficeret, ſi cuncta quæ ad potentiam Baptiſmi pertinent, de Scripturis Sanctis voluero digerere: & natiuitatis ſecundæ, imò in Chriſto primæ, ponere Sacramenta. Ante quas priori loco diluuium ſic conſtituit;

Diluuij quot figuræ.

Peccat mundus, & ſine aquarum diluuio non purgatur; D *ſtatímque columba Spiritus Sancti, expulſo alite teterrimo, ita ad Noë, quaſi ad Chriſtum, in Iordane deuolat, & ramo refectionis ac luminis pacem orbi annunciat.* Quantum tu ſi magnam copiam videre concupieris, Viualdi ſcripta

Viualdus.

lege in aureo Candelabro, n. 2. de Baptiſmo; & Bellarmin. de eodem mundante Sacramento tom. 2. cap. 4. cum multis viris

Bellarmin.

aliis, tam priſcis, quàm modernis, in re præſenti obuiis; quos inter vnus eſt B. Auguſtinus de mirabil. Sacræ Scripturæ lib. 1. cap. 4. in ſuo tomo 3. & Hector Luſitanus in Ezech. 46. vbi paucis ſub eloquiis comprehendit quæque alia;

Auguſtinus

Hector Pinto.

Aquis diluuij mun-

Ioan. 3. 5.

dus perit; aquis Baptiſmi inſtauratus fuit, dicente Domino; Niſi quis renatus fuerit, &c.

Baptiſmus quantùm abluat.

S. Sylueſter

Quoniam autem ſumus nunc his fluctibus ſacratis & vtilibus immerſi, aliquorum Patrum eos ornemus teſtimoniis; è quibus ſic Sylueſter apud Nicephorum lib. 7. cap. 33. ad Conſtantinum Imper. io iſtum modum loquitur; *Hæc aqua (ô Imperater) Diuina virtute, per inuocationem viuifica Trinitatis concepta, ſicut exterius corpus hominis abluit, ſic interiùs noſtram animam à ſordibus emundans, ſplendidiorem radiis Solaribus efficit.*

Chryſoſtomus.

Chryſoſtomus in Ioan. hom. 25. *Quod eſt matrix embrioni, hoc eſt Fideli aqua; ſiquidem in aqua fingimur, & formamur vnde primum dictum eſt;* Producant aquę reptile animæ viuentis. *Ex quo autem Iordanem Chriſtus ingreſſus eſt, non ampliùs reptilia animarum viuentium, ſed animas rationales, & ſpirituales aqua produxit.*

Baptiſmus matrix hominum ad cælum renatorum.

B

Leo Papa.

Et Leo Papa in Natiu. ſerm. dicens. 4. *Omni homini renaſcenti aqua Baptiſmi inſtar eſt vteri Virginalis, eodem ſpiritu replente fontem, qui repleuit & Virginem; vt peccatum quod ibi vacuauit Sacra Conceptio, hîc myſtica tollat ablutio.* Et ſer. 5. *Originem quam ſumpſit in vtero Virginis poſuit in fonte Baptiſmatis, dedit aquæ, quod dedit Matri; virtus enim Altiſſimi, & obumbratio Spiritus Sancti, qua fecit vt Maria pareret Saluatorem, eadem facit, vt regeneret vnda credentem.*

Baptiſmus Chriſtianis ſecunda Chriſti Mater.

Quos omnes vno taotùm ob multa fide digno Burgenſi coronemus, addit. 1. cap. 19. ad lib. Numer. vbi aquæ celeberrimæ luſtralis verſans cauſam, quæ ex aqua & vaccæ rufæ cineribus confecta mundabat gentem Hebraicam, hæc ille verba facit. *Rabbi Moy. Gerund. excuſans ſe à redaenda ratione de hoc præcepto, talia verba ſcripſit.* Nos autem, qui pro peccatis noſtris ſumus contaminati in hac captiuitate, ignoramus munditiam ſanctitatis, donec veniat ſuper nos ſpiritus de alto, & effundat Deus aquas mundas ſuper nos, & emundemur, amen: ſic fiat in diebus noſtris. *Hæc ille. Vtinam iſte Rabbi ſaperet, & ſeipſum intelligeret.* Hucuſque dictus vir; qoi ex tenebris Iudaicis ad lucem noſtram venit; qua via plus ei fidei debetur, quàm cuicunque doctrinam præter Chriſti non hauſit vnquam aliam.

C

Burgenſis.

Aqua luſtralis Baptiſmalis.

10. Et verò ponderandum, per arcam atque diluoium ſaluaſſe Noë orbem; non per arcam ſine diluoio; nec per diluuioin ſine arca. Neque enim ſine Baptiſmo Eccleſia quidquam valet, nec Baptiſmus ſine Eccleſia; niſi in paruulis, qui in culpam Apoſtaſiæ per infantiam incurrere non valent, & tempore diluuij eis infantibus, qui ab originali ſub fide genitorum muodari inuenti ſuut. Imò ſicut in diluuio aqua illius ſine arca mors extitit ſubmerſis, ſic Baptiſmus ſine Eccleſia, ab illa maior erit deficientibus damnatio; vt docent Cyprianus Epiſto. 74. & Auguſtinus de Fide ad Petrum cap. 37. qui in Ioan. tract. 11. Noë arcam atque diluuium ad Chriſtum cum Eccleſia & Baptiſmi ablutione adaptat huiuſcemodi;

D

Vt arca atque diluuium ſalutis partes fuerunt, & hodie quoque ſint integrales, & ęquales.

Ioan. 3. 4.

Auguſtinus

Quomodo poteſt homo naſci; cum ſit ſenex? Non nouerat iſte, niſi vnam natiuitatem ex Adam &

A

Eua; ex Deo & Eccleſia nondum nouerat. Non nouerat niſi eos parentes, qui generant ad mortem; non dum nouerat eos parentes qui generant ad vitam. Non nouerat niſi eos parentes qui generant ſucceſſuros, non dum nouerat eos, qui ſemper viuentes generant permanſuros. Cum ergo ſint duæ natiuitates, ille vnam intelligebat. Vna eſt de terra, alia eſt de cælo; vna eſt de carne, alia de ſpiritu; vna de mortalitate, alia de æternitate; vna de maſculo & fœmina; alia de Chriſto & Eccleſia Quid pulchriùs pro re noſtra?

Baptiſmus quouis tēpore naſcēdi modus nouus.

11. Quomodo arca ſignificauerit Eccleſiam Chriſtianam res eſt in Saoctis P. P. tam frequens, quàm & madens ſpiritus dulcedine; quorū ſatis pro nunc erunt Origenes hom. 2. in expoſitione lib. Gen. Ambroſius toto in lib. de Noë & arca; Gregor. apud Gloſſam & Auguſtinus 12. coutra Fauſtum Maoichæ. à cap. 12. & lib. 15. cap. 26. de Ciuit. Dei; cum multis eo in loco per Viues memoratis, ac inſuper poſt omnes, dictamen atque trames figuræ, & ratioois.

Origenes.

Ambroſius.

Gregorius.

Auguſtinus

B

Nam vt arca in ſe continuit tum homines tum bruta, ſic Eccleſia ſub ſe claudit electos & præſcitos. Arca infra valde lata, & arcta ſupra erat; quæ etiam quadrupedia in parte inferiori, in ſuperiori verò homines & aues conclodebat. Eccleſiáque ſimiliter vbi beſtiæ commorantur eſt lata & dilatata; vbi homines, anguſtiis non paucis coarctata. Vbi enim beſtiales, hoc eſt, fragiles & deditos operibus carnalibus, quæ beſtiis ſunt communia, Fideles ipſa tolerat, vt mater quoſque filios recipiens, ſinum laxat; ne quid dicam de hæreticis, qui pro libito & arbitrio ſuarum npinionum dilatant hancce arcam, ſeu lata via & vita ab illa longe degunt: vbi verò rationales agnoſcit ſuos natos, morigeros, & aptos ad altiora conſectanda, & ad habitandum in locis ſummis; ac vt aues ad volandum contemplatione in res cæleſtes, quæ in arca prope homines fuerunt introductæ, locatæ & hoſpitatæ, ad vnum tantum cubitum, in quo arca conſumebatur, reducitur eius tota diffuſa latitudo, videlicet ad Chriſtum, imitationémque illius, qui vnica eſt perfectio, & ſummitas cunctorum.

Eccleſiam Noe arca quam optimè adumbrarit.

C

Cur arca lata inferiùs; anguſtáque ſuperiùs.

Gen. 6. 56.

Cur homines & aues in arcę ſūmitate.

Ac qui vnà iſtius arcæ tam oſtium, quàm feneſtra agnoſcitur, & eſt; feneſtra, vt lucem habeat ab illo, qui omnem hominem in hunc mundum venientem illuminat, vt Sol, qui omnibos dat lucem; & oſtium, vt nos ad Patrem per eum trāſeamus: nemo enim niſi per Filium ad Deum Patrem vadit. Vlteriùs, quòd eſt oſtium ad paſcua Sacramentalia per ipſum inuenienda; *Ego ſum oſtium, Per me ſi quis introierit, ſaluabitur, & ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet.* Quamobrem in arcæ latere illius erat oſtium; nollus quippe poteſt ingredi in arcam Eccleſiaſticam, niſi tantùm per Sacramenta, quæ de latere Redemptoris, vt ſæpe elucidaui, benignè promanarunt. Vnde ait Auguſtinus in Commentar. ſuper Ioan. tract. 120. *Vigilanti verbo vſus eſt Euangeliſta, vt non diceret, lancea latus eius percuſſit, vel vulnerauit, aut quid aliud, ſed aperuit; vt illic quodāmodo vitæ oſtium panderetur.*

Ioan. 1. 9.

D

Ioan. 14. 6.

Ioan. 10. 9.

Feneſtra & arcę oſtium quantopere ſit Chriſtus.

Ioan. 19. 34.

panderetur. Hocque prænuntiabat, quod Noë in oſtio arcæ oſtium facere iuſſus eſt, quo intrarent animalia, quæ non erant diluuio peritura; quibus præfigurabatur Eccleſia.

12. Hinc puto formam arcæ trecentorum cubitorum fuiſſe in longitudinem; quinquaginta in latitudinem; & in altitudinem triginta; quæ fabrica conſummabatur in vno tantùm cubito; *Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius. Feneſtram in arca facies, & in cubito conſummabis ſummitatem eius.* Quia feaies quinquaginta, quæ arcæ eſt longitudo, tercenta ex ſe producunt; & tercenta in quantitate ſenaria retroacta, quæ arcæ latitudo, in quinquaginta dilatantur; at multiplicata per triginta, quæ arcæ erat profunditas, & myſtica altitudo, in decem per trinitates trigeſimas conſcendunt, & aptè ſublimantur; quæ omnia conſummantur, reducuntur & adinſtar compendij ſolidantur in cubitum, qui ſupereſt ex tanta magnitudine; & eam cum myſterio permagno totam claudit, abſoloit atque terminat. Nam quicunque in longitudinem carnalis vitę iere in naue Eccleſiaſtica (vbi animantes rationales, ſeu rationales animantiũ operationi inſeruientes hæc machina occludebat) in præcepti ſexti liberam & gratam facultatem per Matrimonium iuſtam & Sanctam, ſupremò deſiere. Et qui inde vel catenis Matrimonialibus ligati, has minoris faciendo, ad ſtudia ſpiritualia vltroneè rediere, latitudinem quinquagenariam; numerum ſcilicet iubilæi, & iubilom à virturibus exorcum reperere. Hoc autem conſcendendo ad Trinitatem quæ implicitè ſub numero trigeſimo; & trigeſimo decemplicato in arca coruſcabat; quia ad trinum & vnum Deum præcepta reudunt decem; aſcendúntque in altum eiuſdem maieſtatis; altitudo cuius ſomma & profunditas immenſa, in profunditate & altitudine, non in alia dimenſione tam myſtici ædificij, idoneè reſplendebat; ne in ea quid inconcinnum, vel mi- A nus aptum foret. Quæ omnia tandem ad cubitum conueniunt ſingularem, finalem, & conſummãrem tam vaſtam architecturam; quia ad Chriſtum ſemper oculi cunctorum reſpexere, & anxiè contendere, qui Fide mediante in hac arca vniuerſalis Eccleſiæ ſunt incluſi; ad Chriſtum nempe, qui, ſingularis verè eſt in Triade Sanctiſſima, tam ratione generationis, quia vnigenitus eſt ſolus; quàm Redemptionis, quàm carnis ſumptæ; ac qui etiam finis eſt, & conſummator valde vnicus iam arcę Eccleſiaſticæ, iam legis & præceptorum huic arcæ conceſſorum; vnde numeri prædicti in denaria & Trinitatem peroptimè redacti, ad cubitum adhoc Chriſti euectiùs aſcendebant; vt ad terminum, prout dixi recenter, ſingu- B larem, finalem & conſummautem Eccleſię Sanctæ fabricam, & arcam venuſtiſſimam; de quo, tanquã de verò fine iſtarum rerum Paulus; *Finis enim legis Chriſtus; ad ſalutem omni credenti.* Et tanquam de conſummatore, is ipſe cæli præco ſic ait ad Hebræos; *Ideoque & nos tantam habentes impoſitam nubem teſtium; deponentes omne pondus, & circumſtans nos peccatum, per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen; aſpicientes in* Authorem Fidei & conſummatorem Ieſum, *qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit Crucem, confuſione contempta, atque in dextera ſedis Dei ſedet.*

Gen 6.15.16

Dimenſiones arcæ Noë idoneè ponderatæ.

Vt arcæ Noë finis & legis, ac Eccleſiæ; nec non etiam Trinitatis in multis ſingularis veraciter ſit Chriſtus

Rom. 10.3.

Hebræ. 12. 1. & 2.

Multi arcam Crucis faciunt nec perperam hieroglyphicum; in quo ſanè non permodicè accedunt Sacramentis; è quibus apud C Gloſſam inuenies Iſidorum. Nos autem qui ad Sacramenta in oſtio illius arcæ peroptimè adumbrata cum Auguſtino locu vltimo peruenimus aptiſſimè, peruenti vt Sacramentorum materiam proſequamur, cum Gloſſa proferamus; *Chriſtus per Noë, qui ſolus inuentus eſt iuſtus in generatione ſua ſignificatur, cui propter iuſtitiam ſeptem homines donantur. Sic Chriſto ſeptem Eccleſiæ illuminatæ conceduntur, & ſeptem Sacramenta.* Cum quibus nunc ad noſtrum Euchariſtiæ transeamus.

Vt Chriſto Noë vero ſeptem Eccleſiæ, & Sacramenta in arca ſint concredita. Gloſſa.

ALLEGORICA DE ARCA AD EVCHARISTIAM
terminatio.

13. RECTE admonet Pererius lib. 10. ſup. Gnoeſ. nefas eſſe dubitare, myſteria multa Chriſti per ſæcula euentura hanc arcam deſignaſſe. Nam ſi omnia priſcis viris contingebant in figura, quid de opere dicendum ſtupendo ſuper opera, quæcunque tu conſideres in mundo perpetrata! Præſertim, cum Deus volens omnem orbem diſſipare ac illum reparare, per hominum & animantium in loco qualicúnque à diluuio intemeraro conſeruationem nimis facilem, hoc poſſet adimplere. Qua ductus ratione iudicij eſſe figuram affirmat S. Petrus; & Lyppomanus magna fide ditatum Noë aſſerit; eò quòd aduer- D ſus ſenſum, conſenſumque conctorum, qui eum deridebant, cachinniſque, & plurimis ludibriis circa opus tam arduum afficiebant, per centum annorum curſum innixus verbo Dei hanc naoim præparauit, & ſe illorum morſibus haudquaquam denegauit.

Pererius.

1. Cor. 10 11.

1. Petr. 3. 5.

Quam magna Noë fidea.

Ego verò tantam fidem ingenuè demiratus myſterium noſtræ Fidei ſupremum & Euchariſticum in arca ſic conſidero, quia ad corporis humani effigiem & ſimulacrum extructa perhibetur. Sed ſic eſt, quod ſimulacrum humani & praui corporis non poterat tum temporis reparare mũdũ perditum, cum mundus perdebatur humana propter corpora, obſcænis rebus dedita;

In figuram humani corporis conſtructa Noë arca,

A

ergo corpus effigiatum in arcæ talis fabrica vnum erat corpus Chriſti induti carne Adæ: quod de corpore Incarnato ad Sacramentatum ipſius Domini non deuiè transferetur.

Philo.
Auguſtinus
Ambroſius.
Iſidorus.
Georgius Venetus.

Antecedens, arcam illam referre corpus hominum, moltorum aſſertum eſt, & optima obſeruatio, à Philone, ni decipior, de Plantatione Noë libro ante reliquos ſcriptores formata, & meditata, cui poſtea ſubſcripſerunt Auguſtinus contra Fauſtũ lib. 12. cap. 14. & lib. 15. de Ciuit. Dei cap. 26. Ambroſius cap. 6. de Noë & arca; Iſidorus apud Gloſſam; & in Harmonia noſter Venetus Cant. 1. ton. 6. cap. 3. rem præſentem vt nouam & ſuam tradeos; qood hominis peritia notare me me impulit, & maximè neſcio quale ſpecimẽ dicendi; quo ſe pœnituiſſe ibidem ſuperaddidit, hoc poſtea in Auguſtino prædictum reperire; ac ſi meliùs non exiſteret cum Sancto tam ſublimi iudicium habere idem, vt de ſcriptore inferiore vrbanè dixit magnos Andræas Tiraquellos; qoàm conſortiom tanti viri vltroneè detrectare. Sententia quorum Patrum fundatur Sacro codice, dum arcæ longitudinem ad latitudinem Deus ſexcuplam, & decuplam ad altitudinem profunditatémque illius, quæ eſt corporis hnmani dimenſio naturalis, præcepit fabricari; *Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo arcæ.* Quibus vtique menſuris mortalium conſtat corpus, Auguſtino ſic dicente in loco tom. 5. à nobis allegato; *Menſura ipſa longitudinis, latitudinis, & altitudinis arcæ ſignificat corpus humanum. Humani quippe corporis à vertice vſque ad veſtigia ſexies tantum habet, quantum latitudo, quæ eſt ab vno latere ad alterum latus; & decies tantùm, quantùm altitudo; cuius altitudinis menſura eſt à dorſo vſque ad ventrem; velut ſi iacentem hominem metiaris ſupinum, ſeu pronum; ſexies tantùm longus eſt à capite vſque ad pedes, quàm latus à dextra in ſiniſtram, & decies tantùm quantùm altus eſt à terra.*

Gen. 6. 15.

B

S. Auguſt.

C

Compago humani corporis menſuris quibus conſtet.

Iam verò conſequentia, de corpore commoui ad corpus Chriſti vnicum debere hoc neceſſariò intelligi, & transferri, naturaliter pateſcit, cum corpora peccantia corruptioni ſint ſobiecta, & corruptionẽ culpa inductam ſuapte compellantia; ſubindéque diluuium, quod culpis & corruptione mortifera eſt illatum, trahentia vi ingenita; at ſolum corpus Chriſti ad mundum ſoſpitaudum ex corruptione, per ſe aptum; vt corpus incorruptum & corruptioni non obnoxium, de quo Propheta Regius; *Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem.* Et ita vt corpus liberum à quolibet peccatn, & caro verè plena quacunque ſanctitate idoneum ad redimeodum ex damnis peccatorum & gratiam confereudam. Quapropter idem Sanctus Ioan. cap. 9. & in lib. nuncupato quinquaginta hom. hom. 43. de cæco nato ait; *Caro te cæcauit*, videlicet corrupta; & corruptione longè inſignis; *Caro te ſanet*; nimirum, caro Sancta, & ſanctitate ſummè inclyta. Vnde corporis Incarnati iam Chriſti patet veritas; ad corpus nunc ipſius Sacramentatum veniamus.

Vt corpus Chriſti tantùm ad mũdum vindicandum ex morte ſit idoneũ.

D

Pſalm. 15. 10.

S. Auguſt.

Cur arcæ Noë arca, non nauis nomen habeat.

14. In primis Noë arca, cum nauis tanta fuerit, non nauis appellatur; ſed arca, quia modo quocunque depingatur, vt depingitur à moltis ſcribentibus in Geneſim, plus arcæ, quàm nauigij ſpeciem indigitabat; cum vndique eſſet clauſa; & arca tanquam clauſa, ac viſum noſtrum arcens, à rebus quas occludit, vt volunt ethymologi, huiuſmodi vocatur. Quod myſteriis ibi occultis non parum ſuffragatur; Euchariſticóque maximè. Nam arca pro diuitiis domeſticis quibuſuis, & pane cootinendis compingitor, & de more frequenti elaboratur; quid verò ad exprimendas vel potiùs indicandas diuitias noſtri panis tam aptum & ſingulare quàm priſca Noë arca? Si enim Moyſis alia vocata teſtamenti, ad quoddam manna plenum vas aureum conſeruandum Dei iuſſu religioſè & ſumptuoſè ex bactris aureis Sethim ligna contegentibus, quacunque facta legitur, cur etiam Noe prior & longè mirabilior, pro cibo non vmbratili ſed vero deſignando, ac veluti ſub pignore futuro iam ſeruando, non fuerit Dei volitu, imperióque primariò formata, & præparata?

Quod ethy. mon ſit arcæ.

Euchariſtico pro pane primariò conſeruando vt arca Noë facta.

Quòd autem Moyſis arca præcipuè ſit extructa ob cibum noſtri cibi figuram continendum, ex locis perurgentibus duobus notum erit. Primo Exod. 16. n. 33. vbi priùs quàm conſtructum fuiſſet Tabernaculum, vel arca teſtimonij, vas illud iuſſit Deus impleri manna cælico, vt poſtea conderetur in arca, & Tabernaculo: *Sume vas vnũ, & mitte ibi man, quantùm poteſt capere Gomor, & repone coram Domino ad ſeruandas in generationes veſtras, ſicut præcepit Dominus Moyſi. Poſuitque illud Aaron in Tabernaculo reſeruandum*: de qoo vide ſi vacauerit Auguſtinum ſuper Exod. q. 61. Ergo arca principaliter pro illo cibo facta. Secundo verò Pauli dicentis ad Hebræ. *Poſt velamentum autem ſecundum, Tabernaculum quod dicitur, Sancta Sanctorum, aureum habens thuribulum, & arcam teſtamenti circumtectam ex omni parte auro; in qua vrna aurea habens manna, & virga Aaron, quæ fronduerat, & tabulæ teſtamenti.* Vbi ille ex tribus rebus in arca conſeruatis, manna primo in loco mihi videtur collocaſſe, quia primùm propter illud eſt arca fabricata. Ergo pari ratione & priſca Noë arca, vt corpus Chriſti in pane & cibo denotatum iam inde præſignaret.

Exod. 16. 33.

Eodem pro ſtrumento vt arca teſtamẽti ſub Moyſe facta fuerit.

Hebræ. 9. 3.

In arca teſtamenti quæ fuerint antiquitus.

15. At decet quendam locum præſenti rei aduerſum innexum non relinqui, ſed potiùs eoodari; ex 3. lib. Reg. cap. 8. n. 9. qui ita ſeſe habet: *In arca autem non erat aliud, niſi duæ tabulæ lapideæ, quas poſuerat in ea Moyſes in Horeb, quando pepigit Dominus fœdus cum filiis Iſrael, cum egrederentur de terra Ægypti.* Et indicat has ſolas Moſaycæ legis tabulas in arca contineri; cum dicat, *Non erat aliud*; quæ negatiua tam expreſſa excludit qoæque alia; manna vero, & virgam Moyſis non intra in arcę concauo, ſed extra circum

3. Reg. 8. 9.

circa,

circa, ſcamno in quodam poſita, ſubiecto dictæ arcæ, in orbem prominenti, quo illa conſedebat; vt erat & thuribulum, de quo præfatus Paulus; *Poſt velamentum autem ſecundum, Tabernaculum quod dicitur Sancta Sanctorum, aureum habens thuribulum, & arcam teſtamenti circumtectam ex omni parte auro.* Nam extra arcam memoratum thuribulum fuiſſe, ex verbis iſtis claret, dum ad inuicem diſtincta hæc duo referuntur; *Aureum habens thuribulum, & arcam teſtamenti*; Quæ quidem iuxta modum præfatum conſtitiſſe; arcam nempe ſuper ſcamnum, & thuribulum ſuper ipſum ſcamni tabulatum, non intra arcam, ſed iuxta arcam, exinde coniectatur, quia aliud præter arcam cum ſuis adiacentibus, Propitiatorio, & Cherubinis, virga, tabulis, & manna, ac thuribulo prædicto non erat eo in loco, nec veriſimile quòd arca & reliquiæ tam eximiæ ac plenę reuerentia ſteterint vel iacuerint, ſuper nudum, licet mundum & pretioſum pauimentum, vt per aliquam eleuationem his rebus maior honos & timor adderetur. Ergo talis eleuatio, contignatio quædam erat, & ſcabellum pedum Domini inuiſibiliter & peculiariter ei fabricæ inſidentis, & inde reſpondentis, fundentiſque oracula; quamobrem ſicut iam de thuribulo nobis conſtat fuiſſe prope arcam, & hoc ſanè ſuper ſcamnum ſummopere illi decens, ſic poteſt & de manna putari ac virga Moyſis; vt equidem putarunt Lyranus & Burgenſis inſignes in Dei pagina, & ritibus Hebraicis.

Sacerdotis ſummi antiqui thuribulum vbi fuerit.

Lyra. Burgenſis.

Et verò meo calculo reſponſio debet alia inquiri congruentior; nam neque verba Pauli hanc dari patiuntur, nec ratio pendens iſta ad lancem rectitudinis. Verba Pauli, quia modo diuerſo de his loquitur, de thuribulo, quidē ab arca fuiſſe ſaparatum, in verbis iam ter habitis; *Aureum habens thuribulum, & arcam teſtamenti*; vt promit hæcce formula, & rationes modò datæ; manna autem, virgā, & tabulas intra arcam delituiſſe, in aliis ſubſequentibus; *In qua urna aurea habens manna, & virga Aaron quæ fronduerat, & tabulæ teſtamenti.* Quæ circunſtantiæ tam expreſſæ non ſinunt dubitari, intra arcam modo æquali hęc tria latuiſſe, & ſeruata, vel ab oculis humanis extitiſſe. Ratio verò, quia ratio non eadem in his militat, quæ militat in thuribulo, ſed alia diuerſiſſima; nam thuribulum præter quòd non fuerit ita factum, debebat eſſe ad manum, vbi Sacerdos illuc Summus ingrediens poſſet Deo incenſum concremare, & facilè adolere; reliqua autem intra penitiſſimum Sacrarium illius arcæ, vbi manus neq; Summi Pontificis attingeret, & ſola manus Dei qui illic modo nobis mirando præſens erat, exinde ſua & ſuos pro libito dirigeret, & pro ſummo atq; iuſtiſſimo arbitrio gubernaret.

Intra arcam vt manna fuerit, & virga, & legis tabulæ.

16. Quare iſta contemnenda haudquaquam ratione, & verbis Apoſtolicis attentè ponderatis, ac aliis pręter hæc ex libro Numerorum prolatis huiuſcemodi; *Refer virgam Aaron in tabernaculum teſtimonij*, ſeu in arcam teſtamenti, quæ eadem eſt omnino;

Num. 17. 10

A

teſtimonij & teſtamenti propterea vocitata, quia tabulæ teſtamenti, & legis inter Deum Iudæóſque teſtantis, & fœdere reciproco ſeruiendi ſemper Deo ac ab eo propter id recipiendi beneficia vtrinque conteſtantis, ibidem occluſæ erant; his, inquam, prout decet maturè examinatis, videtur reſpondendum, ſententiam D. Pauli vt poſteriorem & clariorem alterius lib. Reg. expoſitionem ſecum tradere. Res vna nanque debet per multas explicari, & breuia per extenſa, obſcuráque per clara, non autem viceuerſa, vt in pręfatione dictum eſt.

Teſtimonij & teſtamenti cur arca ſancta dicta.

Cur autem ſacer codex in illo loco Reg. conciſus ſit, & tacens tam manna quàm & Virgam, hęc poteſt dari ratio, nimirum, duo iſta non expoſuiſſe Regem Vatem quia

B

ipſa tanquam certa reliquit & ſuppoſuit; de quo ſuppetunt exempla Enar. de præcepto, inquirendo cur pręcepta de Fide & charitate, cum hæc duo in pręceptorum materia ſint polaria, nequaquam in decem illis Decalogi euulgentur. Deinde quia manna & virgam non excluſit, ſed potiùs mirè incluſit ſub tabulis duabus; dum in prima erant pręcepta reſpicientia cultum Dei, & in ſecunda bonum proximi; quod virgam & manna erat ſub tabulis habere, ac clarè enūtiare; nam Deo manna debitum deuotionis prędulciſſimæ, quo ille diligatur, colatur, exaltetur; at proximis & homini cuicunque recta virga, qua ipſi dirigantur, corrigantur, menſurentur, & nos aliis iuxta normam Dei legis adæquemur. Quapropter virga &

Vt tabulæ Dei legis ſupponant virgam, & manna.

Dei legis vt nam tabulæ nequaquam ſine manna & virga dari poſſint.

C

manna ſub tabulis clauduntur in loco ex lib. Regum. Cuiuſmodi in Dei Filij ſententia apud Matthæum; *Et nemo nouit Filium, niſi Pater; neque Patrem quis nouit, niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare*, Spiritus Diuinus nullatenus excluditur, ſed includitur & ſupponitur, cum Lyra, & beneplacito cunctorum in locum illum.

Matt. 11. 27.

Lyra.

Nec eadem non iuſtè vtrobiq; datur ratio; quia tria in Moyſis arca diuinitus incluſa, Diuinitatem & Trinitatem peroptimè exprimebant. Virga, puta, ſummum Patrem, cui attribuitur potentia, tabulę legis, Filium eius; cui Sapientia deuouetur; & tandem manna dulce, Spiritum Paracletum; qui conſolator interpretatur; idque, vt Deum decet, dulcedine infinita; vt in vno è ſuis

Vt Trinitas a ſtiterit & fuerit ſignata in arca teſtamenti.

D

ſpeculis Carthuſianus adnotauit. Vlteriùs quòd ob magnam reuerentiam in legē Moyſis, de illa tantùm ibi 3. Reg. cap. 8. ſcriptor verba fuderit. Et demū, quia in odium Eucharиſtici Myſterij hoc ita factum eſſe licebit affirmare; quandoquidem manna ipſum Euchariſticam figuram contempſit gens Hebraica, cum dixit in deſerto; *Man-hu?* ſeu *Quid eſt hoc? Anima noſtra arida eſt, nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri, niſi man. Anima noſtra iā nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo*; vt alibi Guerricus appoſitè obſeruauit. Quod etiam non incongruè de virga dici poterit, cum iſta Crucis Chriſti extiterit pictura; *Adſunt Diuina prodigia in virga Moyſi primitùs figurata.* Quocirca fuit illic religioſè conſeruata. Seu vt plurima ſupplicia per illam

Dionyſius. Carthuſ.

Euchariſtiā Iudæi oderunt, cum loco memorando.

Exod 16. 15. Numer. 11. 6 & cap. 21. 5.

HHHhh

quondam inflicta ceruicis Iudæi duræ perpetuò pertimeſcerent; quod quidem plùs ſilentium, quàm laudes poſtulabat.

17. Sed ex lignis incorruptibilibus, maiori ex parte cedrinis, quorum tarra Paleſtinæ & confinium prouinciarum, vt Pererius ſuper Geneſ. conſiderat, eſt ferax, compacta Noë arcâ; quæ in materia incorruptibili Dei Filium prędicabat, & in modo quo eſt facta, tunſionibus ac ictibus, ipſius trucem mortem, qua tamen velut arca per mortem à vita illa qua vixerat in arboribus, ſaluauit mūdum perditum ab aquis vitiorum. In quo arca teſtamenti Noëticæ non impar, nil minus Chriſti ſpeculum; erat enim ſicut illa ex lignis corruptioni nullatenus obnoxiis, vt Lyra, nec non auctor teſtatur Interlineæ; quæ à pagina Diuina vocantur Sethim ligna, & ſpinoſa illorum arbor, ac ſentibus armata, aculeiſque perhorrida & vndique vulnifica à multis affirmatur; qui inſuper per arcam è lignis factam talibus, accipiunt corpus Chriſti, puriſſimis ex membris, ac vna imputribilibus deſumptum Matris Virginis; quæ arbor talis fructus, & arca talis panis, ac mater talis filij, ſed ſimul in ſimilitudine externa circumtectum dumetis atque vepribus, quæ tangit D. Paulus; *Deus Filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne*; Spinam ſpina auferens, vt clauus clauo truditur. Et rectè, cum nec homines ſaluare potuiſſet, niſi ex membris incorruptibilibus compoſitus fuiſſet, nec ille corruptioni mortali ſeſe tradere, niſi in carnis peccatricis ſimilitudinem coalitus; quod dicere ibimet Apoſtolus videtur, ſi præcedentia & ſubſequentia eloquia trutinentur; ſed clariùs in eadem epiſt. ad Rom. *Traditus eſt propter delicta noſtra*; id eſt in carne mortis tributo oppignorata; *Et reſurrexit propter iuſtificationem noſtram*; hoc eſt in carne ex ſe à mortis lege libera, & prorſus aliena; vt nobiſcum ob carnem noſtram deſcenderet in mortem, & ſecum ob carnem ſuam nos duceret in vitam.

Pererius.
Noë arca & teſtamenti è quibus factæ lignis, & vmbra in illis Chriſti.
Exod 25.10.
Spinæ in Chriſto quales, & corpus incorruptum.
Rom.8.3.
Rom.4.25.

Hinc dicitur perquammeritò in noſtro primo themate. *Fac tibi arcam de lignis leuigatis*; à pondere nimirum grauante & corrumpente omnino leuigatis, & leuibus redactis; nam omne quod corrumpitur nos deprimit, & grauat; *Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem.* Cui ſecundum regionè reſpondet iſtiuſmodi; *Accipite, & comedite; Hoc eſt corpus meum*; id eſt potens ad demandam corruptionem incorporalem, infixam prauæ animæ, & corporalem per participationem exinde deriuatam tollendam ſuo tempore; *Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.*

Gen.6.14.
Sap.9.15.
Ioan.6.54.

18. Quòd ſi ligna noſtræ nauis interiùs & exteriùs bitumine iubentur oblini & circumpingi, bitumen quod eſt aliud tenacitatem tam inſigne, quàm Chriſti in nos dilectio? qua intrinſecùs & extrinſecùs linitus ipſe fuit, cùm condidit hunc cibum; in quo tandem velut glutino ligatus tenaciſſimo nobiſcum ad finem vſq; remanſit mundi vltimum; *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi.* Non incipiens ſicut arca à centum annorum curſu, ſed à curriculo infinito; à limite ſine limite; à tempore ſine tempore, & ab initio ſine initio; de quo ſecundus Vates, *In charitate perpetua dilexi te.* O amor, & dilectio æterno nata glutino! eodem verò amore continuata, & terminata; ne terminus hîc detur; ne meta hîc offendatur, ſed ſine meta & fine hîc amor augeatur. Non quidem quòd Dei amor augmentum poſſit capere, ſed quod iſto ſemper ille ob magnitudinem feruoris, excreſcere & ebullire ſuaptè videatur; vt feruentia & ebullientia videntur vaſa creſcere; cum vtique non creſcant, ſed ferueant & feruore excreſcere arbitreris, necnon videas quod eſt emplius, non paucies circumfundi.

Amoris quo bitumine linitus Chriſtus fuerit, cùm condidit Euchariſtiam.
Matt.28.20.
Ierem.31.3.
In Deo vt verè amor & creſcat, & non creſcat.

Quinquemerata memoratur illius arcæ fabrica, manſiunculas præter multas ab intus fabricatas,, in hominum & animalium receptionem diſtributas. Et in plagas quinquepartitum eſt corpus Saluatoris, pro hominum & animalium, ſeu rationaliter & animaliter in Eccleſia commorantium, vel transfretantium in mondum alterum, benignis & idoneis amoris receptaculis. Quin ſenſus vllus illic, vel etiam ſenſualitas per rationem moderata foramine ſuo careat peculiari in quo quieſcat, & Deo perfruatur. Vltra omnia miſericordiæ latibula, nō adeo latentia, quàm patentia, in verbis quibus ille ſecundus Noë dixit, ſeu primus, atque primum ſolamen mundi & ſalus, exhibita in propatulo; *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos, &c.* Sed refectione quanam quæro, niſi noſtri Sacramenti, quod reficit vt panis, & eruit à laboribus per ipſoſmet labores, vt panis Deo plenus, qui mòrte vicit mortem; & vitam, perdens vitam, inuenit pro fidelibus; vel moriens & reſurgens, ſeu intrans & egrediens è ſanguinis diluuio, calore iſtius ſanguinis vigorem dedit mundo ad vitam meliorem. Nec deeſt Euchariſtiæ feneſtra lucis peruia, de qua 1. Enar. de luce multa diximus; & alibi non pauca. Videatur Auguſtinus n 11. relatus, & in commentar. ſup. Ioan. tract. 120, at de verbis Matthæi vltimis Thomas à Kempis lib. 4. de imitatione vitæ Chriſti à 1. illius capite.

Quomodo Chriſtus quinquameratus vt arca Noe priſca in hominum ſit vitam, præſidium & domicilium.
Matt.11.28.

19. Poſt quæ in Noë arcam cibaria & animalia inducta ſunt multimoda; cibaria primo loco, vt iſta non deficerent cateruæ ſoſpitandæ, animalia verò vt cibis durarent in diluuio, & iſto tandem effluxo, influerent in orbem viuentes creaturas, ambulantes animantes, eundem varietate & vtilitate decorantes. Hæc autem non reſiliunt à ferculo Euchariſtico, cum illud cibus ſit, & comedentes animantia, animantibúſque ipſis non rarò immitiores. Quo ſenſu *pro domo ſua*, egregiè dixit Tullius; *Hoc monſtro omnium non modò bipedum, ſed etiam quadrupedum impuriſſimo.* Excepto, quòd in arca, quæ animalia

Cibaria & animalia in Euchariſtica quæ arca.
Gen.6.21.

animalia ingreſſa ſunt, animalia ſunt egreſſa; in Euchariſtiam verò qui animalia ingrediuntur, ſeu ad ingreſſum diſponuntur; primùm tali diſpoſitione, & poſtea tali ingreſſione, in homines ſanctiſſimos frequenter immutantur; de quo Chryſoſtomi elegantia hom. 3. de pœnitent. in ſuo tom. 5.

Animantia Noe arcæ Euchariſtiæ accommodata.

Fuerunt ex immundis animantibus hæc ſumpta in numero binario; in ſeptenarióque ex mundis, quia immundum ab vnitate Diuina, & per quàm maxime ab Euchariſtica (quæ vnitate ſæpeſæpius memorata, reſplendet multiformiter) moueri, & declinare, in binariúmque ſtudij aduerſi tranſmutari; mundum verò in ſeptenario Sacramentorum, atque virtutum firmati ſeptiformium. Quantumuis immunditiès vnitatis declinata in binariis coniugatis per vnitatem Matrimonij extiterit purgata & planè reſtituta; ſicque immunda per connubij conſortium mundefacta, quò in arca Eccleſiaſtica ſaluari tandem valeant.

Gen. 7. 2.

Vt immunditia per munditiam reſtituatur Matrimonij.

De auibus etſi multæ immundæ prorſus fuerint, iuxta ea quæ ſunt poſtea dictata in lege Moyſi, omnes tamen iuſſu Dei in numero ſepteno in arcam ſunt inducta, & à terra volant omnes tam grato priuilegio, vt cæleſtes creaturæ, & aues cæli ea de cauſa dicantur frequentiſſimè; at de hominibus huiuſmodi quod ait cæli tuba; *Conuerſatio noſtra in cælis eſt.* Quo loci Plinij aſſertum lib. 10. cap. 63. in mentem mihi venit; *Bipedum ſolus homo animal gignit*; quia bipedes quæquæ aliæ creaturæ ſunt altilia, quæ filios non progenerant, & pariunt, ſed educunt ab ouis, quammultoties non ſuis, ſed extraneis, & etiam modo extraneo gignendi calefactis, caloréque ad vitam altiuolam pertractis. Quare æquè aſſeuerandum de hominibus & auibus, has tantùm creaturas eſſe bipedes inter reliquas; quibus equidem natura ob maiorem perfectionem dumtaxat duos pedes conceſſit corporales, & ſpirituales duos alios, in auibus aërios; at in hominibus ſydereos & etiam ſuper ſydera ac cælos gradientes, vt in auibus ſunt alæ tranantes leues auras; in hominibúſque potentias, tum mentis, tum affectus, tum voluntatis, tum intellectus, queis homo in mirabilibus deambulat cæleſtibus, ſuperior ſublunaribus.

Gen. 7. 3. Moralitas de auibus in arca Noe clauſis.

Philip. 3. 20. Plinius.

Vt bipedes progenerent.

Huiuſmodi erat quidam ex Ciſtercienſibus conuerſus, ſeu laicus Religioſus (vt iam ad finem properantes miracula Enarrationi accommoda afferamus) qui in Abienſi eiuſdem Ordinis Abbatia vitam agens, vt auctor eſt egregius Guillel. Pariſi. de Rhetor. Diuina cap. 34. quotieſcunque Sacratiſſimam ſumebat Euchariſtiam, tanto gaudio perfundebatur, vt ſpatio duorum pedum à terra eleuaretur, & ibi media hora, vel circiter conſiſteret, non alio fulcimento, quàm gaudio memorato. Rectè auis duorum pedum, qui duobus ſpiritualibus, altitudine duorum in aëra ferebatur, vbi colloquiis, & deliciis Diuinis fruebatur. Nec abſimilis S. Ida familiæ eiuſdem filia, & mater venerabilis; patria quidem Loua-

Guillelm. Par. ſin. Miraculum de Religioſo Euchariſtia ſemper rapto ſpat o duorum pedum.

Miraculum de S. Ida

A nienſis, at deuotione in Euchariſtiam tam feruens & inſignis, vt quemadmodum Ioannes Daſſinius notum facit, vel antequam Bernardi militiæ adſcriberetur, in Sacellum domus ſuæ gallinas atque aliquas domeſticas auiculas ſolo verbo ſecum duceret ad Miſſæ Sacrificium, cui hilares, reuerentes, & conticentes aſſiſtebant; exemplo ſuo mentes præſentium commouentes, ad volandum in eum Dominum, qui irrationalia ſibi attrahit, ac ratione potirentur. Sed ad metam noſtræ nauis gradatim appropinquemus.

auiculas ſolo verbo ad Miſſæ Sacrificij aſſiſtentiam compellente.

20. Philo in lib. de Plantatione Noëmi intitulato, arcæ illius animalia diſertè moralizat; nam cū in corporis humani effigiē & ſymmetriam ab eo facta fuerit, hoc corpus B multas capit tam beſtias, quàm & aues rationales, & immundas; quibus ſemper Noë iuſtus, vel iuſti viri vigor proficiendus ſanè eſt, vt brutales ſenſualitates cohibeat, atque domet; & volantes cupiditates in regionem libertatis, Dei arcæ clauſæ vndique e regionè contrapoſitam, volare non permittat, nec foras euagari. Quò ſic homo verè homo, rationaliſque perſiſtat, & à prauo concupiſcentiæ diluuio liber maneat. Nec quidem hoc Euchariſtico Myſterio non colludit; dum homo propter illud à vitiis ſeſe abſtinet, & Sacramentum miſericordia tam amplum ex ſeſe eſt, vt condat in ſe bruta, & ſe in brutis ipſis, de quibus in Ioanne; *In me manet, & ego in eo.* Cui ideo verba Pſaltis conueniunt maximopore; *Homines & iumenta ſaluabis Domine, quemadmodum multipli*C*caſti miſericordiam tuam Deus.*

Animantes & volantes creaturæ Noe arcæ vt ſint in quouis homine, & debeant contineri.

Ioan. 6. 56.

Pſal. 35. 7.

Taliter autem Noë fecit hoc ipſum in clade illa, vt maxima cum laude de ipſo ſcriptum ſit; *Fecit igitur Noe omnia quæ præceperat illi Deus*; nimirum quò ad arcæ difficilem & prolixam conſtructionem in rebus cunctis, cum ſuis circunſtantiis tam duris, & pergrandibus. In quo S. Patriarcha vberrimè laudatur, & ſummè commendatur. Nam qui facit quæ Deus iubet, nil vltra debet facere, nil ampliùs cogitare, vel altiùs ob rem aliquam, ſeu ob aliquam virtutem à quouis celebrari. In quo quidem iſtius Sancti Obedientia valde lucet, qua omnia mundi bona reliquit, ablegauit. Caſtimonia fusè micat, qua fugiens ab obſcænis excidium mundi vitiis, ſe tradidit caſtitati, vt D ſupra dictum eſt, qua illum reparauit. Fides eminus coruſcat, qua credidit ad vnguem in caſu tam per arduo. Spes rutilat firmiſſimè, qua hæſit Dei promiſſis, & de illius retributione nil prorſus dubitauit. Charitas autem ſuper omnia diffundit miros radios, qua tanta amore Dei peregit ſolertiſſimè, & ſtrenuiſſimè confecit. Diligentia clarè viſitur, qua omnia tam pro naue quàm pro illius commeatibus ſolerter congregauit. Fortitudo latè claret, qua tandiu tot incommoda ſuſtinuit libentiſſimè. Et tandem omnes virtutes collucent ſupra modum, quibus vnus homo tantùm, longè maximus quam Maximus reſtituit mundi rem, qui tempore peccatis peribat eius vita, cadebat eius

Gen. 6. 22.

Noë virtutum ſumma, epiloguſque celebris.

Pro Euchariſtia accipiēda Noëmus quàm idoneur.

forma. O virum pro Euchariſtia deſcripta in arcæ fabrica ſumenda paratiſſimum! cum rectitudinis molares hunc panem ſoli conterant, necnon fauces ſanctimoniç hunc cibum tantùm glutiant, quo ſenſu in Cœn. Dom. ſic dixit Cyprianus.

S. Cyprian.

Qui verbo tenus, corde ſicci, & mente aridi, Sacris interſunt, vel etiam communicant donis; lambunt quidem petram, ſed inde nec mel ſugunt, nec oleum.

21. Nec ſolùm in ſuæ arcæ hoc ille extructione, ſed etiam in ingreſſione, conſcenſúque in nauem, de quo ſic Dei imperium in textu Sacro legitur;

Gen. 7. 1. Gen. 6. 18.

Ingredere tu, & omnis domus tua in arcam. Et ſupra enucleatiùs; *Ingredieris arcam tu, & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum.* Eregionéque Noëmi perfecta obtemperatio;

Gen. 7. 7.

Et ingreſſus eſt Noë, & filij eius, vxor eius & vxores filiorum eius cum eo in arcam. Vbi omnes à me modò virtutes numeratæ certare & promicare videntur in hoc viro, ſed illa principaliùs, cũ qua etiam principaliter eſt arca elaborata; caſtitatem dico mundam, qua mundus ab immunda eſt morte vindicatus. Nam mulieres à viris hoc in loco ſeparantur, & non ſolùm ſeparatæ à Moyſe nominantur, ſed etiam ſeparatim ingreſſæ ſunt in arcam; & ſeparatim in manſiunculis diuerſis habitarunt, ne contingeret in arca concubitu inquinari ſocietatem pœnitentium, lugentiúmque collegium, quod in altero diluuio, ſeu perpeti profluuio perennium lachrymarum, pro mundo tenebatur perempto lachrymari, & pro alio reparando Dei numen exorare, & lachrymis inflectere, ac prorſus expugnare; nec iterum ad coniugale conſortium redierunt, donec iterum generationis & multiplicationis benedictionem à Deo obtinuere; vt teſtis eſt Lyranus cum omnibus Rabbinis & Procopius, cum Catholicis, quibus additur ex recentioribus Henricus Spondanus anno à mundi natalitiis 1657. Quorum multi ſuperaddunt, & bruta per id tempus à coïtu ceſſaſſe; vt inuenies cum Peterio initio lib. 11. in Comment. ſuper Gen.

Caſtitate Noë arca non ſolùm fabrefacta, ſed etiam & gubernata.

Lyranus. Procopius.

Spõdanus. In diluuio vel à brutis ſeruata omnino caſtitas.

Quæ veritas munitur ex verbis inter illa ingreſſionis bis prolata, habentibus ſe ita:

Gen. 7. 2.

Ex omnibus animantibus mundis tolles ſeptena, maſculum & fæminam; de animantibus vero immundis duo & duo, maſculum & fæminam. Sed & de volatilibus cæli ſeptena & ſeptena, maſculum & fæminam, vt ſaluetur ſemen ſuper faciem vniuerſæ terræ. Quia etſi vt ſemen viuat ſeruentur animalia, in numero nihilominus ſepteno non ſeruantur, vt ſemen ſaluum fiat; cum in pluribus ex immundis, & paucioribus ex mundis potuerit hoc dari, & ſemen conſeruari; ſed in numero hoc prçſcripto, vt eo genus hominum myſteriis inſtruatur. Magna etenim myſteria in numero hoc præfixo occludi ſæpe diximus; è quibus vnum hîc educitur ſuapte in laudem caſtitatis; cui tam numerus binarius, quàm etiam ſeptenarius idoneè famulantur. Binarius, quia proprius eſt iugi coniugalis, quo caſtitas ſeruatur; dum aliò non deflectitur, nec modus inconueniens in tali ſtatu

Animalia cur in arcam binaria & ſeptenaria.

A quæritur; quo inſpecto de monogamia Tertullianus ſic profatur;

Tertullian.

Quid dicam ampliùs? immundis quoque alitibus cum binis fæminis introire non licuit. Septenarius, quia virgo hic numerus agnoſcitur, ex eo quia alium intra limites denarij nec generet ex ſe, nec ille generetur; vt in 6. Enar. abundè elucidaui. Quo fit, vt caſtitatis, nimirum coniugalis binarium ſit exemplum; & ſeptenarium virginitatis, ac puritatis Sacerdotalis, quæ valde æquiparantur, cum vtraque ſit iugis, in finem vitæ vſque, vt tales eſſe poſſint. Vnde ſolùm duo iſta in arcam introducuntur, quia virgines & caſti tantummodo ſunt apti ad arcam noſtri panis ingrediendam, & conſcendendam; quorum primi ſunt in ea animantia in loco iſto immunda nuncupata, ſecundi verò munda.

Animalia Noë arcæ vt homines perdoceant virginitatẽ, & caſtitatem.

B 22. Sed cur immundi caſti? qui quantumlibet aliquando extiterint immundi, vt accidit frequenter, per caſtitatem ſubſequentem, in iugo coniugali, ſunt prorſus mundefacti? Quia ſic inicare debet ſacerdotalis caſtimonia, vt coniugalis ei collata immunda reputetur. Probatur, quia immunda animalia nuncupata, & talia in lege Moyſis à cunctis reputata, non quidem quia turpia vel etiam venenata ſic illa dicebantur;

Euchariſtiæ ſoli caſti idonei, & caſtitatis Sacerdotalis, quid mirabile.

Omnia (nanque) *munda mundis*, & *Quæ Deus purificauit, immunda non dicuntur*; præſertim cum de omnibus creatis hoc legatur;

Tit. 1. 15. Actor. 10. 14

Vidit Deus cuncta fecerat, & erant valde bona.

Gen. 1. 31.

Sed quia erant non admiſſa Moſaycis Sacrificiis, imò prohibita ne aris Dei templi imponerentur. Ergo immundi coniugati reſ-

C pectu illorum hominum qui incumbunt Sacrificiis, altarihúſque ſeruiunt. Nec malè, cum perpetuò commixti carni primi; ſecundi verò à carne perpetuò ſeparati. Hieronymus in Gen. huiuſmodi profatur;

S. Hieron.

Id tam tum temporis protendit duplicem Eccleſiæ ſtatum, coniugalem, ſcilicet, in binarijs; in ſingulari verò virginalem. Et Sacerdotalem nihilminus, vt volo tibi ex iſta ſententia demonſtrare.

Nam ratio cur hic Sanctus numerum illum ſeptenarium, quo animalia munda ſunt in arcam Dei inducta, non vocet ſeptenarium, ſed potiùs ſingularem, hæc ſanè clarè eſt; quia numerus ſeptenarius animalium prædictorum inæqualis cùm extiterit, & coniugia ſolùm tria ipſorummet habuerit, ſingulare quoddam animal virginitati deputatum,

Septenarius cur nam numerus vocetur ſingularis.

D deſtinatum, & conſecratum ſupererat ex ſeptem. Hoc autem non tantopere ad ſtatum virginitatis futurum deſignandum, quantopere ad Sacerdotalem munditiam deuotandam. Quia animal ſingulariter poſt ternaria coniugata in arca reſeruatum, quod numerum perficiebat, & faciebat ſeptenarium, mas erat ſolitarium, & ideo ſine coniuge ac fœmina ſeruatum, vt ex eo poſt diluuium (ſicut tandem factum fuit) ſtatim à Noë fieret ſtrenuum & maſculinum in gratias Sacrificium; quemadmodum Seleucenſis Orat. 34. & Lyranus cum communi grauiſſimè aſſeuerant. Vnde claret Sacrificium fuiſſe cauſam virginitatis in animante ſingulari;

Sacrificiis quantùm victimis, ac iden & Sacrificio, repleta Noë arca.

Baſilius Seleucenſ. Lyranus.

gulati; ac proinde virginitatem pro ipſis Sacerdotibus primariò inſinuaſſe. Quod & hominum ſelectorum pro arca prodit numerus; cum fuerint hi octo, & ſeptem, ſi Noëmus à numero abſtrahatur, vt poteſt, & decentiùs omnino debet abſtrahi; generationis nanque auctor & ptimum fundamentum, cum ea non inſeritur. Vnde naſcitur quòd Dauid, cum Regum ſit initium in gente Iſraëlitica, in teſſaradecade Regali progenitorum Redemptoris à Salomone ſeparatur, Matth. primo capite. Quo iterum ſeptenarium illorum ſeptem hominum virginitati Sacrificij non abnuit clientelam.

Vt auctores generationum in ipſis non ponantur.

Vel dicamus, vt Mariæ texamus mentionem, auxilium flagitemus, & ſtellæ maris noſtri pro nauigatione mox ſequenda, altitudinem & claritatem polarem contemplemur, ac obſeruantia qua debemus eius iubar & ſubſidium humillimè obſeruemus; illud animal ſingulare, ac veluti virgineum, ſine aliquo conſorte pro Sacrificio reſeruatum, virginitatem Matris Dei iam inde prænotaſſe; quia valde cum Sacrificio hæc Domina eius Mater naturaliter ligatur; & ad inſtar Sacrificij ſalutis cauſa eſt, inſtar verò Noë arcæ brutalitates quaſque noſtras amore ſummo tegit; vt Enarrat. 21. à nobis dictum fuit.

Virginitas Mariæ in arca figurata; & arcæ maris ſidus ad maria ſuperanda.

23. Ergo mira caſtitate ac reliquis virtutibus paulò ſupramemoratis, tam arca præparata, quàm eſcis onerata, & animantibus atque Noë, cum vxore & tribus filiis, ac nuribus in nauigium tam mirum mox ingreſſis; nil aliud iam reſtabat, quàm expectare fluxum aquæ, & nauis ſuæ motú per maria metuenda; ac metu qualicúnque maiora & grandiora. Ante omnia verò Dei intentibus ſuccumbere, & voluntatibus proſtrari, eum iugiter & acriter pro ſe, & mundo omni, præterito ac futuro enixè deprecari, & Deo tandem tradi. Quæ quidem in mæſtiorem formidiné acciderunt iam mari Sole immerſo, ſi tamen talem diem eſt auſus Sol aſpicere; in cuius ſummo articulo, vt inquiunt Dei eloquia, peractis cunctis rebus hîc breuiter libatis, tunc facere Deus cœpit quæ diu per Noëmum & alios viros pios ad impios euulgauerat. In primiſque forinſecus Deus arcæ clauſit oſtium; *Et incluſit eum Dominus deforis*; ſeu, deforis occluſit oſtium Dominus. Vt arcam in prouidentiam aſſumeret iam ſuam, quam commiſerat euſque ſolertiæ viri iuſti.

Qua hora diei Noë intrauerit in arcam.

Gen. 7. 13.

Gen. 7. 16.

Quoniam autem Deus vel puniens miſericordiæ non eſt immemor, ſed miſerendi ſemper magis quàm puniendi recordatus, diluuium mox in terras nullatenus coniecit, ſed expectauit dies ſeptem, de quibus ſacer textus; *Adhuc enim, & poſt dies ſeptem ego pluam ſuper terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus; & delebo omnem ſubſtantiam quam feci de ſuperficie terræ*; vt inter tempeſtatis illius mæſtam faciem, & tempus quouis alio obſcurius atque triſtius, & grauidum portentis futuræ cladis nuntiis, ſuæ radios pietatis Deus magnos oſtentaret; è

Quot dies ante diluuium expectauerit in arca, ſeu Deus malorum lachrymas.

Gen. 7. 4.

A quibus tres commemorant grauiſsimi Doctores.

Primum quidem, vt Mathuſalem ſublatum eodem anno, à negotiis exterioribus iam penitus ſemoti, intra cameras funeſtas carinæ circumclauſæ quietius illi octo Fideles deplorarent; vt cum omnibus Hebræis ſcribit noſter Lyra. Et ſanè apud Iudæos Dei quondam charum populum, pòſt fuit ritus celebris, dierum ſeptem curſu defunctis funus agere, exequiáſq; perſoluere, ac viſitur in Geneſ. cap. 50. & oſtenditur oblongè à Ioſepho Vicecomite lib. 4. cap. 9. de antiquis Miſſæ ritibus. Vel quia ſeptem eſt numerus quietis conſequendæ, vt de Fide reſurrect. ediſſerit Ambroſius; vel

Mathuſalem quando ſublatus; & quomodo ploratus.

Lyra.

Gen. 50. 11.

Vicecomes

B quia ex quaternario, ternarióque componitur; ternaria nanque anima in ſuis eſt potentiis; corpus verò quaternariú in quatuor qualitatibus, pro quibus expiãdis ſunt apti dies ſeptem; etſi viri ex Gentilitate religioſis rebus dediti, ad nonem dilatauerint officium ſepulturæ; de quibus in Horatio;

Exequiæ ſeptem & nouem diebus perſolutæ.

Nouendiales diſſipare pulueres.

Horatius.

Et Æneid. lib. 5.

Præterea ſi nona dies mortalibus almum
Aurora extulerit, radiíſque retexerit orbem;
Prima citæ Teucris ponã certamina claſsis, &c.

Virgilius.

Quod ſi contigit huiuſmodi Deus voluit vt pro clauo gubernaculóque ligneo, haberet mortem arca; cuiuſmodi voluerat interitæ paradiſo, quò mortis recordatio indideri[t] Adamo, ne caderet in mortem; *in quacunque enim die comederis, ex eo morte morieris*: vt

Mors arcæ Noë clauus

Geneſ.

C voluitque in populi à terræ Ægypti exitu, portantis Ioſeph oſſa in loco gubernaculi; hoc eſt, in loco vltimo illius magni agminis, iter facientis per deſertum. Vlteriùs, quòd in arcam hæc hominis prioris ſecum intulit pientiſsimè Noëmicus nauclerus, vt dixi loco proprio; vt morte ſe eximeret à mortis tot prodigiis, & iaculis hinc inde crudeliter intortis. Niſi dicamus eum planctum fuiſſe mundi funus, lachrymationémque pro eo, pœnitentiam pro proteruis & teſtificationem pro dolore tam magnę cladi debito, quo in ſimilibus acerbitatibus à portu ſoluunt Nautæ; dicente Mantuano; *Sic fatur lachrymans, claſsíque immittit habenas.*

Exod 13. 19.

Secundum verò radium, vt diluuium tot diebus ſupremò expectaretur, & quaſi pa-
D raretur, quot à Deo mundus fuerat paratus & creatus; quò æqualis miſericordia vtrobique illius eſſet; tum mundú procreando, tum etiam procreando in numero ſepteno; qui plenus eſt clementia in Sacra chronologia. Ambroſius cap. 13. de Noë & arca profatur in hæc verba; *Non eſt vanum, quòd tot interpoſiti ſunt dies, quot antiquitus fuerunt in conſtitutione mundi. Sex enim diebus factus eſt mundus, ſeptimo autem die requieuit Deus ab operibus ſuis, quo auctorem ſe declarauit, tam mundi, quàm diluuij. Mundum propter ſuam bonitatem condidit, diluuium fecit noſtrorum merito delictorum.*

Miſericordia Dei tam creans, quã poſtea delens mundum.

S. Ambroſ.

Tertium tandem vt miſericordiam pœnitentibus porrigeret, & vltimò exhiberet;

ac veluti vexillum clementiæ ſuæ magnæ defixum ſuper tempus ſublimiùs eleuaret. Nam annotum ſuper centum vigintique ſpatium, peccatoribus pro venia, ſi eos pænitetet iam pridem præfinitum, conceſsit dies ſeptem; quos Noëmo iam in atcam vt diximus recepto, Deus adhuc expectauit;

Pro peccatoribus diluuij Dei vltima expectatio, & ſumma miſeratio:

deſidetans delinquentium conuerſionem, ſi voluiſſent ad conſpectum Noë in arcam cum animantibus ingreſsi (vt ad caſum & ſpectaculum tam valde formidandum) à vitiis ſe frenate, & indulgentiam poſtulare; de quibus ſic Ambroſius in loco recens dato;

S. Ambroſ.

Admoniti ſunt ergo homines, vel ex numero dierum, quibus mundus eſt conditus, quòd Conditorem ſuum non lachrymis ſolùm & prædicatione, ſed correctione morum reconciliare debuerant. Et vt Domini clementiam hinc bene colligamus; quia multorum annorum offenſione, pauci diebus, ſi pænituiſſet eos, voluiſſet relaxare. Nec immetitò cum ſeptem ſit numerus prouenia à Chtiſto conſignatus, Matth. cap. 18. & interuentu Sactamenturum pro remiſsione conſequenda.

Matth. 18. 21

Ætatis Noë anni & dies quo inceptum diluuium quę moralitas.

24. Sexcenteſimum ſuę ætatis agebat Noë annum; quia ſexta mundi ætate prædicatom & introductum Baptiſmi Sactameotum, vt dicitut à Gloſſa. Quaprópter & octauo deſcendit die pluuia Geneſ. 7. n. 4.

Geneſ. 7. 4.

quia lege quę ſeruierat ſeptenatio temporali Moſayca tranſeunte, & noua aduenientе, quæ ſetuit octonario, vltta tempora ſæcularia in immenſum dilatata, transfuſa & ſine limite continuata in cęli Regno, Baptiſmus datus fuit; ſicut Hugo Cardi. ſcribit piè & doctè.

Hugo Cardin.

Tumque verè Noë ſumpſit Eccleſię poteſtatem ac ſummum Pontificium. Non quòd à multis annis hoc ille non præfulſerit, & functus longè fuerit; mottuo ſcilicet Iatedo Antiſtite ſupremo, anno à mundi cteatione 1422. Noëmi verò ipſius vitæ 566. & 234. ante aquarum cladem ſummam; quemadmodum cum recentioribus & exactioribus auctoribus lib. 2. cap. 1. de Eccleſia ante legem enumerat Boldocios.

Noë quartus ſummus Pontifex quando fuerit & quomodo ad dignitatem bis euectus.

Bolducius.

Sed quia tunc Eccleſiam expreſſiùs quàm antehac in atca effigiatam ſuſcepit moderandam; & clatè ſummus Pontifex cunctarum Eccleſiarum exinde viſus eſt; dum quidem ſeptem homines, pet quos ſeptem Apocal. Eccleſię deſignantut, ac per illas cunctæ alię, vt ibi tenet Gloſſa, transuexit ſecom ipſo ad portum tutum & placidum.

Apoc. 1. 11.

Quorum nomina maſculorum reſpectu ſunt notoria in pagina Diuina, & ſupta à me exhibita; fœminarum verò & nuruum Sanctiſſimi Naueleri *Pandora*, atque *Noëlla*, *Negláque* dicuntur in Chronico Beroſi; à quo Venetus deſumpſit vxoris Noe nomen in principio Enatrationis præſentis memoratum.

Gen. 6. 10.

Noëmi Sāncti nurus vt fuerint vocatæ.

25. Menſis erat anni Hebraici ſecundus, & Aptilis, qui mundum veſtit floribus, tunc verò ſolis luctibus, & fluctibus, ac mortibus; ſeo vt mundus tam ingratus in flore abciſus eſſet; ſeu vt fructus horum florum alio modo per Diuinam præuiſo prouidentiam, compenſatetur cum augmentis ac lucris gtandioribus, ſecurioribus, & vitæ æternùm longioris.

Diluuij mēſis ac diei, moralitas, & veritas.

Dies autem decimus ſeptimus exprimitor Aptilis, qui tam in decimo quàm in ſeptimo, eſt miſticùs & pius; vt vel etiam in mundi morte Dei pietas luceſcat, & ictu tandem vltimo claudente mundo oculos, & obtenebreſcente illius machina, dieſcat Dei clementia, colluceat eius gratia; qui vel pœnitens de orbe creato, extinxit eum, eo tempore plus minus quo ipſum ptocreauetat; vel præuidens Redemptionem ſimilibus diebus futuram, & compenſaturam exceſſu non cum modico huiuſmodi iacturam.

Geo. 7. 11.

Noëmus cum familia fideli & pœnitenti obortis lachrymarum ptofluuiis expectabant diluuium apptopinquantem, quod in ptincipio illius noctis, diem Aptilis decimum ſeptimum mæſtiſsimè claudentis, cæpiſſe nemo ambiget; vt horror noctis imbrium, & igniom fulgurantium, ac fulgurum irruentium, horrorem cumularet. Quibus fletus & eiulatus noſttorum nauigantium, vel nauigare incepientium, etſi aliter de conformitate cum Deo congaudentium, profuſiùs funderentut. Sed quomodo cataclyſmos aduenerit, iam veniat ad calami laborem, ad mentium inſtructionem, & tabulam oculorum.

EVCHARISTICÆ

EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ
ENARRATIO TRIGESIMA;
SECVNDAQVE NOEMI;
IN FIGVRA NAVIGATIONIS.

Super Gen. verba cap. 7. n. 11. *Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cæli apertæ ſunt*; *&c.* Et illa D. Pauli 1. ad Corinth. cap. 11. n. 24. *Accipite, & comedite; Hoc eſt corpus meum; quod pro vobis tradetur.* Quæ n. ſecundo germanè concordantur. In qua agitur incidenter de Nauigatione Luſitana.

De continuatione Numerus I.

ELAPSIS tandem terminis A & veniæ, & pœnitentiæ, vindicta mox aquarum & flagellum pluuioſum, fragore tanto, & tali ventorum ioſana rabie, tonitruúmqoe ſtridore, & fulguratione non inani, ac cæleſtium fluuiorũ præcipiti collapſu, nec non tumidis vorticibus, & moltiplici ſcaturigine deſcendit ſuper orbem, vt dicat Dei Chronologus; *Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magna, & cataracta cæli apertæ ſunt: & facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* Ita vt nullus fons, cauerna, apertio ſeu hiatus, tunc fuerint in mundo, qui non ruptis & dilatatis naturæ ſuæ oſtiis non erupetint, in flumina; nec flumina quæ non creuerint in alueos excreſcentes, egredientes quaſque ripas, & admiratione magna hominum humana ſubmergentes; necnon etiam viæ aëris quæ aquas non proiecerint inſolita abundantia; & inordinato modo pluuiæ cadentis ſuper terram; hocque ſine intermiſſione, diurna, vel nocturna, per dies quadraginta. Id etenim ſignificant hæc Moyſis Sancti verba; initium quibus ille diluuij patefecit; nam alia ſunt queis medium; & alia quibus finem, mox à nobis conſideranda, expoſuit abundanter. Ad prima, quæ ſunt iſta, propoſita ante oculos, nunc lentiùs tranſeamus.

Gen 7.11 12

Rupti fontes in diluuio, & cæli cataractæ quid fuerint apertę.

DE DILVVII INCEPTIONE EVCHARISTIÆ collimata.

2. AMBROSIVS bene admores per cæli cataractas noſtræ animæ rationalis potentias ſubintelligit; per fontéſque abyſſi corporeos quinque ſenſus; qoibos mutuò perturbatis & inuicem commixtis, magnum ait per hæc verba de Noë & arca cap. 14. diluuium ſuboriri: *Magna igitur naufragia, quando mentis pariter & corporis, ſenſuúmque omnium turbo & procella miſcetur.* Nos verò qui allegotias & Euchariſticas præſertim ſectamur in hoc opere, magnam hîc ſimilitudinem habe- B mus pro re iſta; & magnum Chriſti amoris diluuium contemplamur, in veritate qua ſe dedit in ferculo Euchariſtico. Tunc enim fontes omnes abyſſi patuere, atque cælicæ fuere expanſæ cataractæ; cùm corpus Saluatoris cæleſte atqoe terreſtre, ex humanitate & Diuinitate videlicet compactum, tam in Cruce trucidatum, quàm in cæna à traditore contemptum & vilihabitum, vulneribus ſe dedit, ludibriis ſe expoſuit; & veram fecit illam ſententiam, noſtri thematis; *Accipite, & comedite; Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur; Hic eſt ſanguis*

In homine vitiorum diluuium vt oriatur.

S. Ambroſ.

Diluuium amoris Chriſti, Euchariſtiæ Sacramentum.

1. Cor. 11. 24

meum, qui pro vobis effundetur. Id eſt tradetur morti, & omnibus flagellis, quibus vita poteſt hominum immaniter mactari, & ſæuè cruciati; effundetur verò ibi, quin aliquid mei ſanguinis remaneat in me ipſo;

Pſal. 21. 14.

Sicut aqua effuſus ſum; & diſperſa ſunt omnia oſſa mea; doloribus nimirum, qui oſſa ferè diuiduot, & ſcioduot, atqoe diſsipant in loca longè diſsita. Sed & inſuper tradetur ac largè profundetot crudeliùs quàm io Cruce, à cunctis qui comederint iodignè meum corpus. Hoc enim dixit poſtea, & emphaſi cum magna Apoſtol. ad Hebræ.

Hebr. 10. 29.

Quantò magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui Filium Dei conculcauerit; & ſanguinem teſtamenti polutum duxerit, in quo Sanctificatus eſt, & ſpiritus gratia contumeliam fecerit.

En alterum diluuium priori tantò maius, quantò poſterius proficiſcitur à pelago infinito, reſpectu cuius pelagus Occeani nec gutta putari à cunctis debet iudicio non orbatis. Et diluuiom in quo ſunt rupti omnes fontes abyſsi magnæ, ſeu Numinis immeoſi, quod ſolum abyſſus eſt immeabilis omoino; abſciſſę venę omnes; ac omnes pori patuli; compages omnes fuſę; arterię ſciſſę omnes; & omnes tandem loci ſanguinei patefacti. E parte verò ſupera omnes cæli catara ctę apertę profuſiſsimè; omnes Dei miſericordię diſperſę genti miſerę; omnes eius liberalitates egentibus ſolutę, & omnes Dei largitiones inopibus oblatę. De qua abyſſo & cataractis adnata mihi venit Pſalmographi ſententia *Abyſſus abyſſum inuocat in voce cataractarum tuarum*; ſeu tuarum miſericordiarum; quia abyſſus miſericordiarum multarum Deus exiſtit; & abyſſus ſemper alias abyſſos nobis inuocans; quò magis in hoc Sacro abyſsi illius apice & vertice altiori.

Miſericordiarū Deus abyſſus vbique, & vbi maior.

Pſal. 41. 8.

3. Cuius equidem diluuij Euchariſtici figura non deficit in Pſalmo, de cibo iſtius vmbra dicente ſic pro oobis; *Et mandauit nubibus deſuper, & ianuas cæli aperuit. Et pluit illis manna ad manducandum; & panem cæli dedit eis*; vbi apertas cæli ianuas, & panem cęli habes; non aliter quàm in pluuia largiſsimè conceſſum. Quod diluoium ſicut hoc? Quæ pluuia ſicut iſta? Diluuij Noë illa ab aëre & ab inferis meatibus exibat; hęc autem à ſolo cęlo; aut ſanè ſi à corpore Adamico & terreno, vt fuit corpus Chriſti, à corpore nihilominus ſanctiure & mondiori quàm corpora cęleſtia, & à corpore qood in diluuio amotis verſus homines, nou adeo aduerſus aquas, eis arcę clauſit oſtium; quàm potiùs ſui pectoris, & arcę ſui animi aperuit ipſis portam, & aquas ipſis dedit ac ſanguinem Diuinum, aduerſus omnes culpas; & contra noxas omnes, vt ipſas emundarent, ac pretio Dei cruoris ab orco ſe redimerent, & cęlo aſſociarent. De qua abyſſo charitatis iam oſtium nobis facta, in Pſal. 14. Chryſoſto. ſic ait; *Pretioſum tuum Domine Ieſu dediſti ſanguinem, & aperto latere, quod eſt theca eius, marſupium Diuinitatis & ſanctificationis arca, lancea tan-*

Pſal 77. 23.

Euchariſtici diluuij quæ laudes ſuper aliud.

S. Chryſoſtomus.

A *quam claue in arcam inuecta, dediſti pretium ex theſauro paterno.* Quę verba non expeodo, vt liberum hoc relioquam lectori doctiori; ſunt enim diuiniſsima, & pleua lacte & melle; ac ſaccharo multiplici, quę ſingulis pro ſingulari iogenio atque palato ſuauia fore credo. Illod ſolùm commonendo Auguſtini obſeruationem aptiſsimè huc venire, qua pręcedent. Eoarrat. non vulneratum ſed apertum vocari in Euangelio, ſcribit Chriſti pectus; vt ſciamos quale oſtium Chriſti adis hoc fuerit; nam aperire non de plagis, ſed de oſtiis atque ianuis, quę iſta cęli eſt, commuoiter effertur. Quo motus palam dico, non tantùm abyſsi magnæ hic fontes eſſe apertos, ſed etiam abyſſi maximę; quæ maximam materiam præbe-

In Chriſto vulnus lateris Eccleſiæ quale oſtium.

Ioan. 19. 34.

B bit cuntemplaotibus.

Nec aliquid à diluuio recedit Eochariſtio diluuij quædam res, tam lecta à quibuſcúnque, quàm certè niſi à paucis, vt decet, pònderata; cuiuſmodi eſt aquarũ diffuſio in loca plurima, quæ antea noo implebant, reductióque pòſt acta io locũ ſuum priſtinum; de quo maximo etſi patùm miraculo adnotato; lib. 4. ſup. Gen. cap. 20. iudicio conſueto Rupertus Abbas ait; iode aquas eſſe egreſſas, quò olim ſunt ingreſſę, & mirabiliter contractæ, cùm in principio creaturæ Deus dixit iſtiuſmodi; *Congregentur aquæ, quæ ſub cælo ſunt, in locum vnum*; regreſſas verò illuc, vnde Deo præcipiente quotidie egrederentur. Quo Euchariſtiæ poſſibilitas tam in minori, & qualicúnque

Euchariſtiæ multa loca qua via demonſtrentur.

Rupertus.

Diluuij poſſibilitas.

Gen. 1. 9.

C quantitate Deus voluerit, vt voluit vel in minima; quàm io multis ſimul locis eſſeodi eodem tempore, minuitur difficultas, & ratio communitur. Cui ſi alia noſtris oculis quotidiana cooiungatur, cum videmus vel ex rebus mechanici artificij, quammultas, quæ ſi viſæ frequenter non fuiſſent, miracoloſæ potarentur, admiratio cootra res Dioinas non ſuperbier, & ſuperbia contra Dei magnalia humiliabitur.

4. Sed oe arca nauigationis præſentis relinquatur, & ad alteram Euchariſtiæ Sanctiſſimæ trahatur, videamus quid nam egerit iam aquis præualeotibus, atque arcam conſideremus interiùs & exteriùs; & quantopere Euchariſtica vtroque modo ſit, virtutibos & gratiis repleta quò ad intra, at miraculis & prodigiis, quò ad extra cir-

D cunſepta.

Primum patet ex virtutibos relatis Noë Saocti, cui nulla ex poſſibilibus, & ipſi competentibus, vt ibi eſt ponderatum, vllateous defecit. Et primùm *Fides maxima* rei tantæ neceſſaria. In Deum *Spes* firmiſsima. Et *Charitas* ardentiſsima. *Prudentia* conſultiſsima. *Iuſtitia* directiſsima; *Fortitudo* longè valida. Et *Temperantia* longè frugi. *Obedientia* Deo proxima, & procul à diabolo. *Paupertas* mundo exuta. *Caſtitas* autem carnis neſcia. *Pænitentia* corpus macerans. *Oratio* verò animam exſatians, atque poliens; necnon reliquæ virtutes reductæ ad memoratas, & maximè *Eleemoſina* redacta ad temperantiam, eandemmet tutantes, & variè decorantes.

Noëmi ſuper maria deſcripta quòad intra nauigij, nauigatio.

decotantes. Ergo Noëmo in nauigatione *Septentrio* Fides erat, & ambiens *Synoſura*. Spes *Anchora* iacta in terram viuentium, & veritatis. Charitas nauticus *Caminus* pro cibis ſpiritualibus coquendis neceſſarius. Prudentia *Clauum* dirigens. Iuſtiria *Malum* teretem in Cælum rectò erigens. Fortitudo manu altera, qua *Diligentiam* priùs tangit, *Antennam* Crucis aptans, vela tendens, atque contrahens; ex ſpeculáque puppis ſpeculaos aduerſa; altera verò qua contingit Perſeuerantiam, hac & illac rudentes graues verſans. Temperantia mittens *Bolidem*, & pręcauens pericula. Obedientia *Remos* capiens, & illis carpens iter, ac maris campos verrens. Paupertas ſemper fugiens *Piratas* vitæ hoſtes. Caſtitas autem deuitans *Syrenes* incantantes. Oratio cunctis *Imperans*. Eleëmoſyna nauem *Exonerans*. Et virtutes tandem omnes *Celeuſma* conclamantes. Quod in noſtris nauigantibus in altum iam prouectis gratiarum totum eſſet; quia Spiritus Diuini *Fauonio* dulci afflati; inter maximas procellas, vaſtiſſimúmque pelagus, non adeo hoc proſcindebant, quàm ei ſupernatabant; vnde & arca dicta eſt hęc iuſti Noë nauis, Euchariſtica concordia poſcentes *Halcyonia*, cantantes Dei clementia. *Mirabiles elationes maris*; ſed *Mirabilier in altis Dominus*. Cuius corpori arcæ corpus, in eius formam facta, canebat intus laudes; quas foris ponderemus.

Secundum verò claret ex cura Dei in arcam Noëmicam applicata; quę quidem cum forinſecus hanc manu ſua clauſerit; *Et inclusit eum Dominus de foris*, nil mirum ſi eleuatis vorticibus marinis, eleuatior ſemper ipſa, & firmior, ac ſuperior fluentis ipſis fuerit, de quibus mox ſubiicitur; *Factum eſt diluuium quadraginta diebus ſuper terram: & multiplicatæ ſunt aquæ, & eleuauerunt arcam in ſublime à terra.* Iuſpiciamus arcam illam non adeo fluctuantem, quàm aquis inſidentem, & imperantem ventis, ac mari; videbimúſque facilè; quòd de foris Deus ipſe illius clauſit oſtium, ne arcá læderetur; & multa incluſit intra, vt ita à Deo incluſa ſecurè ſaluarentur. Illic enim claudebatur totius mundi vaſtitas; & mundus mundo latior; mundo ſiquidem deperdito, hic pro mundi ingentioris ſuperfuit ſeminario. Illic intra paruum lignum obſeratus totus orbis veriſſimè tunc erat; & non ſolùm totus orbis corporaliter acceptus, ſed ſpiritualiter aſſumptus. Nam illic mors ęmortua, illic vita æterna hominum abſconſa nauigabat; venia, ſpes, & reparatio, cunctorum ſelectorum. Illic ibat Dei Eccleſia tam vaſta & rebus tantis ac talibus repleta; illic *Virgo Mater Dei*, quæ clauſit, quem non claudit cæleſtis dilatatio. Illic *Filius Dei* incluſus, qui gloriæ vera eſt gloria, & gaudium cæli curiæ, quapropter cælum ipſum latebat eo in ligno, magnalium Dei ſignaculo, & clauſo ab ipſo Deo; cuius corpori in Euchariſtia hæc omnia colludebant.

Gen. 7. 16.

N. 17.

Noëmi quò ad extra eiuſdem ſuę nauis depicta nauigatio.

5. Si enim Deus tam mirè Noëmi nauem clauſit, vt ideo tantis fuerit repleta mirabi-

A libus, quæ mirabilia non videntur in ferculo Euchariſtico, ſignato à Deo Patre in verbis Euangelicis? *Hunc enim Pater ſignauit Deus*, Illic accidentia ſine ſubiecto; Illic ſubſtantia ſine exiſtentia naturali ſua propria: Illic quantitas ſine quantitate; & locatum ſine loco; Illic qualitates ſine qualitate conſpectui ſubiacente; Illic relatio ſine relatione ad aliquam rem ſimilem, & prædicamenta tandem omnia prædicatis ſine illis quæ habent naturaliter. Quibus tamen mirabilibus tam inuiis menti hominum, hæc nauis viam carpſit per mare iſtius ſæculi, hæretici quin fluctus ei fuerint obſtaculo, ſed potiùs viris piis reſpectu talis arcæ amori grandiori, qui vt aliam ſuper vndas, ſic iſtam demirantur prodigia ſuper tanta; & amore demirando nil minus
B venerantur.

Ioan. 6. 27.

Euchariſtia in mirabilibus cum naue Noë certans, ſed illam ſupergrediens.

Cui arcæ tot miraculis ſignatæ & eleuatæ marinos ſuper gibbos aptari poteſt menſa, quam in templo Sanctæ Sophiæ Iuſtinianus Imperator, vt anno eius 31. Baronius aſſeuerat, Conſtantinopoli deuouit; donarium vtique ſtupendum; in quod terra marique delibatas opes cunctas, videlicet lignorum, gemmarum, metallorum, & omnium ſummi pretij congeſſerat, & redegerat in florem ſelectiſſimum, in vnicũ compendium, & in orbiculum contractum, qui orbis opulentias ſummarim contineret, vt Diuinæ Sapientiæ patronæ illius templi deuotus conſecraret. Ita vt ſi totus mundus in arca Noë fuit, & poſtea in illa menſa Diuinæ Sapientiæ dicata obſequentiſſimè; in
C menſa noſtri cibi ſunt cælum, Deus, & gloria incluſa mirabiliùs; nec adeo in menſa minima pro orbis latitudine quàm minimo in edulio, eduliique in mica minori eiuſdem menſæ quam in Sophiæ ſanctæ templo, ſeu in templo ſui corporis quod reædificauit tribus diebus Diuina Sapientia, ſapientia prorſus Dei longiſſimè infinita hominibus donauit, dicauit, atque obtulit; *Accipite & comedite; Hoc eſt corpus meum.* Hoc autem quia Deus potentiæ ſuæ viribus ſignauit hocce ferculum, & menſam, ac panis arcam natantem ſuper vndas cunctarum aduerſitatum. *Inclusit eum Dominus de foris.*

Baronius.

Iuſtiniani menſa celebris in Sophiæ ſanctæ templo dicata, cum Euchariſtica auarè comparata.

Ioan. 2. 21.

1. Cor. 11. 24.

Certè cælum ſic vocatur, quia cælatum ſtellis eſt, vel etiam quia cælat inferiora & ſublunaria; ſed preſſiùs quia cælat diuitias inenarrabiles; aquæ nempe vitæ fluuios,
D æternæ lucis radios pulchritudinis nõ agnitæ latiſſimam picturam; plateas auri ſolidi; ciuitates es lapillis & gemmis fabricatas; ſaporis omnis fructus; flores autem de quibus morti vicinæ valde proximus, ab ecſtaſi in ſe rediens, dicebat S. Didacus; *O quales flores habet Paradiſus*; & alia quæ nec iſtis Apocalypſis viſionibus videntur niſi tantùm parciſſimè indicata. Sed omnia cælaturæ Diuinæ menſæ cedunt, vbi cælauit Deus tam mira, quòd nobis ſe cælauerit; ad quam ideo reuerentia cęleſti conferamur, & ſuperiori rebus terræ, vt nobis ſit perutilis, perpetuò deuoluamur.

Cælũ quare ſic vocatũ, & Euchariſtiæ aſſimilatum.

DE DILVVII, INTENSIONE EXTENSIONEQVE per orbem, Euchariſtiæ accommodata.

Gen. 7. n. 12. 17. & 20.

6. DVo in Gen. hiſtoria dicuntur de hac re. Pimum, aquam cecidiſſe quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Secundum eam qoindecim cubitis exuperaſſe ſummos montes; ac proinde totam terræ latitudinem & altitud. nem huiuſmodi uccupaſſe. Magnum equidem Diuinæ vindictæ experimentum, exemplúmque, ne in Deum peccatis exundemus; de cuius iracundiæ portento ſingulari poſſemus multò veriùs quam Maro decantare;

Diluuij exuberatio quam magna, & ſine limite.

Virgilius.

Maria vndique, & vndique cælum.

Seu dicete cum Ouidio Metamot. lib. I.

Ouidius.

Iamq; mare & tellus nullū diſcrimen habebant,
Omnia pontus erat, deerant quoque littora ponto.

B

Pſal 89. 11.

Vel aptius cum Pſalmiſta; *Quis nouit poteſtatem iræ tuæ; & præ timore tuo iram tuam dinumerare?*

In vtroque verò magnum miſericordiæ noſtri Dei collucet teſtimonium, & radiat documentum; nimirum tam in aquæ extenſione ſuper terram, quæ diebus qnadraginta cum noctibus annexis tepleuit totum orbem; quàm in eiuſdem intenſione & eleuatione quindecim cubitis excelſiores ſuper vertices. Nam & numerus extenſionis dierum quadraginta, quibus et euir inundatio; & alius nihilminus dictorum cubitorum, quibus omnia circumtexit, Dominicæ pietatis ſpecimen vel ſpeculum adducunt noſtris oculis, etſi leuiter & curſim hęc duo conſpectantibus; quia videlicet in diebus ac cubitis telatis hoc rutilat non parum. In diebus, iuxta mentem Chryſoſtomi dicentis hom. 25. in Commentar. ſupet Geneſ. *Quod quadraginta dierum inductum eſt diluuium, hoc ipſum Dei bonitatis indicium & genus eſt. Volebat enim propter magnam miſericordiam etiam aliquos ex ea generalem illam internecionem effugere, cum viderint ante oculos ſuos perire proximos ſuos, & immunere ſibi commune interitum. Veriſimile enim eſt primo die diluuij bonam aliquam partem hominum periiſſe, ſecundo die aliam; & ſimiliter die tertio, & quarto, & reliquis; atque ita in quadraginta dies produxit, vt omnis deceptionis prætextum illis adimeret. Nam ſi voluiſſet, atque imperaſſet, vno momento potuiſſet omnia perdere diluuio; ſed pro ſua miſericordia dierum productione vſus eſt.* In cubitis, iuxta numeri illorum quantiratem; nam quindecim ex ſeptenario, octonarióque conflantur, quorum primum mundialium, pręſentiúmque bonorum, quæ curriculo temporali perpetuæ ſeptimanæ, & dierum illius ſeptem ſpatio menſurantur, effigiem nobis exprimit; ſecundum verò econtrà in cęlo fututorum, quæ in octaua tantùm gloriæ beatè poſſidentur. Ad hoc igitur in hoc numero diluuium Deus immiſit, vt à terra ad cęlum vſque commotos tali medio prævalidæ vltionis, ad pœnitentiámque com-

Chryſoſt.

In diluuio miſericordia Diuina quantùm luxerit.

Numerus quindecim e quibus factus; & eius ſenſus myſticus.

A pulſos nonnullos elenatet. Sicque montes peccatorum miſericordia ſuperauit, pluſquam aqua ſupetſcandit cacumina altiora.

7. Quid autem de diluuij intenſione & extenſione pro arca Eccleſiaſtica, quam obiter expono, & pro Euchariſtica quam euoluo, & agitu ex profeſſo?

Pro vna ſcimus aquam pręualuiſſe ſuper terram, econtrariò verò arcam pręualuiſſe ſuper aquam; *Factúmque eſt diluuium quadraginta diebus ſuper terram, & multiplicata ſunt aquæ, & eleuauerunt arcam in ſublime à terra. Vehementer enim inundauerunt & omnia repleuerunt in ſuperficie terræ: porro arca ferebatur ſuper aquas.* Quia Eccleſia non obruitur B furentibus procellis, nec ventis ſęuienribus, ac vndis tumeſcentibus; imò harum eleuatione ſublimiùs eleuatur, & quò magis excitantur marinæ tempeſtates, eò magis tune Eccleſia Catholica exaltatut.

Gen. 7. 17. & 18.

Pro altera reſcimus, quòd arca panis huius, vt illa Noë iuſti, non mergitur fluentis, ſed euehitur quamualdè commotis in ſe fluctibus crudelium inimicorum; & brutorum quæ tam recipit, quàm tecipitut ab illis, concuſſionibus illicitis, immundis, ſceleratis; ita vt tandem magno à nobis diluuio peccatorum frequenter ſuſcitato, ipſa magno gratiarum diluuio nos ex ſatiet, operiat, atque obruat; vt probatur non obſcurè C ex verbis ſubſequentibus, quæ ex S. Bonauent. adducit noſter Harphius lib. 1. cap. 19. de Myſtica Theolog. *O quàm admirabilis eſt tua dilectio, Domine Ieſu, cum non poſſis ab hominibus ſeparari. Nonne, quia iam aſcenſurus eras ad Patrem, poteſtatem hominibus reliquiſti, vt tecum velint, habeant in altari? Et hanc poteſtatem antequam mori inciperes, eis tribuiſti; ne amittere te timerent. Nec tibi ſuffecit ad oſtenſionem ardentiſsimi amoris tui, quòd ſemel corpus & ſanguinem tuum exponeres in pretium noſtræ Redemptionis, niſi quotidie effunderetur in Sacramento altaris; vt qui quotidie peccamus, in eo quotidie purificemur. Et quod eſt summè recolendum, ſeſe pro nobis exponit manibus cuiuſlibet ſceleratiſſimi Sacerdotis, itaque quòd nec pro cuiuſque in-* D *iuria ſibi illata, violari poſſit eius præſentia, quin ſemper ibi ſit, iis omnibus ritè factis, quæ circa Conſecrationem fieri debent. Cuius ratio eſt, quia licet celebrans tanto ſe fecerit indignum Sacramento, noluit tamen Chriſtus, vt in alijs Fidelibus eius impediretur effectus, ſe potiùs eligens iniuriari, & iterum ſpiritualiter crucifigi, quàm ſuos Fideles tanti Sacramenti fructu fraudari. Vnde mille quadringentis annis, & eo ampliùs tantam elegit in hoc Sacramento ſuſtinere contumeliam ab indignè conficientibus & ſumentibus, quò vel ſic vnam fidelem animam ſatiaret, cui nihil ſufficit, quod Deo minus eſt. O quantùm eſt hoc in effuſione Diuini amoris!*

Eccleſia & Euchariſtia procellis eleuatæ.

Henricus Harphius.

Diluuium amoris Euchariſtiæ.

In vndationéque addamus, iſtius Sacramenti, qood diluuium Dei amoris vniuerſale

ſale planè eſt. Hoc autem tantò veriùs, quantò diluuium factum fuit ex pluuia quadragena, dierum quadraginta; Euchariſtia verò vt minimum in vna tantùm vmbra, & fuimet figura, ex pluuia quadragenaria annorum prorſus totidē; qua per annos quadraginta ad manducandum Iudæis pluit, amoris illud Dei diluuium figurale; de qua pluuia ſic ſcribitur à Rege concantore; *Et pluit illis manna ad manducandum; & panem cæli dedit eis* Et de ſpatio, quo hęc cecidit, à Moyſe Dei Chronologo; *Filij autem Iſrael comederunt Man quadraginta annis, donec venirent in terram habitabilem.*

Manna amoris Dei diluuium, quantumuis figurale.

Pſal.77.24.

Exod.16.35.

In figura verò illud; nam in veritate ex voluntaria amoris ſummi pluuia, diluuium in Euchariſtiæ edulio factum eſt, quo non ſolùm quadragenaria, ſed quadragies quadrageſima, & ampliùs Chriſtus aqua ac imbre miræ gratiæ, in Euchariſtiæ ſe conuiuio amore tradit vltimo; & inundatione tantò maiori charitatis ſuæ maximæ; vt pro quolibet ſingulari annorum quadraginta, quibus Dominus in deſerto figuratiuum cibum dedit, in hoc annos quadraginta & ampliùs iam compleuerit; annus enim ſalutis noſtræ 1633. ab Euchariſtiæ inſtitutione ac dono primo fuit quadragies quadragenus. Exinde verò excedit tam diluuij quàm & mannę pluuioſam & miſericordia madentem quadrageſimam; quantùm autem plus excedet ab ipſo tantum ſcitur. Nec cubitis in quindecim ſummos vertices ſuperantibus, diluuium immenſo tramite hauddubiè non excelluit, qui non ſolum tangit cęlos, ſed ipſos quoque tranſit; in facultate quam hominibus reliquit conſecrandi, & hoc iugiter Sacramentum habendi, & renouandi.

Diluuium quantùm ſuperet, tam aquę, quam & mannæ, Euchariſtiæ Sacramentum.

De diluuij extenſione, & duratione temporali, de vaſtationéque illius, Euchariſtiæ aſſociata.

8. DIebus centum & quinquaginta diluuium perdurauit, qui à pluuiæ ceſſatione vſque ad primam diminutionem aquarum computantur. Sic Lyra ad illa verba; *obtinuerúntque aqua terram centum quinquaginta diebus*; adiunctis illis aliis; *Et redeuntes ceſſauerunt minui, poſt centum quinquaginta dies.* Qui numerus eſt etiam clementiæ indicatiuus: cum vt quindecim, de quo proximè, ex ſeptem & octo fiat; ſeu quod recidit in ipſum, ex ſeptuaginta, & octoginta, vt notat Auguſtinus citatus apud Gloſſam. Prętereа, quod eſt numerus ternarij Iubilæi; quaſi Trinitas Sanctiſſima placata & miteſacta hominibus iam foret, à tribus cùm Perſonis impetrandi Iubilæi finitum tempus fuit, & prorſus adimpletum. Et trifariam Deus miſericors clariſſimè tunc extitit, verſus eos qui diluuio ſubmerſi interiere. Tam in infantulos, qui erant per Sacramentum paruulorum ab originali liberati; cum implicitáque Fide in futurum Redemptorem Eccleſiæ congregati (vt dictum ſatis fuit Enar. 23.) ad Limbum de-

Gen 7 24. & 8 n 3.

Numeri centum & quinquaginta moralis ponderatio.

Tripliciter vt Trinitas ſubmerſis

A ducendo, ac ideo ad cęlum poſtea beatè transferendo; qui quidem ſi ad parentum ætatem perueniſſent, vt illi praui eſſent, & orco adiudicandi. Quàm adultos obſtinatos à culpis compeſcendo; & ſubinde à pœnis eos grauioribus ſeruando, quas ipſi per peccata ſequentia mererentur. Quàm tandem adultos alios pœnitentes & dolentes per mortem à morte iugi proficue liberando; vt ſupra n. 6. Chryſoſtomus aſſeruit; cuius quidem exiſtimatio quia patitur difficultatem in verbis S. Petri cap.3. n.19. epiſtolæ prioris, idcirco volo verba, & binum illorum ſenſum, vt huius loci proprium, diligentia qua potuero proferre, & ponderare.

in diluuio miſericors, & clemens.

Hæc autem de Redemptoris ad inferos

B deſcenſu immediatè poſtquam in Cruce emiſit Patri animam, huiuſmodi ſe habent, *In quo & his qui in carcere erant, ſpiritu veniens, prædicauit; qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca.* Vbi aſtruit quod Saluator cum eſſet apud inferos, incredulis tempeſtate Noëmi, prędicauit. Quæ prędicatio proculdubio nō fuit vt eoſdem conuerteret ad ſe, & illinc ſecum duceret; nam ſi erant in inferno, nimirum damnatorum, nequaquam eriperentur; ſi verò in limbo erant, abſq; aliqua prędicatione cum Chriſto egrederentur. Sed fuit Chriſti ad eos manifeſtatio & publicatio; hoc enim verbum *prædico* ſignificat Latinè, videlicet, rem quamuis patenter prędicare, & publicam atque oculis teſtatam mundi reddere.

1.Petr.3.19.

Vt Chriſtus penes inferos incredulis Noëmi tempeſtate prædicauit.

C Sed ambigitur. An iſta publicata prędicatio incredulis prędictis conſolatiua planè fuerit, oſtendens tunc eis Chriſtus, quàm ipſi bene egerint, in dolendo & pœnitendo quantumuis valde ſerò iam fluctibus immerſi, vel ſaltem circumſepti; qui certè non repentè venerunt ſuper eos; nil quidem huic veritati reflante Chriſti dicto ſonante penes Lucam; *Quando edebant & bibebant, venit diluuium, & perdidit omnes.* Nam iſtud intelligitur de pluuiæ inceptione, quando valles & campeſtria cęperunt occupari; non de montibus, qui paulatim per dies quadraginta ſunt aquis ſuperari, vt conſtat ex pręfatis. An verò exprobratiua ad ipſoſmet incredulos, quòd nec vltimò in malorum tam clara acerbitate ad pœnitendum ſe contulerint, ad contritionem ſe receperint.

An aliqui ea peremptis diluuio ſalui facti.

Luc.17.27.

D Et quidem primo modo eis Chriſtum prædicaſſe, colligitur ex verbis; *Qui increduli fuerant aliquando.* Non enim mihi arridet illorum exiſtimatio, qui de criminis antiquitate, immanitate, & ſingularitate, quin aliquid reſipiſcentiæ delitiſcentis ſub tiſdem, eis tribuant, hęc eloquia interpretantur cum Pererio lib. 9. ſup. Gen. ſed potiùs mihi placitum probatur opinantium, in conſolationem illorum hominum prædicationem Filij Dei fuiſſe in loco illo. Et moueor fundamentis ex integra ſententia deductis S. Petri, qui in omnibus de hac re relatis modò verbis hoc indicat, ſeu palam ediſſerit, dum ait; *In quo & his qui in carcere*

erant ſpiritu veniens, prædicauit; Nam carcer magis eſt clauſuta temporalis, & cuſtodia finienda, vnde carcer ſolet etiam vel literis in ſacris cuſtodia nuncupari, & ab hominibus pro tempore coërcendis carcer dictus; quàm ergaſtulum perpetuum, & nunquam diſſoluendum. Deinde dum huic carceri addicit illos homines, *Qui increduli fuerant aliquando*: ergo nullo modo ſemper; ſed tandem in Deum creduli, ac pariter conuerſi. Vlteriùs, dum poſt iſta patientiam clarè illis & expectationem Dei non negat; *Quando expectabant Dei patientiam in diebus Noë.* Atque tandem dum concludit; *Cum fabricaretur arca*, vnde patet, quòd quantumlibet patientia & expectatio in Deum primùm iactæ, non fuerint perfectæ, nec informatæ charitate, dum fabrica & pręparatio durauit Noë arcæ, nunquam ſibi perſuaſis de clade vniuerſali; poſtea tamen hac veniente, fuerunt conſummatæ, & firmæ hæ duæ anchoræ ſpei, ac veræ veniæ; quæ incredulitate dum fabricatio durauit dictæ arcæ, narratur in his verbis notiſſimè impedita, ſed diluuio adueniente credulitate comparata. Quo ſenſu fluit vltro ſententia D. Petri: *In quo, & his qui in carcere erant, ſpiritu veniens, prædicauit; qui increduli fuerant aliquando quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca.*

Quod carceris ſit ethymon.

9. Quæ omnia roborantur ex cap. ſequenti; vbi Petrus de re ipſa ſecundò verba faciens, in iſtam formam loquitur; *Propter quod & mortuis euangelizatum eſt.* Euangelium

1. Petr. 4. 6.

A nanque dicitur annunriatio bona, & fauſta, quæ incredulis obſtinatis nequaquam coonducebat; imò maximè decebat, vt in diluuio figuratione Baptiſmi ſaluarentur, qui aliter nullatenus ſalutem compararent, & quòd ſicut nuoc cantatur, *Miſericordia Domini plena eſt terra*; tunc quoque diceretur; *Miſericordia Domini plena eſt aqua.* Quæ ſi recta viſa fuerint, non pauci ſalui facti ſub illa mole fluctuum, & montibus vndantibus, tripliciterque Trinitas, vt coniungamur pręcedentibus, clemens fuit eo temporis ſubmerſis peccaturibus; infantulis, videlicet, & adultis bino modo, ſuperiùs explicato.

Euangelij ethymologia, & cur euangelizatum ſit hominibus ſubmerſis in diluuio. Pſal. 32. 5.

Sic ferculum Euchariſticum infantulos in eam implicitè credentes æterna vita donar, vt diximus non raro; adultóſqoe cum pręB uia diſpoſitione appropinquantes, de quibus in Ioanne; *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum*; nec non tertios obſtinatos à pœnis congerendis, per mortem acceleratam, vel citiùs eis inflictam frequenter ipſum liberat; vt ſępe dictum eſt, & dicitur in Miſſa;

Ioan. 6. 58.

Mors eſt malis, vita bonis,
Vide paru ſumpſionis
Quàm ſit diſpar exitus.

Euchariſtia prout diluuium occidit, atque ſaluat.

Etſi talis liberatio, vt in diluuio mortes illis adducat funeſtiſſimas; ita vt tandè mors exterior interioris ſit indicium; quarom poſcit inſtitutum nonnullas recenſere; atque in primis incipiamus ab hoſtibus Eccleſiæ, qui Chriſtum pręceſſere, & indirectè Filium Dei ſunt odio proſequuti.

DE INFIDELIVM, ET INIQVORVM IN Noëmico diluuio, vel Eccleſiaſtico ſubmerſis.

10. ERVTHRÆO mari ſimile, vbi ſuperbi & infideles potẽtes belli curribus ſunt miſerè demerſi, at fideles atque humiles vada eius ſicco pede feliciter tranſiere, eſt mare Dei Eccleſiæ, vbi Chriſti ſectatores traiiciunt pede hilari, eius vero perſequutores labuntur verſo capite; primi binam beatiſſimè ſalutem nanciſcentes, ſecundi binam necem, qui à mundi natalitiis mentiri me non ſinent.

Exod. 14. 28. 29.

Nam in diluuio incredolorum tam valde mors excreuit, vt nullum ſaluum factum crediderint non pauci, quos numero antepenultimo cum ſcripturæ fundamentis inuenies refutatos, & corporaliter ſublatos ſciamus omnes illos, quos arca non excepit; de quibus latè dicitur in Gen. hiſtoria; *Et deleuit omnem ſubſtantiam, quæ erat ſuper terram, ab homine vſque ad pecus*; (vt punirentur cum pecoribus qui vixerant vt ea, ac pariter cum eis) *tam reptile, quam volucres cæli; & deleta ſunt de terra* (vel quò ad cadauera ſubintelligo.) *Remanſit autem ſolus Noë, & qui cum eo erant in arca.*

Eccleſiæ ſemper hoſtes ſublati malo exitu.

Gen. 7. 23.

Cain.

Cain primus iniqnorum, qui mortem in mundo reperit, à morte caſu ſuit iuſtiſſimè repertus; Gen. 4. 23.

C Gigantes congregati aduerſus cælum ipſum, à cęlo ſunt deiecti, diſperſique per orbem. Gen. 11. 9.

Gigantes.

Rex Ægypti qui infantulos fideles merſit aquis, in illis eſt ſubmerſus. Exod. 14.

Pharao.

Dathan & Abiron, qui ora aduerſus Deum impiiſſimè laxarunt, ab ore terræ hiantis viuentes ſunt abſorpti. Num. 16.

Dathan & Abiron.

Antiochus Sanctorum occiſor tam multorum, à multis quoque vermibus corroſus eſt atrociter, occiſus truculenter. 2. Machab. 9. 5.

Antiochus.

Pilatus ſibi vitam ademit nutu proprio; D in aquáque vt dicitur, qui vitam ad ſe delatam & oblatam non excepit, imo aqua manus lauans, eandem etſi inuitus, vel vt minimùm non vltro, iniuſtæ morti tradidit; Euſebius lib. 2. hiſtor. cap. 7.

Pilatus.

Herodes primus Aſcalonita, qui tenerrimis puellulis acerbam mortem intulit, à vermibus tenellis comeſtus banc exoluit; Ioſephus de antiq. lib. 17. cap. 9.

Herodes Aſcalonita.

Herodes ſecundus, qui tetrarchæ cognomine internoſcitur, & dimidinm regni ſui pro impudico atque ferali in Chriſti Præcurſorem promiſit ſaltu illo; à tetrarchia regni polſus amiſit vitam propriam; Ioſephus lib. 18. cap. 14. Cuius filia, ſeu priuigna in

Herodes Tetrarcha.

tantum

tantum caput ſaltans, ſaltando ſuper fluuium conſtrictum gelu vitreo, ſuſpenſa & ſaltus edens ibidem caput dedit; Nicephor. lib. 1. cap. 20.

Reges Babylonici.

Babyloniæ Rex vaſorum Dei templi prophanator, vt prophanus non tantummodo à phano, ſed à regno, & vita eſt procul actus, & ipſa nocte mortuus; Dani. 5.30. Cæteri autem Babylonici monarchæ, vt Babyloniæ & confuſionis veri Reges confuſibiliter vixere, & ita periere; hic enim fuit vltimus; primi verò mors dicetur Enar. de Gigantibus; & intermedij, vt ſui fines ac principes extremi, ſortiti finem ſunt, & fato extremo traditi.

Romani Imperatores.

Imperatores qui Chriſtianos tormentis diuexarunt, tormentis ſunt vexati, & vltimo ſublati. Traianus nanque princeps cęteroqui longè optimus, horrenda paralyſi, hydropiſiqoe obiit. Diocletianus præ dolore quòd extinguere Chriſtiadas ingenio nullo poſſet, ſuopte ſe ingenio abdicauit ab Imperio, & quaſi ſe necauit in vita Imperiali, ac plena maieſtatis. Galerius, Maximianus, Maximinúſque horrendis ſunt mortibus affecti, teſtantes ſic exteriùs perfidiam interiorem. Iolianus ſuper omnes in cælum ſemper grunniens, à cælo S. Mercurij eſt cuſpide confoſſus, ex qua plaga ſic accepta ſanguine ſuo manum implens, & eo contra cælum proiecto, dixit impiè, & vltimò blaſphæmus *Viciſti Galilæe* vel vt ſcribitur ab aliis *Saturare Nazarene* De quo 2. Orat. Nazianzenus rectè ait; *Vtcunque res ſe habeat, Iulianus orbi vniuerſo ſalutare vulnus accepit, vnoque facinore multorum perniciosè veterum pœnas exoluit* Valens Arrij ſectator ab Arrianis eſt combuſtus Ruffinus lib. 11. cap. 13. Anaſtaſios in Deum fulmen, fulmine tactus vitam clauſit; Cedrenus in eius vita.

Iuliani quęnam mors, & de illa quoddam dictum Nazianzeni celeberrimum.

Nazianz.

Heraſiarchæ eodem obitu à viuis ablegati.

Simon Magus.

11\. Heraſiarchæ nihilo ſeciùs infauſtè deceſſere. Simon Magus crurifragio; & qui ad animas decipiendas inceperat volare, & vanas alas ſumpſerat, amiſit plantas firmas, & oratione D. Petri collabens de ſublimi, volatum vitæ perdidit; Egeſippus de excid. Hieroſol. Ciuit. lib. 3. cap. 2.

Manichæus

Manichæus dum repromittit curare Regem Perſiæ, quod tandem non impleuit, propterea excoriatus promiſſum pelle ſoluit; Epipha. contr. hær. hær. 66.

Montanus & Sodales.

Montanus & Theodotus, cum ſuis Prophetiſſis ſe laqueo ſtrangularunt, Euſebius lib. 5. cap. 16.

Donatiſtę.

Donatiſtæ cum Euchariſtiam proiicerent ad canes, ab illis proiectores ſunt ipſi laniati; Optatus lib. 2 contr. Parmen.

Arrius.

Arrius impius, qui erroribus fœdauit pene orbem, occubuit morte fœda, per viam excrementorum cum illis fundens viſcera. Ruffinus lib. 10. cap. 13.

Neſtorius.

Neſtorius lingua iniqua Deiparæ aduerſarius, à vermibus conſumpta eadem lingua moritur; Euagrius lib. 1. cap. 7.

Lutherus.

Lutherus cum opiparè cænaſſet ſero proximo, & facetiis conſuetis ad riſum prouocaſſet amicos circunſtantes, in lectu ſuo A mortuus inuentus fuit manè; & benè qui pro thoro omnimodè ſacrilego reliquit Chriſti thalamum. Cochlæus in vita eius.

Caluinus.

Caluinus malus vermis à vermibus corroditur, blaſphemus, atque dæmones aduerſus ſe compellans, vt in vita illius affert Bolſecus Lugdunenſis.

Bellarm. Paramus. Buterus.

Quæ omnia copioſius adducit Bellarminus & Paramus de Orig. Inquiſ. lib. 2. tt. 3. §. 6. exempla pluſquam centum recenſens pro re iſta. Quibus addendus eſt Buterus in cap. ſupremo relationis vniuerſi; & p. 1. vbi Græcorum contexit mentionem; notans illic præſtantiſsimos, ingenioſiſſimóſque homines, in optimiſque regnis ac plagis conſtitutos, hodie Turcæ & Machometi exiſtere mancipia, & ſubditos Califæ, illorum Sacerdoti, quia nunquam S. B Petri Romano ſucceſſori, & Domini Vicario, ac apici Pontificũ ſe ſubdere & mancipare completè voluere. De quo etiam noſter Caſtro in principio de Euchariſtia commemorat nonnulla. Hæc autem iam claudamus cum verbis S. Moyſis; *Laudate gentes populum eius; quia ſanguinem ſanctorum ſuorum vlciſcetur; & vindictam retribuet in hoſtes eorum; & propitius erit terræ populi ſui.* Sed anchoram in hoc loco Euchariſtici diluuij cum Gregor. Nazian. Orat. 2. de Paſch. iaciamus. *Abſque confuſione, & dubio comede corpus, & ſanguinem bibe; ſi ſaltem vitæ deſiderio teneris, neque ſermonibus qui de carne habentur, fidem deneges, neque ob paſſionem offendaris. Conſtans eſto, firmus, & ſtabilis, in nulla re propter aduerſariorum ſermonem fluctues.* C

Caſtro. Deut. 32 43. Nazianz.

De Fidelium atque iuſtorum in diluuio tam Noëmi, quàm æquoris Eccleſiæ Nauigatione ſecundiſſima.

Quàm magna Noë Fides.

12\. DE virtutibus quibus Noë furorem vicit maris, mare omnia facientis, & occupantis mundi machinam n. 4. Enar. præſentis dictum fuit. Hîc autem ſolum agemus de fide illius maxima, qua optimè parauit nauigium, & nauigauit, & qua nauigant ſecurè Eccleſiæ filij iuſti; vt alij ſine Fide naufragium triſte faciunt; nam per Fidem à præcedentibus infidelibus hi differunt.

Hebræ. 11 7.

D De primo vox Apoſtoli Epiſto. ad Hebræ. *Fide, Noë reſponſo accepto de iis, quæ adhuc non videbantur, metuens aptauit arcam in ſalutem domus ſuæ, per quam damnauit mundum.* Vnde elicitur, quòd fides Noëmi fuit maxima, cum fuerit de re tam magna, & nunquam in mundo viſa, nec hominibus poſsibili; eaque temporis diuturni, in quo ſemper noua fides, & patientia exigebatur. Et etiam quod hæc Fides illius fuit arca, & nauis ſecuriſsima: præſertim, cum & opera is Fidei copulauerit; de quibus liber Geneſ. *Fecit igitur Noë omnia quæ præceperat illi Deus.* Poſt quæ ſequitur immediatè in cap. ſequenti, vt appoſitè Lippom. aduertit in

Vt fides area & nauis ſecura ſit Fidelibus. Gen. 6. 22.

Gen. 7. 1.

A

hunc locum; *Ingredere tu & omnis domus tua in arcam.* Quo concluditur pro Fide cum

Gen. 6. 9.

operibus coniuncta & informata charitate, hanc eſſe viris iuſtis, vt quidem Noë erat, & ita nuncupatus Gen. 6. n. 9. in cælum tutam arcam, in gloriam firmam nauem; ita vt Fides ſit vas optimum; & nauis in abſtracto, opera autem victualia, & pretioſa mercimonia, quæ implent tantam ratem; & præſtant ei ſuppetias ad nauigandum neceſſarias.

Fides cum operibus naues cum mercibus, & lautis victualibus.

Nauigatio quàm tranquilla Fidelibus ſit iuſtis.

13. De ſecundo Paulus idem ſcribens ad Romanos; *Iuſtus ex Fide viuit*, ſeu nauigat in vita; idq; Fauonio tã fauenti, ac Zephyro tam Sapphirino cærulea per campeſtria; vt dicat in oppoſitũ iniuſti, maior ſapiens;

B

quò oppoſitione creſcat iuſti ſecunda naui-

Prou. 28. 1.

gatio; *Fugit impius nemine perſequente*; ſed intima procella; *Iuſtus autem quaſi leo confidens, abſque terrore erit*; tranquillus velut mare, à ventis non impulſus; ſecurus velut leo à beſtiis non inuaſus, ſed potiùs formidatus; nam vbi Fides adeſt, non abeſt nauigatio tam tuta ſuper vndas, quàm planè ſuper terras. Sin vide Chriſti nauis Nauclerum principalem, ambulantem ſuper aquas; dum fuit firmus Fide, incipientem verò mergi, dum iſta flecti cæpit, cum Nauarchus eum ſummus his verbis excitauit;

Vt Fides nauis ſit, & infidelitas naufragiũ.

Matth. 14. 31.

Modicæ fidei quare dubitaſti? Nec tantùm Fides nauis in medio maris eſt, ſed rupes in-

C

concuſſa, quę maria quæque diſsipat, ipſa autem à cunctis maribus non quatitur; ſed econtrà continua vi vndarũ inuictior per-

Iacob. 1. 6.

ſeuerat; *Poſtulet autem in Fide, nihil hæſitans; qui enim hæſitat ſimilis eſt fluctus maris, qui à vento mouetur, & circumfertur.* Ergo homo nihil dubitans nil penitus mouetur; ſed rupes eſt, quæ rumpit obſtacula marina, & pariter maligna ab orco ſuſcitata. Securiſſima fuit igitur Noëmi nauigatio, cum tantæ fidei fuerit; cuius fides & nauigatio claudantur his duobus.

Hebræ. 11. 7

Fides quidem verbis illis attentione magna dignis; *Metuens aptauit arcam*; Non dubitans, ſed metuens diuinã iuſſionem; non nutãs ſed timore, & magno metu exequens

D

mandatũ tanti Domini. Vnde parùm quòd de illius nauigatione copulatur; *In ſalutem domus ſuæ; per quam damnauit mundum*; Cum fuerit nihilminus; & priùs quò ad obiectum in mundi ſoſpitatem, quem non adeo condemnauit, quàm vtique ſaluauit, nauigatione ſua inclyta ab ipſis mortis fluctibus, à ſæuo lethi vado.

Noëmi Fides quanta.

A

Nauigatio verò aliis ex Geneſ. hiſtoria; *Remanſit autem ſolus Noë, & qui cum eo erant in arca; obtinuerúntque aquæ terram, &c.* Remanere nanque eſt pacificè manere, morari, permanere; manentémque ac firmum

Gen. 7. 23. & 24.

aduerſis ſe præbere; *Remanſit ſolus Ieſus & mulier in medio ſtans.* Vnde apricus locus maris; ſeu fidus portus eius, à notis rarò notus, & ſtatio ſemper tuta carinis aduentantibus in Luſitana noſtra lingua Latinæ valde affini *Remanſo* nuncupatur. Et talis nauigatio iſtius Sancti Fidei, in portu tranquilliſſimo.

Ioan. 8. 9.

Nauigatio illius quaſi dulcedine peracta.

14. De tertio, ſeu de nauigatione iuſtorum vniuerſorum, nil dubij in ea iſtos à Deo ma-

B

nuductos, & vſque in cæli portum perductos ſecuriſsimè; vt de notis Eccleſiæ lib. 4. cap. 18. attingit Bellarminus, vbi Magnum Conſtantinũ adducit inter reliquos, de quo ait Auguſtinus lib. 5. cap. 25. de Ciuit. Dei; *Tantis eum Deus muneribus impleuit, quanta optare nullus auderet.* Et Theodoſios duos inclytos; Honoriúmque, de quibus ſcribit idem Sanctus in proximis capitibus, ſeqoenti & præcedenti. Ac Iuſtinianum, qui dum Catholicè Imperium eſt moderatus, prouincias multas illi amiſſas religauit, ac inter cæteras Italiam, & totam planè Africam, virtute magni illius ac probi *Belliſarij*; de quo ipſe Iuſtiniaous perſoluit Deo grates à Bellarmino præter-

Eccleſiæ affecti Principes in nauigatione quantùm rerum ſuarum proſperati.

Belliſarius quantus vir.

C

miſſas in L. 1. Cod. de *Officio Præfeti Prætorio Africa.* Vbi autem imbutus eſt zizania hæreticorum, & de hæreſi ſua voluit edictum promulgare, repentè morti ceſsit, vt auctor eſt Euagrius lib. 4. cap. vlt. Nec non inſuper Heraclium, qui Deo ſe committens, & Crucem Chriſti retulit, & deſperata re Imperij præclaras tres de Perſis victorias reportauit; at hæreſi ſe tradens, infeliciter ei omnia exinde contigerunt, inaudita donec morte extremũ diem clauſit. Et tandem terræ Sanctæ conqoiſitionem feliciſsimam, quæ à Gallis vel ob hoc perpetuò memorandis, ſub Vrbano Papa. II. ad annum Chriſti 1098. egregiè parta

Iuſtiniani vita, & mors.

Euagrius.

Galli ob terræ Sanctæ ſemper conquiſitionẽ memorandi.

D

eſt. Hæc ille; poſt quæ poſſent quamplurimi fauores à cælo pio regibus fidelibus indulti appoſitè connecti; ſed quoniam à via recta me iſti deturbarent, ad Luſitanę patrię tantùm, conſtrictione matris meæ, & nauigatione in nauigatione Noëmi perurgente, quos poterò tranſibo, & breuitate, qua licuerit, ab ipſis me expediam.

DE NAVIGATIONIS LVSITANÆ INCEPTIONE perantiqua, tam proſperè & ſecundè pro Fide Chriſti acta, vt nauigatio ſecundum Fidem, vel etiam iam tunc debeat putari & appellari. Deque quatuor fundatoribus & aſſertoribus illius; ac primitus de primo.

15. EX fide & nauigatione Noëmi Patris noſtri non audax neque deuium in viro Luſitaoo ad fidem & nauigationem meare ſuæ patriæ, cum vtraque ſit planè in illa tam coruſca, vt nulli mundi cedat virtutibus in iſtis; quas habet ſic commixtas & inuicem ligatas; vt Luſitanis ad nauigandum videatur Fides indita; & nauigatio ad prædicandam dumtaxat

Luſitanis nauigatio & Fides quam gemellæ,

Fidem

Fidem Chriſti, ac eam dilatandam, & diſſeminandā quoquouerſum per omnia mundi climata. Pro quo breuiter ſupponendæ ſunt quatuor veritates in hiſtoricis nobilioribus facillimè repertæ, quas tamen ab externis conabor communire, vt maior fides fidei noſtratium accumuletur.

Prima, Tubalem Noëmi nepotem ab eo miſſum (ne à Noëmo ſeparemur) in plagas occidentis; quando orbem gente vacuum replendi deſiderio, colonias auus miſit in varias terræ partes; & ipſe ſenex inclytus tyrrhenū mare legens (vt infra enucleabitur) deuenit in Italiam. Tunc nepos eius Tubal cum ſuis conſodalibus catinis transfretatus, deſcendit in Hiſpaniam; & ſecundum opinionem probatiorem in eum locum, qui ad oras Occidentis eſt medium Luſitaniæ, ab oſtio Tagi fluuij, & Vlyſſipone leucis ſex, vbi nauibus eſt portus & ſinus capaciſſimus, & antiquiſſimū ac nobiliſsimum Hiſpaniarum municipium, perpetuò à nationibus Europæ frequentatum; quod quaſi cœtus Tubalis *Cetubal* ſeu *Cetubal* vſque hodie nuncupatur; & Tubalis fundatio vetuſtior cunctis aliis ab ipſo ædificatis agnoſcitur, vel etiam inter viros Caſtellanos à Floriano lib. 1. à Pineda in Monarchia lib. 1. cap. 23. à Madera in Excell. Hiſpa. cap. 3. quibus minimè refragantur Mariana lib. 1. cap. 7. ſuæ hiſtoriæ, & Archiepiſc. Rodericus lib. 1. cap. 3. Nam quòd Tubal primus omnium appulerit in Hiſpaniam, hoc citra litem eſt, & cunctis peruulgatum. Cum ergo Tubal illuc aduectus rate fuerit, ac ibi primos homines pro temporis illius neceſſitate diſpoſuerit, & apprimè quò ad leges decentes inſtituerit: hoc enim per ſe liquet, nil dubij quòd præ legibus condiderit priores, quæ adorandi & Sacrificandi reſpiciebant ritum illum, tempeſtati tali congruum; & Fidem veram in Deum omnino neceſſariam; antequam fabulis Gentilicis extiterit fœdata, corrupta, & deprauata; prout Souza de Macedo in excellen. Luſitaniæ lib. 9. excell. 1. aduertit prudentiſsimè. Igitur viri Luſitani in illo Cetubalenſis emporij portu ampliſsimo, ſecuriſsimo, amæniſsimo, ad omniaque aptiſsimo, ad nauigandum & prædicandum edocti primi Fidem; quam inde in portus alios commodiores detuliſſe, litigio nulli erit. Quod certè ab illo portu, tam multis prætermiſsis, à Tubale ſic factum, non adeo ab illo factum, quàm volitum & diſpoſitum à cæli poteſtate, putandum firmè eſt; tum ob pondus rei tam magnæ, quæ caſu nunquam accidit; tum ob Fidei Luſitanæ fundamenta iacienda; quæ ex ſequentibus veritatibus lucidiùs innoteſcet.

Hiſpania poſt diluuium à quibus primo loco inhabitata, & occupata.

Cetubalis in Luſitania antiquitas quàm priſca.

Qui Fidem primus omnium docuerit in Hiſpan à, & primùm in Luſitania.

Souza de Macedo.

Mitto illam nauigationem, vt meram rem Gentilicam, & fortaſſe minus firmam, qua dicitur de Vlyſſe erroribus maritimis veniſſe in Luſitaniam, & ibi Vlyſsiponē fundaſſe ciuitatem, tam nomine ab Vlyſſe, & poli, quod eſt ciuitas; quàm ſitu, & rebus cunctis auctore tanto dignam; niſi tantùm

Vlyſſipo qualis ciuitas; cur ſic dicta; & eius laudes.

A quod ſi ille fundaſſet talem Vrbem, nullatenus rediiſſet ad ſuam charam Ithacam, detentus ſolo illo præ omnibus pulcherrimo; vt dixit Philippus Prudens, Vlyſsiponem contemplando; vterque Vlyſſes aſtu, & vterque faxit Deus ab Vlyſsipone noſtra diſsitus, vt in candore Luſitano aſtutię nil ſuperſit. Quæ tamen ad Luſitanam nauigationem quidquid iuuant; conueniunt, nanque, rebus nomina ſæpe ſuis; & conueniens vt nauigationum metropolis Vlyſsipo, à maiori nauigatore extiterit fundata. Imò etiam ad prædicationem nonnihil Fidei faciunt; nam mala fide profuga, ſuccedit Fides bona; & Græca fide ablata ſubintrat Fides optima, Rumana, & Chriſtiana. At de ludicris ad ſeria, poſt paruulum interſti- B tium Vlyſſeum, redeamus.

De ſecundo fundatore.

16. Secunda, Luſitaniam fuiſſe primam plagam, quæ inter mundi cunctas, & iuxta Iudæa atque Samaria expunctis ab hoc numero, ſuſcepit Fidē Chriſti, & eius Euangelium. Fuiſſe nanque Hiſpaniam clariſſimè innoteſcit ex fundamentis quę Madera in Excellen. cap. 6. congeſſit de hac re; & ex opinione ac traditione tam multis roborata, qua dicitur Iacobum in Hiſpaniam deſcendiſſe, ac ibi prędicaſſe; & proinde ante Apoſtolorum in prouincias deſignatas diuiſionem vniuerſalem; nam adhuc non diuiſis, eſt interfectus ab Herode; vt dici- C tur in Actis quò attinet ad mortem, & affirmatur ab Spondano quò reſpicit ad diuiſionem in Compen. ſup. Baron. anno Chriſti 44. n. 2. Ex Hiſpania verò noſtram fuiſſe Luſitaniam, quę prima Chriſti legem ſuſcepit à Iacobo, exinde demonſtratur; quia primitus Sanctus iſte prędicauit in Gallecia; Gallęcie verò pars, longè alia principalior, accreuit Luſitanię, & hæſit illi ſemper poſt talem acceſſionē. Quorum primū ab Iſidoro de vita & obitu Sanctor. cap. 73. huiuſmodi enarratur; *Hiſpaniæ & Occidentalium locorum populis Euangelium prædicauit, & in occaſum mundi lucem prædicationis infudit.* Et à Calliſto Papa ſecundo, qui in prologo tranſlationis S. Iacobi ſic profatur; *Nemo vero in Gallecia, dum adhuc viueret, Apoſtolos elegiſſe dicitur, quorum ſe-* D *ptem (aliis duobus in Gallecia prædicandi cauſa remanentibus) cum eo Hieroſolymam perrexere.* Quod etiam ex ſcriptoribus antiquis diuulgarunt Archiepiſcopus Turpinus de Caroli Magni geſtis cap. 1. & Beda venerabilis adductus per Baronium. Secundum verò conſtat ex tabulis Geographicis, quæ Galleciæ meliorem & ſuperiorem partem attribuunt hodiernæ Luſitaniæ, vbi Bracara eſt Auguſta Conuentus citerioris Hiſpaniæ nobiliſſimus, ac Primatię ſuę ſede vbique longè inclyta, quę Gallecię regni à Gallis fundati & ſic vocati, primarium tanquam caput, à Braccatis viris Gallis ex Gallia Narbonenſi, qui illuc tranſiere, eſt Bracara appellata; atque ciuitas Portuēſis,

Hiſpania Regnum primum recipiens Fidem Chriſti.

Doctor Madera.

Actor 12.

Spondanus

Et ex Hiſpania Luſitania.

S. Iſidorus.

Calliſtus 2.

Portugallia quodnam ethymon, & Bracaræ, atque Portus illuſtriū Ciuitatum.

Digitized by Google

quę à portu & frequentiſſimo commercio gentis Gallicę eſt Portus nuncupata, at poſtea Portus Gaya; etſi Gaya ſit oppidulum à Portu nunc diuiſũ. Vnde & nomen Portugallię cum Gallorum aduentu vltimo, ſub Henriquo ex Burgundiorum familia claro Comite formatũ tandem eſt, & vſurpatum pluſquam aliud, etſi aliud valde frequens, antiquum Luſitaniæ. Hincque liquet quantum Fidem prior biberit Hiſpania, & ex Hiſpania Luſitania.

17. Quæ omnia roborantur ex diſcipulis duobus, quos Iacobus iuxta verba Calliſti modo habita, reliquit in Gallecia; nempe S. Petrum Ratenſem, primum Epiſcopum Bracarenſem; & S. Torquatum primum Epiſcopum Accitanenſis ciuitatis, qui illic requieſcunt. Ac ex diuina prouidentia, qua eò fuit corpus ex Iudæa diſtantiſſima, Apoſtoli delatum, vt vel mortuus nobilitaret Galleciæ territorium, quod viuus decorauerat; Compoſtellanum quidem mortuus; ſed viuus Bracharenſę. Nec non ex ſummo iure, quo Eccleſia Bracarenſis ab iſto S. Petro, omnibus aliis ditionis Hiſpanicę præfertur; de quare abundantiſsimè Souza de Macedo in Excellen. Luſit. cap. 9. Excellen. vlt. Qui etiam cum Auguſti. Barboſa, de officio Paſtoris p. 1. cap. 8. Excellen. notat quinta, Eccleſiam mundi primam, in honorem adhuc viuentium, B. Mariæ, & Apoſtoli Petri, erectam Bracaræ fuiſſe per ipſummet Iacobum. Nec Epiſcopus ſine Eccleſia, cum hæc duo ſint gemella, vtcunque dari poſſet. Quod loca ſupra allata Calliſti & Iſidori indigitant non malè, dum ſupponunt prius illic hunc Sanctum prædicaſſe, & poſtea in locis aliis; illic permanenter, alibi per tranſitum, cuiuſmodi etiam Cæſarauguſtę Euangelizauit verbum Dei, iam rediens Ieroſolymam.

Souza de Macedo.

Auguſti. Barboſa.

Eccleſia prima mundi, & ex cuius tituli, in Bracarenſi ciuitate.

18. Scio iſta multa pati diſcrimina in Baronio, qui pondere atque turbine diuerſarum opinionum, affirmatiuam ſuam in hoc, in negatiuam commutauit; anno Chriſti 816. in ſuo to. 9. ſed Spondanum compendiatorem illius ſimul lego, anno vitæ 44. n. 4. Vbi ait tanta poſtea per Epiſcopos Hiſpanię edita eſſe contra Baronium, vt ſi Baronius illa vidiſſet, potuiſſent eum in priſca opinione retinere. Nec immeritò, cum præcipuum aduerſariorum fundamentum, ſit Roderici Ximenij Archiepiſcopi Toletani, viri apprimè eruditi, coram Concilio Lateranenſi inficiatio rei iſtius, & affirmatio nunquam in Hiſpaniam Iacobum tranſiiſſe; quin aliqua antiquorum auctoritate hoc communierit, niſi tantùm ſua propria, quę maxima exiſtebat, imò aduerſus Compoſtellanum Archiepiſcopum ſtomachatus protulerit hanc vocem; quam vel propria illius paſsio effingere potuerit, cum paſsio res effictas depingat ſæpe veras; vel hominis plùs iuſto exiſtimatio de ſe ipſo, quæ incidit frequenter in nouitates parum veras, imò dirias, & abſurdas; vt videtur eſſe opinio contra Hiſpaniarum traditionem, tam publicam & teſtatam. Nam & n. præ-

In Hiſpania vtrum Iacobus prædicauerit, nec ne.

A cedente ex aliquorum ſcriptione affirmat Spondanus, nullum vnquam Apoſtolorum in Hiſpania docuiſſe; qui tamen paulò infra anno 61. n. 1. idque vnanimi cum ſenſu Eccleſię vniuerſalis, contrarium planè aſſerit; nempe Apoſtolum, eumque Paulum, electum Chriſti Vas, ſapientię ſuę balſamum Hiſpanis profudiſſe, & illic prædicaſſe; vt etiam ex verbis Pauli deducitur ad Rom. cap. 15. n. 28. Quare in rebus tam antiquis ſatius eſt traditionibus teſtatis adhærere, quàm dictis ſingularibus, & nouitatibus plerumque de firmitudine ſuſpectis.

Vas cæli Paulus aquam cæleſtem & ſui pectoris profundit in Hiſpania.

Rom. 15. 28.

19. His dictis ſine animo quemcúnque ſugillandi, ad laudes Luſitanię in Fide nunc reuertar, obſeruans ex pręmiſsis cum Souza B de Macedo cap. 9. Excellen. 5. Luſitanos Fidem Chriſti ſuſcepiſſe primos omnium, extra terminos Iudeę; imò & Regnum Luſitanum fuiſſe primiceriũ in Regnis Chriſtianis, vt ibi ex quodam Regulo ante Gothos & Clodoueum anno Chriſti 448. iam Bracarę Chriſtianè viuente & imperante confirmat non incongruè. Deinde verò ex S. Iacobo ob pręedicandum Chriſti verbum ex partibus tam diſsitis in Luſitaniam naue vecto, manſiſſe Luſitanos inſtructos tanto zelo ad prædicandum Fidem Chriſti; & nauigandum propter id quęcunque mundi maria, ac vndas qualeſcúnque laborũ contemnendas. Tandem autem, vt circa Tubalis aduentum prænotaui, maiorem multò Cæli fuiſſe in nos fauorem appulſum tanti C viri, ad legem vitę dandam, in oris tam remotis, & in tempore tã proximo tranſactę Chriſti morti. Hęc enim cuncta mira, ac priuilegia manus Dei, ſummo potiùs beneficio accepta tanti Domini, quàm meritis aliquibus. Sed beneficia, quę præſagia beneficiorum futurorum maiorum dici poterunt; vt Fides primùm ad viros nauigatione tam longinqua, & per virum primogenitum tonitrui ſit delata; qui nauigationibus immenſis, & incomparabili tonitruo prædicationis Euangelicæ, haec erant nouis orbibus & polis illaturi.

Luſitana primagens, & Luſitania primum Regnum imbutum Chriſti Fide.

Iacobus cur tam citò & tanto cum feruore petierit Hiſpaniæ Occidentalia promontoria.

Obiectio ab Spondano circa aduentum S. Iacobi tam occiduas regiones ante diuiſionem Apoſtolorum petentis præmaturè, labaſcit ex prædictis; cum hoc fuerit priuilegium, & priuilegium lex priuata, non pu- D blica agnoſcatur. Præterea, quòd iam ante ipſius Sancti mortem, Gentiles plures erant confines Paleſtinę adducti ad Fidem Chriſti, vt dicitur in Actis, per capita Iacobi excidium pręcedentia.

Hærebunt fortè hîc indignabundi Caſtellani, vel in Iacobi patrocinio & inuocatione valde ægrè (vt zelotypi deuoti, & riuales veneratores) conſortium ſuſtinentes, taxantes quòd de illorum patrono tanti habito, tam multa noſtris arrogem. Quidni autem Luſitanis attribuam prius Sancti protegimen iſtius, cum ille & Luſitaniam Bracarenſem primo loco appulerit, & eam dumtaxat incoluerit. Ac poſtea regnũ noſtrum ab ipſis incunabulis erexerit tã verè,

Quàm ſecundus Luſitanis Iacobi Sancti dies, in tribus rebus ſummus.

quòd

quòd in vigilia S. Iacobi apparuerit Alfonſo (de quo loquendum infra) imago Crucifixi; & illi quinque vulnerum Redemptionis noſtræ pretij, cum gratia ſingulari, ſtemma tunc conceſſerit, & ſalutari Regem à ſuis voluerit expreſsè; ac in die illuceſcenti S. Iacobi ipſi victoriam, contra quinque Reges Mauros cum agminibus immenſis clariſſimam contulerit, anno à mundo ſoſpitato 1139. Quos Caſtellani de Iacobo fauores non narrabunt, ni tantùm poſt Ramirum. Nec in nauigatione de qua agimus Luſitanis viris defuit, ſed adfuit Albuquerquio, qui gratabundus pretioſa Iacobo in bino templo Palmellano & Compoſtellano ex India dona miſit; de quibus in Maffeo in fine lib. 4.

Iacobo dona mittit Dux magnus Albuquerquius.

De tertio.

20. TErtia veritas, Luſitanos, ad nauigandum & nauigatione dilatandum Fidem Chriſti, inſigni Prophetia fuiſſe per id tempus aliquantulum iam ſuperius, diuinitus electos, ſeu potiùs tunc expreſſos, & mundo declaratos. Cuiuſmodi fuit illud Apoſtoli Orientis B. Thomæ de Luſitana nauigatione & prædicatione præclarum Vaticinium; quod licet ſit in India à noſtratibus inuentum, nec enim ab aliis poſſet (nondum illuc penetrantibus) vtcunque reperiri; id tamen veritatis irrefragabilis, quantum cadit in hiſtoricos, exiſtit; cum celeberrimi, & integerrimi, tam ex indigenis quàm ex externis, hiſtorici ſint noſtri; præſertim quatuor illi Barros tribus linguis verſus, qui per Decadas vt Liuius, non impar in eloquentia vernacula, conſcripſit; Couto eius continuator, ac ſimul adæquator; Oſorius, & Maffeus, qui Latinè, alter Epiſcopus, & nominis conſpicui; alter verò ex ſatis graui familia Ignatiana. Quorum vltimus poſt Thomæ miraculum narratum, ad medium libri ſecundi, ſic ponit Vaticinium. *Ibidémque defixa lapidea Cruce, vaticinatus eſt, cum ad eum lapidem vſque pertingeret pelagus, tum* diuino iuſſu *è remotiſſimis terris candidos homines ad eadem, quæ ipſe intuliſſet*, Sacra inſtauranda *venturos. Neque fefellit prædictio. Siquidem ſub Luſitanorum appulſum, occultis tot annorum acceſſibus, . . . Oceano demum alui captus.* Qui tamen tempeſtate Oraculi Apoſtolici vt ait paulò ſupra, diſtabat decem leucis.

Thomæ Apoſtoli Orientis de Luſitanis Vaticiniū.

Barros.

Couto.

Oſorius. Maffeus.

Non ergo nauigatio & Fidei propagatio in gente Luſitana humanitus ſed diuinitus electa, & deſtinata; vt initio lib. 1. de Henrico Infante agens, nauigationis noſtræ origine, ſcribit idem auctor. Nec poteſt, niſi temerè à noſtris aduerſariis negari hæc Prophetia, cum viros ſit per tales adducta, & celebrata; & ex genio nationum, de Luſitana ſatis conſtet, plus operibus quàm proloquiis exiſtere aſſuetam, & non adeò eſſe verſatam in rebus confingendis, quàm in fictionibus ſoluendis, & figmentis per veritates eximias ſuperandis, ſeu in talibus veritatibus frequenter operandis, quòd vin-

Luſitanorū vt res præclaræ excedant fabuloſas.

A caut fictiones, & res geſtas vel depictas heroum conſictorum, & nauigationes ſiue fictas, ſiue veras (etſi huc annumerandi ſint Phænices) antiquitatis venerandæ; vt cum auctoribus Caſtellanis attingam in ſubſequentibus. Quo Argo coram noſtris nauigiis nihil agit; Vlyſſes parū circuit; Æneas parcè nauigat; Antenor nihil penetrat; Achilles malè pugnat, & Hector peiùs moritur pro zelo ſuæ patriæ. Vnde & modò datus auctor, neque is quidem Luſitanus, ſed Italus, & Bergoma, lib. 11. verſus medium, ſic ait de biremi, pedes minus octodecim longa, & lata pedes ſex, qua Didadus Botellius vir roboris & notitiæ marinæ non communis, cum ſociis neceſſariis, eſt auſus per labores, periculáque ſumma ob nun-
B tium Regi ſuo gratiſſimum afferendum, breuiori curſu temporis ab Oriente in Vlyſſiponem audacter transfretare. *Quod ſi patria* (ſcribit ille) *tam fortibus auſis vir fortitus eſſet ſcriptorum ingenia, ſcilicet Argo illa, tot poetarum carminibus inclyta, præ Botelliana biremis haud immerito videretur.* E quibus eſt colligere, noſtrates non intendere commentis ſe diſcendere, ſed vera vix ſcribere, & externis præeligere materiam ſcriptionis ſuppeditare non vulgaris. Si tamen illi calamis ſcribant facta aurea, non verò facta calamis ab aliis inauratis, & auro ſtylum aureum corrumpere non ſinant, cum maximo dedecore; vt accidit non pridem clariſſimo eique etiam Eccleſiaſtico ſcripturi, qui hiſtoriam ſui temporis depingens luculenter,
C ob Regum Chriſtianorum diſcordiam & ſomnolentiam victorem ſæpe Turcam euexit maximoperè, at Luſitanum ob fortitudinem, & copiis valde imparibus, Genizaros & Turcas vincentem ſæpe ſæpius in Indiæ ditionibus; ac cum magno zelo Fidei, & animarū vtilitatibus illinc penitus eradicā-tem; quaſi opus hoc non eſſet eximiè Chriſtianum, & Chriſtiano dignum calamo, ſilentio præteriuit; propterea quòd pecunias anticipata cupiditate conductitiè velut poſtulans à Rege Luſitano; ille Princeps integerrimus & veritatis per ſe ipſam diuulgandæ fretus viribus, cūtra temporum præſentium politicam prudentiam, Ioannes nempe tertius, reſpondit huiuſcemodi. *Aſe aurum poſtulari ex cauſa tam prædicta putare*
D *valde turpe; vt quæ ferro Luſitani fortiſſimè patrarant, auri mercede ſcriberentur; ne auro emere fidem hiſtoria videretur.*

Didaci Botellij Luſitani nauigatio cum Iaſonica collata, ſed præpoſita.

Modernus quidam ſcriptor de cupiditate in ſcribendo iuſtiſſimè taxatus.

Luſitaniæ Regis dictū aduerſus virum talem ſcripta venditantem.

21. Imò minimè deficiont auctores perquàm nobiles, qui non ſolùm Sancti Thomæ pro nauigatione Luſitana agnuſcant Prophetiam ſed & veteris teſtamenti interpretentur Vaticinium Iſai. 18. n. 2. *Ite Angeli veloces ad gentem conuulſam & dilaceratam; ad populum terribilem, poſt quem non eſt alius; &c.* Cuiuſmodi ex Luſitanis ſunt Rebellus de Iuſtitia; vir celebris, & veneratione digniſſimus Mendoza in Commentar. ſup. Reg. Viegas in Apoc. Fernandez ſup. Gen. & Souza de Macedo in Excellent. Luſit. cap. 14. Excell. 8. Nec immeritò cum videatur de externis habitatoribus Orientalibus

Iſai. 18. 2.

Auctores qui Diuina ordinatione putant factam nauigationem Luſitanam.

tractare. Nec non ex Caſtellanis auctor grauis Leo Caſtrius, ad illa verba Vatis; *Afferent filios ſuos in vlnu.* vbi imparem Luſitanorum præconiis ſe fatetur. Et ex externis Thomas Boſius clariſſimus ſcriptor, qui aliquibus in locis Luſitanam nauigationem Eccleſiæ ſignum facit, & de illis alia oracula elucidat antiqua. Ac tandem Genebrardus per orbem totum volans; qui verba Regis Vatis; *Qui aſcendit ſuper cælum cæli ad Orientem*; exponit de hac gente ſcribens inter alia; *Cuius myſteria Portugallenſes & Hiſpani, in ſuis ad illos populos nauigationibus, & conuerſionibus inſeruiunt.* Vbi myſticum, non commune hoc opus recognoſcit; in quo quidem tanquam illius primarios & priores operatores feruentiſſimos, conſtituit Luſitanos.

Iſai. 49. 22.

Thom. Boſius,

Pſal. 67. 34.

Genebrard,

Quorum ſanè non tantummodo Oracula Diuina inſerta ſacro textui, ſed & alia à Sybillinis, vel ab aliis neſcio quibus futura prędicentibus, deducta teſtimonia, nauigationem conteſtantor. E quibus primum ſit, quod de aduentu Luſitanorum Æthyopes habebant, de quo Barros decada 3. lib. 3. cap. 10. Oſorius lib. 11. & Regis Æthiopici ad Emmanuelem Luſitaniæ gratulatoria quædam epiſtola, quæ in Hiſpan. illuſtrata tomo 2. pag. 1293. per Iouiun. latinitate donata conſeruatur, & ſemper viuẽs erit. Secundum, quod deſumitur ex Ecloga Virgilij vbi futuram felicitatem decantans cum ſybilla, & adimpletam hanc iam inducens cum Salonio filio paruolo Aſinij Pollionis (quod Euſebius de Saluatore exponit Chriſto Dom.) ſic ait inter alia;

De futura nauigatione teſtimonia quondam habita & plurimi æſtimanda.

Alter erit tũ Tiphys, & altera quæ vehat Argo
Delectos Heroas; erunt etiam altera bella.

Virgilius Ecloga 4.

Id eſt maiori animo pugnata, quàm antiquitus, vt paulò ſupra tetigi; vel alterius ſpeciei, obtenta non tantummodo ab hominibus caducis, ſed etiam ab elementis, quæ nunquam prorſus cadunt à viribus innatis, quibus ſemper inuincibilia euincont quoſque viros; exceptis aliquatenus dumtaxat Luſitanis, qui incredibilibus laburibus vltra limites humanos, & fidem fortiorum hęc ſæpius deuicere, & vincunt frequentiſſimè. Tertium, quod ab ipſis fontibus in fonte ſui Apollinis potauit Vates tragicus ſic dicens in Medea.

Venient annis ſæcula ſeris,
Quibus Oceanus vincula rerum
Laxet, & ingens pateat tellus,
Typhiſque nouos detegat orbes.

Seneca.

Quartum tandem quod lapideæ columnæ cuidam inſcriptum, & couſque ſub terreno operculo occultatum, ab Vlyſſipone Leucis quatuor ſub Emmanuele Luſitanæ nauigationis ſummo apice, in Cintra, quondam Lunæ promontorio, inuentum eſt; vt in tabula noui mundi refertur per Hortelium, tetraſtichon ſic dicens;

Voluentur ſaxa literis & ordine rectis
Cum videas Occidens Orientis opes.
Ganges, Indus, Tagus, erit mirabile viſu,
Merces commutabit ſuas vterque ſibi.

Etſi aliqui propter verſuum menſuram non ſeruatam, minoris eos habeant; nos autem plus hiſtoriæ quam verſuũ normã colimus. Quibus omnibus confirmatur non vanam nec prophanam de nauigatione Luſitana opinionem habendam eſſe, ſed cęlitus decretam ad Fidem dilatandam. Itaque quòd ſicut Tubalis aduentus ob hoc ipſum in illas partes fuit aduentu pòſt Iacobi non parum roboratus, ſic Iacobi aduentus Thomæ oraculo munitus, & aliis iam relatis; Thomæ autem quarto alio euentu grandiori; quo prodigiis ſęmper tanta enauigatio firmaretur. Sed prodigium iam ſupremum, vt certius & expreſſius hęc claudat præcedentia.

De poſtremo.

22. QVarta veritas, Luſitanos à ſuo primo Rege ad nauigandum & Chriſti nomen latiſſimè prędicandum, ab ipſo Chriſto Alfonſo in aëre apparente, ſolemniori modo illo, quàm vnquam viſus eſt, fuiſſe deſtinatos; nempe verbis quæ habentur in autographo ab ipſo Rege pro poſteris inſcripto, & à primoribus Regni ſui authentice firmato, quod extat & in multis hiſtoriis circunfertur; vbi aliis nunc omiſſis, quorum aliqua Enar. priori memoraui, hęc vndecimo in articulo expreſsè continentur. *Non vt tuam Fidem augerem hoc modo apparui tibi, ſed vt corroborem cor tuum in hoc conflictu, & initia Regni tui ſupra firmam petram ſtabilirem.* Et iterum poſt pauca. *Ego enim ædificator & diſſipator Imperiorum & Regnorum ſum. Volo enim in te, & in ſemine tuo Imperium mihi ſtabilire, vt deferatur nomen meum in exteras gentes, & vt agnoſcant ſucceſſores tui datorem Regni. Inſigne tuum ex pretio, quo ego humanum genus emi, & ex eo quo ego à Iudæis emptus ſum, compones. Et erit mihi Regnum ſanctificatum, Fide purum, & pietate dilectum.* Quid clariùs pro prędicatione cum nauigatione coniungenda? ſi verba *Vt deferatur nomen meum in exteras gentes*; & illa *Fide purum* vtrinque conſerantur. Et alia quæ articulo decimo tertio ſubſequuntur; *Non recedet ab eis, neque à te vnquam miſericordia mea. Per ipſos enim paraui mihi meſſem multam, & elegi eos in meſſores meos in terris longinquis.* Quæ valde noſtræ meſſi Euchariſticæ appropinquant, & ideo nihil mirum ſi etiam in eius laudem, & nauigationis noſtræ Fidei, hęc nec deuia nec ingrata hiſtoricis, coniungam. Cuius quidem iuramenti tenorem & veritatem nullibi inuenies tam decenter quàm in Ioanne Caramuele, in opere ab eo nuper pro Regibus Caſtellæ & aduerſus Luſitaniam *Philippus Prudens* nuncupato; lib. 2. fol. 115. cum proximè ſequentibus; nam & multa de veritate (à veritate ſuperatus) Regalis inſtrumenti adducit eo in loco, & veritas illius veritatem tranſit ipſam, cum ab inimico ſit prolata, & à Religioſo gladiatore qui putat Regi ſuo (cui vana multa dicit in fronte dicti libri) compoſiturum ſeſe iura, imò & illi poſſeſſionem per iura firmaturum Regnorum quæ exceſſibus ſuorum multa amittit, non amplius reditura.

Alphonſo Regi primo Portugalli cõtra Mauros innumeros pugnaturo vt Chriſtus apparuerit, & ipſi quænam dixerit.

P. Ioannes Caramuel laudatus, & taxatus.

Melius

Meliùs illi ſi componeret illorum truculentiam, & iram ſuam itritam, ac curam ſummè vanam, & ſe ſpiritus Bernardi melliſluuij per quammaximè in gentem Luſitanam, alumnum intueretur, ceteroqui nihilominus à nobis ignoſcendus, cum peccet zelo Sauli, quem factus tandem Paulus, ab oculis iam eius ſquamis eliminatis, relinquet libentiſſimè, & iudicia Dei in hoc nobiſcum collaudabit.

23. Quo autographo in Luſitaniam beneficia Chriſti patent, quandoquidem ſuper Crucem, ab Henrico patre Alfonſi in conquiſitione Hieroſolymitana aſſumptam pro ſtemmate, ei ſua quinque vulnera, atque numerum denariorum venditionis ſui ſanguinis, Redemptionis noſtræ pretij, donauit in inſigne, pre cunctis mundi nobile. Quam diuinam voluntatem Alfonſus adimpleuit in vno ſcuto quinque ſcutula, in formam Crucis aptans, & in ſingulis ſcutulis triginta pingens punctula argenti illius ſymbola; vt Crucem à Patre ſuo (Burgundiæ Gentilitio contempto) concinnatam, nullatenus abiiceret, ſed potiùs conſeruaret, huiuſmodi in ſcutulis; & inſuper adiiceret denariorum dictum numerum, ſcutulis inſertum; quò iuſſum Dei abſolueret. Qui poſtea tamen numerus (vt equidem pro ſingulis ſcutulis immodicus) eſt in quinarium commutatus; tum quia quinquies quinque xxv. ſunt; quibus ſi addas quinque ſcutula, habetur ille numerus deſideratus Chriſti ſanguinis; tum quia in modum Crucis numerata dicta punctula triginta verè reddunt; & Crux à noſtro ſcuto (vt decet) non recedit; ſed & numerus quinarius ob datas Chriſti plagas, & ob quinque Reges Mauros eodem die victos, ac Regnum noſtrum erectum, fauſtiſſimus noſtratibus, multiplicaretur hocce modo, & decoraretur nihil minus effigie pulchriori; quæ *Quinas Luſitanas* (ſic viri noſtri nominant) conſtituunt aptiores.

Stemma Luſitanum præ omnibus illuſtre narratum, & ponderatum.

Verè Chriſti plagæ concinnè in formam Crucis manent, nullibi enim quàm in Cruce decentiùs condi poſſunt, & denaria in dictis plagis, in Crucis normam ſumptis; cum nec à Cruce, nec à plagis hoc pretium ſeparetur. Sed & verè Chriſti amor in Luſitanos demirandus, in ſtemmate conceſſo ex pretiò quo nos emit, & ipſe fuit emptus; triginta nanque argenteis Dei Filius emptus fuit, & ille quinque plagis nos emit Patri Deo. Quod enim pretium erit cum iſto comparandum? vel quomodo apretiandum beneficium tam pretioſum collatum noſtro Regno? Valde ſanè à Chriſti corpore in iſtis collaudatur, & ideo nihil mirum ſi à Luſitano commendetur in Chronologia Chriſti corporis.

Vt pretium Chriſti amoris in gentem Luſitanam cedat omne pretium.

In ſummo noſtri ſtemmatis Moſaycus ſerpens eminet, ne Crucis tale ſignum inſigni noſtro deſit; quod ab ipſo Rege Alfonſo in autographo relato præcipitur expreſsè. Et in orbem ſeptem poſtmodum Caſtella ſunt adaucta, ob aliam rationem, à ſacra iam expoſita omnino ſeparatam; quam Caramuel vel ignorans, vel putans, ſiue mallens, quòd in ſtemmate tam ſacro nil niſi ſacrum foret, in vno ex anteloquiis, quod ſcribendi occaſionem appellat, eo in opere, ſeptem Eccleſiæ Sacramenta caſtella ſeptem illa ſignare proteſtatur. Nam & iſta ſunt Caſtella præ omnibus tutiſſima, & ſocia Chriſti ſanguinis, in illis plagis rutuli; & à ſtemmate Luſitano per orbem totum ducta. Quare myſticè loquendo veriſſimè eſt profatus; & ad veram, deſideratam, & Sacramentorum in iſto opere ſeruatam ſemper viam reducit me me iterum.

Stemmatis Luſitani Caſtella vt Sacramenta.

Caramuel.

24. Quod facio in ſeptem illis Caſtellis medium & quartum non deuiè contemplando; nam Euchariſtiæ Sacramentum, quod reliquorum medium eſt, vt aliquoties dixi latè, peroptimè in ſcopum præſentem nobis refert; dum ſcuti noſtri in capite Caſtellum tale viſitur, & Euchariſtiam ſuper caput Luſitani deferentes, aliquatenus beneficiis tam magnis ſe aptarunt, & per orbem Chriſti nomen ardenter diuulgarunt. Nam & idem Rex Alfonſus cum inutilis ad actiones humanas natus fuerit, nempe pedibus in terga retortis, atque dorſo miſerrimè adhærentibus, ſuper altare & aram ſacram Mariæ Matris Dei Sacelli Carquerenſis, non procul à Lameco, eiuſdem Matris monitu, à nutricio ſuo Egano virtutis omnis viro impoſitus deuotè, ad agilitatem, & fortitudinem corpoream mox exiliit; quo Regnum Luſitanum in ſuo primo Rege iam pedibus Diuinis priores greſſus dedit, neceſſariis ad incedendum paternam ſuper Crucem, & ſuper Chriſti plagas ei dandas in ſtemma; ac etiam ſuper tot difficultates ſuperandas, vt tandem illius poſteri leones & dracones calcantes multiformes, quos taceo, ne ſim tedio, ipſas plagas atque Crucem per orbem totum ferrent. Ab altari verò hoc, & ara ſuper quam ſub pane & vino corpus Diuinum conſecratur.

Rex primus Portugalli, vt natus & miraculo Euchariſtico non parum prodigioſè ſoſpitatus.

Sed Alfonſo adoleſcente, Euchariſtici domicilij videlicet, altaris, beneficia in eum iterum hoc modo renouantur; dum ipſe (nec credibile id ſine magno impulſu, afflatúque cæleſti) iam gladium contra Mauras cohortes volens ſumere, ipſum gladium, qui Conimbricæ in Monaſterio S. Crucis ſeruatur vſque hodie, & tanquam Regis Sancti reliquia valde colitur, cum ſcuto ſuper aram S. Mariæ Vimaracenſis, vbi Chriſti caro ſedet, eidem atque Deiparæ, de oliua in illo Phano antiquo vocitatæ humiliter deuouit, hilariter dicauit, & obſequioſè conſecrauit; vnde poſtea flexis genibus hæc arma à ſe locata, & voto iam Diuinæ Euchariſtiæ nuncupata, deuotiſſimè repetiit; & verè à manu Dei, Dei Matríſque recepit; vt de antiquitatibus Luſit. pag. 94. Statius aſſeuerat. Et ideo nil mirãdum ſi à Virgineis & Euchariſticis auſpiciis bellum iniens à Mauris nunquam victus ſed victor ſemper manſerit, & eos tam multoties cruentauerit in pugna, vt ipſos exturbauerit à regno Luſitano, quod Euchariſtiæ natalitiis excreuit pòſt tam latè; non adeo in

Miraculis Dei Matris inceptum Portugallum.

Primi Regis Portugalli impuberis quæ pietas in Chriſti Matrem, & aram, Gaſpar Statius.

amplitudine quàm in pietate ſelectiſſima, & Fidei puritate, alacritatéque per orbem hanc ipſam prædicandi; ac dixit Chriſti imago; *Et erit mihi Regnum ſanctificatum; fide purum; pietate dilectum.*

Firmantur hæcce omnia ex diſpoſitione qua Rex idem hoc gladio benedicto deuicit reges illos in prælio recenſito. Nam & ſancta Communione commilitones ſuos fecit, expiatione priùs acta, interius roborari, ac ferculo cibari, quo facti ſunt leones, vt inde egredientes immenſos pene canes in fruſta diſſecarint; quemadmodum in Monarchia habetur Luſit. 3. p. lib. 10. Vt prælium Gedeonis conſertum fuit illud, quod haud minori felicitate ſucceſſit pro Fidelibus. Sic enim in allegato autographo Rex ait: *Ego eram cum mea oſte in terris vltra Tagum, in agro Auriquio, vt pugnarem cum Iſmaele, & alijs quatuor regibus Maurorum, habentibus ſecum infinita millia; & gens mea timorata propter multitudinem erat fatigata, & multùm triſtis, in tantùm, vt multi dicerent eſſe temeritatem inire bellum. Et ego triſtis de eo quod audiebam, cæpi mecum cogitare quid agerem; & habebam vnum librum in meo papilione, quo erat ſcriptum teſtamentum antiquum, & teſtamentum Ieſu Chriſti. Aperui illum, & legi hiſtoriam Gedeonis, & dixi intra me. Tu ſcis Domine Ieſu Chriſte, quia pro tuo amore ſuſcepi bellum iſtud contra tuos inimicos, & in manu tua eſt, dare mihi & meis fortitudinem, vt vincamus illos blaſphemantes tuum nomen.* Prælium autem Gedeonis gladio & pane illius Ducis ſubuertit Madian, extinxit inimicos; panis enim qui per ſomnium à quodam milite viſus eſt percutere aduerſarium, tabernaculúmque eius, omnino profligare, ab alio ibidem milite eſt gladius nuncupatus; *Vidi ſomnium, & videbatur mihi quaſi ſubcinericius panis, ex hordeo volui, & in caſtra Madian deſcendere; cumque perueniſſet ad tabernaculum percuſſit illud; atque ſubuertit & terra penitus coæquauit. Reſpondit is cui loquebatur; Non eſt hoc aliud niſi gladius Gedeonis, &c.* Sub indicéque eſſet, quo titulo an ne panis, vel gladij, gladius ille occidiſſet hoſtes ſuos; niſi in cap. præcedent. de Gedeonis Sacrificio ex hædo & pane facto lectoribus conſtaret; quo panis verſus gladius contrarios debellauit. Hoc ductu Rex Alfonſus Gedeonis bellum legens, vidit hædum, ſiue Agnum innocentiſſimum Ieſum Chriſtum in Crucis Sacrificio, à quo ille & ſui milites ad aliud panis ſancti ardenter cucurrerunt, & ſic panis factus gladius ſobuertit gentes perfidas.

Monarch. Luſit.

Vt victoria valde ſimili obtentæ à Gedeone Portugalli regnum cæperit.

Iudic. 7. 13. & 14.

Hæc quidem de inceptione nauigationis Luſitanæ, cum Fide aſſociatæ (vt nauigatio ad prædicandum, & prędicatio ad nauigandum, ob eandem prædicationem diffuſiùs euulgandam, ſe vrgeant & impellant) ex Tubalis & Iacobi aduentu in Luſitaniam, & ex Thomæ prædictione in Indiæ regionibus; atque tandem ex Crucifixi allocutione iam relata non malè communita, ſecundum Fidem ſunt; nimirum ad ipſam Fidem tutandam, & fulciendam. Quæ verò de nauigationis eiuſdem proſequutione, adiungam immediatè iam erunt ſupra Fidem, id eſt humanam Fidem non modicè excedentia, ſed Diuinam in eo ipſo non parum roborantia. Et quæ vltimò de terminatione iſtius rei connectam, erunt tandem contra Fidem; hoc eſt aduerſus Fidei & credolitatis quaſque vias, quamtumuis Fidem Chriſti tot rerum patratoris egregiè promouentia. Quoniam autem prima vidimus, ſecunda inſpiciamus.

Vt nauigatio Luſitana fuent primùm ſecundum Fidem, poſtea verò ſupra fidem & tandẽ contra fidem.

DE NAVIGATIONIS LVSITANÆ PROSEQVVTIONE tam mirabili, ob Chriſti Fidem habita, vt nauigatio ſupra Fidem conueniat appellari. Et de Auctoribus eius quinque; cooperatoribúſque quatuor; ac primum de priori.

25. QVINQVE huius nauigationis Auctores inter alios quam valde principales, & cooperatores eius quatuor inſignes ſuper reliquos oportet hîc præbere, quos breuitate quânta potero ad forum nauis afferam, & tot rebus Euchariſticis, ac gratis, nec non Fidem, ſeu ſaltem zelum Fidei tangentibus exponam; vt quidem nec à ſcopo Euchariſtiæ, nec à Fidei, nec à libito Lectorum declinans ipſis videar.

E quibus primus Auctor Ioannes fuit primus, qui diadema Luſitanum, contra imperum Caſtellanum multorum annorum curſu in noſtros irruentem, attritum tandem cladibus, & victoriis de eo partis, hunc humilem conſtituit, at illud valde firmum, & hoſtes iam Hiſpanicos deſpexit tanto animo, vt quaſi carens iſtis in finibus Europæ, & eos neque abſens à Regno ſuo timens; in illo data pace, ſtatim bellum in Africam aduerſus illos Fidei acerbos ſemper hoſtes, Chriſtiani verò nunquam cruoris ſatiatos, in Chriſtianorum Regum exemplum iniicere curarit. Quod ſecreto magno conſulens, & feruore magno exequens, parauit amplam claſſem; neque ſine admiratione, timoréque illorum participum rei tantæ (Hiſpanorum Regum primus qui calcauit mare Occeanum, quique Africæ in limitibus quæſiuit Agarenos) traiecit mare Herculis; atque ducentis cum nauigiis promiſcuæ magnitudinis, in *Ceptam* proras dirigens, in ipſo appulſus die prędidiariis illius vrbis numeroſiſſimis reſiſtentibus, & fortiſſimè pugnantibus non ſolùm portum tenuit, ſed cum Mauris retrocedentibus ingreſſus Vrbem fuit, & eam cum barbarica ſtrage magna cepit; ita vt magis inde *Cepta* à tam ſubita & miranda captura dici poſſet,

Ioannes primus Portugalli in Caſtellanos princeps qualis.

Eiuſdem in Ceptam claſſis, & expeditio quàm notabilis.

quàm

quàm à *Cethim* Noë nepote, qui in Herculeis pòſt columnis hanc Africæ priorẽ fundauerat Ciuitatem, & nobiliorem ferè in cunctis tam ſitus, quàm & reliquis ſpectatis qualitatibus, ibidem quaſi in capite illius mũdi partis, appoſitè eleuauerat, quandoquidem nec diei vnius tantùm obſidio, ſed vnico atque primo inſultu in eam facto, maiori celeritate, quam olim Cæſar dixerat, *Veni; Vidi; Vici*; tam magnam & claram Vrbem anno noſtræ Redemptionis 1415. in vigilia Aſſumptionis decima quarta die Auguſti, hic fortis Princeps cepit. Nec expugnata tantùm Vrbs, ſed retenta, & conſeruata.

Quo anno, die, & robore, à Mauris Cepta capta.

In qua quidem non tantummodo de *Cepta* triumphauit; ſed primitus de hominũ fortiorum opinione, qui impoſſibilem expeditionem huiuſmodi putabant; etſi illi Regem ſuum cogitarui tam excelſo videntes incumbentem, excelsè incubuerunt obſtaculis Mauortiis, quæ pectore atque animo lætiſſimo ruperunt; ſeu potiùs euolarunt ad ipſa dirumpenda, cum hoc factum plus volantium, quàm dimicantium videatur. Deinde, de culpabili Chriſtianorũ Regum otio, qui vel neſciunt niſi contra pugnare ſuum ſanguinem, vel ſinere Mahometicum excreſcere in diluuia, replentia terræ orbem. Vlteriùs, de Occeani tumentis ſupercilio, quod Hiſpanorum primus Regũ ſulcauit tanto robore, vt elementa extra elementum ſuum proprium ſubiugauerit, effreni frena iniecerit, domuerit indomitum, & excutienti à ſeſe omnes, ſeſſorem fixè dederit, ac cedere ipſum fecerit vel ligneis tantùm equis, niſi hominibus fortioribus, quàm illi quos Troyanus occluſit, pleni eſſent; & quod neminem ſuſtinere à tergo quondam poterat, in campos exarandos victoriis Luſitanis coegit terga vertere, ſuper quæ Ioannes Rex cum ſuis curiens aeriter, primus fuit qui Herculis diſſoluit clauſtra ferrea, & columnas pluſquam æneas, antiquitate veneranda, proſtrauit ſuis pedibus; atque pedibus ſuper columnas tam altas primùm poſitis, trophæa cæpit illic referre vel de Hercule; & Herculem peſſumdare; ac ad opera maiora erigere vexilla, parare fundamenta, quæ proſequar inferiùs. Tandem autem non ſolummodo de Vrbe principali, ſed de Principe ciuitatũ totius Mauritaniæ, ab annis verè ipſis Noëmi ædificata, & à Mauris per octingentos ſecurè dominata; de faucibus commercii maioris, ſeu adminus melioris partis orbis; de clauéque Hiſpaniæ, qua Mauri ſibi aditum infauſtum quondam fecerant; de propugnaculo fortiſſimo, ac etiam munitiſſimo Iſmaëliticæ proſapię, de gymnaſio literarum Arabici idiomatis, de emporio diuitiarum Atlantici dominatus, aurea mala fabuloſa à priſcis illic poſita, veraciter decerpens, ouanter vno die, vel minus triumphauit.

Cepta captæ per Ioannem tam multiplex quàm & magnus triumphus enarratur.

Ioannis paruum elogium ex vrbis Cepta capta.

Mauritanię quæ Vrbs Cepta in Abila freti Herculei fundata iugo celebri.

26. Nonne iſta ſupra fidem humanam ſunt omnino? Ita hercle, ſed quàm valde fauentia Chriſti fidei, & Euchariſticæ nil minus; nam tam cauſa quàm effectus, & media in-

Cepta qua occaſione à Ioanne Rege capta.

A teriacentia, huic Sacro & noſtrę Fidei ſummopere deſeruiunt. Cauſa quidem, quia illa qua tantus Rex efferbuit ad caſum tam perarduum, iniuria fuit quædam & Sacrilegium in Euchariſtiam à Mauris perpetratum, non ſanè in Luſitania, quod longè eſt mirabilius, ſed in quodam paruo oppido ex Regno Valentino, & Aragonica corona, vocato *Terre Blanca* quò appellentes Sarraceni, Sacram Pyxidem cum Hoſtiis detulerunt conſecratis, & cum aliis vaſis Sacris Eccleſiæ illius pagi; vt in hiſtoria Valentina lib. 3. cap. vlt. enarrat Eſc. Quare cognita à Ioanne (tanto ipſe à contumeliis in Deum vel tam procul commiſſis tangebatur) hoc tactus cæli fulmine, in Africæ non tantùm meliorem *Turre Candida* ſed in B omnibus Africanis nobiliorem ciuitatibus fulminare *Ceptam* cæpit; vt dedecus relatum cum lucro penderetur, myſteriúmque Sanctiſſimum in patria inimicorum, eiſdem gannientibus, renuentibúſque perpetim, perpetuò coleretur.

Media autem multa & ea fauſtiſsima præſagia, rem tantam ſtipulantia; è quibus primum ſit Iacobi Sancti die Vlyſsipone claſſẽ ſoluere, quo Apoſtoli in Luſitanos fauores ſupra allati recenter confirmantur. Secundum, quædam viſio ea de re Dominicano alumno cuidam facta, qui in Conuentu Portuenſi, per ſpeciem vidit Ioannẽ à Virgine Deipara gladium accipere pro expeditione tunc ſedulò agitanda. Tertium, eiuſdem Regis mos, qui à Virginis altari (vt ſupra ſemel dixi, de Rege Alfonſo primo) C ſumebat ſemper arma, cum deſcendebat in certamina; & ab aræ ac Matris Dei auxilio quid non faceret? Quartum pridie Aſſumpſionis, quaſi iure poſſeſsionis nam aſſumere eſt rem capere, in die tam felici tenere portum Africæ.

Ioanni quę præſagia pro Cepta capienda.

Faria de Souza.

Effectus verò & finis rei noſtræ valde aptus, quia Ioannes in Regalis triremis ſuæ puppe, Tabernaculũ ſummi pretij extruere curauerat, vbi *Panem robuſtorum* Sacerdotum laude iugi, & inceſſantibus excubiis, magnificè aſſeruatum, pro Generali ſuæ claſsis piiſsimè tranſuexit. Quem Sacelli ſui Regij ſupremus Capellanus, vir ſemper magni gradus, ad horam oppugnationis militibus oſtendens; in manibuſque tenens, accendit eos verbis aduerſus aduerſarios; D quo facto Regis filius Henricus mox à nobis poſt patrem referendus, fundamentum Sacræ Pyxidis deuotiſsimè deoſculãs, cum reliquis qui in hoc eum ſunt feruidè imitati, ad arcem velut iacula igniuoma volarunt, & eam ferro ſuo tam ſubito & tã acri ocyſsimè occuparunt. Certè Moyſes occultatus curriculo trimeſtri, ab hoſtibus exquiſitè quæſitus ſemper fuit, & periculis non paucis tum temporis ſubiacuit; in Nilo verò poſtea ſuper aquas periculoſas expoſitus patenter, honore ſummo patuit; vt hom. 23. in Act. Apoſt. Chryſo. aduertit; *Quando ſeruabatur non erat in honore, quando expoſitus, tunc honoratus.* Sicque iſtud Sacramentum dum latuit Turre in candida, & ſecurè

Euchariſtia Cepta capta.

Vaſconcellos & Zurara.

Exod. 2. 3.

Chryſoſto.

fuit ipſa ſeruatum in continente, opprobria non euaſit, cum autem ſuper vndas marinas *Cepta* patuit, tranquillum mare fuit, Neptunus totus lacteus, peticula ſemota, contumeliáque accepta cum fœnore elimata; & totius Mauritaniæ fortiſsimum confugium ſubactum Luſitanis; qui poſtea fortitudine inetedibili ſæpiſsimè à barbaris probata, ſui roboris ac zeli illud celebre monumentum illæſum conſeruarunt, donec propter Caſtellanam viciniam longè magnam, quam breue fretum dirimit, illa ciuitas ſingulariter inter omnes Luſitaniæ vel etiam à Regno procul, inaugurato nouo Rege, adhæſit propiori; quod nobis ob expenſas inutiles & magnas in lucrum magnum ceſsit; quantumnis veniet ſterum ad ſuum verum Dominum.

Moyſes expoſitius, ſecurus; ſeruatus, autem tunc expoſitus periculis quammultis.

De ſecundo.

27. SEcundus verò Auctor nauigationis tam Chriſtiadæ, Henricus Regis huius Ioannis fuit filius. Non quia ante nauigationem & expeditionem patris ſuſ in Ceptam, priùs ipſe in vlteriores partes Africæ ad nauigationem incipiendam nauigia non pararit, paratiſſimáque miſerit plus vento Sancti Spiritus, quàm gloriæ perêptoriæ; hoc enim ſupetioti quinquennio iam abſoluerat, anno noſtræ Redemptionis 1410. cum tamen Cepta capta & claſsis illuc ducta ſequenti luſtro fuerit, anno vt ſupra dictum eſt 1415. Sed quia claſsis illa cum expugnatione, & poſſeſſione tam nobilis Emporij (etſi alia nauigatio longinquior per Ioannem nullatenus ſit facta) fuit vita, cor, & anima nauigationis Luſitanæ, in partes remotiſsimas; tum ob Africę poſſeſsionem per illam comparatam, tum ob portas & columnas Herculeas in *Plus vltra* quærendas nouas terras, tunc prorſus diſsipatas; quod facinus nec in mentem ipſius venit Herculis, vt inquit ſic Maffeus initio lib. 1. *Cum tam glorioſi facinoris, tamque longinquæ nauigationis (ad quam neque fabuloſi illi Argonautæ, neque in cæleſtium numerum falsò relati Bacchi, Herculeſve vnquam adſpirarunt) nos imperatu Superiorum, in vnius Dei gloriam, & ſolatium totius Eccleſiæ Latinis litteris conſignare decreuimus in hoc opere:* tum quia nauigatio ſuſcepta per Henricũ, ob repertas difficultates exiſtimatas inuincibiles, ſubſedit per decenniũ, ab anno ſcilicet 1410. vſque ad annum 1420. eodem Maffeo teſte: quare claſsis patris ſui educta medio tempore, anno nempe memorato 1415. & tam feliciter reducta, quaſi anima viuificatrix, & cor in medio corporis Henricianæ factionis, qua illam et reuixit, & ex nouis intelligentiis à Lybiæ interioris captiuis illic habitis, ſuſcepit vitam nouam, vt ipſe Maffeus tangit, putari rectè debet.

Nauigatio Luſitana per Henricum quando cepta.

Cur ipſe prior patre in operatione nauigandi, eidem poſtponatur.

Maffeus.

Vnde Oſorius & Maffeus (quin iſta meditentur) fortaſsè illius claſsis ad mare aperiendum vtilitatibus permoti, nauigationis Luſitanæ auctorem primum faciunt Ioannem Henrici patrem; ſecundum verò Henricum tam magni patris filium, & pullum tantæ aquilæ, vt vel ante patris visũ exemplum tam pernobile, ad radios Orientis videndos ſe contulerit, & poſt exemplum firmitate non ampliùs immutata, ſucceſsione hæreditaria Monarchis Luſitanis reliquerit poſsibilitatẽ cernendi Solis oculos. Itaque quòd Rex Ioannes fuit veluti *Vnicornu* id eſt vnicus inter omnes Hiſpaniæ magnos Principes, qui audaciæ ſuæ cornu & zelo Crucis Chriſti venenatas aquas maris poſteris ſuis benedixit, vt biberint de ſalſedine illarum confidenter. At Henricus filius eius *Dilectus quemadmodum filius vnicornis*; Nam fuit & vnicornis iſtius natus inclytus, & Deo tam dilectus, vt virgo amicus Agni in vita, & totis viribus robuſtis, perdurauerit, ac Mariæ Matris Agni obſequio ſummè deditus; quemadmodum de eo cum rei bellicæ virtute in Cepta patefacta, oſtendunt lib. 5. Oſorius, & Maffeus.

Ioannis patris eius præconia in captu Ceptæ.

Cur maris *vnicornis*.

Pſal. 28. 6.

E quibus hic poſtremus priuſquam annum nauigationi aſsignet Luſitanæ 1410. ait Henricum patre ſuo Ioanne vita functo hoc opus nauigandi cæpiſſe, & ſuſcepiſſe, cum tamen ipſe Ceptam quinquenniũ poſt ſubegerit, & anno 1433. vt omnes confitentur, & ex externis vel Caramuel in Prudenti ſuo Phelippo, extremum diem clauſerit. Quare lapſui tam deformi admiſſo neſcio quomodo reſponſio non eſt danda, ſed veritas dati anni 1410. dumtaxat oſtendenda, in gratiam veritatis, & omnium qui hanc diligunt, ac honoris Luſitani, qui ab aliquibus de antiquitate illius anni carpitur. Oſtendam verò iſtam ex ipſius Maffei verbis, quantumuis nunquam ampliùs loquutus ſit de illa; & ex Oſorio, licet verbum de nauigationis Luſitaniæ principio nullum dixerit, quæ probatio proculdubio exiſtet eò tutior, quò erit præter mentem ipſorummet auctorum, inſignium coram omnibus; & veraciùs, tanquam reliqui, dicentium veritatem, cum eam caſu dicunt, inter loquendum de rebus aliis ſtylo ſynceriſsimo. Ait enim Maffeus idem ad Henrici perſeuerantiã præconiis decorandam, per annos quinquaginta nauigationi incubuiſſe, incluſo illo decennio remiſsionis memorata. Et Oſorius ad vulgandam tam magni viri ætatem, obiiſſe Chriſti anno 1460. cum annos ſeptem & ſexaginta tunc ille numeraſſet. Vnde ab anno mortis ſuæ retrocedendo quinquaginta, anno 1410. nauigationem ſuam cæpit. Nec veritati tantæ poteſt opponi quoduis dubium, niſi tantùm quòd Henricus in pueritia valde tenera annum agens decimum ſeptimum parauit primam claſſem, & iecit tanti operis incredibilia fundamenta; ſed admiratio neque ſemper infringit veritatem; imò virtutem ſæpe auget in viris demirandis. At talis Princeps ille, qui quotẽpore plerique ſe tantùm carni tradunt ipſe ſpiritus tantummodo vacabat rebus inclytis, & ſpiritus tam magnos concipiebat ſeu gignebat eximius puer impubes; ita vt tandẽ ſi Ale-

Nauigationis dictæ annos excerptus nouo iamute.

Maffei craſſus lapſus.

Maffeus initio lib. 1.

Oſorius lib. 1. non procul à principio.

Henricus qualis Princeps à lanugine priori.

xander

xander grandæuior vno anno imperiū cæpit terrę aſſumere animoſè à magnis aduerſariis, Henricus anno minor imperium cæpit marium eripere à furore ipſorum elementorum; Alexandri ætatem citra iam vincens Alexandrum, & pariter naturam; ſed quid mirum, ſi in virginitate hanc etiam peſſumdauit?

28. Supra fidem dico eſſe nauigationem Luſitanam, & ſupra fidem certè ſunt illius natalitia. Quare Oſorius & Maffeus ex iuſſionibus maiorum ſuſcipientes hanc hiſtoriam, deterriti ſunt fide ſcriptis adhibenda, quod primus in veſtibulo totius ponit operis, ſecundus autem folio ſecundo, tam multa de hoc dicens, vt fides quam veretur in aliis inuenire adaugear in me iſtam, quam dico ſupra fidem.

Verè autem prærogatiua virginitatis illibatæ Henricus valde firmum nauigationia Luſitanæ (vt olim Noë ſuæ eximia caſtitate) præiecit fundamentum; cui reliquę virtutes innitentes & ſurgentes, ſecurum conſtruebant & promittebant ędificium. Quod à Sacro promontorio in territorio Algarbiorum marinos ſuper gemitus, & cautes ſatis horridas, in arce dicta *Sagres* ab illomet fundata ſupra maris inconſtantiam incredibiliter excreuit. Nec tamen ſine Henrici labore peraſſiduo, ac iugi vigilantia, qui inde peritiſſimis Aſtronomicis aſcitis, & tabulis antiquorum ab eo ingenio acri pollente peruolutis, nec non viris Tingitanis ac Lybicis conſultis, in perpetua ſolitudine, tam loci quàm dulcedinum ad corpus attinentiū, ſumptus ſuos inſumebat in opere tam pio, & ſpiritus erigebat, ac opem efflagitabat à ſummo Conditore (à quo etiam in viſione bis monitus, de hac re communiter in auctoribus grauioribus aſſeritur) vt Chriſti Filij ſui, cuius præerat Militiæ, & cuius Præfecturæ ſtimulis eius animus Regalis vrgebatur, in barbaras & neſcias illius lucis gentes, ipſius Fidei radium immitere ei liceret. Quibus votis non refragata eſt ſupera Clementia, quæ ab iſto caſto Principe, puriſſimò vt à vaſe, Chriſti oleo ſiue nomini per orbem deferendo aptiſſimo ſuapte, Fidei ſuæ iubar cælicum diffundi tandem voluit. Sub eius namque auſpiciis adhibitis naucleris Turdetanis, ſeu Algarbinis, tam Leænæ montium tractus, quàm etiam caput viride cum omnibus vſque illuc latiſſimè excurrentibus, à noſtris ſunt detecta; quò leonibus ſuperatis, & capite viridi exploratо, difficultatū timor cederet futuræ ſpei virori, quę viridiùs poſt id tempus blandiri cæpit auſibus ac viris Luſitanis. Pro quo item ſpei maioris initio florentiſsimo, & fortaſſis nauigationis maturę compos factus, in faucibus Hiſpanorum fluuiorum Imperatoris, nimirum Tagi aurei, qui floribus non tantùm ſed etiam & auri granis argentum ſuum ornat, in Matris Dei honorem paulò infra Vlyſsiponem erexit fauſtum Templum, in Monaſterium pòſt illuſtre ab Emmanuele fabricatum, vt inde naues Indicæ in Tharſis noſtræ Fidei

Henricus vnde initia nauigationis tantæ fecerit.

Henricus Chriſti Ordinis Præfectus & Magiſter, ſuo titulo plùs ad Chriſti obſequium ſtimulatur.

Henrici quale templum ad oſtium Tagi fluminis.

A & in nauigationem Chriſtianam ad Chriſti Filij eius doctrinam prædicandam hac vera ſtella maris feliciua vela ſoluerent.

29. In cogitatibus tam piis Henricū mors excepit, & cumulatum magnis meritis in vitam iugem tranſtulit. Qui ſi tépore Gentili finiret vitam talem, in vitam æternam ab ipſis tranſlatus mox exiſteret, ſeu in numina relatus, vel in aliquem Planetam & aſtrum miri luminis mutatus, atque culto mirifico adoratus. At obiens Chriſtiano, ei fuit ſors beatior, ſublimiorque conuerſio, non quidē in aſtra cæli, vel brutis reſplendentia, ſed in ſuperos ac cælites calcantes flores cælicos. Et inſuper quò ad lucem memoriæ apud mortales, in ſydus animatum, quod ſydera non ſunt, in vita pol-

B lens aſtrum (vel etiam in vita miſera) qua carent quæque aſtra. Nam vt ipſe vitā ſuam ad cæleſtem prorſus normam componeret dum vixit, à gaudiis vitæ abſtinens, nauauit aſtris operam, & cæleſti contemplationi, vt proficeret terrenis, Regalem vitam ſubdidit. Vincentij Sancti prope fluentia maris eminens ſepulchrum domum figens, vt fluida deuinceret, cæleſtiáque conquireret, & degens loco in arido, ſterili, & incommodo, quò omnibus fœcundus veniret eius labor; ac terræ vertens terga, & faciem reddens aquis; vt terrea cuncta linqueret, & ſuper mare magnum, in maximum eleuatus, iſtius cultum, & nomen, notitiam & magnitudinem (cui collatum mare Oceanum nec gutta tantùm eſt) in nationes eius neſcias tranſmittere ſatageret. Quę

C omnia ſi pendantur Euchariſtica ſunt tota, & Euchariſtiæ ſolo obſequio, vt fini, deſtinata; ac meritiſsima proinde vt in Euchariſtia memorentur. Et accommoda ſuper hæc vt inde dignoſcatur quàm groſsè in *mare libero* ſcripſit nuper Groſsius, nil magis in nauigatione & commercio vltra marino deberi Luſitanis, quàm aliis nationibus. Libertini libertinum vel mare volunt facere, & plus illi libertatis quàm conſcientię planè dare.

Vel dicamus, non in aſtrum, ſed in cælum per virtutes Henricum totum verſum. Nam ſi cęlum varietate pręfulget ſtellarum, Henricus fulſit radiis virtutum vniuerſarum; ſi illud Sole & Luna perpetuò decoratur, hic Chriſti & eius Matris obſequio inflam-

D mabatur. Si illud zona cingitur Zodiaci ſigniferi, hic Zona caſtitatis perpetuę, nec non ſignis Apoſtolicis ornata, id eſt, mente totum orbem Apoſtolica doctrina implendi, ſe præcinxit. Si illud Æquatore æquiſsimè ſecatur, ſeu potiùs ex diſtantiis conformibus æquatur, hic equidem æquatore iuſtitię fuit æquus, interiùs & exteriùs. Si illud tropicis duobus altrinſecus collucet, hic tropicis colluxit directi moderaminis, in anima & in corpore. Sique tandem duobus polis, & Arctico & Antarctico conſiſtit cæli machina, hic Princeps meliùs conſtitit amore Dei & proximi, pro quibus tanta fecit. Cuius polus fuit Arcticus & ratis cum ambiens, deſiderium rates

Henricus Princeps ſydus, & quanti luminis, ac gloriæ.

Henrici Principis Elogia.

Groſſius auctor maris liberi quàm groſsè argumentetur.

Henricus non tam ſydus quàm cælum, & quam veraciter.

plurimas repletas Fide Chriſti mittendi in regiones indiguas tanti boni; per cuius verè ratem reguntur quiqui nauigant maiorem partem orbis, quam cæpit patefacere. Vlteriùs quòd à radice Henrici diſciplinæ, Aſtrolabium in Luſitania paulò poſt inuentum eſt, quo non ſolum nauigationi accreuit magnum commodum ſed & Fidei prædicationi, vt adnotat Maffeus lib. 1. de rebus Ind. fol. 12. vbi addit propter hoc multùm debere totam Europam familiæ Luſitanæ. Polus eius verò Antarcticus ſeu Crucifer (quia Crucem ſtellarum præſefert) à nautis nuncupatus, ille nimiùm zelus ardens, notitiam Crucis illuc & Crucifixi tranſmittendi.

Aſtrolabij ad nauigandum inuentio vbi reperta.

Europa propter quid Luſitaniæ multum debeat.

30. Quòd ſi ipſa ratis Arcturi cum buccina eſt cæleſti, Cæleſtis quoque buccina debetur huic Infanti, qui à terrenis ſe eripuit, vt traderet ſe cæli ac terræ vtilitatibus; & ex noſtra Luſitania vt ex altera Phænice anguſtiſsima terrarum, in orbem totũ mitteret colonias auguſtiſsimas, ac de Phænice ponderauit in Geographia ſua Sacra vir apprimè eruditus Samoel Bochartus. Verumtamen non ob tres, ex quatuor rationibus, quas affert de Phænicibus, ſed ob aliam, quam de ſtudio imperium dilatandi, de illis ſimul refert; & non indecorè ſed decorè præſtringit Luſitanos, qui cohibiti ex vna parte à vicinis Chriſtianis, & ex alia à maris vndis, has primitus vicerunt, vt poſtea ſuperarent Mahometicas, & Gentiles diffusè nationes. Et præcipuè ob Chriſti Fidem, ſicut plurimis iam protuli, infidelibus, eius luce orbatis, inferendam.

Phœnices in nauigatione cum Luſitanis comparati.

Bochartus.

Vnde factum ſupra fidem (iuxta titulum præfixum pręſenti ſectioni) feciſſe noſtros multa; nam cum ipſi propter Fidem ſubierint hoc opus, eſt opus quoque fide ad plurima credenda, quæ vel etiam per inimicos de Luſitanis diuulgantur. E quibus Vitrianus in annotationibus Comminei, ſcriptor Caſtellanus, de auerſione inter Caſtellanos & Luſitanos cauſam reddens, inuidię nationis vnius, & alterius attribuit hocce glorię; quia Luſitani, ſcribit ille, ſententia ſatis lepida *& armis & amoribus* inſignes viri ſunt. Sed leporem diſertiſsimum, vt omnia Vitriani, non de turpibus amoribus (nam amor turpis turpia ingenitè operatur) decenter exponamus; ſed de amoribus inſignibus, quę inſignia quęque opera aſsiduè meditantur, & facilè operantur; de amoribus videlicet ad arma pertractanda, ad facinora patranda, ad maria nauiganda, ad orbes explorandos, ad Fidem Chriſti in illos ardenter inuehendam, ad Mauros infrænandos, ad Turcas inſuperabiles perſępe ſuperandos, & ab Oriente eiiciendos, atque ad gloriam Chriſti nominis his omnibus augendam, & maximè ampliandam. Hæc autem tantis parta laboribus, & talibus; vt de quantitate dicere liceat cum Vate Mantuano Æneid. lib. 1.

Cur res geſtæ Luſitanorum ſuperiores fidei ſint, & egeant dono fidei.

Vitrianus.

In amoribus & qualibus, vel ſupra fidem hominum eximij Luſitani.

Quæ regio in terris noſtri non plena laboris?

De qualitate verò excedere credulitatem conſuetam, & eſſe ſupra fidei humanę latitudinem; vt nuper gentis noſtræ aduerſarius dixit alius, Caramuel primo in fronte ſui lib. *Philippus Prudens*; in nuncupatoria ad Philippum quartum; per hęc expreſſa verba: *Cæterum ille vnicè negabit generoſitatem Luſitanis, qui inuidia ductus, nec hiſtoriis voluerit credere, nec eorum facinora plusquam humana venerari.*

Lusitanorum qui labores.

Caramuel.

De tertio Auctore.

31. Tertius auctor nauigationis eiuſdem Luſitanę, Alfonſus Africanus Rex noſter iure eſt, cuius tempore à noſtratibus Æquator ſuperatus, & ſupra fidẽ hominum tranſactus ille tractus, ſubiectus Æquinoctio, qui inhabitabilis & immeabilis antiquis viſus fuerat; ita vt etiã modò aliquo hęreticum putatum, ex quęſtione inter Virgilium Epiſcopum Saleburgenſe, & Bonifacium Moguntinum, ſub Pontifice Zacharia, circa annum 700. exorta, & contra partes Virgilij, qui antipodas in prędicatione quadam aſſeruit, deciſa, & affirmata; vt affert Mariana hiſtor. lib. 1. cap. 22. & Souza de Macedo in Excellen. Luſit. cap. 14. Excellen. 8. Quod pręcipuè intelligendum per viam maris Lybici, vbi ęſtus ſuper omnes Guineę feruentiſsimi, & inclementia illius orę, deterruit ſemper homines; vt etiam vel intrepidos deterruit Luſitanos, qui incepta nauigatione Henrico ſub prędicto, ab illa per decennium ſuperſederunt & deſtiterunt, ſicut habetur in Maffeo lib. 1. fol. 8. quouſque Chriſti anno 1420. hunc nodum impoſsibilitatis antiquę diſſoluere. Nam per viam maris rubri, ſinus Perſici, & itinerationis per regna Orientalia, non latuiſſe priſcos hoc, inferiùs demonſtrabo.

Portugalli Alfonſus V. nauigationi quid contulerit.

Antipodas exiſtere quo tempore vt hæreticũ putatũ a magnis viris.

Mariana.

Souza de Macedo.

Maffeus.

Magnum tamen & ſupra fidem Alfonſi noſtri facinus, dum Lineam transfretauit, Guineę ardores ſummos calcauit ſuis claſſibus, & ne iſta fabuloſa ac veluti per viſum, tum temporis putarentur, caſtella ſuper littora tam inuia & inſalubria nonnulla fabricauit, vt aſſerit Maffeus; poſt locum pręcedentem fol. 10. cum ſequenti. Nec quo tempore hęc per ſuos Alfonſus Rex gerebat, ſe otio committebat, ſed tanquam datus vnicè periculis pro Fide, à Calliſto Papa III. inter Princeps Chriſtianos expeditionis quam in Hieroſolymam adornabat ipſe Pontifex, in Generalem Imperatorem eſt vnicè delectus. Quod onus lubẽs ſubiit, & hilaris ac alacer ſuſcepit Crucem Domini, collegit magnas copias, quas aluit ſuis ſumptibus; & quò ſanctius eſſet bellum, militibus pro ſtipendio pecuniam largiendam ſignauit ſigno Crucis, & Cruciatos quos appellant, tunc primùm nummos cudit; vbi minoris ratio pretij, quàm Religionis habebatur.

Eiuſdem Regis zelus & in Ieroſolymam delectus.

Mariz. dial. 4 cap. 7.

Pecuniam Cruce cudit, cui ipſa Crux pecunia, & omnes mundi gazæ.

Quæ omnia morte ſunt Calliſti ſimul mortua, ſed nec minimùm in Alfonſo mortificatus Fidei zelus, quo locum belli ſui, non finem neque ſtudium vllatenus mutauit; qui nauium ducentarum parata ingenti claſſe,

claſſe, in Afticam traiiciens, Tingitaniæ caput Tingim minatus (quam præ omnibus intendit vrbem capere) in Alcazerem Cequerium conuertit Martis iram, quod oppidum in inſultu ſecundo ſibi ſubdidit, & ipſum conſeruauit; vnde poſtea Rex Fezenſis bis magna clade pulſus. Quo auſpicio in Luſitanam ſe patriam Rex recepit. Sed neſciens domi viuere ad arma cor enatum, cum claſſe non minori ſecundò matè ſulcans, & etiam Tingim ſuo aduentu tetrefaciens, in municipium notum *Anafen* decliuare naues iuſſit, quod armis intercepit, & penitus deleuit; ac iterum felicitet ad ſuos remeauit. Tandémque expeditione nauali ingentiori tertiùm Africam conquitens, & Tingis tetrens mœnia, diuertit in Arzillam munitiſſimam ciuitatem, quam cruentiſſimo certamine ſubiecit Chriſti nomini, & inde in Tingim à Mauris, Alfonſi præ formidine, vltroneè derelictam, ouanter ſe conuertit; ac poſtea in Luſitaniam; relinquens illic Duces eximiæ fortitudinis, Paſtoréſque piiſſimos, qui Catholicis ceremoniis luſtrarunt illas plagas, Baptiſmum prædicarunt, & quamplurimos ad caulas duxetunt D. Petri. Alfonſus verò ob iſta Africanus velut Scipio, quamiuſtè dictus eſt.

In Africam traiectus illius quot, & quales.

Quo ſtatu Luſitaniæ terra & mari triumphantis habebant ſeſe res, cum Caramuel ſuper aggerem armorum cuncti generis ſedentem induxit eam armatam Cruce & haſta, quam diſtichon ad pedes præfixum in dicto libro huiuſmodi laudabat.

Caramuel.

Arma mihi imperiũ terræ, maris anchora, veram
Crux dedit, vt noſcãt Regna ſubacta Fidem.

Et Aloyſius de Zamota in catmine connexo.

Luſitaniæ quæ effigies quantis terra & mari.

Regnorum Regina potens, quam Solis ab ortu
Sol ad occaſum orbis vterque colit.
Regna tibi Regéſque Deo fuit vtile vinci;
Et cur ſe victum gaudeat, hoſtis habet.
Vana ſuperſtitio, veſtris procul exulat oris,
His vult priſca Fides cum pietate coli.

Ac iterum poſt pauca.

Luſitaniæ ſupra fidem prodigia mille & millia.

Vna dies centum Maurorum millia videt
Millia Maurorum perdedet vna dies
Prodigium eſt, quantos Turcarũ ſcandis aceruos,
Quot generoſa tuo ſub pede colla iacent.

Vbi prodigiorum milliaria ab æmulis conceſſa, ſplendent ſupra Fidem; ſed Fidei famulantia.

De quarto.

32. QVartus auctor Nauigationis Ioannes Rex ſecundus, qui Principis perfecti promeruit cognomentum, & à Catholica Regina exemplar Regum dictus. Cuius omnia licet magna, minora in Chriſtum zelo, qui eum depaſcebat, ita vt eius ſemper votis inſederit defixum, ad Paſſionis Chriſti vocem à ſe quælibet poſtulata largiri læto animo, donare lubentiſſimè. Qua animi lętitia nauigationis rem promouit, & in animarum vtilitatem euexit maximopere. Illę nanque Regem Congi ad Chriſti Fidem traxit, & magnam regni par-

Portugalli Ioannis ſecundi elogia delibata.

Reſende in vita eius.

A tem luſtrauit Sacris ritibus, Diuinis Sacramentis, Templis ligneis & lapideis, Dei Filij Sacrificio, & aqua Baptiſmali, quæ ablutio primùm habita in quodã Regis patruo, & prima ex omni memoria iis in terris celebrata, fuit anno à Chriſto nato 1491. Paulò poſtea verò Rex luſtratus ipſo fonte; Templo priùs ac priori illarum regionum incepto in Cruce Maij, ac breuiter ſub titulo eiuſdem Crucis facto, & Rege baptizato, cum vxore & filio hærede Alfonſo tunc vocato; qui quanta poſtea fecerit, & in tota vita ſua Alfonſus, inquam, ille ſuſtinuerit pro Fide, narrantur à Maffeo de rebus Indicis lib. 1. & digna lectu ſunt à viris Chriſtianis, vt quàm modica vel minima operentur pro Dei cultu exinde recognoſcant.

Primum Baptiſma & primũ Templum quo tempore apud barbaros Occidentalis Æthyopiæ.

B Sed & illud promontorium præ omnibus immane, inſanum, & procelloſum ac quaſi nauigationis in Indiam cunctis inuidum, Bartholemæi Dieſij opera, ex Lacobricenſi ciuitate, qui incredibili fortitudine laboribus, & periculis, qui nauigationem ſexdecim menſium inſumpſit ea in re, æternæ famæ digna, longè & latè ex parte altera vergente in Orientem aperuit Rex Ioannes. Qui magno animo & bono omine (Diezij contra mentem) in *Bonæ Spei* cognomen mutauit caput illud totius maris Dominum; quaſi digitum indicatiuum felicitatum Orientalium ex eo Rex effecerit; non ſolùm contra fidem concipiens illic fidem, in Indiam tranſmeandi, ſed etiam in *Spei* nomine, ſpem firmam contra ſpem ferè omnium, qui nauigationi tam longinquæ, atque periculis inſigni aduerſabantur.

Promontorij bonæ ſpei narratur exploratio.

C Moyſes fuit, qui promiſſam oſtendit ſuis terram, quam ille non intrauit; nam ad ſuperos paulò poſt tranſlatus eſt non annis, ſed meritis opimus; cuius corpus vſque hodie ſeruatur incorruptum, fortaſſe ex abundantia internæ integritatis, quæ Principi integerrimo, Regale quo ad munus, integritatem conciliauit, & corruptionem longè pepulit; vel etiam ex zelo Fidei, quæ diuidi & corrumpi natura ſua nequit, dum vera tantùm ſit, quò magis dum tam inclyta, quæ ad Orientis incorruptibilitatem ardenter aſpirabat, & ad cinnama atque balſama doctrinę ſempiternæ in Indiã transferendæ, & in Fidem contra fidem tantorum cogitabat. Cui curis iſtis anxio ad æthera aſcendenti non parum verſus quadrant ex carmine iam

Ipſius Regis corpus ſeruatur incorruptum

D relato Aloyſij Zamorani.

Aloyſius Zamoranus.

Indea deues opum fuit haud tibi cauſa viarum,
India virtutum ſed tibi cauſa fuit.
Barbara barbaries propriis immerſa tenebris!
Quamuis Sole calent corpora, corda carent
Optat, & ardet opem tibi Lyſia ferre, ſed obſtãt
Æquora, & emenſo mille pericla mari.
Non tamen hæc terrent, ſed tendit in ardua Virtus
Nec iuuat ex facili ſecta corona iugo.
Inuia virtuti nulla eſt via: *Lyſia noſtras*
Fertilis in palmas India, dixit, erit.
Dixit, & extremo poſitas ſub cardine terras
Luſtrat, & illuſtrat pectora cæca Fide.

Diuitiarum qualium India Luſitanis ad nauigandũ primaria cauſa fuerit.

De ſupremo.

Emmanuelis Regis ſymbolum.

33. QVintus autem, iſque extremus nauigationis noſtræ auctor, feliciſſimus Emmanuel, qui laboribus Ioannis perfunctus latè eſt; & ab ipſo ſine filio legitimo ſublato, non tantùm Regni hæres perſpicuè declaratus, ſed ad culmen Luſitanæ nauigationis inauguratus, cum ioueni illi in ſymbolum Sphæram deſtinauit, duobos hiſce verbis *In Deo* globo inſcriptis, quæ lecta cum *Sphara* & reiecta aſpiratione quæ verè non eſt litera, *Spera in Deo* reddunt. Quo nouorũ eundem orbium, ſphærarum, & mundi tractuum, ſpe, ac Fide in Deum, contra ſpem & fidem hominum auſpicatus eſt non ſine dictamine cæleſti.

Eius felicitas, & filius felicitatis nuncupatus,

Nec ſolùm tunc à cælo afflatus Rex Emmanuel; ſed etiam quò ad vixit; felicitatis nanque filius eſt habitus & dictus; ac inſuper antequam in vitæ lucem venerit. Nam fax Diuina facem ei prætulit in ortu, nato in oppido *Alcouchet* vno ex ripa Transtagana, pridie Kalendas Iunias anno noſtræ Redemptionis 1469. die dicato Corpori Chriſti, temporis verò eo momento, quo Euchariſtica proceſſio, & pompa verſu illo,

Eius ortus ſub Euchariſtico mirando quodam ſigno.

Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui, &c.

Vaſconcellos Anaceph. 18.

ad Beatricis matris fores de more genuflectens, & pauſans aliquantulum, hunc multos poſt angores enixa natum fauſtè, non adeo bonis auibus præſagia nuntiantibus, quàm potiùs bono Deo. Cuius ille hac ratione vocari poteſt filius, & cuius nomine Diuino donatus eſt Baptiſmate, ſed & euentibus ac operibus hauddubiè pluſquam humanis in vita decoratus, & ad Orientem eo Oriente imperitãdum prænotatus. In quem poſtea claſſes tot non adeo Marte inſtructas, quàm Chriſto, & documentis, concionibúſque multis ad ſuos Duces factis, & epiſtolis tam pijs pro Chriſti fide Miſſis, vt non poſſint hæc addiſci niſi in Chronicis Luſitanis, nec legi ſine lachrymis. Quæ qoidem ſub compendio ſi legere tu optes, innenies in Propugnaculo Luſitano Gallico fol. 114. 115. 138. quod P. Franciſcus à S. Augnſtino Macedo ſtylo ſuo aureo, in lucem & mundi luce Pariſiis nuper edidit.

Vt filius Euchariſtię.

P Macedo.

Quam magna illius Fides.

Porro Fidem iſtius Principis teſtatur eius vaſta per orbem dilatatio; nam ſi iuxta normam Fidei eueniunt nobis res, reſpicientes Dei obſequium, dicente Chriſti ore; *Secundum fidem veſtram fiat vobis*, magna fuit Regis Fides tam latè Fidem Chriſti per orbem annuntiantis. De eo ſic Caramuel in lib. iam relato, ſub noſtro Emmanuele.

Matt. 9. 29.

Caramuel.

Fuit verè Emmanuel mortalium feliciſſimus; quia fortunâ ſuperior, regni terminos ad Ortum & ad Occaſum propagauit; Ormuzium ſubegit; Indiam Gange & Indo definitam fluminibus ſubiugauit: vltra Gangem direxit triumphales milites, ſubiugatnros regiones horoſcopo ſubiectas matutino. Habuit Reges plurimos, imò & Imperatores tributarios. Mahometorum indociles animos, & nondum pedi Chriſtiano ſubditos, diuinitus ſuperauit. E qoibus ſupra fidem negotium planè eſt, conſiderare, quot Fidelem doctrinam recepere, & quot armis Luſitanis ſubdidere colla tumida; de quarum re vtraque, à prima incipiendo, Zamôra paulò ſupra:

Zamora.

Quid memorem toto victos Oriente Tyrannos
Colla Dei placido ſuppoſuiſſe iugo.
Victa Ceilanum, Malabarica, Iaua, Moluca;
Nomina ſunt ipſo pene tremenda ſono.
Dicere difficile eſt quot habet Victoria palmas
Non ſatis in palmas India tota tuas.

Vt Indiæ palmas palmæ excedant Luſitanæ.

Quæ palmæ tam relatæ in gloriam ſempiternam per nouos Fidei natos, quàm in gloriam temporariam, per milites fideles, æternæ non expertes, hoc à multis ex Luſitaniæ eſt hoſtibus ſcriptum, quos innmerare, non inſtituti, ſed tædij, & inutilitatis aſſumptum videretur: & à multis ex externis, præ quibus grauis auctor, & à ſuſpicione quauis procul Ioannes eſt Buterus; tum alibi, tum optimè in Relat. vniuerſ. 2. p. lib. 4. ſub titulo, Rex Catholicus. Sed ſufficiat, & ab homine noſtri æmulo teſtimonium, nec in India palmas ſatis pro palmis gentis noſtræ, cuius geſta verſus Fidem excednnt ipſam Fidem, & ſupra ſunt omnino.

Eius fides quàm Euchariſtica.

34. Fuiſſe verò Fidem illam Emmanoelis Euchariſticam, & in huiuſmodi Sacramentum, conſultò collimatam, ac vnicè directam, ex multis clarè liquet; tam ex rebus ferè immenſis qoas domi, belliqne, & in Oriente & in Occidente in Chriſti famulatum, cuius Corpus hoc in pane præ cunctis veneramur, ac verè confitemur, patrauit tantus Heros; quàm ex eo quia Fidei cum hoc Sacrum ſit faſtigium, ad illud ſemper Fidei, & quidem primo loco feruntur quæque opera; quàm ſpeciatim ex beneficio à cælo facto ipſi, in natiuitatis ſuæ die, in modóq; naſcendi ſuperiùs memorato; quem ex auctoribus peregrinis obſeruans Claudius Clemens in diſſert. Chriſtian. ſubtituto vulgatis *Machaueliſmus iugulatus*, ab horoſcopo Sacramenti quo ortus eſt Emmanuel, felicitatem illius ortam & facta confitetur. Super quem puerum tenellum poſſemus cum Propheta fauſtiſſima aoſpicari, auſpicatóque dumtaxat mutato verbo vno, cantare & augurari quamſumma veritate; *Super te (puer fortunate) Orietur Dominus* qui adeſt tuo ortui *& gloria eius in te videbitur*; à gentibus ignaris. *Et ambulabunt gentes in lumine tuo.* Quod eis tu dediſti. *Et Reges in ſplendore ortus tui.* Seu ſplendor ortus tui dicatur Euchariſtia, Lucináque Diuina, aſſiſtens tuo ortui; ſeu ipſe tuus ortus, exoriens quaſi ex alto tam multis orbis Regibus, per te ad lumen Chriſti venturis feliciſſimè. *Leua in circuitu oculos tuos & vide; omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi. Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent.* Id eſt fideles omnis ſexus, & Reges ex omni parte, tam Orientis qoàm Occidentis, qui Vlyſſiponem ob tui gratiam ex mundi metis venient. *Tunc videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum; quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentium* *venerit*

Claudius Clemens.

Emmanueli in mundum nato, quam apta, & quã Diuina per Prophetarum Vatem maximum cantentur Genethliaca.

A *venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madian & Epha.* Quando ad Pontificem Leonem à Iouio & viris alijs elegantiſſimè deſcriptas huiuſmodi res mittas. *Omnes de Sabba venient, aurum & thus deferentes*; quæ fermè ſine pretio in curia tua erunt, vt quidem poſt fuerunt. *Et laudem Domino*; nec non tibi, qui Domini es electus, lætitia magna, & duplici, perſæpe *annuntiantes.* Quid plura? ſiue noſtro intentui dulciora? abſynthium ſecum afferent poſt iſta quæque omnia; etiamſi, vt mox patebit dulciſona ſint quoque.

Euchariſtia ad nauigandum quam fauens, & propitia.

Certè tanto Sacramento non poteſt tanta ſubtrahi & denegari nauigatio cum Euchariſtia ad nauigandum conducat maximopere, vt ex dictis & dicendis non paucis clarè B patet. Et cum etiam ad debellandas Mauortias poteſtates; æqualiter conducat, Auguſtini iuxta mentem lib. 1. ad Ianuar. *Sacramento corporis Domini ſubiugatus eſt mundus.*

Ad prælia ſuperanda.

Quare fauſta Luſitanorum nauigatio & pręliatio Euchariſtię attribuēda; quæ per ipſos terra & mari deuotiſſimè delata, tum plagas mundi plures ſubiecit illorum armis, tum maria eiſdem reddidit ſecunda, & opportuna; furibundique Neptuni tumentia ſemper terga, frementia ſemper ora, & collum nondum flexum ipſorum clauo ſubdidit, eorum freno credidit.

De nauigatione gentis tantæ multis titulis Reuerendus & colendus æquè P. Franciſcus de Mendoça in lib. 1. Reg. cap. 4. §. 40. ſic dulcem fundit calamum: *Luſitani hac tempeſtate in Indiam nauigantes, medio in Oceano hoc cæleſti præſidio muniuntur. Nam ſereno cælo & tranquillo ſalo, vela ad carinas immobiliter fundandas, ſcitè religantur; eriguntur altaria; incenduntur odores; templorum in modum nauigia excoluntur; & Sacerdotibus ritè facientibus, omnes nauigantium ordines Euchariſtico pane communiuntur, & inter maris ſalſedinem huius cæleſtis nectaris dulcedine potiuntur; mirantibus & gratulantibus marinis monſtris, quòd non modo, vt olim Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas, ſed etiam corpus Domini ſuper aquas graditur.*

P. Mendoça.

Miſſæ Sacrum a Luſitanis celebratum ſuper maria depictum elegantiſſimè.

C

De præliatione verò Lyſia cum nauigatione copulata, ſuauis eſt Maurenſis Pimentæ cantilena, quę de Emmanuele in Vaſconcellio auditur huiuſcemodi:

Pimenta.

Regia Maieſtas totum famoſa per orbem
Vna parem toto non habet orbe locum
Non te Europa capit, nō Africa, nō capit Indus,
Trans Indum pandit iam tibi Regna Thetis.

Et ibi in præcedentibus.

Mellea carmina de latitudine Imperij Luſitani.

Vltra anni, Solisque vias noua ſydera vidi
Eſt natura animis obſtupefacta meis.
Quidquid erat Regū per Regna incognita, vittas
Fœdere, vel duro dat mihi Marte, manus
Natura, Oceanus, locuples aurora laborant,
Addere diuitias in mea ſceptra ſuas.

Neque metra Virgiliana, è quibus iſta ſumpta, Emmanueli pluſquam Auguſto non taliter conueniunt, vt ſi eſſent ponderanda, corollas eius laudum aptiſſimas non redderent; quæ tamen ſine pondere adiecto illorum ponderi, in iſtum modum ſonant.

A

——— Super Garamantas & Indos
Proferet Imperium, iacet extra ſydera tellus,
Extra anni, Solisque vias, vbi cælifer Athlas
Axem humero torquet ſtellis ardētibus aptum.
Huius in aduentu iam nunc & Caſpia Regna
Reſponſis horrent Diuum, & Meotica tellus
Et ſeptem gemini turbant trepida oſtia Nili.

Virgilius lib. 6.

Nec male mundi plagæ ceſſerunt Chriſti plagis, tam in ſtemmate Luſitano quàm in Diuino Sacramento à Luſitanis quoquouerſum delato; & celebrato. Imò aptè freti furor acquieuit Euchariſticis ſpicis, atque vitibus. Si etenim Halcyonij in ripa maris niduli ex ſpicis atque vitibus tantummodo compoſiti, infræuant eius rabiem, dum incubant fœturæ imbelles hæc alites, ne pullos educentes naturæ prouidentia diſ-B perdat aues illas æquorei campi incolas; quam virtutem rei vtrique ex qua nidi ſunt compacti, Alciati modulamen Emblem. 178. videtur attribuere;

Halcyonum cur nidi ſecuri in maris ripa.

Grandibus ex ſpicis tenues contexere corollas,
Quas circum æterno palmite vitis eat.
His compta Halcyones tranquilla in marmoris
Nidificant, &c. [*vnda*

Alciatus.

Qui palmites vel ſpicæ, potentes ſicut illæ, quæ ſolæ ex ſe materiam producunt Euchariſtiæ? Hæc pelagus Lyſiadis eximiè ciccurauit, calcabiléque præbuit. Iuuat oleum ſuppeditare voragines ſuapte, & vndas mitigare; at oleum Chriſti nomen, quo audito comprimuntur tartareæ poteſtates, quò magis vel inſanæ marinæ tempeſtates. Non ne hactenus relata ſunt ſupra fidem hominum? Emmanuelis, nauigationis Luſitanæ C ſummi culminis, elogiū ſatis celebre complectens vitam & mortem; quod vtinam in exemplar & ſpeculum ſibi ſumerent reliqui Principes Chriſtiani, extat quidem in Spondano grauiſſimo ſcriptore; anno Chriſti 1521. n. 12.

Oleum placans maris vndas.

Cant. 1. 3.

Spondanus

De primo cooperatore ad nauigationem Luſitanam.

35. POſt auctores nauigationis tam ſanctæ, & Fidei Chriſti proficuæ ſupra fidem, cooperatores rei eiuſdem huc veniunt memorandi; & Argonautę veri illi, qui antiquos, etſi fabulis ad libitum confictos, poſt terga reliquere, & eos tantùm D nautas ineptos reddidere. Quos inter primus eſt, non antiquitate, ſed præſtantia Iaſone longè clarior, qui non in Colchos proximam, ſed in Indiam remotiſſimam, nec ſanè ob vellus auri auiditate conquirēdum, ſed ob vellus Gedeonis, Dei Filij in multis vmbram, ineffabili pietate, communicandum genti barbaræ, à Fidei luce deuiæ perrexit confidenter. Æneа valde fortior, qui maris non Tyrrheni tempeſtates, atque tractus momenti contemnendi, ſi aliis comparentur, ſed Oceani immenſurabilem expertus eſt ferociam, deuicit truculentiam, nec non infeſta climata, immania & noua freta, ignota planè ſydera, & cælos prorſus alios, ita vt etiam vel in cælo duritiem ſit

Vaſci da Gama exploratoris & domitoris Orientis elogium eitra menta.

expertus; temperamentáque diuerſa, ſub illis ſubiacentia; ſeu potiùs intemperiem omnigenè aduerſariam, & genera non dum agnita ægrotandi, & moriendi; abſtruſas menti linguas, ferinos mores hominum, ſeu magis belluarum; inſidias ab his actas, inediam, ſitim, ſyrtes, ſcopulos, & ærumnas veriſſimè omniformes, quæ vix poſſunt recenſeri, nedum aliqua orationis potentia celebrari. Hannone ſummè verior, cuius memoria velut eius Carthaginenſis non delebitur; ſi vnquam in nauigando ei fuit ingens gloria. Et tandem nauigantibus cunctis aliis glorioſior, qui cunam Solis primus auro & gemmis radiantem, pyropis, refulgentem, & adamantibus renitentem prometuit introſpicere; Auroram plus ſolicitos ad penſa euigilantem; à ſomno conſopitæ notitię euigilare ſolertia ſua compulit. Orientis portas nunquam ab alio reſeratas aperuit toti orbi. Nam vt pendit Spondanus in cõtinuatione Baroniana, anno Chriſti 1497. n. 11. nauigatio noua hæc fuit; *Et omnium quæ à condito orbe celebratæ ſunt, abſque controuerſia nobiliſſima.* Cum aliis multis verbis, quæ huiuſmodi expeditionem ſummoperè concelebrant.

Spondanus

36. Vbi etiam *Vaſcum* noſtrum à viris Europęis ob Indiam patefactam vocari cupit *Indicum*, Id autem tanquam vnicæ prę cunctis regionibus Regionis detectorem, & inſuper victorem. Nam ſi ob alias ſuperatas eſſent alia cognomenta huic viro attribuenda, vocari poſſet Africus, Æthyopicus, Quiloanus, Melindanus, Malabarius, Arabicus, & Perſicus; cum aliis multis titulis, ei iure referendis. Exceptis, qui iidem nec magna cum hyperbole encomiaſticè debentur. Triumphum nanque duxit de maris inſolentiis, de fluctuũ temulentia, de Thetis vaſto Regno, de cuſpide Neptuni, de Æoli tempeſtatibus, & de omnibus portentis ac monſtris Neptuninis. Sed & inſuper de rebus altioribus non parum; de Oriente mundi pulchro; de mundi natalitiis; de orbis pueritia; de mundi iuuentute; de pulchritudine diei; de vitæ hilaritate; de crinibus Solaribus; & de omnibus quæ illic virtute ingentiori producunt Phæbi radij, vel optima ad edendum; vel pulchra ad veſtiendum; vel lucida ad fulgendum, vel ſuauia, & odorifera ad hominem iucunditate mirifica imbuendum; vel tandem ad medicandum miraculoſa ferè multa & fidem tranſcendentia.

Vaſcus da Gama cognomento vocatus rectè *Indicus*.

De rebus quot, & qualibus hic Heros triũphatit.

Quare poteſt affirmari rediiſſe in Luſitaniam & intraſſe Vlyſſiponem ouantem & triumphantem, non adeo in naue lignea marina redolenti, quam ipſo in curru Solis, & equis eius fuluis, iſtis omnibus recenſitis fauſtiſſimè deuectum. Primùm quidem aduerſitatibus & laboribus omnigenis, quæ hominem plùs ornant præ cunctis mundi phaleris, magno agmine atque pompa honorificè præeunte pręuentum, & comitatum. Mox tam Africæ quàm Aſiæ quàm multis nationibus, ſubiectionis Luſitanæ colla catenis oneratis, pręlongè decoratum.

Triumphus eius pingitur nil longè à veritate.

A Deinde maris belluis, belliſſimíſque nymphis *Io triumphe* clamitantibus decore circunſeptum. Et auro tandem, ac gemmis, & omnicoloribus lapillis, ſummi pretij & pulcbritudinis, lauróque immarceſcibili, interituræ nunquam famæ ſplendide adornatum; nec non pariter inſidentem maioris throno gloriæ, quam Roma triumphorum concelebratrix vidit vnquam; vel ſpiritibus Romanis (etſi excelſi interpretentur) venire vel in mentem hiantem honore poſſet. Pręductúmque hoc modo pro coronide triumphali, non in Iouis Capitolini excelſum templum illud, vbi Sacrificio tauri albi mactati in domos ſuas redibant viri incliti æternę gloriæ auidi, ſed in templum *Ieſu Chriſti* æterni *Patris* Filij, & Virginis *Mariæ* Nam poſtquam Gamma ex India appulſus primo in reditu ab Emmanuele per vniuerſam & primariam nobilitatem, eidem honoris cauſa ob ſingularem viri animum, & conſtantiam à poſteritate perpetuò celebrandam, quamiuſtè miſſam obuiam, magnificè eſt exceptus in ipſa Regum domo, & Regia Luſitana, nil dubij quòd ex ea ſtatim in domum Dei gratulabundi conuolarunt, & inibi immortales *Dominatori terræ Agno*, ſoluerunt lęti gratias (licet mihi nunc in Gallia librorum patriæ egeno, & annotationum in puncto iſto, non pateat hoc omnino) ac etiam primo mane idoneo ad Sacrificium, non albi tauri victima, ſed vituli immortalis pro peccatoribus fidelibus à Patre gratiæ immenſæ pinguedine ſaginati, in aráque & Cruce pro ipſis immolati, tunc denuò ſuper aram gratulatiſſimè mactata, expleuerunt actum illum æternis dignum gratibus. Cum in rebus ferè minimis hoc faciant noſtri Principes; & in ſecundo Gamæ reditu lib. 2. de rebus Indicis ſcribat Maffei calamus, non ſolùm nobilitatis pręfata multitudine exceptum in domum Regum, ſed etiam magna pompa & ſummo applauſu populi, primũ aurum quod ex India delatum eſt Emmanueli (erat autem Regis Quiloæ à Gama ſuperati & tributarij Luſi facti vectigal primum annuum, aureorum duum millium vel miticalium vt ipſi dicunt) in Æde Dei Bethleemica argenteo in magno diſco eſt illi pręſentatum, tum ob templi & Monaſterij, præ cunctis mundi nobilis, quod apertam propter Indiam, gratitudinis iam ergo, à Manuele erigebatur extructionem promouendam; tum ob Pyxidem totam auream Sanctiſſimæ Euchariſtiæ (quò ad finem, & Euchariſticum ſcopum me recipiam) exinde fabricandam; vt in Maffei de rebus Indicis lib. 2. videre eſt.

Romanis in triumphis ex Plinij atque Plutarchi relatione quænam geſta,

Iſai.

Ex India primum aurum delatum in Luſitaniam Euchariſtiæ quanta ſit celebritate conſecratum.

37. Soluit Gama Vlyſſipone anno à mundo medicato. 1497. ſecunda die Iunij, etſi alij menſę Iulij ei tribuant diem varium, io quo ego narrationi adhæreo manuſcriptæ, quàm ab hæredis domus illius Legati nunc in Gallia ſcriniis deprehendi; & emenſis regionibus paulò ſupra indigitatis, ac iterum remenſis, leucarúmque octo millibus, vel circiter confectis, poſt menſes vigenti

Quo die, menſe, & anno à Portugall ſoluit Gama, & iterum ipſum tenuit.

ſex,

ſex, ad menſem nempe Auguſti 1499. eundem portum tenuit.

Quot nauibus, & qualibus, ac qualiter redient.

Naues quibus viam iniit fuerunt tantùm quatuor, quarum prætoria & principalis Sanctus Gabriel vocabatur, vt quæ ex nobis ad Antipodas ferebat Euangelium, haberet nomen Angeli, qui de cælis vſque ad terras detulerat hoc primùm. Secunda verò Sanctus Raphael, cui Gama valde deditus, & cuius imaginē in ſacello domus eius perdurantem, vt Tobias ſuper terram, quò ipſummet conduceret, adduxit ſuper maria. Tertia autem quodam nomine communi nuncupata, cuius ethymon nō patet. Quarta tandem ſine nomine, quia cibaria ad ſupplementum vehenda ſolum data, quæ exonerata rediit mox; ſicut tertia iam enauigans in oris Orientis, ad alias reformandas conſultò eſt demolita; in aliaſque conuerſa; quarum patronis nauigationis felicitas refertur; quandoquidem ad ſoluendum, vt poſtmodum eſt compertum, non erat aptus Iunius; vel potiùs eius cauſæ, quæ cum eſſet feruor nimius dilatandi fidem Christi, vt Spondanus n. 11. ſuperiùs, benè aſſerit, euenit ſupra fidem; cum duabus illis nauibus difficultates ſummi ponderis, ac plurimas vincente illuſtri *Vaſco Gamma* & incolume cum eis Vlyſſiponem remeante. Nec mirum cum *Vas* Christi vt alter Paulus fuerit hic *Vaſcus* proculdubio ab ipſo Christo electus, vt portaret nomen eius in tantas orbis partes.

Spondanus

Vaſci nomē Christi *Vas*, vt quondā Doctor Gentium.

Actor 9.15.

Quibus militibus diſceſſerit, appuleritque iterum.

38. Milites quibus vela dedit, in dicto manuſcripto ad centum & quinquaginta dumtaxat extenduntur, quod ego ſine nautis omnis generis intelligo, etſi alij numerum iſtum ſupponant arctiorem, dum cum omnibus ſimul ſociis parciſſimè eum prorogant. Atque etiam naue quarta haudquaquam annumerata; quo numerus quinquaginta reſtabat cuique nauium; quæ ſub numero feliciſſimo ſulcarunt maris vortices; atque ex centum & quinquaginta, quinquaginta & quinque tantùm ad patriā reuexere. O maxima tam paucorum virorum fortitudo! Sed quid mirum, ſi Luſitani multitudine grauati, & paucitate ſemper inclyti. Vt rari, ſic & pauci, commilitones illi erant; Vaſcus autem tanquam vnicus à cunctis celebratus. Cui etiam nomen patriæ ſubſeruit raritati, nam *Cinus* in districtu Ouriquij, nominatur; quaſi Phænix rara & vnica, quæ à cinere natiuitatis, etſi neutiquam cinericiæ, ſed nobilitatis gentilitiæ, vt alibi iam dixi huiuſmodi euolauit.

Cinus patriæ, & qualis Phænix.

De quo ſcribitur, aliquando claſſem eius ſuper Cambaiam, malacia dominante, & ventis conticentibus, tam valde vel ſpatio vel actu trepidaſſe, vt naucleri peritiores ob caſus nouitatem obſtupuerint non modicè, & hæſerint mirati, ad quos hilari conſpectu egregius Vaſcus dixit; *Adeſte animis, ſodales; aduentu noſtro perterritus Cambaianus Oceanus intremit.* Sed quid mare non contremiſceret à pedibus illorū, qui Euangelizabant Christi pacem? Vas Cæli Paulum mare profuſum à tot naufragiis, vel

Maffeus octauo libro.

Miracula ei obiata, maris tremuli ſine vi, & pluuiæ ſine nubibus.

A etiam intra ſe ipſum ſubmerſum verebatur; at Vaſcum ipſius vndis tam fideliter quàm firmiter cum robore inſidentem.

Sed & dicitur de illo cum Barros 3. decada ſub ſudo cælo ſemel, Eoa ſuper æquora, cum omnium admiratione, aquarum magnam vim tranquillè ei compluiſſe, in ſignum puto irrigui Euangelici per ipsū delati plagis illis, ſeu vbertatis vtriuſque, tam Fidei, quàm & gentis hanc ibi annuntiantis; cui pluuiæ in Euchariſtiæ præſagium ſic delapſæ, accinit illa cibi quondam Myſterij iſtius vmbræ, de qua Propheta Regius. *Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus hereditati ſuæ. & infirmata eſt; tu verò perfeciſti eam* Nam iſta à Deo facta tantummodo agnoſcuntur; de quibus ſubinfertur; *Dominus dabit verbum Euangelizantibus virtute*

Barros.

Pſal. 67. 10.

N. 12.

B *multa.* Hæc autem non ne vides quàm alta, & ſupra Fidem?

39. Nec parum iſtius ſeges diſſeminata à viro tanto in illis regionibus, & miſſa Dei clementia, corroboratur à contrario, per hæreſes paulò poſtea in Occidente ſuſcitatas; per Lutherum nempe, anno 1517. & per Caluinum, peſtem alteram. 1538. vt præiret eius pietas impietatem tam peruerſam ab Erebo exurgentē; & in regnis amplioribus plantaret Fidē Christi, quam eradicarent tales homines, ſeu potiùs tales dæmones, in terris arctioribus; nec non etiam Occidentalem peruerſionem compenſaret cum Orientali conuerſione; & cum Occidentali nihilminus, Braſilienſi, ac multis aliis. Vnde bene coniectatur, quàm gratæ

Caluinus & Lutherus quo tempore effrænati.

A Luſitanis reparati.

C hæ actiones extiterint Dei oculis; & benè cum ab illo ſint volitæ & diſpoſitæ. Nec meſſores & cooperatores eximiis carent laudibus; quandoquidem eo tempore, quo comediis in Germania, in tragœdias mox vertendis, indigenæ incumbebant; vt notat Spondanus anno Christi 1497. n. 12. animarum conuerſioni noſtrates dabant operam. Idque tanto cum prouentu, vt teſtantur Dei præcones ad illas partes miſſi, & tam ſanguine quam miraculis in orbe toto clari; è quibus tantum duos pro cunctis memorabo; Xauierium Prædicatorum Orientalium primicerium; & Albuquerquium ex Franciſcana Prouincia Pietatis Epiſcoporum primipilum, qui Goæ fruens baculo, tam vaſtum gregem pauit, miracu-

Xauierius, & Albuquerquius in India qui Præcones.

D loſæ vitæ exemplis per Arcturum Recollectum in Martyrologio delibatis; & per ipſam Xauieri doctrinam luculentam ac tantis vitæ eius prodigiis confirmatæ; nam Alburquerquius eum excepit & ouem tantam habuit, quam ad Ouilis Orientalis ſalutem lætus miſit, vt in Maffæi lib. 12. habetur ſatis latè.

40. Quare vbique de his rebus laudantur Luſitani, à bonis libentiſſimè, à malis vel inuitè. Et inſuper in patria incuria literarum ſcriptores longe claros iudicio Dei ſunt nacti. Quos inter miſſo Oſorio Latinè valde celebri; proſa & metro præponendi ſunt Barros & Camoens; ille Italus & Hiſpanus à multis factus annis, & Gal-

Camoeñs Poeta quãtus, & quãta illius verſio, viſura cito lucem, ac tanquam loa à tenebris primariò ſuſcitata.

lus intra paucos; hic verſus linguis quatuor; Latina quarũ vna, ſed verſioni longo tractu inferior, quam præ manibus, nec longe à lucis limine grandiſonus vir habet; qui nec Homero, nec Virgilio iuxta calculum doctiorum abſimili Poëtæ (quo cum nuper Saauedia, qua parte diſertiſſimus, etſi alia Caſtellanus, ditauit ſuã *Ideam*) ſulgores nouos dabit, non inanibus commentariis, quos exorbitanter ſeſe laudans, furenter carpens alios, & enormiter nihilominus in pluribus aberrans, ac ſaltans extra chorum, non ita pridem lingua Hiſpana vir quidam concinnauit; cui nemini vel etiam ex iam degentibus in purgatorio parcenti, in inſtructionem illius, volo parcere; ſed elucidatione quadam Latia, & verſione tam lucenti, quàm facta à quodam alumno charisſimo Muſarum, Rhetorum dulci plectro ac fiſtula ſonora; & tandem Mundæ noſtræ, Colimbriæ ingeniorum matricis & altricis, mundantis plantas virides, & calceos granis aureis diſtinctos, nec non etiam præ floribus placentes, præ gratia corridentes, præ gramine ſmaragdinos, mundiſſimè ei præbentis, ingenium planè mundum; quod poſt meam commendationem de nomine pigebit; videbórque & ego, qui loco primi mobilis, luminibus carentis, & alios cõmouentis, ei fui in tanto opere, à tenebris, vt prima lux mundi, ſuſcitato, me ipſum commendare; in quo tamen ipſe luces ſupplebit promotoris, & clariùs nominabitur, atque tuba nauigationis & nationis Luſitanæ diffuſiùs reboabit.

De ſecundo cooperatore.

41. NEc longior ab obſequio Sanctiſſimæ Euchariſtiæ ſecundus Nauigationis Luſitanæ cooperator, Petrus Aluarez Cabral fuit, qui tredecim cum nauibus, poſt Sacrum celebratum, & Regium Emmanuelis vexillum ibi præſentis, à F. Didaco da Sylua Epiſcopo Ceptẽſi ex Prouincia Pietatis ſolemniter benedictum, ac illi à Rege traditum; à Bethleemico Monaſterio ſupplicatione deuotiſſima, octauo Martij Idus deductus vſque ad portum, poſtridie liquit illum, anno Chriſti 1500. Iubilatione decorato. Qua etiam Luſitani in æquora ruentes, & vt promontorium Bonæ ſpei commodiùs circumflecterent, in altũ ſeſe dantes, poſt menſem venientis terræ feruntur in conſpectum, quam inſulam putantes, nauigatione ſecundum littus continuata diebus aliquot, comperiunt continentem. In qua à longo maris curſu quieſcunt aliquantulum. Et ad ſummitatem ingentis arboris, Capralis Petri iuſſu locata magna Cruce, ab illa *Sanctæ Crucis* prouinciæ nomen datur, quę poſtea à rubro ligno tingendis pannis apto *Braſilúmque* vocato, *Braſilia* eſt nuncupata; quam paulò poſt Capralem Americus Veſpuſius eiuſdem Emmanuelis auſpiciis Maffeo teſte, & nuper Spondano ad annum in quo nunc ſumus, acutatiùs explorauit.

Braſilia quando inuenta, & Cruci conſecrata.

Sub arbore Chriſti arbore nobilitata & vexillata, ara ponitur ductilis delata ad vſũ talem, quæ pietate conſueta à Luſitanis adornata, celebratum primum illic tremendum Sacrificium, & Euchariſtię primùm lux Braſilibus oſtenſa; quam Numinis impulſu occulto plures Barbari ad nouitatem confluentes, venerabundi concelebrarunt, nec non etiam Concionem de Diuinis beneficiis & rebus ibi habitam, ab Henrico religione & pietate præſtantiſſimo, ac viro ſingulari, alumno Franciſcano, & Ceptæ pòſt Epiſcopo, qui ſeptem aliis Religioſis ſui ſpiritus ſodalibus in illa claſſe præerat; vltra octo Sacerdotes probatæ vitę è ſæcularibus, qui ad adminiſtrãda Sacramenta in arcibus conſtituendis cum ipſis ſimul erant.

In Braſilia quãdo primum Diuinum Sacrificium.

Magnum prodigium eodem anno in Germania viſum fuit, nempe Cruces perquammultę in hominum & mulierum, puellarúmque prę ſertim, omnis generis indumentis, de quibus Spondanus in eo ſatis latè; fortaſſe Crucis illic deſtructionem prę ſignantes. Sed gratias ei qui quando in Germania Crux deſtruitur erigitur in Braſilia, idque etiam cum vſura per gentem Luſitanam. Nonne vides quantùm hęc omnia ſint ſupra fidem hominum?

In veſtimẽtis quando Cruces apparuerint in Germania; & huius rei moralitas.

Inde terrę illius ſitu & qualitatibus notatis, in Indiam vela ſoluens, obtemperaturus Regi ſuo, Capralis prora vertit, etſi magna ſubuerſione ſex nauium, quas in ampla illius maris vaſtitate vſque ad caput Bonę ſpei per leucas ferè mille ducentas dilatata, vbi ventorum effureſcentium prę cipua regna ſunt, non ſolùm vt coniectatur illorum temulentia, ſed ſimul & inferorum liuore ac inuidentia, amiſit infeliciter. Prę quibus iam ſuperiùs Dieſius memoratus, & Luſitanè *Barthelomæus Dies* extremum diem clauſit; vir ille maris *Dies* & nauticę rei gloria, cumprimis illuſtriſſimus, & à tantis atque tot periculis ereptus; qui Indię fuit ianua; procelloſiſſimi promontorij inſpector primus omniũ, & Gammę ac reliquorum felicitatis primus lapis, quin lapidem ſui nominis, niſi tantum in nudo nomine reliquerit in patria; cum multis ob minora ſint datę magnę domus, & alia magna pręmia, vt ſcias quantum honores felices conſectentur, & alios quamuis meritis onuſtos inſectentur ac ſemper perſequantur; donec ipſos tali rabie ſubmergant in ſepulchro immanium belluarum, vbi fluido elemento delentur Epitaphia, & quę ſcribi poſſunt illic exarari debent aquis perennium lachrymarum.

Bartholomæi *Dies* quiſnam obitus, & eius deploratio.

42. Fuit quidem Petrus Capral ſanguine & robore vir nobilis, Braſiliæ & noui mundi Eccleſię prima *Petra*; & caprea ſuper montes aromatum ſublimium, in Chriſti Fidei balſamo tam latè diffundendo, ac Gentibus donando. Americæ, & Americi ac ſoli Florentini quò magis Luſitani, primarius flos & honos. Euchariſtię & Euangelij inſignis Seminator. Crucis Maximus Conſtantinus, & in Inuentione eiuſdem

Petri Aluarez Capral elogialis memoratio.

Signi

Signi inferior nihil Helena; quantùm in eius Exaltatione ſuperior eſt Heracleo, ſi vtriuſque viri geſta per omnem vitæ curſum vtrinque conferantur. Vir qui viris tribus literis F. L. R. carentibus omnino in ſuo eloquio, vt Fide Lege & Rege indiguis eò vſque, Fidem, Legem, & Regem dedit, tria munera prætioſa, quibus maiora nunquam poſſent ab aliquo donari. Quique hominibus ferinis humanos mores obtulit; & carniuoris in alterutros iogenti cum tripudio, quippe illis, quibus epulæ præ cunctis gratæ erant humanę carnes aſſæ, Diuinam carnem attulit; idque ſub pane & vino, quę ipſis tantùm deerant. Orpheus cæleſtis factus tam plurimę & iam brutę mortalium multitudinis. Et qui tandem nihil boni ſcientibus ni ſolùm ex Noëtico diluuio traditionem qualemqualem, diluuium fudit melius Baptiſmi ſalutaris; ac ligni vitæ hominum, quod inibi fundauit, & arcam tam Eccleſiæ, quàm noſtri Cibi tradidit, cui nauigatio Luſitana, & Fidei ſupra fidem eſt certè famulata.

Braſilienſes quibus literis & quare olim carentes.

Maffeus lib. 2.

Braſilia quondam infernus humanam carnem mandens, poſtea verò Paradiſus ex vero vitæ ligno nimirum ex Cruce facta.

De tertio.

43. NIhilo ſecius huic ſeruiuit, vt minimùm in ſtudio, Ferdinandus Magallanus, qui nequaquam proditionis ſed diſplicentię ſolo intuitu in Regē ſuum actus, ad alium Caſtellanum, tunc Carolum ſe contulit. Diſceſſus eius cauſa, ac primùm diſplicentię, querela iuſta fuit, rationaliſque mæſtitia, qua meritis Mauortiis in Africa & in India, in mariúmque peritia præ omnibus commilitonibus opimus, & inſignis, à Rege Emmanuele, etſi Principes ſuper omnes munifico aliuſmodi, non potuit valde modica ſtipendij quantitate, nobilitatéque maiuri ſtipendio vinculata, pluſquam alij coætanei & conſodales honorarij, in Aulico ſeruitio, ac Regio miniſterio, longè infra ſua merita ornari, & decorari; vt Oſorius de rebus geſtis Emmanuelis lib. 11. ſcribit ſatis latè. Acceſſus verò ad Regem vicinum, & contrapoſitum, & ad diſcordias in nauigationibus nonnullas excitandas, anſam dedit illius temporis ſcriptoribus aliquibus vt traditoris & perduellis inuſſerint ei notam; quibus ſanè principalior & acrior eſt Oſorius in loco nunc producto, verbis equidem plus iuſto & æquo contitatis, quę illi bono Præſuli pro tempore & dolore recentis adhuc plagę ſunt viſa neceſſaria, & etiā pro fidelitate eximia Luſitana, in qua ita verſus Reges, præſertim ſuos proprios ſplendet obſeruantia, vt ab illis inter noſtros proditio reputetur vel leuior declinatio, & inobedientię veniales apud alias nationes, mortales apud Lyſiam.

Magallani a Luſitania diſceſſus quænam cauſa.

Oſorius.

Magallanus ab aliquibus de proditione curtaxatus.

Luſitanorum vnam fidelitas infidelitatem ſæpe parat.

Sed lubet atque decet à crimine tam tetro Heroëm tam præclarum hîc iure vindicare, & Epiſcopi venerandi acrimoniā temperare, atque aliquid doctrinę ex certamine ſedato pro Regibus & Rebuſp. viris talibus egentibus, non deuiè concinnare.

A Non enim patrię ad matrem quam adfert comparatio, æqualis eſt, & vera; cum vna in lege Dei ponatur ſub pręcepto; *Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram*; alia verò iuri gentium, contractuique reciproco, inter merita atque pręmia, hinc inde relinquatur. Pręſertim quando mater non ſolùm natum gignere, ſed & pariter educare naturaliter compellitur, nam infantulum quę pariens, eum frigori atque aliis rigoribus exponeret, nec mediocris nouercę, quò magis pię matris cognomen ſortiretur. Educatio debet autem pro filiorum qualitatibus cuicúnque miniſtrari, & palmę iuxta pugnam certantibus conferri. Alio enim cibo nobiles, alio viles nutriuntur, & aliud debet dari hominibus excelſis, vt fuit Magallanus, aliud B reliquis qui omnino nil habent excellentię. Quod ſæpe contra fit, dum famulis primorum cingentium latus regium, vel aliorum conſimilium, qui nihil vnquam boni didicerunt, vel fecerunt; nec ſciunt niſi equos, idque etiam ſine laude, curare Dominorum, iniuſtè dantur equitū coronæ ſtrenuorum, Quæ forſan iniuſtitia non rara in Porugallo, ſed forſan viſa pluries, quàm cæteris in Regnis, ab illo Magallanum abegit in extraneos; & Poëtam Luſitanum tam calamo quàm gladio inſignem maximopere, & tam benemeritum de patria, quàm de illa nihil premij vel fermè conſequutum; vnde etiam vel de Gamma cantato à ſe conqueritur Octa. 99. in ſuo lib. 5. coegit, vt mo- C neret Sebaſtianum Regem Iuuenem, quòd equites Reip. columnas magnifaceret;

Exod. 20. 12.

Vt filij verſus patriam & patria verſus filios habere ſeſe debeant.

Vt equitum in Reſp. ſtatus æſtimandus & præmus decorādus.

Os caualleiros tende em muita eſtima,
Pois com ſeu ſangue intrepido & feruente
Eſtendem naõ ſomente a ley de ſima,
Mas inda voſſo Imperio preeminente.

Camoēs. Cant. 10.

Et iterum quòd arma tractantes multi penderet, non autem philoſophantes & ſpeculantes penes aulicos de rebus militaribus, quæ quidem non addiſcuntur ſpeculationibus ſubtilibus, ſed operationibus, inſignibus, & experimentis quæ deludunt ſcientiam imaginatiam.

A diſciplina militar praſtante
Naõ ſe aprende ſenhor na phantaſia,
Sonhando, imaginando, ou eſtudando,
Senaõ vendo, tratando, & pelejando.

Armorum quanam via peritia comparetur.

Doctrinæ propter cuius vtilitatem, & ve- D ritatem, & auctoritatem tanti viri, hos eius verſus affert in Principis Idea Emblem. 28. & 56. diſertus & de his rebus eximius Saauedra. Nec quidem nomen patriæ hoc ipſum non commendat; dum ſimul nomen patris ac matris ſub ſe continet; à patre nanque incipiens, in matrem, tanquam nomen fœmineum, prorſus deſiuit. Debet etenim patria habere patris mentem, & virilem intellectionem ad filios iuxta merita cuiuſque conſignandos, matris verò dilectionem ad eos diligendos: & quidem primo loco quod ponitur hîc primùm; nimirum, patris æquũ, diſcretúmque iudicium, ad præmia filiis ſuis pro meritis cenſenda; nam aliter in exilium vertetur dulcis patria

Saauedra.

Cur patria nomen patris ac matris ſimul habeat.

cum fuerit tam dura; & exilium licet durum in patriam conuertetur, dicente quodam adagio *Viro forti vbique patria.* Et *Ibi patria, vbi ſum benè.*

Magallanus à proditione in patriã vindicatus, & laudibus ornatus.

44. Ergo in patriam Magallanus nequaquam perduellis, ſed potius tam fidelis in ſolum Luſitanum, vt dum in eo fuit, exceſſu valde modico quem à Rege poſtulabat, contineretur libentiſſimè, modò ab aliis diſtingueretur inferioris longè meriti; dum verò ab eo abfuit, plus gloriæ dedit patriæ, infidelitatis ſuæ ſpecie, quàm multi alij ſiue omnes fidelitate commendabili, & ab ipſiſmet tam valde laudata & ſublimata. Vir quidem patriam ſuam cũ primis euecturus, ſi patria viro tanto in magnis vteretur, & ipſum tum virtute, tum & fortuna Scipionem, non procul amandaſſet. Sed iuſto Dei iudicio & magno cum Myſterio repulſa talis data; nam animi tã magni latitudinem & magnitudinem in vno tantùm regno includi non decebat, imò mundum vniuerſalem ambire decens erat; vt locus, prout dicitur, locato reſponderet, & ambitioſo pro ſepulchro ſeu aula totus mundus ſeruiret Magallano, in quo lituus famæ eius perpetuò reſonaret.

Nec ſolus de Magallano iudicium tale profero, ſed pariter cum vno auctore Luſitano, & omnibus externis, Luſitano verò eo, qui vt reliquis præponderat, ſic debet & præponi, Ludouicus de Camoeñs iudicij inimitabilis, dum in ſuo Cant. 2. Octaua 55. non proditorem Luſitanum vocauit virum tantum, ſed *Aggrauado* contra patriam; quòd ſonat grauem, triſtem, & ratione ſtimulatum. Quod externi à paſſione remotiores hac in re, ingenuè ponderantes; ſummis laudibus extollunt acumen Magallani, peritiam, robur animi, & tandem illius facinus in nauigatione demiranda; quę tam breuiter quàm optimè ab Spondano memoratur, anno noſtræ Redempt. 1520. n. 10.

De Magallano quid Maffeus.

Maffæus initio lib. 8. ſic incipit de illa orationem ſuam promere. *Dum hæc apud Indos alterna ſuccedunt vice; interim ex alia quoque parte, atque adeo planè diuerſa perquàm inſigne ab homine Luſitano facinus editum eſt.* Et infra de eius naui iam nauigante ſine eo; *Immani auſu protinus altum præcidere, & rectà Bonæ ſpei promontorium petere intendit. Eo ſuperato, cum ad Heſperidas vſque inſulas proceſsiſſet, inaudito poſt omnium ſæculorum curſu, totum orbem emenſa, & amulis claſsibus illuc vſque feliciter euitatis, à Luſitano demum Limenarcha in eo portu detenta eſt; & pauci qui ſuperfuerant ſemianimes in cuſtodiam traditi; è quibus tamen aliqui naui deinde recuperata, in Hiſpaniam, vnus etiam patria Vicetinus, obſtupeſcentibus cunctis miraculi nouitate, in Italiam rediit.* Nonne iſta ſupra Fidem?

Quid etiam Iodocus Hondius.

Expreſſior & diffuſior de Magallano Iodocus Hondius Geographus inſignis, in tabula percelebri, quam de toto terræ orbe ſub bino planiſphærio Amſterodami in ſuis ædibus communis iuris fecit, vbi effigie Magallani de more collocata, nauiga- A tionem illius narrat, & verba ſubſequentia in laudem illius tota, non verò in quidquid notæ, huiuſmodi connectit. *Ferdinandus Magallanus vir clarus, reique nauticæ peritiſſimus, primus omnium incomparabili ſolertia totum terrenum orbem circumnauigauit. Soluit ex Hiſpali anno Dom. 1519. die 10. Auguſti; deinde Braſiliam adit; Americæ littora proſequitur: ad fretum, quod ab eo Magallanicum dictum, venit 26. Nouemb. anni ſequentis; quo penetrato ad Molucas ſeſe confert. Non longe ab his occiditur; eius verò nauis ſociis in Hiſpaniam ducta, anno 1524. 6. Septembris.*

Quid vltimò Spondanus.

Sed clariùs & oblongiùs tam nouiſſimus quàm nobiliſſimus ſcriptor Spondanus anno Christi 1520. n. 10. ex auctoritate cuius Inſulæ decore cumulata, decerpam plus B accommoda; *Ferdinandus* (inquit ille) *Magallianes Luſitanus, ingenti animo, & rei naualis apprimè callens ab Emmanuele Rege ſuo de præmiorum ſpe conqueſtus ad Carolum in Hiſpania tunc Regem ſeſe contulit; à quo acceptis quinque nauibus, Hiſpali ſoluens anno ſuperiori; poſt immenſos labores, quibus ei non ſolum cum nouis oris, maribus, gentibus; verum etiam cum ſuis militibus, ac nautis; fauſſimis temporibus, & maximis incommodis, in deſperationem actis, obfirmato ad extrema quæque ferenda animo, luctandum fuit; demum ad tertium & quinquageſimum gradum vltra mediam cæli plagam, fretum inuenit ſui nominis, ab ipſo tunc ei dati.*

Nauigatio qualis eius, & vbi ac quare mortuus.

Quo tranſmiſſo, poſt multorum dierum nauigationem per mare vaſtiſſimum, ad Subum *inſulam auri feracem Reguli fraude, qui Fidem Chriſti vt ei acquieſceret, ſimulauit, ex inſidiis* C *ociſus eſt, cum aliquibus ex ſociis. Reliqui perueniunt ad Molucas, iam cum duabus ſolis nauibus, quibus iterum nauigationem adornant in Hiſpaniam, quarum inſuper ad ſcopulos vna illiſa & diſsipata, quæ ſupererat, diuerſo itinere, ſuperato Bonæ ſpei promontorio, poſt noua, multáque diſcrimina Hiſpalim peruenit, tertio anno poſtquam inde diſceſſerat;* Inaudito poſt omnium ſæculorum memoriam curſu, vniuerſo terrarum orbe circumnauigato; *cui fauſto omine nomen* Victoriæ *erat. Nauis ſecundò ex Hiſpania ad S. Dominici Hiſpaniolæ inſulæ Ciuitatem nauigans, denuò domum rediit. Ex qua tertiò, velut Deum tentans, & fortunæ ferocius inſultans in eandem inſulam delata, in reditu euanuit, ita vt quid de ea factum fuerit, nunquam reſcitum ſit. De qua, ne quid omnino pereat extat huiuſmodi epigramma, apud Orte-* D *lium in Theatro orbis terrarum.*

Quod nomen ipſius naui, & vſque ad vltimum fortuna.

Ad nomen nauis Magallani percelebre epigramma.

Prima ego velivolis ambiui curſibus orbem
MAGELLANE, Nouo te Duce ducta, FRETO.
Ambiui, meritóque vocor, VICTORIA, ſunt mi
Vela, alæ, pretium, gloria, pugna, mare.

45. Hæc omnia ſupra fidem, ſed Fidẽ promouentia; cum de Magallano ad auri vberem iam inſulam delato, non de auro pertractaſſe ſed de conuerſione illius Reguli, ob quam etiam vitam perdidit, dumtaxat offendatur. Quare tuba non inconcinnè dicetur Euangelij; & panis Euchariſtici; cuius quidem ſi non meſſor, ſeminator ſaltem eius à nullo denegabitur, & promotor in notitia terrarum quam reliquit, vt poſtea

poſſent

poſſent reliqui incumbere buic labori.

Eiogium Magallani.

Fuir certè Magallanus vir nobilis, & inſolito ſpirituad res magnas vberrimè ditatus. Ex Fernando ferri homo; ex Magallano machinator magnalium quorumcunque. Et ex Ciuitate Portuenſi quæ Portugallo nomen dederat, exortus perquammerito, vt datum & dilaratum exinde nomen foret. Vir quem claudum Mars effecit, aligerúmque merita. Et in quo patria Luſitana ſe matrem atque nouercam virorum ſingularium, vt alias nun perrarò, patenter demonſtrauit. Maior valde terræ orbe, in orbe non quieuit, donec orbem circumiret, & demonſtraret ſe ab orbe non capi, ſed econtrà ab ipſo terræ molem; quam circuucinxit velut *zona illius pulchritudinis* & quaſi pugno clauſit. Phænices vel hic ſolus ex Luſitanis ſuperauit, & Phænix eſt cunctorum, qui maria nauigarunt, vt etiam multi alij præclari Luſitani, cuius nauigationes nullo modo Phænices attigerunt; teſte nuper viro doctiſſimo Samuele Bocharto in ſua Geographia; ita vt alij vt Labyrinthum intrarint tantùm maria, iſti verò Labyrinthi cæciderint obſtaculum horrendi Minotauri, atque filo fortitudinis reliquis omnibus nationibus apertam viam dederint. Per Magiam Magallanus à priſcis diceretur parraſſe quod parrauit, & Medeam incantatricem, vt Iaſoni ei aperuiſſe itinera noo trita, nec etiam ſomniata; ſed magis hic quam Magis, & omnes malæ artes, ſine quibus terræ arterias minuriores reſerauit; & talem ſeſe reddidit, vt huic poſſet Alexander præ cunctis inuidere, at ipſi oemo alius, cum vel inuidiæ occaſionem præciderit audacibus.

De ſupremo.

46. ALius Phænix fuit rarus ex gente Luſitana, qui ſegeti Diuinæ deregit amplos orbes, vt Phænixque incognitus, à neminéque viſus, ſeu cognitus eſt nomine; etſi aliqui ipſi nomen attribuant voluntarium. Qui vt Phænix ſolum ex fama cognoſcitur ab omnibus; & tamen cum veriſſimè à cunctis agnoſcatur; vt homo qui realiter detexit quod ſcribitur à cunctis ſcriptoribus, à cunctis nomen eius nilminus ignoratur. Et vt Phænix ex cineribus reuixit ſuis propriis, ſeu natus ipſe in alio, qui laboribus Phænicis illius eſt perfunctus; quantumuis non reuixerit in alteram Phęnicem (nam Phęnix iſta rarior, quam alia mundi ſtupor) ſed potiùs in columbam; tam notam poſt huiuſmodi conuerſionem non Pythagoricam, ſed hiſtoricam & hauddubiam, vt pennæ illius ſint argenti & auri primi, ac dicitur in Pſal. *Pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri.* Et ſimul tam domeſtica, non diuagua ſed veniens ad manus ſingulorum, vt nunquá à domo exeat Europæ cunctæ cõmodi, & pôſt totius orbis; quò penetrant vel etiam ad Sinas terræ vltimos, metalla iſtius alitis. Columba certè vt aliæ fœcunda ſupra modum, & quæ iure exiſtimatur non ab imbel-

Quæ Phænix in Columbam, & quando ſit cunuerſa.

Pſal 67.n.14

A libus columbis, ſed ab aquilis & Phęnicibus tum fortibus tum raris; nimirum à Luſitanis fuiſſe generatam; tam contra, quàm ſecundum ſententiam Horatianam; Ode 3. lib. 4.

FORTES creantur fortibus, & bonis
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum
Virtus, nec imbelles feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Horatius.

Nam licet naturaliter columbam generare non poſſint ex ſe aquilæ, hęc columba niſi ab aquilis & Phęnicibus tam vnicis noo potuit generari.

47. Talis eſt exiſtimatio illius, qui Hiſpaniæ conquiſitionem Occidentalem, auri argentíque feracẽ aperuit primus omnium, qui quò ad cognitam notitiam Columbus B fuit inclytus, ex ciuitate Genuenſi, Liguriæ ſummo capite, & vrbe oobiliſſima; ſed tamen quò ad aliam incognitam atque certam in omnibus hiſtoricis vir alius Luſitanus ex Inſula *Maderenſi*, in noſtro mari ſita, & nobis valde proxima. Quam veritatem operæ prętium, lectoribúſque gratum oſtendere nunc erit, & inſuper eidem oppugnatæ veritati (cui longè plus addictus quàm patrio ſolo ſum) ſuapte neceſſarium. Quod faciam non probando ſed exprobrando rationibus adductis in contrarium; neque enim poſſeſſoribus in vero iuris tramite incumbit rem probare, ſed poſſeſſionis inuaſoribus, & obuiis aduerſariis; quo probatio tota mea deluſio & exprobratio illorum tantum erit, qui mordicus reluctant argumentorum reC ſiſtentiæ, tam irritè, quàm illa coacta ſunt, & vioeulis pertracta ad belli aciem, vt inualida poſt iſta requirant fortiora, & de illorummet ruinis, materie nulla reliqua adhibita ædificio, ędificetur domus noſtra, ſententia Luſitana. Cui fundamentum ad veritatem pręſentem poſſet dare, Chriſti ad Regem Portugalli priorem ſtipulatio, quam in autographo iuramento relicto & communito per omnes Regni Proceres ab ipſo magno Principe, in Philippo to Prudente à Caramuele concinnato fol. 116. n. 11. & 13. eiuſdem iuramenti inuenies in hęc verba. *Ego enim ædificator & diſsipator Imperiorum, & Regnorum ſum: volo enim in te, & in ſemine tuo Imperium* mihi *ſtabilire, vt deferatur nomen* meum *in exteras gentes, &c.* Vnde ex voce D *mihi* & *meum* pateſcit quantum Chriſtus pro conuerſione mundi gentem ex Luſitania ſegregauerit. Et iterum ſic tonans. *Non recedet ab eis (Alfonſi ſucceſſoribus) neque à te vnquam miſericordia mea; per illos enim paraui mihi meſſem multam, & elegi eos in meſſores meos in terris longinquis.* Vbi ex voce *Meſſores meos* hęc vnicè demetitur pro Luſitanis coniectura. Sed iſtis atque omnibus probationibus relictis, ad exprobrationes & deluſiones dumtaxat veniamus.

In iure cui probatio, & cui incumbat exprobratio.

Luſitani quantùm à Chriſto electi ſint meſſores.

48. Quæ quidem in duo capita accommodè ſecantur. Tam in dicta aduerſariorum, qui fatentur hoc de homine ex inſula *Maderenſi*, etſi poſt talem confeſſionem ſubterfugia quęrant varia ad eum obſtetricandum in regnis Caſtellanis, vt videre eſt apud

Nauigationis Mexicanæ quis auctor primus fuerit.

Digitized by Google

Spondanum anno Chriſti 1492. n. 25. vbi placuit tandem ipſum *Alfonſum Sancium* nominare, ex *Huelua* quodam oppido in Boëticæ prouincia, & Nieblæ comitatu; cuiuſmodi, vel ſimiliter loquuntur ferè omnes ſcriptores Caſtellani, quorum maximus Illeſcas nequaquam ab hoc diſcordat in hiſt. Pontif. 2. p. lib. 6. cap. 22. §. 2. Caſtillo in hiſt. Got. lib. 4. diſcur. 15. & alij frequentiſſimè; è quibus certè Illeſcas vltra magnam auctoritatem, vt vicinus illorum temporum quàm ualde fidem auget. Quod quidem non feciſſent, vel Luſitanis reſpondendo, vel de ſe ipſis, aut de ſua veritate diffidendo, à maioribus ni ſuis hanc vocem, eamque neruis fortiſſimis hauſiſſent. Quàm in dicta reliquorum qui animoſiores ſe habeotes hoc prorſus contradicunt: nam tam frigidè & inſulsè reſpondent rei contrariæ, vt potiùs hanc attribuant ignoto Luſitano, quàm notiſſimo Columbo. Quos omnes, ne ſim tędio, conſultò nunc omittam, vt nouiſſimum & clariſſimum illorum librum vnum, boatu magno editum, & æquè diuulgatum, tantummodo perpendam; hoc hoſte nanque victo manebunt victi reliqui.

Vt Caſtellani affirmatiuè hoc ipſum fateantur. Illeſcas. Caſtillo.

Vt etiam negatiuè.

Eſt autem liber talis, Hiſtoriæ Americanæ, ſub tribus voluminibus apud Matth. Merianum, anno noſtræ Redempt. 1644. auctoris ſine nomine, vt tutiùs lucem fugiat, excuſſę Francofurti tomus 1. lib. 4. cap. 5. cum Gomàra auctore Caſtellano Maderenſis dicti hominis ſucceſſum totum referens. Nauclerum, nempe, quendam, vel patria Luſitanum, vel ex Luſitanis illius Inſulæ, à noſtris non ita pridem inuentæ, & habitatę, veloce nauigantem, Apeliote ſibi diu & rigidè inſufflante in maria tam longinqua fuiſſe tandem actum, vt incognitas omnino & in tabulis geographicis nondum depictas oras, & terras adinuenerit, quibus ille à latitudine & lóngitudine polari attentè ponderatis, ad patriam remeauit, vbi fatum feliciſſimum concedens fato & morti, Columbo amico ſuo ibidem commoranti, & cum vxore inhabitanti, reliquit in notitia illarum regionum, feracium rerum omnium.

Hiſtoria Americana nouiſſima quæ ſit, & quid ſentiat de nauigationis illius inuentore. Franc. Lopez de Gomàra.

De quo inſuper Columbo refertur ibimet, vxorem priùs ſibi in Luſitania copulaſſe, quę defuncti Nauicularij, vt colligitor ex actis, & ſerie rei iſtius fuiſſet conſanguinea; quibus ille nec non aliis neceſſitudinibus deuinctus, Portugallenſis plùs iam vir, quàm Genuenſis exiſtebat; quod de Columbi Matrimonio in Regno Luſitano non deeſt Spondano ſuperiùs allegato. Vnde factum, quod & factum ſeu facinus conceptum, quocunque Rege alio poſt habito in re tanta (quæ remunerata magis eſſet in alio quouis regno) ille tamen prius voluit hoc aſſequi & patrare ſub auſpiciis & vexillis Ioannis Regis Lyſiæ, quę diu requiſiuit, enixéque ab eo ſtuduit obtinere; vt aſſerunt vnanimiter quicunque rem pręſentem memoriæ tradiderunt; è quibus videantur Maffeus & Spondanus. Quæ equi-

In Luſitania vxorem ducit Chriſtophorus Columbus.

A dem importuna obtineret poſtulata, niſi aliis conquiſitionibus occuparentur Luſitani. Tantum pręualent initia agendis in negotiis, vt à finibus excelſis ob iſta decidatur. Vnde habuiſſe in Luſitania Columbum domicilium, & ab ipſa Luſitania, cui reſtituere volebat negotium tam perutile id ipſum deſumpſiſſe, non malè confirmatur. Hęc Hiſtoria ſine auctore, & quantumlibet non ſine diffuſa fama & nomine, ad minus ſine capite.

Vt Columbus ex Luſitania acceperit, quod fecit.

49. Sed iſta ſic adducta cum faſtu magno calcat; & Columbum ſuo tantùm ingenio Martéque plagas illas dexteriſſe ex quodam Petro Martyre Mediolanenſi conſcriptore, cui magnam fidem adhibet, in eodem prorſus cap. affirmat in hunc modum; *Quum* B *Columbus* (inquit Martyr) *pro ſuo more ac inſtituto, trans Gades in Portugalliam, & omnem illam Oceani oram nauigaret, ſæpe numero animaduertit, & quidem multa cum cura, & diligentia obſeruans, ventos quoſdam in ſtatis anni temporibus ab Occaſu flare conſueuiſſe, qui multos dies conſtanti & aquali tractu ſpirarent. Quos cum non aliunde quàm ex tranſmarina aliqua ora, cuius halitu gignerentur, proficiſci poſſe iudicaret, tandem circa eam rem cogitando animum verſauit, vt eius certitudinem quærere aliquando conſtitueret.* Hęc Martyr ſine ſanguine, ac ideo ſine vi, & vitæ ſubſiſtentia; quæ ſanè ſicut ſunt à ventis aucupata, ab aëréque facta, aeria quantùm ſint, pernicitate venti pandam, faciliùs quippe falſi quàm claudi capiuntur. Nec mirum quòd aſſertum à C ventis mutuatum, in ventos diſſoluatur, in halitus euaneat, in auráſque flacceſcat, non ſolùm tenuiſſimas, ſed ſimul & vaniſſimas, atque etiam à veritatis ſubſtantia remotiſſimas. Quid enim tam ventorum naturæ refractarium, eſſentiæque contrarium; quàm ex locis tam longinquis, in noſtra, idque conſtantia viſibili inſufflare? & immobiliter contra mobilem proprietatem perdurare? Cum vltra centum leucas non duret idem ventus, vt mari, terręque expertis certò liquet. Ergo ventum à P. Martyre tam valde commendatum, non à plagis tam diſtantibus, ſed à mari nobis proximo veniſſe per ſe patet. Quod ſcientia & experientia, ac confeſſione ipſius Martyris in cap. ſequent. arma dantis contra ſe, vel talpis, notum faciam; quantumuis hęc vento- D rum materia ſit ex illis, quas Diuina ſibi ſoli, quò ad completam cognitionem, Sapientia reſeruauit, ſupernaturaliſque notitiæ theſauris obſerauit; dicente Rege Vate; *Qui profert ventos de theſauris ſuis*; vt Theatrum vitæ humanæ tom. 6. verbo *ventus* appoſitè obſeruauit.

Vt contrarium à P. Martyre Mediolanenſi deſcribatur.

Ventorum qualis curſus, & cognitio quā remota à noſtra intelligentia.

Pſal 134 7.

50. Scientia, quia maiores exſufflant multùm venti, planitiem ſuper maris, quàm quidem ſuper terræ; ex eo, quia ventus ſunt halitus & vapores ex aquæ & terræ globo in aërem eleuati, qui ibi variis cauſis hominibus incognitis, iam leuiter ſpirant, ſuſurrant, & deambulant, iam acriter diffuriunt, incumbunt, & obequitant per aëris campeſtria & liberam amplitudinem. Ergo plures

Vnde venti generati, & cur in mari plures.

res

res, atqoe pluris momenti ſuper aquá quàm ſuper terram flabunt; quia, terra in quantum terra, nimirum ſicca & arida, vnde & ſicca nuncupatur in pagina Diuina, *Et ſiccam manus eius formauerunt*; non poteſt quid vaporis in aëra tranſmittere; ibi ver frequentiores & ſęuiores planè erunt vbi erit plus rei aptæ ad excirandas exhalationes, gignendas, eleuandas: hincque Æolus in Æolia tyrrheni maris inſula, non autem in continente, imperium doctæ fabulæ, vt eas vocat Petrus, habere fabulantur. Maiores nanque venti ſtrident ſuper mare, deſæuiunt, & obmurmurant, vt in poëtico Dictionar. verbo Æolus per Carolum Stephanum libatur.

Pſal 94 5.

Cur Æolus in Mari dicatur imperaſſe.

51. Experientia verò quia plùs maritimis in terris, quàm in diſſitis à mari videmus ſemper ventos licentiùs agitari, mugire, & reſonare, prę́ſertimque in hyeme durante noctis vmbra; & æſtate poſt meridiem, in horis vſque ad Solis accubitum excurrentibus. Hoc quidem quia Sol cum temporia prę́ualidus cubiculum in Occiduum celeritate ſua tendens, in mariſque ventoſi cubile ſe proiiciens, quos vapores ſuper illud offendit ſuſcitatos, ad littera quæ manent ad partem Orientalem naturaliter tranſmittit; nec tantùm naturaliter, ſed ſuaoiter & æqualiter omnino diſtributos, ac bene diſpenſatos. Cum etenim tunc Sol virtute ſua polleat, & firmus ſit vigore, conſtanter atque firmiter ſtatis anni menſibus diſpenſat hooc effectum. Hæcque videtur ratio, non aotem illa Colombi cur in regno Luſitano à parte Occidentali reſpirent eo temporis continui & æqui flatus. Illud autem quia hiæmis dorante humiditate plos ſoppetit materiæ ad ventos progignendos, quapropter tunc maiores & truciores ſunt procellæ, etſi veoti rariores, & nequaquam ſingulis diebus, vt in æſtate curſitantes; exinde quia Sol tum debilis non poteſt imperio ſuo ventos effrænes moderari, compeſcere, & libramine iuſtitiæ dilargiri. Vnde oritor, quòd rariùs, ſuperbiúſque in brumæ exurgant tempeſtate; rariùs quidem, quia à Sole noo valent tunc quotidie taxatè diſpartiri; ſuperbiùs verò quia vltra materiam copioſiorem, his neutiquam partitis oportet vt cum venerint, maiores multùm veniant. Semper etenim vel ſæpius, iuxta normas Philuſophiæ, aſtrorum impolſu veniunt; hac tamen differentia ſeruata pro temporibos, vt alio Solis vis dominetur ſuper ventos, & alio venti ipſi dominentur ſoper Solem. Quo fit vt Sole abſente, & humida incubante caligine nocturna, inſanior ſit concuſſio ventoſæ regionis, vt aſſerit Eccleſia in hymno diei primi;

Cur venti poſt meridiem æſtate plus inſufflent, & debito cum ordine.

Cur ventus ſit in hyeme tum rarior, tum ſuperbior.

Cur nocte plus deſæuiant furentes tempeſtates.

Hoc nauta vires colligit,
Pontique miteſcunt freta;
Hoc ipſa petra Eccleſiæ
Canente culpam diluit.

De gallo nanque agit præcone diei luminis.

Nec minimè commoniont eandem experientiam, illi venti qui à noſtratibus vniuer-

A ſales & generales (quod illac nauigantibos deficiant nullo tempote) communiter vocantur; inoeniunturque ab ipſis in ſummo maris gorgite, & in æquoris vaſtiſſimi abditioribus viſceribus; non procul vnde linea, Æquator oocupata, inducitor Oceano, & diuidit Neptunum; quibus, aliter ad nauigandum in climata tam deuia inhabiles omoino, multos gradus hydrographi[illegible]s ſoluto ſemper lioo emetiuntur ſuper ſalum; qui quidem venti in otis vel Americæ vel Africæ vtrinque lateralibus nullateous ſic validi, continuique videntur; quod probat vbi maria altiſſima inueniri, latiſſimos & ventos ibidem ſemper flare.

Qui venti ſint nam illi, quos vniuerſales & generales appellant Luſitani.

52. Confeſſionéque poſtremò eiuſdem P. Martyris, qui non beatè ſed infauſtè per hi-
B ſtoriæ collectorem in immediato ſexto cap. hæc verba pro me loquitur. *Ipſe P. Martyr in quadam narratione, quam Italico ſermone ſcripſit, ait, Columbum, triduo antequam vllam terram conſpiceret, mirandam in ſomno viſionem habuiſſe; vt excitatus, lætabundus, & alacris omnes conuocari iuſſerit, eóſque confirmauerit, breui terram conſpecturos. Præterea iacta ſemel bolide in mare, ex terra inhærente agnouit, non procul abeſſe ab aliqua regione; atque eo magis confirmabatur in ſua opinione, quòd præcedente nocte ventos obſeruauerat ſolito inconſtantiores; hanc igitur ventorum inæqualitatem non aliunde procedere indicabat, quàm à terreſtri marinum repellente.* Sic igitur ex Martyre iam facto Confeſſore huiuſmodi argumentor. Si Columbus triduo ſolùm priuſquàm terram conſpexiſſet, ex certamine & repugnantia ventorum terræ
C & maris, quia terreſtris eo in loco marinom repellebat, agnouit terram proximam; bene claret quòd ventus ex orbe nouo veniens, non vltra centum leucas, vel circiter, iuxta ea quæ ſupra memoraui, vllatenus curſabat; meliùs autem quòd Columbus frequentans Luſitaniam, ab oris diſtantiſſimis, quarum ventus tam permodicis diebus, atque leucis excurrebat ſuper mare, & illic expellebatur à flatibus marinis, nequaquam ad Tagi oſtia ex ventis poſſet terram aduerſam prę̨cognoſcere; quantumlibet extiterit ingenij ſolertiſſimi, qood ego plus Columbo quàm Martyr ipſe affectos, vt infra dicent laudes illius decantandæ, non auſim denegare.

Ventorum quantùm curſus excurrat demóſtratur.

53. Sed hiſtoriæ Americanæ intentionem
D atque ſubſtantiam hîc liceat ponderare, vt ex iſtis rerum omnium cardinibus duobus appareat eius pretium, & martyrium P. Martyris, quo firmat baſim operis, faciliùs innoteſcat. Certè intentio plus tyranni quàm Martyris videtur; cum nolla ferè pagina in illa inoeniator, quæ in homines Hiſpanos, Caſtellanóſque prę́cipuè veneno non redundet, liuore non excandeat, conuitia non profundat, opprobria non emittat, ſcommata non iaciat, ita vt calamum plus ſumere facillimè arbitreris ad Caſtellanos proſcribendos quàm ad hiſtoriam noui orbis fidelitate congruenti, vt decet, conſcribendam. Et patet vltra multa, quia eos cum Machiauello ad inuicem componit,

Hiſtoriæ Americanæ anno 1644. vulgatæ Francofurti intentio, & quæ ſubſtantia.

& in cunctis actionibus hinc inde comparatis, non ſolum ſectatores, ſed nequiores longè facit; quod quidem nec ſatyrico permittitur oſori, nedum ſerio atque veridico hiſtoriæ tractatori. At ſubſtantia eiuſdem operis, vt dicam quod intelligo, farrago eſt malè excerpta auctorum diuerſorum, imò potiùs, vt inſinuat, ex materia ſordidiore co[illegible]ltò machinata, ad Caſtellanos & aliquando Luſitanos laniandos. Vlteriùs quòd omiſſa in gentem Hiſpanam ſanie, nec ordinem nec methodum obſeruat modo aliquo, quantumuis varietate & nobilitate figurarum, quas affert rerum omnium, venuſta ſit, & grata. Sed ne fruſtra loqui videar de hiſtoriæ *Collectore*, nonnulla illius dicta quò ad ſubſtantiam & intentionem ad limam reuocemus.

54. Quò ad ſubſtantiam tenet ille, non potuiſſe per Luſitanum Americam explorari, quia in Luſitania ſcribit ipſe, *Neminem ſubiectam æquinoctiali lineæ plagam, tranſgredi poſſe, quia immodicis ſolis ardoribus torreretur tum certò credebatur.* Hæc verba ſunt hiſtoriæ, cũ ſatius viſum eſt poſſibilitatem iſtius rei per aërias coniecturas attribuere Columbo, quàm Luſitanis per experientiam in illis tam prouectam, vt priùs quam Columbus de America cogitarit, iam illi ab alia parte æquinoctialis nauigauerint, ſicut ſupra in tertio auctore nauigationis Luſitanæ à nobis dictum fuit. Et per ſcientiam rei naualis tam nobilem inter eos, vt aſſerat *Collector* Luſitanos ſibi gloriam huiuſmodi arrogaſſe; quia *Tunc in Luſitania* (quò eius verbis vtar) *erant homines, qui Coſmographiam ſic artem profitebantur, vt nullam illius partem ſe ignorare arbitrarentur.* Et infra prope finem eiuſdem ſexti cap. *Naucleros quoque nauium, & præfectos tam arrogantes eo temporis fuiſſe in regno Luſitano, vt neminem ſibi comparandum in arte nautica putarint.* In quo vltimo ex arrogantia arrogaſſe ſibi hoc Nauarchos Luſitanos *Collector* doctus ait; non verò es Coſmographia quam optimè callebant, vt ipſe vel inuitus in primo confitetur.

An priſcis linea torrida habitabilis ſit viſa.

In Luſitania quantùm viguerit peritia nauigandi.

At ſi adeo percallebant naualem facultatem, cur vtique ignorabant quod cunctis notum erat? Notum Plinio qui lib. 5. cap. 8. rei naturalis in Orientalem & Occidentalem partitur Æthiopiam, quarum vna quę terminatur in promontorium Bonæ Spei, trans lineam ferè omnis æquinoctialem dilatatur. Notum Homero, humaniorum Auctorum vetuſtiſſimo, quem ibi Plinius refert; & Oſorius vir inſignis lib. 4. de rebus geſtis. Atque notum, quod eſt caput, tam omnibus Hebręis, quàm illorũ Sacræ hiſtoriæ innumeris Lectoribus, qui quidem ſingulis trienniis à Salomone & aliis Regibus Iudææ claſſem miſſam, in terram Ophir comperiunt in textu irrefragabili. Ophir autem quocunque in loco à doctis collocetur, vel tangit vel tranſcendit eandem prorſus lineam; nam vel ponitur ab illis qui rectiùs de hoc ſentiunt in Inſula Sumatra, aurea quondam Cherſoneſus ob auri redundantiam à priſcis nuncupata, quod nomen auri copiam tranſmiſſam ad Salomonem confirmat non incongruè, de qua Barrerius Luſitanus opuſculum vulgauit. Vel equidem in Zofala, vt alius Luſitanus hiſtoricus celebrior nimirum Couto aſſerit, qui minutiſſimè & diutiſſimè peragrauit Orientem, & vltra auri feracitatem, & bonitatem ſingularem præ alio quouis auro, dirutā quandam arcem cum traditione Salomonis, & notitiam nauigationis illius ibi inuenit in monumentis Zofalinis, quæ à nominum propinquitate facillimè ex Ophir in Zophalam declinante non parum inuniuntur. Sed Sumatra recta linea ſub ipſa manet linea, & Zophala multis gradibus protenditur trans ipſam, vt viſitur in globo; ergo notum quod ſub linea habitabatur eius tractus caloribus inſignis. Præterea quòd & illa Æthyopum Regina, quæ ad Salomonem ſeſe contulit, Regni hodie Abyſſinorum Imperatrix quondam fuit, cuius nomen & ſucceſſio vſque ad tempora præſentia, in libria Abyſſinis à Couto inuenta ſunt. Quis autem ab vlteriori æquinoctialis lineæ parte non nouit Abyſſinos?

Plinius.

Homerus.

Oſorius.

Ophir vbi terrarum.

2. Parap. 9.

Cherſoneſus quæſit aurea; Sumatra nunc vocata.

Gaſpar Barrei.

Didacus do Couto.

55. Notum igitur quod *Collector* appellat tam incognitum, & Græcorum ac Romanorum traiectionibus in Indiam palpabiliter compertum, niſi tantum Americanæ hiſtoriæ *Collectori*; qui à verſibus non excuſatur inſignium Poëtarum, Ouidij & Mantuani, dicentium ſubter lineam & cæli zonam torridam habitationem nullam dari pro incolis humanis. Nam Ouidius inter fabulas Metamor. hoc inteſuit; volens eo ſaltem indicio rem fabulam putari. Et Virgilius ea veritate qua ſcripſit de Didone, tem iſtam diuulgauit, de dicta cæli zona, nec immeritò qui zonam ſe teſte nullam habuit, vt colligitur es Eclog. & qui pariter de zona Didonis pudicitiæ, quæ Cælo maior virtus, tam verum ſonum edidit.

Ouidius Metamor. lib. 1. fab 2. Virgil. 1. Georg. ad verſ. 230.

Ergo peſſimè *Collector* ad tempora Columbi collegit de hac linea; cum per viam Orientalem à ſęculo ſit nota, & per Occidentalem ante Columbum à noſtratibus notiſſima, vt in tertio nauigationis auctore diſi latè. Nec Columbus, quod eſt dignum notatu ſolertiſſimo, curauit vltra lineam exaggeratam à Collectore nauigationem ſuam ducere, vel æquinoctium ſuperare, vbi ſolum tuuc diuitias habitabileſque terras adeſſe putabatur. Sed illico Occidentem, contra opinionem ſuæ ætatis, ſuperiori via petiit, quaſi notam & non incertam prouinciam quęritaret; quod maximè ſuadet, ex aliena experientia ſcientem atque prudentem hoc illum pertentaſſe: non etenim per maria errando & diuagando (vt etiam vel relata hiſtoria profitetur) quæſiuit, quod inuenit; ſed protinus directò inuenit quod quæſiuit, & quæſiuit proculdubio quod didicerat ab alio. Ad hoc enim tam multoties, & tanta cum fiducia ſub capitis periculo à Principibus Europæ nauigia poſtulauit; certus terram reperturum quam certam prędicebat, certiſſimúmque eſſe quod cum vitæ

Argumentum ſatis forte oppoſitum Columbo.

ſuæ

ſuæ excidio tã multis affirmabat. Non etenim argumentis, coniecturiſque ex ventis inaniter conflatis, ſed ex illius tabulis qui priùs hoc cognouerat; & qui vicinus morti, cùm ſeria tantùm dicimus, hoc dixit & detexit amico ſuo intimo, in Luſitania ſicut illi fatentur, vxorato; vtque colligitur ex ſerie, cum morientis conſanguinea.

56. Quò ad intentionem verò benè Collector ſe purgaret, ſi Columbi deuotionem in alienę depreſſionem ad cælum non extolleret. Ait enim de Columbi actione ſimulatque optatam terram tenuit; *Interea Columbus demitti ſcapham in mare iubet, egreditur in terram, & deiecta arbore Crucem ex ea factam in nomine Domini Ieſu Chriſti Crucifixi in littore ſtatuit, & noui illius mundi ius ac poſſeſſionem Regum Catholicorum nomine vſurpat* Et infra per hæc verba; *Petri Martyris hiſtoria refert, Chriſtophorum Columbum ac primum in terram exeuntem (factum autem eſt in* Guanahani *parua Inſula) in genua procidiſſe, atque ſublatis ad cælum manibus, fuſiſque præ gaudio lachrymis, hanc ad Deum orationem habuiſſe. Domine Deus æterne, & Omnipotens, qui Sacro tuo verbo Cælum, terram, & mare creaſti: Benedicatur & glorificetur nomen tuum: Laudetur tua maieſtas, quæ dignata eſt per humilem ſeruum ſuum procurare, vt eius Sacrum nomen agnoſcatur, & publicetur in hac altera mundi parte.* Sed protinus de aliorum pro Chriſto nauigantium actionibus ſic mordet. *Egregium Columbi factum, qui ante reliquas actiones gratias Deo egerit, & agnouerit non propria ſcientia aut prudentia, ſed peculiari priuilegio, atque dono Dei, ſe primum omnium hunc nouum Orbem reperiſſe, in quo ipſius cognitio ſereretur. Si Hiſpani hoc exemplum imitati, Deo conſecraſſent omnes prouincias, quas poſtea obſeruarunt, non ſubſequuti fuiſſent à Deo tragici exitus, quales infra videbimus.*

Columbus quidnam fecerit optatam terram tenens.

En quomodo *Collector* ex collegio inſipientiæ, vel maledicentię, quod eſt peius, loquatur in his verbis, quæ tamen cum quàm multos ex Caſtella & Luſitania diuexent viros probos, ei teneor reſpondere, & tanquam de re valde comperta aduerſus eum, ad ea, quæ hueuſque de zelo in Fidẽ Chriſti nauigationis Luſitanæ ſunt dicta, ipſum remittere, & ad hiſtorias plenas Sanctis, tam Confeſſoribus quam Martyribus, qui ſanguine & miraculis nobilitarunt plagas illas, & Hiſpanorum intentionẽ intentioni *Collectoru* non parũ anteferendam, egregiè confirmarunt. Quoniam autem de nauigatione Luſitana dicta ſatis, de Caſtellana dicam tantùm rem quandam Cælo plenam, qua omnes *Collectoru* collectiones diſſipantur. Nimirum Chriſti anno. 1483. quo natus eſt Lutherus, fuiſſe quoque natum Ferdinandum *Cortés* illum, Mexicanorum domitorem, vt de ortu iſtius hæreſis lib. 1. cap. 5. Florimundus de Ræmond Conſiliarius Burdegalenſis, & auctor defæcatus obſeruat pientiſſimè; & poſtea Chriſti anno 1517. quo cæpit ſectam ſuam Lutherus diuulgare, cæpiſſe Cortes prælia in terris Mexicanis, vt ait ipſe Auctor cum Acoſta lib. 7. cap. 24. hiſtoriæ Mexicanæ, vt appareat quantùm Deus elegerit Hiſpanos ad hæreſis zizaniam vellendam & extirpandam. Iam ex ſententia Salomonis non videbitur ſibi prudens, qui imprudenter tantos ferit.

Caſtellani commendati.

Lutherus quando natus & doctor praui faſtus, quãtùmque in re vtraque Hiſpani finrei obuij.

Florimun. Ræm.

Ioſephus à Coſta.

Prouer. 26. 5

57. Non quidem quòd Columbus in votis non ſit meis, maiorique in ſtudio quàm ipſi *Collectori* quem volo nunc encomiis celebrioribus ornare. Fuit etenim Columbus Legatus Culumbinus; Columbáque Noëmi totius boni nuntia; ac item Columbarium multorum poſt virorum flagrantium cæli zelo in illis regionibus. Seu omine Diuino in nomine & cognomine supernè decoratus; in nomine, quia Chriſtum ſuis humeris ad gentes illius prorſus neſcias, *Chriſtophorus* is tulit; *Colonus* autem vt ex *Colón* Latiniùs deducetur, quia natus & electus à mundi Conditore, ad colonias in eius cultum tam plurimas fundandas. Cui illud ſolùm ſatis à Chriſto in opus tantum prælegit inter omnes; vt ideo putem eum electum ad Cæli Regnum, & hominem, qui tam Deo, quàm hominibus dilectus hancobrem credi debeat. In quem ego propter iſta affectu magno feror, & diutius inhærerem illius excellentiis, ſi vel ipſi neceſſaria inopia mea foret; vel pro indice non ſufficerent hæc eius meritorum. Quorum tamen vel inuito inſigni *Collectore*, Luſitania, & per Luſitaniam Hiſpania parens eſt; nam ſi ille ad opus ſuum quæſiuit regna plura, & nullum dempto Hiſpano propitiũ ſibi reperit, Hiſpania facta eſt nidus *Columbæ* tam præclarę; & Luſitania pluſquam Liguria iſtius mater alitis. Cum enim in ipſa fuerit Coniugio mancipatus, & illuc merces antea multoties importauerit, ſubintrat quod Dei nutu ſcribit Rex Propheta. *Cum Sancto Sanctus eris*; & cum hominibus non peruerſis nequaquam peruerteris.

Chriſtophori Columbi Elogium perfunctoriũ.

Eccleſ. 45. 1

Pſal. 17. 26 & 27.

Nec iterum à Caſtellanis obſtrictus hæcce dico, cum ipſi Luſitanis auerſione naturali infenſi ſint, & obuij; ſed conſtrictus à veritate in illis plus notoria, quàm tali in *Collectore*. Quos ideo plus defenderem, ſi ipſis ſuam propriam prouinciam non relinquerem, vt meliùs atque doctiùs per illos vindicetur à falſis contumeliis. At ligna in ſuum rogum collegit hic *Collector*, Columbum in exploratis & terris interceptis, quò ad ſcopum deuotionis, imitatos nunquam eſſe Hiſpanos aſſeuerans. Vnde enim fuit Columbo deuotio niſi ab Hiſpania? Vel quò vnquam petiit homo Hiſpanus iſta carens? Sed de nauigationibus detrectanti reſponſum accommodatiùs eiſdem præbeamus.

Laudantur Caſtellani.

58. Non ne pro Cruce lignea erecta per Columbum, lapidiæ ſunt à noſtris, conſultò propter id tantummodo delatæ, per oras exploratas piiſſimè eleuatæ, & firmiùs ſuſcitatæ? Et Braſilia terra Crucis ab ipſis nuncupata? quo nomine ſemper illa prouincia noſceretur, niſi aſtu diabolico ſuccederet res alia, quam n. 27. octauæ Eoarrat. inuenies exaratã; excepta Crucis inſula ad caput Bonæ Spei, & alia ad ſinũ Perſicum,

Oſorius lib. 1. de Emmanuelis rebus geſtis.

A Luſitanis quotnam terræ à Cruce ſint vocatæ.

quas hoc nomine Lnſitani Nauarchl nuncuparunt, non adeo, vel lapideas, iam Cruces erigendo, quàm Crucem in cognominibus & rirulis terrarum defixè collocando, vt ab eis nunquam memoria illius radi poſſet, auelli, eradicari.

Inſula prima quæ detecta; & quare nomina Sanctorum ſiat terris illis indita.

Noone inſula à Luſitanis reperta prior omnibus vocata eſt *Portus Sanctus* & aliæ ferè omnes, tam continētes quàm & ioſulę, non à viris exploratoribus (cum iſti oomen quærant) ſed à Sanctis ſnnt per ipſos nominibus ornatæ, vt aduerſns *Collectorem* teſtantur mundi Mappæ quacunque circunlatæ?

Vt portus Orientalis in Luſitania cōſecratus.

Noune portus vnde Orientales quotannis ſoluunt claſſes, B. Virginis Sacello ab Henrico Nauigationis Luſitanæ magno auctore eſt ideo decoratus, vt initia expeditionis tam piæ Sancta forent? Quod in magnificum & ditiſſimum Hieronymianum Monaſterinm erexit Rex Emmanuel; ipſius verè opus; & ipſius intentionis principia ferè prima, ſed fabrica nihilominus è prioribus Europæ; quam poſt domum Eſcurialenſem Philippus Rex expauit.

Ibidē Deo primum aurum, & alibi dicatum.

Nonne auri Orientalis primitię, vt ſupra dixi, pro Pyxide Euchariſtica in iſtod Monaſterinm pomposè ſunt delatę? Nonne ex Minâ primum aurum Ioannes Rex ſecundus in Calices formauit, vt inuenies io Propugnaculo Luſitano-Gallico fol. 137.

Qua ſolemnitate Thomas Apoſtolus in Luſitania celebretur.

Nonne Indiæ Protectori, & exploratori Chriſti lateris ſingulis annis Vlyſſipone in eius die proprio, & in Sacello domus Regię cum ingenti ſolemnitate inſtauratur feſtum celebre, eum oblatione fructuum omniom, qui ex India deferuntur eidem immolatorum? quę oblatio per Capellanos Regales diſtribuitur.

Nonne extra Luſitaniam redundans hæcce pietas, annuę plurimę eleemoſynę ab Emmanuele ſunt relictę pro Monaſteriis & Prouinciis Religioſorum mendicantium in Regno Caſtellano? Ita ſanè, & quæ eis ſemper fuerunt perſolutæ; quare poſſumus cum Moyſe veriſſimè affirmare; *Et inimici noſtri ſunt iudices.* Inueniuotur ſtatuta eleemoſynarum prædictarum in libro quem Emmanuel in Indię Magiſtratu, alio nomine, in domo Indica, tum verbis tum pręceptis Sanctiſſimis repletum, reliquit ſuis poſteris, qui liber à Sanctionibus omni auro prætioſioribus vocatur liber aurens.

Deut. 32 31.

Luſitaniæ verſus Caſtellam quę pietas; & qui liber vocetur ibi aureus.

Regum Lyſiæ quanta pietas, præſertim Emmanuelis; Cuius Sphæra quid mirandum.

Nonne domui Loretanę, Hieroſolymitanę & multis aliis à Lyſia diſtantiſſimis liberalitatis Luſitanę & pietatis ceſſit pars? & Pontifici Romano ignoti ponderis nummi aurei, ex Lybico, atque Indico, ob illum tantùm cuſſi, ab Emmanuele ſunt tranſmiſſi? vt videbis in Propugnaculo recenter allegato, fol. 138. Pietas certè cum Imperio in illo decertabar, ſed pietas vincebat, orbis vtraque res æmula; ſed pietas vel orbium & ſphetarum cæli ipſius donariis replendorum in eo ſemper auida. Cui ideo non ineoogruè à prędeceſſore ſuo *Sphæra* in ſymbolum eſt donāta; tanquam pietate vel cæleſtes ſphæras repleturo.

Magnificentiſſima eiuſdem Principis ad Pontificem Legatio. Maffeus: Oſorius.

Nonne iterum Pontifici, Eccleſię tunc habenas ſuſcipienti Leooi. 10. hic Prioceps miſit munera valoris non ſecundi, quibus oihil in Vaticano Sacrario parexiſtit, vt loquitur Maffeus de rebus Indicis lib. 5. & Oſorius lib. 9. de rebus geſtis quod ſubſequitur; *Opus erat eiuſmodi, vt cum materia nihil pretioſius excogitari poſſet, artificium tamen ipſam materiam multis partibus ſuperaret.*

59. Obmuteſcat ergo iſtis *Collector* parum prudens, & minus narrans vera; cuius hiſtoria Caſtellanorum opprobriis refertiſſima, Imperatori deuinctiſſimo eidem nationi, cum dolo dedicatur; vt Caluinus Regi Franciſco eo inſcio ſuas ſubdolè Inſtitutiones conſecrauit, quò veritatis inde vmbram acciperent nonnullam. Hæc autem *Collectoris* excuſſa falſo nomine (vt puto) Francofurti; vt furtum francū eſſet; quò ſermone vulgo Latino exponam meā mentem. Mihi autem benè conſulatur in Euchariſtica materia hęc omnia memorare, quę Euchariſtiam, Fidem, & cultum Diuinum ſummè tangunt; cui excuſatio iuſta erit (ſi excuſationibns ſit opus) nauigationis Enarratio; nauigationes nanque variis excurſibus ſunt patulę; & maximè inſufflanti potenti vento patrię, qui fortiter impellit: eoque patrię Luſitanę, quę Diuina miſeratione per Chriſtum erecta eſt; *In Regnum Sanctificatum, fide purum, & pietate dilectum*, vt dixit ipſe Dominus apparens primo Regi; & per ipſum Redemptorē ſtemmate non alio quàm pretij ſui ſanguinis, ac plagis decorata; *Inſigne tuum ex pretio, quo ego humanū genus emi, & ex eo quo ego à Iudæis emptus ſum, compones.* Prophetata ad prædicandum per orbem Chriſti nomen Euchariſticámque meſſem quacunque deferendam; *Per illos enim parani mihi meſſem multam, & elegi eos in meſſores meos in terram longinquam*; atque tandem Prophetia minitata & recreata; dum Chriſtus dixit ipſi Alfonſo Regi primo per heremitam nuntinm præuium mirandæ viſionis; *Poſuit enim ſuper te, & ſuper ſemen tuum poſt te oculos miſericordiæ ſuæ vſque in ſextam decimam generationem, in qua attenuabitur proles, ſed in ipſa attenuata ipſe reſpiciet, & videbit.*

Alfonſi Regis primi Luſitaniæ iuramentum, n. 12.

N. 12.

N. 13.

N. 6.

Quis terrā Luſitanam ob cultum in Euchariſtiam ſit oſculis & lachrimis teneriſſimè amplexatus.

Quæ omnia in huius meſſis Vaticinatæ & Euchariſticæ obſequium tam impleta P. Georgium Maronitam ex familia Ignatiana dulciſſimè impulere, vt è Syriā per Caſtellam ingrediens Luſitaniam, vbi primum noſtros fines Eluenſi in vrbe tetigit, deſilierit ab equo, & in terram peruolutus, ac ipſammet deoſculans ſic dixerit cum lachrymis; *Veneror te ô felix regio, quòd tantâ Euchariſtiam pietate colas.* Ita à Patribus fide dignis Societatis rem accepi.

At verò cum facinoribus tam magna perpetrata, vt cum Rege Sebaſtiano Camonius metro loquens, in dubium reuocauerit, quid eſſet glorioſius, an mūdi Regem exiſtere, an gentis Luſitanæ;

Camoeňs.


Cant. 1.

E iulgareis qual he mais exellente,
Se ſer do mundo Rey, ſe de tal gente.

Quod in omoium vaſſallorum Hiſpaniæ Saauedra Emblem. 84. in Principis Idea pro

Qui Luſitaniã regnum vnicũ præponant cunctis regnis. pro parte totum ſumens; appoſitè vſurpauit; quare nunquam poteſt idem upprobrio mihi verti.

Tandem autem cum nauigationibus tam amplis, & tam piis pro Chriſto colligata, & adeo ſupra fidem, pro Fidéque nauata, vt inſigne Luſitanis hic proprium diſignare abs re non iudicabitur; quod erit Apoſto-A licum præconium dilatatum in fines orbis terræ, Sole addito ob claritatem expreſſio- Stemma Luſitanum. rem rei eiuſdem in duplici hemiſpherio, cum verbis Regis Vatis, & laude nominis Domini, ob quam tanta ſunt patrata, ſub tribus hiſce literis, L. N. D. huiuſmodi exaratum.



DE NAVIGATIONIS LVSITANÆ TERMINATIONE in Chriſti Fidem tam mirè conſummata, vt contra Fidem ſit. Deque procellis variis in ipſam concitatis; & de variis ac vrgentibus ſerenitatis rationibus, ad iſtam Deo auſpice in eius magnum obſequium perpetuò conſeruandam.

Regnatio quam incerta,& periculoſa nauigatio. 60. HIc non iam de nauigatione nauali Luſitaoa, ſed de Regali in laudem Dei & Euchariſtiæ pertractabitur. Non enim ſolùm fluctuant nauigia ſuper

Exod. 2. 3. mare, ſed inſuper Imperia, ac Regna ſuper terram. Nam ſi Regnum Eccleſiaſticũ cuius firmitati portæ inferi nequaquam præualebunt, per nauem deſignatur, in qua Chriſtus dormiebat, & quaſi relinquebat electos ſecuriſſimos; quid erunt ſæcularia tot fluctibus iactatą? tot vndis conquaſſata? Hinc populi Dei primus & tantus Imperator in fiſcella fuit ſcirpea, ſeu potiùs in phaſellulo, nauiculáque vera; cum bitumine atque pice linita vt nauis fuerit, expoſitus non humi ſed humido in elemento, in fluminum maiori, in maris portione, in parte Neptunina, in fluida prouincia obnoxia Soli & frigori, ventis, fluctibus, & vndis, ac cunctis tempeſtatibus, quę accidunt in mari nauigiis infelicibus. Et ea ex ſcirpis facta; ita vt tabulæ ſint iunci; claui ferrei, nodi fragiles; compago verò operis conſtructio puerilis, & futilis textura; qua pueri ſolent ludicra ſimilia fabri-

Vt Regna naues ſcirpeæ ſuapte ſint natura, & adhuc infirmiora. care; malus, malæ virgæ ſcirpeæ; vela nullum prorſus velum; clauus autem & gubernaculum ludibrium parui iunci: niſi dicamus quòd & iuncus eſt firmior Regum nauibus; cum de iuncis in hieroglyphico ſit quodam bene dictum. *Flectimur, ſed non frangimur vndis*; de nauigiis verò poſſit ſuperbioribus vulgari; *Non flectimur ſed confringimur.* Et hoc non tantùm vndis, ſed ventis, flamma, carie, arena, & vili remora, ac mortis mille caſibus.

B

En terræ Regum naues, coronæ, ſeu fiſcellæ, ex iuncis vt in Chriſto aliorum pro exemplari marinis tantum factæ, qui pungunt quàm ſæuiſſimè, breuiſſiméque durant. Vnde meritò *fiſcus Regius* à fiſcella ex iuncis facta huiuſmodi vocatur, vt alibi adootaui. Hæ nanque illorum naues, hæ claſſes, Regna, Imperia. Quod noſcens quò ad nauium figuram, ſic Horatius vocauit Bruti auſus lib. 1. Ode 14.

Coronæ quid Regales, & quare Chriſti ex iunco.

Fiſcus quare ſic vocatus.

Horatius.

C

O nauis, referent in mare te noui
Fluctus; ò quid agis, fortiter occupa
Portum, non ne vides vt
Nudum remigio latus?
Et malus celeri ſaucius Africo,
Antennæque gemant? ac ſine funibus
Vix durare carinæ
Poſſint; &c.

Et iterum ipſi conſulens.

Iactes & genus & nomen inutile,
Nil pictis timidus nauita puppibus
Fidit. Tu, niſi ventis
Debes ludibrium, caue.

Et Seneca huius nauis pericula atque ſcirpeam naturam ſic deplorans. Seneca in Oedipo, in principio.

Quiſquamne Regno *gaudet? ò fallax bonum,*
Quantum malorum fronte quàm blanda tegis! Seneca.

Vt alta ventos ſemper excipiunt iuga,
Rupemque ſaxis vaſta dirimentem freta,
Quamuis quieti verberant fluctus maris,
Imperia ſic excelſa fortunæ obiacent.

Horatius.

Nec obiaceot tantummodo fortunæ iratæ ictibus, ſed etiam & mitis ferculis in Lyrico Poëta Ode. 1. lib. 3.

Vt dapes plenæ gladiis in ferculis ſint Regum.

Diſtrictus enſis cui ſuper impia
Ceruice pendet, non Sicula dapes
Dulcem elaborabunt ſaporem,
Non auium, citharaque cantus.

Quod Iuoenalis Satyra. 3. eodem dixit tramite. Sed pinguior & ſuauior concentus Cordubenſis in Agamemnone Choro. 1. & pari Muſa in Hercule Oeteo in Choro ſecundi actus, vtrobique, viſu dignos; quocirca hic iogreditur in Troadis tragœdia;

Videre Regno res non fida.

Quicunque regno fidit, & magna potens
Dominatur aula, nec leues metuit deos
Animumque rebus credulum latis dedit;
Me videat, & te Troia. ———

Ita vt Regibus aliquando poſt vitæ mala plurima, deficiat murtis bonum, queis bonum ſummum malum; at malum ſuper omnia optare malum illud quod omnibus eſt odio; vt inquit paolò infra;

Pericula quot Regibus.

Caret ſepulchro Priamus, & flamma indiget
Ardente Troia. ———

Quæ naois ſie infelix? Ergo naoes atque rates miſerrimæ ſunt Regna; quare Reges tanquam nautæ per Cælum pluſquam omnes ſe debent gubernare, obtemperantes cæli legibus, ſtellisque virtutom parentes, nec oon vitam regalem moderantes, tum in periculis vt ſe protagant; dicente in Choro Herculis Poëta memorato.

Per cælum velut nauta ſe regat prudens Rex.

Noctem quoties ſummouet Eos,
Regem toties credite naſci;

Tum vt dirigant ſuos ſubditos, & faciant eos optimos; præeuntibus exemplis, quæ ſola regunt vitas; & tandem à Deo regnum donatum & detiuatum diutiùs admioiſtrent; de quo Sapien. cap. 6. Et perqoammaximè. o. 10.

Sapi. 6. 10.

61. Luſitania velut alia quæcunque mundi regna, flocttuationibus non caruit, ea verò multò preſſius n. ſupra. 59. per Chriſtum prophetata, quæ vt ab ipſa veritate exorta & ſuſeitata in vanum non preteriit, nec eius pòſt remedium ibidem ſubligatum; *sed in ipſa attenuata ipſe reſpiciet, & videbit.* At quomodo præteriret qood dixit os illius, de quo B. Lucas; *Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt?* Imo potiùs ſerenitatem perpetuam præſtolamur innixi verbis illis ab ipſo Chriſto dictis, & in Sacramēto Regis Alfonſi apud præfatam Caramuelē vt aduerſarium plùs credibilem n. 11. ſic inuentis. *Ego enim ædificator & diſsipator Imperiorum & Regnorū ſum: volo enim in te, & in ſemine tuo Imperium mihi ſtabilire; vt deferatur nomen meum in exteras gentes, &c.* Quod verbom *ſtabilire* ſtabilem rem exprimit; hoc autem in Regno proprio diuiſo à qoouis alio; aliter enim nunquam diceret *volo in te & in ſemine tuo, Imperium mihi* ſtabilire, firmare & perſoare. Et etiam

Luc. 21. 33.

Caramuel.

Qaam miſericordiā ex Chriſti ore expectent Luſitani & magna ex parte habeant.

A verbis n. 13. huiuſmodi iam datis; *Non recedet ab eis vnquam neque à te miſericordia mea; &c.* Quæ oos de iſta miſericotdia ambigere non ſinuot.

Imò (ad fiduciam concurtente qoi promiſſiooem taotam fecit) tam defixè Luſitani in iſta Chriſti verba iecerunt ſpei aochotam, vt habituros Regem iterum haud dubiè exiſtimarint, & verba de re crebrò, vel ſeriò vel per iocum iactarint coram auribus oppoſitæ Caſtellæ, cui hæc omnia zelotypiam non modicam ingerebant, & in dies duplicabant. Quo timore Caramuelis perculſus erat aoimus, cum in margine nuncupatoriæ epiſtolæ ſui libri adieeit hanc appendicem; *Hector Pintus Luſitanus doctiſſimus ſic dixit Madritum cū veniret:* Ecce iam

Hector Pintus Luſitanus quid dixerit in Caſtella captiuus illuc ductus.

B ſum in corde Caſtellæ, ipſa attamen nondum in meo. *Vtinam Hector non ſuperſit alius in Luſitania.* Sed ita qui ſpem indulſit, res diſpoſuit, vt in hæredem Regni viuum noo ſperarint ſtrenui Luſitani, ſed in ſupremū Regem mortuū, qui cum obierit in flumine iuxta meliorem opinioøem, & ampliùs corpus eius, vt accidit non rarò, repertū oon extiterit (nam aliud loco eius in Luſitaniam reportatum, pro conſolatione & ſolemnitate plus creditur, quàm pro rei delatū veritate) iode vaſſalli Regum ſoorū plus omnibus amantes, cæperunt deſiderio extremo terebrati, ei vitam prorogare, & io eius reuerſionem tam feruidè ſperare, vt ipſia datum probro, ludibrióque nil minos vrbanos inter luſus Caſtellę triumphantis, nam aliter aliquibus hoc aleā necis intulit.

C Quo Caſtellani de exeidio Sebaſtiani eertificati, & de ſpe Luſitanorum pro Rege in riſum acti, deque vis hæredis Regoi impotentia nil commoti, ridieulè ioeepere de iſtis cogitare, & veraciter viam facere promiſſis Chriſti Domini; cui vt opus Redemptionis ſecutiùs ageretur, res ipſa protſus contigit; dum à plurimia ex Iudæis cum ridicula opinione pro vno ex iam defunctis Propbetis erat habitus; *Alij Ioannem Baptiſtam, alij autem Heliam, alij verò Ieremiam, aut vnum ex Prophetis* noo autem modo vllo pro viuo Redemptore; hoc enim paocis notum pro quibus dixit Petrus *Tu es Chriſtus Filius Dei viui*; legitimus, & hæres bonorum illius gloriæ; quò inter impoteotiam virorum Apoſtolorum, & ridieulam opinionem facientium Chriſtom voom ex mortuis iam

Luſitanorum ſpes pro Rege quàm firmæ ſemper fuerint, ac etiā quàm ridiculæ.

Matt. 16. 14.

N. 16.

D Prophetis, quieſcerent contrarij, & hæres viuus perueniret ad metam ſui operis, ad finem vitæ ſuæ, & ad modum illius mortis ab ipſo procuratę, qua filios nos Dei fecit; *Si autem filios, & hæredes; hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti*; vt dicitur in Paulo.

Rom. 8. 17.

62. Vbi aliqua pro ſpe Luſitanorum mira nectit; Spe eoim ſalui facti ſumus. *Spes autem quæ videtur, non eſt ſpes: nam quod videt quis; quid ſperat. Si autem quod non videmus ſperamus, per patientiam expectamus.* Vt expectabant Luſitani, fidentes Chriſti verbis, incredibili patientia, quod neutiquam videbant, oec viam ad aliquando ſpem adeo deſideratam & expectatam conſequendam.

Rom. 8. 24. 25.

Spes vera quid requirat, & Luſitanorum ſpes quàm mira; atque etiam con-

Vt

era ſpem, ſeu contra ſpes quam plurimas.

Vt ſicut Chriſti in eos promiſſio fuit vera, ſic eſſet & ſpes illorum in eius verba, ſperando quod non videbant, & expectando quod natutaliter cernebant impoſſibile, ac inoium mundi viis.

At non ſolùm iuxta ſpem, & hanc eius definitionem ſpes fuit Luſitaniæ pro Rege conſequendo, ſed etiam *contra ſpem* vt cum titulo ſectionis præſentis conformemur. Nam ſi de Abrabam affirmat Paulus ob filium iuſſu Dei ſine filiis moriturum, de quo tamen promiſſionem innumerorum filiorum acceperat à Deo *ſpem habuiſſe contra ſpem*; ſic eius verba ſunt, *Qui contra ſpem in ſpem credidit*; bene quidem Luſitani ſperarunt contra ſpem, vel in Regem iam defunctum; vel in hæredem etſi viuentem, in vita pro re tanta tam mortuum, quàm in ſepulchro impotentię conſepultum; impotentia nanque mors pro factibilibus eſt rebus: quod enim fieri non poteſt ante omnem vitę ſpem iam ceſſit mortis ſalci, iam iacet ſubter lapidem. Nec tantùm contra duplex impotentiæ & mortis frigidę dictamen ſpes Lyſiæ viuebat, & feruebat, ſed etiam contra magnam potentiam rei Hiſpanicæ, Luſitanorumque diſcordiam, & tum armorum, tum pecuniarum penuriam ſatis magnam; quæ omnia cum multis aliis contrarium ſuadentibus, vel ridiculam hanc ſpem cum illa Saræ vetulæ, vel quaſi in viſu habitam, vt aliam S. Petri duntaxat faciebant; quantumuis firma eſſet, donante ſpem, qui dederat promiſſa tam excelſa; pro quo faciunt Pauli verba poſt proxima ſpei veræ; *Spiritus autem adiuuat infirmitatem noſtram; nam quid oremus ſicut oportet, neſcimus, ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus, inenarrabilibus.* Neſciebant enim Luſitani quod vtique ſperabant, ſed impellebat ad ſperandum Spiritus Diuinus. Et illud paulò infra: *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* cum aliis verbis ibi rei iſti valde propriis; Dei enim ſunt hęc omnia, non hominum neſcientium huiuſmodi ſperare.

Rom. 4. 18.

Impotentia mors quàm magna.

Gen. 18. 10. & 21. 6. Actor. 12. 9.

Rom. 8. 26. 31.

63. In mari quorum fluctuum (nam fluctus ſpes ſunt, quæ fluunt, atque refluunt, quæ vadunt atque redeunt) nauigabat tegni Luſi nauicula & fiſcella; ſecurior paruo vaſe, tranquillior Moyſe paruulo, & hærede quò puſilliori ad opponendum ſe procellis, eò ipſo commodiori ad ipſas deludendas, vincendáſque cum tempore. Hæ autem neque paucæ fuere neque modicæ, ſed plurimæ & immodicæ, quas tamen hîc narrare mei muneris non eſt, ſed eas ſolas delibare, quæ ad laudem Chriſti Domini rem tantam diſponentis, vel ad proximi vtilitatem ſuppetias miniſtrabunt; id verò non taxando Fidelium intentiones, quas in peccatis ſemper vellem tribuere ignorantiæ, & motiuo bonæ fidei, quàm malæ, atque malitiæ ſtudio concitatæ; nec etiam verbis fœdis de hoſtibus loquendo, ne in Caramuelis & Laynizij Prædicatoris Regis ſui, cæteroquin viri ſerij in ſuiſmet ſcriptis, inſaniam in propugnando, iam furore iam adulatione (nec quidem ſemper verè) incredibili repletam, quæ mihi valde diſplicent, & ipſe malè corruam; ſed executiones tantùm in aliquas illorum memorando, & facta toti mundo notiſſima afferendo, vt inde in laudem Dei, ob iudicia magna eius, commoueam viros deuios ab iſtis controuerſiis, ac illarum viros noxios laceſſam ad pœnitentiam, ad ſerenitatem, amorem, pacem; ſi velint quoad Deum ſtare verbis eius, prolatis per Pſalmiſtam: *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Deus.* Et quò ad homines rationibus, vt rationales & ciuiles.

Auctoris quæ intentio in Luſitanis controuerſiis.

De hoſtibus vt loquendum.

Pſal.

Aſſentationes pro Principibus nationis cuique propriæ, & incuſationes pro extraneis relinquo viris aliis opinionis ſuæ auidis. Cætera autem videantur tum aliis in Auctoribus, tum in lib. quem Italicè ciuis Venetus citra bilim, ac etiam citra pretium, quod potiùs à contrariis ei magnum offerebatur, Biragus D. fecit; & Latinè ſtylo aureo D. Emmanuel da Cunha Epiſcopus Eluenſis, Vlyſſiponenſis deſignatus, in libello quem ſpiritum ea æſtimabis ſine corpore, animam operis maioris, & opus aureum, ſiue gemmam librariæ qualitatis, hoc nomine inter notam; *Luſitania vindicata*; necnon Souza de Macedo in *Luſitania liberata* qui Hiſpaniæ prius flores, & excellentias Luſitaniæ ſcripſit ſatis floridè, naturæ vir tam floribus quàm fructibus eouſque laudabilibus onuſtus, vt ſuis laudibus quaſi fructibus curuetur, & grauetur. Sed intrent iam procellæ.

Birago quiſnam Auctor.

D. Emmanuelis da Cunha libellus verè aureus.

Ant. de Souza de Macedo per tranſitum laudatus.

Procella prima contra ſpem Lyſiadum excitata.

64. FVit iſta cum Philippus ingrediens Luſitaniam, & Regni nactus clauum, tempeſtatibus plus auulſum, quam armis manucaptum; ita Miniſtri tanti Principis, fortaſſis eo inſcio, in iram & paruulorum vindictam efferbuere, vt cum non potuerint hæredes Regales iugulare, alium quidem propter fugam arreptam à Regni finibus, vt illegitimum vel etiam à patria ſua pulſum; alium verò hæredem verum propter fiſcellæ ſuæ fines, quos paruulos agnoſcens, ventis temporis obediens, conceſſit vi maiori; & declinans velut antea à Curia Luſitana, tanquam Moyſes ſub priuilegio minoritatis ſuper aquas & aliunde ſubter alas iuſtitiæ & verecundiæ naturaliter protectus (non etenim cum iſta, decoréque mundano reſiſtentia non reſiſtenti eis apta videbatur) incolumis euaſit. Cum inquam non potuerint hos duos iugulare, ſic in populum communem, impatientes rei maioris, ſæuitiam conuerterunt vt dicat ſic expreſsè Ludouicus Cabrera de Cordoua in Philippo ſuo ſecundo lib. 13. cap. 6. *Cada noche ſe iuſticiaban frailes y clerigos, ſeguidores de D. Antonio, alborotadores del pueblo, y que militaron contra ſu inſtituto por el Comiſſario Apoſtolico, echando los en el fondo del rio, con ſacos, y contrapeſos.*

Vt legitimus Luſitaniæ ſit hæres conſeruatus.

Ludo. Cabrera de Cordoua.

En hominis Caſtellani ac Regij hiſtorio-

graphi, incauti præ fiducia, adurgens contra illos, ſecundánſque pro noſtra iuſtitia teſtimonium. Nam neque *Commiſſarius* de quo Cabrera loquitur, Apoſtolicus agnoſcitur, quomodo enim commiſſionem ad tam diram executionem concederet vtcunque Apoſtolica ſuauitas (ne quidem tunc reluctans incolumitati Luſitanæ, ſed potiùs valde fauens, & de calamitate valde dolens) quæ ſuauiter & clementer diſponit vniuerſa?

Caſtellanorum quæ ſæuitia per ipſoſmet teſtata.

Nec Canonicum & iuridicum ſuppliciũ à Commiſſario huiuſmodi exequutum; cum fuerit ex abrupto, præ ira temulentum, & rebus non diſcuſſis non parum temerarium; ac noctu, & mala fide propterea adminiſtratum, dicente Filio Dei de cunctis conſimilibus, *Qui malè agit, odit lucem.*

Ioan 3.20.

Nec crimen veriſimile; cum in modeſtia & grauitate Luſitanorum Sacerdotum vbique longè nota, non poſſent multi dari, ſed ſanè valde pauci (ſi aliqui ſimilibus temporibus ſunt dandi) qui armis ſe accingerent; & maximè cum nunc nullatenus hoc fiat. Quando verò Sacerdotes pro legitimo ſuo Rege nequaquam ſumunt arma, quomodo poſſent hęc aſſumere pro viro non legitimo?

Tubicines in bello à morte & à captura immunes iure liberi. Alciatus.

Nec culpa morte digna; cum tubicines & timpaniſtes, ſeruato iure belli, vbilibet terrarum immunes habeantur, ac etiam dimittantur; quidquid gratia moralizandi Emblem. 173. Andreæ Iuriſtarum honori viſum fuerit. Quid autem ſunt in bello Sacerdotes incitantes, & ſocios animantes (quod munus & officium illorum verum eſt) quàm bellici tubicines, & vacui timpaniſtes?

Nec tandem talis pœna diſcretione & moderamine decenti attemperata; cum inflicta ſingulis noctibus dicatur à Cabrera; Sacerdotumque multorum in vnaquáque noctium à vita ſublatorum; *Cada noche ſe iuſticiaban Frailes y Clerigos.* Qua vtique ſi dixerint cum priſco Adonibelec; *Sicut fecimus alijs, ita reddidit nobis Deus*; minora veris dicent. Nam mala poſt quammulta ab ipſis irrogata, Luſitani ſupra modũ & contra fidem humanam fuerunt eis clementes in auguratione Ioannis 4. vt in prima Enar. n. 117. vel circiter, reperies; & iterum poſt pauca fortaſſis attingetur. Caſtellani verò ante quamcunque mali ſpeciẽ (quandoquidem quæ mala à bello exoriuntur, cum illo finiuntur) in Luſitanos tam crudeles, vt veluti leones, ac ſolent ſe vocare, non adeo generoſitatis, quàm crudelitatis recordati, Eccleſiaſticis, & in numero tam amplo non pepercerint. De quo olim demiratus ſic dixit Rex Propheta; *Poſuerunt morticinia ſeruorum tuorum, eſcas volatilibus cæli, carnes Sanctorum tuorum beſtiis terræ. Effuderunt ſanguinem eorum in circuitu Ieruſalem, & non erat qui ſepeliret.* Vnde nihil ſtupendum ſi imprecatio quaſi à nobis ibidem cælo facta, in eis ſit impleta; *Vltio ſanguinis ſeruorum tuorum qui effuſus eſt, introeat in conſpectu tuo gemitus compeditorum. Secundum magnitudinem brachij tui*

Iud. 1.7.

Caſtellani quam crudeles in Luſitanos Sacerdotes.

Pſal 78.2.3.

N. 11 12 13.

A (*id eſt à Cruce liberi progenie Luſitana, de quo dicta Enar. priori latè actum*) *poſside filios mortificatorum. Et redde vicinis noſtris* (*nimirum Caſtellanis; quos tamen Deus defendat, & liberet à malis; nam loquor hæc tantummodo vt Vatem totum proferam*) *ſeptuplum in ſinu eorum, improperium ipſorum, quod exprobrauerunt tibi Domine.*

65. In quibus verſus verum hęredem Luſitanum mirificè reſplenduit Diuina miſeratio, cùm in tam multis Innocentibus, modo aliquo ſæuitia Herodiana ſatiata, & in illegitimi à Luſitaniæ Antonij ſede pulſi Caſtellanis oppoſitoribus gratiſſimo receſſu. Chriſtus Lyſiæ, ſiue vnctus (cuius Reges ab Eduardo ex conceſſione Papæ Eugenij adungi vt Galli poterant) euaſit illibatus; B Quò à Mauris viuo occiſo, & alio exule inter Gallos, ac ideo pluſquam occiſo (nam abſentia mors exiſtit à corde quod eſt ampliùs non autem à ſolo corpore in verbis Regis Vatis; *Obliuioni datus ſum tanquam mortuus à corde*; nec malè cum pro mortuis officia à nobis bona & pia perſoluantur; pro abſentibus verò impia, & mala multiformiter) alio autem viuo hęrede præ impotentia conticente, ſe firmos & ſecuros in Luſitania cogitarunt.

Luſitani Reges oleo in coronatione ſua vtendi priuilegio cum donati.

Pſal. 30.13.

Abſentia mors quam ægra.

Hoc autem magna Dei ſi perpendatur miſeratio; vt hęres rectus Regni, tam potentiæ Caſtellanæ conſideratione bene iacta, quàm defectione Luſitanorum ab ipſo facta cęlitus, permanſerit intactus; & indirectus conſideratione eadem malè acta, à C Luſitaníſque non paucis tumultuariè ſalutatus, tanquam ſemen adulterinum exierit à meſſe, & in ſe vnum aduerſariorum conſpectus auocarit, quò de hęrede principali à Curia ſemper exule curarent multò minus, & naturaliter ſine miraculis tam mira Deus effecerit, & conſeruatit in futurum promiſſum à ſeſe Regem. Nonne iſta *contra ſpem* vel etiam à plus acutis humanitus conceptam?

Vt veritatem contra ſpem humanã Deus conſeruet.

Quid ſimile adinuenio in verbis Sacroſanctis, cum Dauid Michol vnctum quærentes ad excidium deluſit quadam imagine Dauidis viri ſui locata ſuper lectum, caprarum pelle etiam piluſa ad caput eius, & veſtimentis circuntecta, quibus à facie Dauid potuit Saulis ſe abſcondere. Nam imago D Regis eſt vir Regius illegitimus, quæ imago vtrumque Regem donatum à ſummo Domino egregiè cuſtodiuit; caprina pelle addita; quia ſimplicitas in his rebus virtute humilitatis eximium pondus habet. Si etenim pro pellibus penderent ibi peltæ, pugiones, pila, & haſtæ, vel ornamenta pretioſa, inquirentibus plus iſta ſolicitudinis inferrent, & Dauid nondum procul faciliùs capi poſſet, at ruralibus inſignibus & apparentiis non ſuperbis inſidias declinauit. Quod ibi Michol pulchra, hîc verò pulchrior Dei diſpoſuit prouidentia, quæ per Regis ſolam imáginem in abſente, eúque etiam hęrede imaginario à multis adornato, & collocato ſuper lectum Regalis dignitatis, ac per ruris vitam mitem in alio vero

1. Reg 19.13.

Imaginibus & quam friuolis res magnas Deus conſeruet.

Humilitas vt vitam imporret corporalem.

hærede

hærede, ſeruauit ſemen Regium, & procellam primam in ipſum commotam diſſipauit. Verè caſus contra fidem, ſed tamen fidem in Deum credentium & ſperantiam confirmans, atque recreans.

Procella ſecunda.

66. NOn paucæ poſt prędictam hîc poſſent numerati quæ tamen non ad me ſed ad hiſtoricos peculiares iſtarum rerum pertinent. Ego enim qui dumtaxat deuotionis ſuccũ exprimo, notiores tantùm afferam lectoribus extraneis; è quibus ſit ſecunda, zelotypia qua Dauidis ruralé quamuis vitam timentes Caſtellani, Cataloniæ belli intuitu poſt Eboræ tumultum (qui fuit primus lapis reſurrectionis Luſitaniæ) ac etiam primum annuntium commotionis ſubſequentis; vniuerſam nobilitatem, vel etiam Eccleſiaſticam quò aliam palliarent, diſtricta pœna capitis reiterata minaciſſimè vocarunt in Caſtellam. Quod redolens aſtutiam in cladem quammultorum, & omnium præcipitium, qui tam æris, quàm honoris, libertatis, atq; vitæ, impoſſibilibus diſpendiis iactatos certò certiùs ſe ipſos cꝯtuentes, pactionum Comitiorum generaliũ fide fracta grauiſſimis in rebus, ab iſta ſeſe liberos exinde iudicarunt; & quod antea nec per ſomnium (multis auſus & conatus huiuſmodi exturbantibus) in mentem veniebat, de vero Regni hærede in Regem conclamando cæperunt cogitare; & animis obfirmatis ac oculis occluſis, timoribúſq; etiam & rationibus, ac diſcurſibus omnigenis calcatis, rem tantam prouexerunt. *Clauſis etenim ex deſperatione creſcit audacia, & cum ſpei nihil eſt, ſumit arma formido: libenter cupit mori qui ſine dubio ſcit ſe eſſe moriturum*; vt aſſerit Vegetius.

Luſitaniæ contra Caſtellam inſurrectionis quænam cauſa, & prima natalitia.

Vegetius.

Semper Principibus in amplis domibus, pulſarunt animum timoris cauſæ, dicente Cordubæ Poëta tragico; in Hercule Oetęo, actu 2. in Choro,

Seneca.

Ceſpes Tyrio mollior oſtro
Solet impauidos ducere ſomnos.
Aurea rumpunt tecta quietem,
Vigilêſque trahit purpura noctes.
O ſi pateant pectora ditum,
Quantus intus ſublimes agit
Fortuna metus.

Quietis ægri Reges, & ſomni, ac iugis metus.

Nec vanè cum præmittat ibidem vir inſignis:

Tenet auratum limen Erinnys,
Et cum magna patuere fores,
Intrant fraudes, cautique doli,
Ferrúmque latent: cúmque in populos
Prodire putant, comes inuidia eſt.

Palatij fores amplæ peramplas fraudes capiunt, & mala multiformia.

Sed tamen valde malè cum dicat ipſe Auctor in Oedipo actu 3. ſolere metum fictum prodire metus veros; redire in metuentem, atque Regem cum timentium timentem conſtituere;

——— Dubia pro certis ſolent
Timere Reges. Qui pauet vanos metus
Veros fatetur. Quiſquis in culpa fuit,
Dimiſſus odit omne quod dubium putat.

In Regibus quæ mala adducat metus ni-

A *Sic odia fiunt. Odia qui nimium timet*
Regnare neſcit. Regna cuſtodit metus.

Videlicet diſcretus; non vanus, neque ſæuus hic nanque in ſe deſæuit, & docet ſæpe ſubditos, officij ſui memores, & immemores omnis generis excidij ac maleficij, ſæuire in ſuos Dominos. Ibidem dictus Seneca,

mius; & amor exceſſiuus ſeipſos conſeruandi.

Qui ſceptra duro ſæuus imperio regit,
Timet timentes: metus in auctorem redit.

Vnde & alió dicit loco, in Agamemnone actu 1.

——— Vt præcipites
Regum caſus fortuna rotat,
Metui cupiunt, metuique timent.

Quàm metus plenus metu, & ſui mei aduerſus in ſuis deſideriis.

Qui ſi volunt metu firmo & optimo timeri, amari aſſueſiant; timorem pellant eminus, amorem vocent cominus; ac violentiam in

B beneuolentiam commutent læto animo, vt viuant læti in animis amoribus pellectis, non triſtes verò in aliis terroribus perculſis, timore exagitatis. Vnde ait ipſe tragicus Caſtellæ in terra natus, & regimini nihilominus Caſtellæ tam contrarius, Thebaidis ſummo in fine.

Si regna quæris, nec poteſt ſceptro manus
Vacare ſæuo; multa quæ poſſunt peti
In orbe toto; quælibet tellus dabit.

Regnare timor neſcit, vt amor ſcit peroptimè.

Et ibi paulò infra;

——— Regna cum ſcelere, omnibus
Sunt exiliis grauiora ———
Regnare non vult, eſſe qui inuiſus timet,
Qui vult amari languida regnet manu
Inuiſa nunquam Imperia retinentur diu.

Et tandem ſic in Troade ad medium actus 2. quem referam ob doctrinam ſententiæ

C grauitatem, ac metri venuſtatem:

——— Noſcere hoc primum decet
Quid facere victor debeat, victus pati.
Violenta *nemo imperia continuit diu:*
Moderata durant; quoque fortuna altius
Euexit, ac leuauit humanas opes,
Hoc ſe magis ſupprimere felicem decet;
Variôſque caſus tremere, metuentem Deos
Nimium fauentes; magna momẽto obrui
Vinc[endo] didici. *Troia nos tumidos facit,*
Nimium ac feroces. Stamus hoc Danai loco
Vnde illa cecidit, fateor, aliquando impotens
Regno ac ſuperbus, altius memet tuli;
Sed fregit illos ſpiritus hæc, quæ dare
Potuiſſet aliis, cauſa, fortunæ fauor.

Violentum nil durabile; & quomodo ex felicitate infelicitas reſplendeat, ac optimè addiſcatur.

Agamemnonis ſunt verba iam Troia potiuntis.

67. O fauor ventus mundi non equidem tam fauens, quàm reflans tuis charis, & ip-

D ſos tunc proſternens cum ipſis ſummè arrides, & inflas latè vela nauiculæ fortunæ tendentis eo flamine velociùs in naufragiũ! Hic fauor mentem aliter acumine ſublimem, & pietate non mediocrem decepit Caſtellanam, vt cogitans ad nihilum redigere Luſitaniam, quò ex timoribus exinde ſomniatis requieſceret, hanc commouerit quietam, & armauerit incapacem ad arma capeſſenda, ac amiſerit omnino; ſicut amiſerat paulò antea Principatum Cataloniæ, & amiſit paulò poſtea Neapolim & Siciliam, quæ ad illam nunquam amplius videntur redituræ.

Fauoris quantum flamine. proſtrata ſit Caſtella.

Luſitaniam verò tantis prodigiis infelicibus pro parte Caſtellana, & felicibus pro

Luſitana, quanta 1. Enatr. inuenies deliba-ta; è quibus tantùm illud nuuc venit pondetandum, quòd eum motte trium hominum, & ex induſtria vnius ſolùm tam magna tes eſt facta; iniuria quin vel minima inflicta ſit alieui Caſtellanotum tam multorum ibidem eum incommodis noſttatium commorantium, imò potiùs datæ literæ peeuniæque paupetibus, & eomitatus tam inſignis cum vltronea dimiſſione Prineiſſæ Margatitæ; vt ſi illi elauſos oculos pro pœna non haberent, ex tam magna generoſitate confundi valde poſſent, in ingrata ignobilitate qua Eduardum Sereniſſimum Ioannis Regis fratrem poſt annos tot militiæ ſttenuiſſimè nauatæ, & de Imperio ae Caſtellano affine benemeritum, diuenditum pet vnum nec quidem magno ptetio, per alium verò emptum viliſſimo contractu, Mediolani eaptum tenent, in teſtem ſui duri, ingrati, & ſęui animi; & in ſpeeulum atque cauſam tuinæ in dies ipſos ſeueriùs oppreſſuræ; vt ad conſpectum inhumanitatis tam magnæ quęquæ alia eis aceidens humana ao leuis iudieetut.

Nobilitas Luſitaniæ & ignobilitas Caſtellæ quam magna in bellis nouiter vtrinque concertatis.

O caſus ſingulatis, vbi ſingulatis tantùm hominis exeidio tot ſunt facta, pręſertim ſi ex diametro illæ mortes eomparentur quæ in caſibus ſimilibus eontingunt frequentiſſimè! vt eontigerunt in Catalonia, Neapoli, & Sieilia. Quæ quidem ſi pendantur, ſunt longè eontra fidē, & clarè à Chtiſti manu pro Luſitanis exclauata, huiuſmodi peracta; dum manus Chtiſti pro eis pugnat in regnis tam remotis; quò caſus Portugalli motte vnica abſolutus, maneret planè vniens; & plus vnieus, quando mortes, quæ ibi erant naturalitet te bellica euentutæ, in tetras tam longinquas ſupetnaturaliter & diuinitus tranſlatæ viderentur, nec foret qui eonſpiciens tem adeo inuſitatam, & deuiam proculdubio à eutſu natutali, hanc ſanè Chriſti manui non illieo tribuerit, & palam eonſignauetit. O ſingulate Dei anſpicium! ô vnicum & eęleſte Diuinum beneficium! quo prodigium Chriſti manus à Ctuce tune exertæ tantarum rerum eauſæ non parum eonfitmatur; & ſi ita fari liceat, inferius teputabitut. Certè iſta eontra Fidem & contra ſpem tam orbis quàm hominum actualiter huic operi incumbentium longiſſimè euenerunt. Ab orbe ſanè eondito, & poſt hominum memotiam nil ita factum eernitut, quo poſſent ambæ autes tinnite toti orbi, & Caſtellanis petquam maximè, pluſquàm olim ſeni Heli à Deo minitato, niſi ſapetet ſupplicium tam eraſſa ipſotummet ſutdities, atque eęcitas: nam quid habet Heli caſus eum iſto comparatus?

Portugalli caſus nouus quamualde ſingularis, & Chriſti manufactus.

1. Reg. 3. 11.

68. Auctores cuius opetis tereenti non fuete vt affert Spondanus ad annom vitę noſtrę 1640. quo Decēbris die ptima, in Sabbatho res aecidit, ſed quadraginta circumcirca quamuis, qui cum familiaribus ad ttecentos excreſcerent, & amplius; iſti non indiſcretè familiates quiqui fuerint, ſed gnaui & plus idonei, nec ſpatio niſi bteuiſſimo ad rem getendam moniti, idque etiam rei eiuſdem ſecteto non explieito, quam ante datum tempus nullatenus nouerunt. Etſi ſaetetum non omniuo durarit ineortuptum, vt putat Spondanus, ſed iam aliquid rumoris, & faeinoris timendi pertigerit ad aures Matriti ſemper vigiles in necem Luſitaniæ. In quo Domini ptodigia nitidiùs illuceſcunt, dum ſeereto (licet eulpa quadraginta eoniuratorum nequaquam temerato) aliàs tamen diſſipato, in luee lynceis oeulis oeclaſit lucem Deus, & aures aggrauauit in ſono tam pergraui, quàm alitet acuto, ae intimè ſeindenti pręeordia Matritenſia. Res planè eontra fidem & eontra ſpem plus viridem hâc turi im machinantium. Quorum nomina hoeee loeo idoneè apponerentut, ſi boni eonſuleretur Chronologo Eucbariſtieo, qui deuotionis tantùm ergo eontingit ſęculatia, & forinſeca negotia; quare iſtud quò ad reſpectum externum tangam ſolùm, & ad medullam interiorem bteuiſſimè tranſibo.

Quot homines concurrerint ad caſum Luſitaniç, & ipſe quando actus ac etiā quo ſecreto.

Pto ptimo rei tam magnæ Auctotes tibi dando dumtaxat duos illos Ioannis, & Btigantiæ Familiæ conſanguineos; duo fulmina huius belli; duos polos huius cęli, duos oculos huius eotpotis, & duos axes huius eurrus triumphi Luſitanici; D. nempe Franciſcum de Mello Marchionem Ferrarienſem; atque Comitem Vimioſenſem D. Alfonſum de Pottugal, quibus ptimæ ſunt faeinoris tam magni deferendæ; teliqui adſunt nominati in Luſitania liberata pet Souza de Macedo initio lib. 3. qui charactetibus non nigris ſed aureis & æternis inſeribi digni ſunt in templo famæ & gloriæ audaeia compatatæ; iniuſtiot niſi liuor in iſtos concitetur, quàm in alios quos Dux magnus Alfonſus de Albuquerque, eapta io orbe Orientali Goenſi eiuitate, ptimores vellens milites contta tempotis iniutiam in lapide exarare, & eollocare in loco edito ad fores tanti oppidi; poſt lapidem exatatum, cum ipſum iam iam mænibus affigere attentaret, ab aliis eſt detentus, quos lapidis anguſtia extottes faciebat. Quo ille non turbatus, etſi dignè ptæoeeupatus, à ſe loco deſtinato, inuetſa tamen faeie, conſtituit monumentum, elogio Pſalmi addito; *Lapis quem reprobauerunt ædificantes; hic factus eſt in caput anguli.*

Qui nam fuerint ex illis præcipui & duo Maximi.

Alfonſi de Albuquerque, & militum Luſitanorum in Oriente mirum factum.

Pſal. 117. 21.

Pto ſecundo verò addendo Confeſſos & Synaxi Diuina communitos eodem die manè veniſſe ad tale opus; quo etiam Rex Ioannes ab Vlyſſipone longè abſens edulio ſe armauit; & illo contta ſpem ae fidem finem optimum impoſuere perquam fauſtè ptincipio tam diſſicili, optatis tam perarduis. Nec mitum quando hie panis ſudote eſt manducantium in Gen. initio, atque fottitet dimicantium in vetbis Regis Vatis; & ob Filium Dei quem continet auxiliatotem illotum omnium, qui ad illum deſolatione exttema ſeſe confetunt. Nam ſi olim Rex Moab cum eſſet infidelis obſidione eitcunuētus à Fidelibus Hebtęis, ab illis fuit illico teeedentibus exemptus, vbi primùm filium ſuum primogenitum poſt ſe occupaturum ſedem regni

4 Reg. 3. 27. Dei Filij Sacrificium ad ſoluendas obſidiones & afflictiones quàm per efficax.

regni ſuper muros ciuitatis in huloçauſtum Deo obtulit; quamuis huius holocauſti occ virtus agnoſcatur, nec pateat efficatia, quid magnum ſi Ioanne tot Regum ſucceſſore, & in iure ſuccendendi vnigenito exemplari, cum tot viris optimatibus, pro ſe & ſuo ſolo anguſtiis circunſepto vnigenitum Dei Filium ex corde deuouente, per eiuſdem Sacrificij virtutem liberetur, malorúmque

Caietanus.

tantorum obſidio dirumpatur. Caietanus de obſidiantibus ſic loquitur hoc loci; *Deſperauerunt de victoria aduerſus Regem munitum præſidio tanti holocauſti.* Vnde magis ſpe-

Luſitani Regni caſus initia inopinata.

tandum deſperaturos Caſtellanos de viris ſpem ſuam ponentibus in Dei Filio; quapropter contra ſpem & Fidem illorum fides; quibus Dominus *inopinata principia* longè dedit, inopinatáque & media; prout finem inopinatum miſericordia ſua dabit, & dare iam iam incipit; de inopinatis tamen hactenus initiis rei iſtius ad media veniamus; ad tertiamque procellam.

Procella tertia.

69. NOn tantùm *inopinata principia* tanto operi, ſed & *media vltra opinionem* fuere proculdubio, vt hæcce architectura in cunctis ſuis greſſibus Diuina videretur. Tam ſi ponderes illa media quæ Primores Luſitani intra ipſam Luſitaniam orditi ſunt inconcinnè, tentarúntque præpoſterè, & incongruenter ordinarunt; vbi *D. Ieſus Chriſtus* aſſertor Luſitaniæ in viſione

Inopinata longè media.

Regi primo, multa ab illis non tam adeo præuenta quàm peruerſa, & prorſus extra normam ac etiam exorbitantia, ad ordinem redegit; errata plus deformia, conſilia in ſalutaria; & plus deuias cogitationes in vias ſaluberrimas; tanquam Chriſtus & Luſitani ad inuicem certaſſent & certatim contendiſſent; illi quidem vt incompoſitè diſponerent res ſuas, Chriſtus verò vt incompoſitas eaſdem pòſt componeret; illi ſaltem inexperientia quæcunque malè & con-

Et primùm in Regno proprio.

tra ſe ipſos faciendo; Chriſtus autem transferendo in fines ſalutiferos, & in meliùs atque rectiùs diſtortè factitata; quò cauſa tota Dei fuiſſe oſtenderetur; quemadmodum cum mundum pertraxit ad ſe ipſum per homines indoctos, in cunctiſque incongruos ad talia perpetranda hoc voluit conſummare. Quo multi perſuaſi exiſtimant piiſſimè, ac etiam prudentiſſimè *Eduardi Sereniſſimi* & in cunctis rebus Martiis periti Eminentiſſimè capturam contigiſſe, ne illius dexteritati hoc cederet trophæum, ſed Chriſti ſolùm manui extentæ pro noſtratibus. Orandum erit Caſtellanis, ne Luſitani plus aberrent; nam plus Dominus in viam rectam errata illorum vertet.

Quàm ſi cogites ea media quæ extra Luſitaniam per ipſos ſunt quæſita. Nam vel iſta inquiſitioni in quodam regno facta haudquaquam reſponderunt, & ab alio non quæſito ſuſcepta ſunt ampliſſimè cum fœnore

Deinde in alienis.

maiori, & amicitia firmiori, quæ malè diſſoluetur. Vel nequaquam reſpicienda, imò

A potiùs contra noſtros reiicienda in Regno alio, ſi pace præpolleret, hac carens, atque bello ſæuiſſimo tabeſcens, indiffetens ſe habuit, & commoditates patriæ ſuæ non potuit denegare. Vel reſpecta & amplexata in alio libentiſſimè, pro ſanguinis & nominis commercio ſingulari, & tam commercij quàm rei bellicæ, & altrinſecæ proſperitatis vtilitatibus quammultis, mox mortibus aliquibus fuctuot intercepta, & mutationibus ſtatuum tam valde commutata, vt per viam naturalem arctiſſimámque viam eiuſdem prorſus ſanguinis afflarent Caſtellanis, niſi ſanguis Filij Dei pro Luſitanis oppigneratus hoc aliter diſponeret.

Quàm tandem ſi conſideres quæ in tem- B pore intermedio Caſtellani in Luſitanos aut male perfecerunt, aut facere omiſerunt, quibus tamen dum immatura negotia ſunt, ſuppreſſis, ex iis quæ fecerunt indebitè, atque peſſimè, attingam tantùm illud, cùm Marchio de los Veles Legatus Regis ſui in Curia Pontificia, cum militibus conſultò Neapoli euocatis, inuaſit duos alios à Luſitano Rege miſſos, D. Michaëlem de Portugal ex domo Vimioſenſi, & Epiſcopum Lamecenſem; nec non D. Pantaleonê Rodericum Pachequo, Eluenſem pòſt creatum, eos cogitans captiuos Neapolim transferre, prout Principem de *Sans* ex illa Sede Petri, ac Vrbe Sacratiſsima, contra Cæli & terræ iura decapitandum in ciuitatem tranſuexerat eandem alius Marchio ibi Le- C gatus, prædicti prædeceſſor. Quem tamen tot militibus ludentem de victoria fefellit ſpes vana, & maximè Dei vltio, quæ terrena deficiente ſuperbis non defecit, Bernardi S. die; anno noſtræ Redempt. 1642. in quo præfati Sacerdotes cum aliquibus ex familia Legati Gallicani D. Marchionis de Fontenay qui optimè pugnarunt, ſe recipientes in domum ſuam, ab hoſtibus petiti, potentia valde impari, impetentium magna ſtrage triumphum reportarunt, in publicáque via victores perſtiterunt. Marchio autem qui captiuos Epiſcopos optabat, ab Epiſcopis perterritus refugium fuga quæſiit, & vitam cum dedecore. Quid amplius contra Fidem, ſpem, & confidentiam nationis tam fauore quàm numero & D vicinia fauentium ſibi hominum in Curia inferioris?

Romę qualia beneficia contra Caſtellanos Luſitanis dignatus Chriſtus dare.

Obſeruatum fuit tunc nec perperam à quàmmultis plumbeos quinque Martis globulos ita fuiſſe in viæ illius impactos quendam lapidem præ aliis conſpicabilem, vt ſtemma Luſitanum quod *Quinas* vulgò dicimus retulerit omnimodè, ad quod poſtea inſpiciendum confluxit gens Romana. Nec iſta inflatis ſatis. Nam tranſactis tribus annis, Clerico alio Luſitano, tam ſenio iam confecto, quàm virtutibus ornato R. admodum P. D. Nicolao Monteiro Canonico Doctori, & pro Clero Portugallenſi ibidem res gerenti, nunc autem Portalegrenſi Epiſcopo delecto, ſuperbia repetita excidium pertentarunt. Quod tamen nec in

De ſtemmate Luſitano quid mirum in vrbe Roma.

iſto imbelli & ſatis modico Sacerdotis comitatu, Deo illum in confuſionem elationis protegente, explere potuere. Quid magia contra ſpem & fidem gentis noſtræ ? etſi valde Fidem Chriſti, ſpemque in ipſum iactam, qui ſtemma Luſitanum compoſuit, & nunc protegit, non modicè concelebtans ? En *media inopinata*; & via præparata ad vltimam procellam.

Procella quarta & vltima.

70. SEd & *finis inopinatus*; quem Chriſti ſub auſpiciis, ex caſibus duobus iam poſſumus non ſolùm feliciter ſperare, ſed ſimul & promittere, ac tutò cum fiducia Diuina promulgare.

E quibus primus fuit ſacrilegus conatus, quo hoc anno vitæ noſtræ 1647. die 20. menſis Iunij, & ex hebdomada feria 5. pompæ & feſto ſolemniſsimo Corporis Chriſti deputata; nec non etiam S. Antonij Luſitani die octaua, miſſus eſt qoidam perduellis, natione Luſitaous muneribus corruptus, ſed corruptior tanto ſcelere, & contaminatior tanto crimine, vt ipſo die Corporis Chriſti, & in ipſa illios pompa Sclopetino ſæuo ictu Ioanni Regi vitam tolleret, quod ille ex parte ſoa abſoluit tam completè, vt locatis tribus domibus contiguis, atque omnibus promiſcuè perforatis, & pariete in viam pompæ ad imponendam ferri fiſtulam ſtudioſè terebrato, ac ſecreta ſibi porta in aliam ſatis deuiam idoneè reſeruata; & equis tuto in loco, pro ſe & quodam ſocio aſtutè conſtitotis, ad oculum leuarit mortiferum inſtrumentum; & Regem ſanè ac Regnum necaret funeſtiſsimè, ni à Maieſtate ſuperiori vt ipſe faſſus eſt, non ſemel, ſed & iterum perterritus mox foret. Relatio cuius caſus breuiſsimè eſt perlata per omnē Europæ gyrum, & cum omnium admiratione perlecta, & decantata, excuſſa & diuulgata tam Romæ, qoàm Pariſiis; Pariſiis verò non ex hominis cuiuſque narratione Luſitani, ſed ex D. Lanier ab ſtatu Regis Gallici Conſiliarij præſtantiſsimi, atque viri cunctis titulis probitatis & nobilitatis patenter ornatiſsimi, nec non Legati munere in Luſitania tum fungentis, peramplis de hoc literis; quæ omnia quia excuſſa, & cunctis iam notoria, ac iterum in Enarrat. præſentis ſummo fine, pro miraculis de more affixis Euchariſticis, de caſu adeo miraculoſo elogio celeberrimo, appoſitè innouanda, & nauigatio terminanda, pro interim ſuperſedeant.

Caſtellæ contra Regem Ioannem quartum Luſitaniæ, in die Chriſti corporis inſidioſa machinatio, & miraculoſa liberatio.

D. *Lanier* teſtimoniū pro caſu recenſito.

Secundos autem nihil minùs abominandus & formidandus aduerſus Luſitaniam, quo per idem prorſus tempus per antonomaſiam viri pij Catholici vocati, pacem equidem non Catholicam ſed potiùs diabolicam iniere cum Hæreticis, profeſſoribus illius doctrinę perantiqnę Lutheri atque Caluini, omne ios quod illi dicunt in vltra marinas conquiſitiones habere Loſitanię, eiſdem dimittentes, ea lege vt ſuis claſsibus præripiant terras illas, & cooſequenter Chriſti ritibus tam doctas quam excultas adimpleant nunc hæreticis, vt & illic Religionem Catholicam deuaſtent, & in Luſitania perdant populnm meſſorem Chriſti panis, & eius zeli ac nominis laboribus tam multis, & ſanguine tam amplo per orbem totum baiulum. O facinus Catholicum! ô factum Chriſtianum! ô ſpeculum! ô exemplum ad auidè imitandum! ô vtile conſilium! ô placitum cæleſte! ſeu potiùs tam ſcelcſtum, vt neſcio quibus verbis hoc debeat exclamari; quibus lachrymis plorari; quibus cladibus puniri; quibus doloribus ſentiri; & quibus modis reparari.

Caſtellanorum quænam pax lachrymabilior eodē tempore.

71. Certè illa pax antiqua à Mauregato celebrata, & io dedecus. Hiſpanię à nemine vel hodie ſine lamentis memorata, huic ceſſit, & inferior eadem longè fuit; dum illa puellarum in numero non amplo quotannis fuit vectigal Machometi diti hoſtis ſolutum ſectatoribus; hæc autem prouinciarum in numero maiori diabolis tributum; addictum inferni furiis, vt hæreſes (ſi loquenda eſt veritas) ſunt omnes. Magna igitur procella in Luſitaniam concitata, & in totam Chriſtianitatem, ac nauem Eccleſiaſticam, his maximè temporibus iactatam tantis fluctibus; in cælumque perconſequens, quod verberat, & quatit. Vnde factum quòd quantumuis patientiſsimum ſit Cælum, impatiens in hoc fuerit, vt de Chriſto in Iulianum antiquitus eſt dictū. Nam eodem verè tempore, quo occiſio Ioann. 4. in feſto Chriſti corporis tam impiè parabatur, & pactio modo adducta procurabatur totis viribus, amiſerunt viri Hiſpani cogitationibus diſsimillibus, & paulò poſtea re & opere Neapolim ac Siciliam, & Mediolanum citò amittent, atque etiam regna Hiſpanię, vt ab aliquibus eſt dictum ſpiritu Prophetico, non tutò poſsidebunt; & fortaſsis neque in orbē Matriti ſalui erunt; iuſto tamen Dei iudicio, vt qui tantùm vere Hiſpanos putabant & fideles Hiſpanicę coronę, eos qui in meditullio illius habitabant, cæteros autem vilipendebant, & nihili æſtimabant, nunc ex Hiſpanię lato circulo vix media illius habeant. Et eodem planè die quo iſta conſcribuntur, Pariſios venit nuntium, Hęreticorum primam claſſem, virtute dictę pacis contra gentem Luſitanam iam iam vela ſoluturam, in ipſis adhuc portubus naufragium in magna parte ipſius perpuliſſe. Quibus incipient Chriſti verba prolata Alfonſo primo de Luſitania pertimere, donec tandem credant illa, & Æſopi ranę aoidę, quę crepare pluſquam creſcere inaniter optabat, cogitationibus dimiſsis, cum vicinis atque viris commercij perquam vtilis, componant firmam pacem; & libri *pierre de touche* abiiciant indecentias in Galliam & Portugalliam, ſi pro mille verbum vnum conueniat reſpondere.

Procella quanta hæc pax vel etiā tangens cęlum.

De Neapolis & Siciliæ commotionibus quid mirum.

Nam Chriſtus ille eſt, qui poſtqoam ad Samuelem de tinnitu dixit aurium; quod ſupra memoraui, adiecit rem ſequentem: *In die illa ſuſcitabo aduerſum Heli, omnia qua*

locutus

1. Reg. 3. 12.

locutus ſum ſuper domum eius; incipiam & complebo. Ille qui Alfonſo Henrico Portugalli Regi primo piiſsimè eſt profatus; *Reſpiciam & videbo*; per me nempe, non per alium, nec ſemel, ſed & iterum; ſemel quidem vt vos eripiam contra ſpem & fidem omnium à iugo Caſtellano; iterum autem vt vos extorqueam à conſiliis, etſi verè callidiſſimis, eorum; quæ vt aliud Architophel diſperdam & diſſipabo; à veſtra infirmitate, ab aduerſitatibus omnigenis; non repentè ſed pedetentim *Reſpiciam & videbo*; per principia tam inſolita; per media tam extranea, per fines tam mirandos, vt mundus obſtupeſcat. Ille qui in dicti Alfonſi generatione decima ſexta promiſit hoc facturum, atque regna deſtructurum, vt regnum Luſitanum puſillum in oſtenſionem ſuæ pietatis conſeruaret; ſic etenim dicebat in iuramento Regis Alfonſi n. 11. *Ego enim ædificator & diſſipator Imperiorum & Regnorum ſum: volo enim in te & in ſemine tuo Imperium mihi ſtabilire vt deferatur nomen meum in exteras gentes, &c.* Quæ omnia ſunt impleta. Cur ergo non ſperandum vt reliqua impleantur?

Chriſti in Regnum Luſitanum miſericordia ponderata.

2. Reg. 15. 14

A

B

Plus adhuc ponderata.

Quis vidit vnquam ſimile? Quis contra ſpem & fidem hoc crederet ante annum, cum Luſitania à generalis excludebatur pacis bono? Cùm in prædam datã iam à cunctis credebatur? Cùm imbecilliter proficientibus tot Legatis ſolertiſſimis à Luſitano regno miſſis, etſi fuerint in aliquibus humanitus excepti, ſic regna commutauit, vt ab aliquibus in Luſitaniam pro pace & confœderatione illius requirenda legationes mitti debeant? O cuncta inopinata! & contra ſpem ac fidem plus mente perſpicatiom, & etiã in Chriſti plagas vberiùs confidentiũ! Laudent illum cæli & terra, mare & omnia quæque habitant iſtorum vaſtitatem. Nam verè Chriſtus eſt qui deſtruit confidentes in virtute ſua propria, & eos qui in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur; quique etiam aſpectu ſuo veracem facit Pſaltem. *Non ſaluatur Rex per multam virtutem, & gigas non ſaluabitur in multitudine virtutis tuæ. Fallax equus ad ſalutem; in abundantia autem virtutis ſuæ non ſaluabitur;* dum adiicit poſt iſta; *Ecce oculi Domini ſuper metuentes eum; & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius.* Et verum facit etiam Habacutij Vaticinium; *Aſpexit & diſſoluit gentes, & contriti ſunt montes ſæculi*; cum multis aliis eiuſdem Cantici, quod vſque ad finem ſuom de promiſſione Chriſti fixa in Luſitaniæ Regem primum facillimè explicabis.

Pſal. 32. 16. 17. 18.

Habacut. 3. 6

C

D

72. Quæ quidem licet ſint *inopinata* & remotiſſima ab hominum intellectu, à ratione non ſunt deuia; poſtquam Caſtella in ſolemnitate Chriſti corporis occidere Luſitaniæ Regem voluit, & pacem aduerſus illum, in prouinciarum tot perniciem quò ad veram vitam Fidei, cum Fidei contemptoribus iniuriam tandem fecit. Nam ſi ipſe Filius Dei ob ſui Corporis Sacramenti inſignem reuerentiam ab Auſtriaca familia exhibitam aliquando, in eam dilatandam

Per Eucharistiam domus Auſtriæ erecta atq; deiecta.

A

ſe verè oppigneraſſe perſpicuè cernebatur, poſt irreuerentiam nil minorem à pignore ſolutus remanſit proculdubio, donec à crimine reſipiſcant, & aliarum dominationum quæ Chriſto latè patent, capaces ſe conſtituant. Quod in prima Enarratione cum auctoribus iam aliquot, vt proteſtatus illic fui, ſcribere non valui, nec etiam viris talibus completam fidem dare: at hodie vice verſa poſt talem caſum nequeo contrarium non vulgare. Et quidem ſi tot orbes à Chriſto eripiebant, quid mirùm ſi ab illis eripiat Chriſtus regna?

B

Etſi regni Neapolitani diuiſio à Caſtellanis referri poſſit aliis delictis ibi geſtis, quę iuſtè hoc poſtulabant; nam Eccleſiæ libertatis pro freno tale regnũ ſeruierat eiſdem, in omnibus quæ Romæ cum virium vicinatum fiducia ſæpe ſæpius, vt Principis de *Sans* captura iniqua & tetra, pro libito patrarunt. In quem numerum redigitur direptio illius Vrbis, quam igni, ferro, & raptui, expiatio nondum ſcelere, tradiderant ſub Carolo; quod in quarta generatione ſecundum Dei Oracula (ſicut etiam valde immanius, vt fuit & piaculum, in Anglia quoque viſitur) nunc luitur, & plectitur. Iuſtum enim vt qui Eccleſiæ abripiebant libertatem, amittant eam ibi delicti in ipſo loco. Et reuera multæ coronæ Eccleſiæ venuſtati & libertati nimis ſeruiunt, vt coronarum multitudine excelſiùs decoretur, iuuetúrque ab vnis, dum aliæ contradixerint; & vnius amplitudine plus iuſto non grauetur, ſubiiciatur, & arctetur, in electionibus, & iuriſdictionis ac dignitatis miniſterio; non autem ſeruiat vllo modo coronis ſæcularibus, cui coronæ ſæculares tenentur famulari.

Neapolitani Regni diuiſio à regno Caſtellano accommoda quæ cauſa.

Multæ coronę in Dei Eccleſia vt illi ſint petuntes.

C

Vlteriùs quòd ad Regna in genere amittenda, ſufficiens cauſa fuerit ambitio qua in Africa noluerunt Regnũ condere ſub Principe digniſſimo, ex quo Chriſti magna commoda contingerent ouili; & alios magnos Principes ditatos magnis dotibus, ac ſibi propinquiſsimos, eodem malo intuitu à viuis ſuſtuliſſe eſt fama funeſtiſsima; funeſtum nanque valde in pace belli ſanguinem profundere, & cruorem in balteo domi ponere, vt inquit Sacra pagina, Et cantor Mantuanus in ſummo Æneidos fine, cum Æneas ad miſericordiam iã penè victi hoſtis præcibus flexus, & propenſus in humeris eius viſo balteo, quem Pallanti puero occiſo detraxerat Rex Turnus, repentè accenſus ira, gladio per pectus adacto, eundem vita ſpoliauit. Nec quidem talis fama auctoribus orbata, pro quibus vnus ſatis D. Didacus de Saauedra Emblem. 99. in Principis Idea; tum quia Scriptor optimus, tum quia Regis ſui Miniſter ſelectiſsimus. Licet enim dominandi cupido ſit conſortij omnimodi aliena, vt plaxit in principio Pharſaliæ mens Lucani;

Aliorum verò regnorum a Caſtellano deſciſcentium quæ cauſa dari poſſit.

3 Reg. 2. 5.

D

Virgilius.

D. Saauedra.

Nulla fides Regni ſocijs, omniſque poteſtas
Impatiens conſortis erit. ———

Non tollit id peccatum commiſſum in conſanguineos, ſupplicium vé illius, ab illis

Lucanus lib. 1 Ambitio non vult ſocios.

Gen. 42. 21.

bene agnitum, qui ita ſe plangebant; *Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratres noſtros, videntes anguſtias animarum illorum, dum deprecarentur nos, & non audiuimus. Idcirco venit ſuper nos iſta tribulatio.*

Eduardi Luſitaniæ infantis innocentia, ac etiam illius Regni.

73. Principibus præ quibus ſupplicij tanti cauſa eſt primus Eduardus, ab ipſis fœdè emptus, retentus verò fœdiùs, poſt multa eaque fortia ſeruitia militaria Auſtriacis impenſa; qui ſi criminis foret conſcius non eſſet captus hodie; ſi crimen eſſe poſſet, quod pro anima atque vita, & defenſione naturali peractum fuit ſanè, & celeritate cum tam magna, vt non potuerit tantus Princeps de factione præmoneri, quod innocentiam vtraque ex parte teſtatur maximopere. Quid ampliùs Conradino iniuſtiùs fuit olim totius orbis ira, & lachrymis obortis Neapoli peractum? Maior datur in hoc caſu ſæuitia & iniuſtitia, vt patet euoluentibus hiſtorias Europæas.

Matt. 21. 38.

Sed tandem cauſa maxima, affectus & ſtudium, quo ſemper intenderunt Brigantinam domũ tollere, & dicere intra ſe quod vineæ locatores, *Hic eſt hæres venite, occidamus eum; & habebimus hæreditatem eius.* Nam & vinea Portugalli plantata & turri excelſa ędificata fuit certè ab ipſo Filio Dei, cum apparens Regi primo ei dedit celſitudinem tum Regni tum ſtemmatis tam altum, vt ipſum Chriſtum contigerit in plagis. Et iſtam vineam poſtea, iudicij ſui viis inſcrutabilibus hominibus, pro tempore non pro ſemper, locauit Caſtellanis; & peregrè eſt profectus; cum oculos à Luſitania deduceos aliquantulum, eam voluit attenuari incommodis non paucis, & probare per id tempus in camino felicitatis virtutem locatorum. Qui tamen gratitudinis fructus Deo pergratiſſimos, & dulcitudinis in ſubditos obtemperantes perquàm optimè, haudquaquam reddiderunt; ſed potiùs ipſos ſeruos tam ſuos quàm Dei ſui, & pro fructibus accipiendis ab eo occultè miſſos, apprehenderunt, ceciderunt, occiderunt, lapidauerunt per vices repetitas, ſuperiùs indicatas; donec tandem multis aliis inſultibus relictis, directis in hæredem ab ipſo Deo miſſum, ſingulari cum ſtudio, occaſione Catalonica vocantes eum illuc, terribiliſſimis indiciis dixerunt ſatis clarè; *Hic eſt hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius*; & veraciter voluntatis phalarica occiderunt.

Luſitaniæ quantùm vineæ parabola ſit apta.

Quo viſo Pater inclytus fundator talis vineæ malè perdidit, vt decebat, ingratos, locatores, *& vineam ſuam locauit aliis agricolis, qui reddent ei fructum temporibus ſuis.* En vineam iuſtè ablatam. En aliis iuſtè traditam. En progeniem locatorum in ſuiſmet ſæuitiis perſpicuè caſtigatam. Nam dum multos occiderunt in alueo Tagi fluminis, vt dixi cum Cabrera, pacatiùs Moyſes paruulus in amne tam ſanguifluo incolumis euaſit. Dum frater eius fuit diuenditus & captiuus perductus in Italiam; fratres hoſtium, vxores, filij hæredéſque ipſorum ceſſerunt mortis laqueis, & vinculis extremis. Dum Legati ſunt inuaſi Romana in ciuitate, Legatio eſt confirmata, & cæli & iure gladij, ac ſuperioritatis & poſſeſſionis in ipſo mundi capite, ab illo die ſumptæ. Et dum hæredem longè à Regno extrahere tentarunt ei Regnum tradidere. Inopinatus planè finis; & finis procellarum; à quibus mihi ægris & turbulentis naturaliter, ad ſerenitates veniamus.

Luſitaniæ quantùm ceſſerint vexationes Caſtellanæ.

Serenitas prima.

74. RAtiones iſtæ ſunt ad pacem cum nationibus duabus tã egregiis Europæ componendam. Quæ quidem vt tam perutiles pro tota Dei Eccleſia, pro Euchariſtiæ famulatu, pro animarum ſoſpitate & pro virtutum feracitate, libentius à Lectoribus hauddubiè ſumi debent; ſcribi à me iucundiùs; vt eloquentia tam vehementi deberent proclamari, quòd tandem lætum effectum citiſsimè obtinerent. Sed faxit Euchariſtiæ Diuinæ pacis Symbolum, quod facere ego nequeo; & talia Verbum Dei dignetur mihi verba illorum egeno dare, vt ſicut omne datum optimum à Patre luminum deſcendit, ſic ab eo datum iſtud illuminet obcæcatos quoſcunque in repræſenti, & frigidos ſui amoris calore calefaciat; vt illuminati & calefacti hoc videant, atque velint, hoc cernant claris oculis, hoc capiant plenis cordibus.

Caſtellani ad pacem omnium, & Luſitanorũ compellati.

Qua in re primum principium & baſim puto illam, qua fortaſsis ignorantiæ peccata ſunt hæc omnia, quibus clades Caſtellanis tam plurimę & tam maximę hoc tempore acciderunt; ob quæ vtique debemus orationem ad Deum fundere, quam Chriſtus ſuper Crucem pro neſciis occiſoribus profudit ante reliqua. Sunt enim in magnis cauſis, intereſsia (vt vulgò dicitur expreſſiùs quàm Latinè) permagna, & conſequenter permagnæ affectiones; at in magnis affectionibus deceptiones nil minores, & in deceptionibus excuſationes ad crimina eluenda, ad veniam promerendam, & ad viam ſalutarem in rebus deſperatis non ſolùm inſpiciendam, ſed etiam arripiendam, ſectandam, & proſequendam. Ergo à vobis nobilitatem tam magni ſemper habitam (ô nobiles, deuotos, & fortes Caſtellanos) huc vos decet collimare, zelum illum honoris Dei in vobis tam conſpicuum, feruenter applicare; Catholici cognominis boatum tam diſperſum, huic operi colligere, & obligatione duplicata, tam corporis quam animæ, & animæ præſertim ac nominis Chriſtiani intendere & dirigere. Strenuitatem veſtram maximam reducere in hoc opus; nam ſtrenuitas & fortitudo videntur in aduerſis, vt Silius benè dixit;

Initia ad tantũ opus.

Patientia aduerſitates miteſcunt, & feruntur.

Explorant aduerſa viros, perque aſpera duro
Nititur ad laudem virtus interrita cliuo.

Silius Italicus lib. 4.

Nimirum leuia per patientiam efficiendo dura quæque, vt cecinit Horatius lib. 1. Ode 24.

— Sed leuius fit patientia,
Quidquid corrigere eſt nefas.

Horatius.

Quod

Quod Seneca cognoſcens in Troade profatur actu 2. ad med.

Seneca.

Quod plara poſsis, plura patienter feras. Nedum cum non poſſitis aduerſitatibus obuiare. Et mentem veſtram inclytam perſpicuitate vbique notam, vt redeamus ad pręcedentia, in pacem totam flectere; nam dociles & docti mouentur rationibus & illis inſtruuntur, ac plurimum proficiunt, vt duri & ignorantes dum iugiter obdureſcũt, merguntur in inſanias, & penitus tabeſcunt. Quæ enim maior tabes quàm penitus conſumi, & nihilominus pręſumere ſuperbia ingentiori, vt Laynizius veſter docet, hîc malus concionator; qui in pręſenti calamitate in anteloquio ad Ioſeph librum, vanitate pluſquam ludicra, *Reginam mundi, & Dominam gentiam* Hiſpaniam veſtiam vocat, cum tamen parte ex magna hec illa veſtra ſit, nec reliquum tam florens, vt maximè non marceat, & moueat ad lamenta, vel etiam veſtros hoſtes; qui oculis Chriſtianis, & ab affectibus ſemotis, exoptant veſtrum bonum.

Conſumi, atque præſumere quã magna ſit inſania.

Quare ad pacis ſerenitatem ſit omnium prima ratio, quod debet primũ eſſe in cunctis Chriſtianis; obtemperatio nempe ſumma Diuinæ voluntati, & conformatio cum Dei placitis; in quo, calculo vniuerſorum, vos patulè peccatis, mei fratres Caſtellani, de quibus euulgatur non velle cum Dei vnquam conformari voluntate, ſed cum veſtra potius Deum per omnia conformari, & ipſum trahi ad veſtrum, non vos ad eius placitum; ſeu quod in idem recidit, ſub nomine Catholico multa facere non Catholica, & ſub nomine pietatis vos impia multa agere. Hoc autem non eſt vos cum Deo conformari, ſed magis Deum vobiſcum; quod abominabile quàm ſit non poteſt verbis exprimi. Si autem cedere temporibus, eſt maxima prudentia, quid erit cedere factori, tam temporum, quàm hominum. Et ſi omnium obedientiam præ cunctis nationibus vos vnicè affectatis, cur non Deo obediendum præ cunctis vobis erit? Vtile quidem ſi obediatis; vtiliùs verò ſi & Chriſto criſtas veſtræ pręſumptionis profundè ſubmittatis; at vtiliſſimum, ſi ei gratias ob mala decantetis. Hæc enim tam condigna; notoria, & neceſſaria, vt ideo in eis probandis nil temporis inſumam.

Prima ratio ad dictam pacem ex conformitate cum Dei placitis.

Serenitas ſecunda.

75. HIſce ad animæ vtilitatem attinentibus pręmiſſis, ex infortunati belli cladibus, & calamitatibus quamplurimis, plus eadem ſerenitas affulget intellectui. Semper enim Caſtellanis infauſtum bellum fuit cum gente Luſitana; non equidem quod illi ſtrenui non exiſtant; ſed quod nihil in hac vita ſine aliquo pręddominante verſetur aduerſario: hoc autem fuit ſemper Portugallum Regnum modicum Caſtellæ magnitudini, quò magis his temporibus quibus iterum ad Caſtellam vindictæ illius metu, innatæque ſęuitiæ, redeundi non eſt locus; ſed potiùs reſpiciendi ſententiam Saluatoris, *Omne Regnum in ſe ipſum diuiſum deſolabitur*; vt diuiſione non admiſſa non deſoletur Luſitanum; imò ob multa quæ non deſunt concordiæ incitamenta, in horas roboretur; & firmius ſeſe habeat. Vlteriùs quòd Caſtellani in bello Luſitano requirũt alienum, & Luſitani e regionè defendunt ſolum proprium, à Mauris per ſe ipſos, non per alios vindicatum; à Chriſto confirmatum, & his omnibus tam piè fundatum & inſtitutum, vt in mundo nullum bellum plus impium dari poſſit, tanquam inter viros pios, vicinos, & affines, ac Religionis tutelares; ob quæ forſan ſemper belli huiuſmodi attentatio auctores ferri iniuſti euaginatores vulnerauit. Mittamus eſſe bellum in viſceribus Hiſpaniæ, funeſtius hac de cauſa, & nunquam deſerendum ab eius aduerſariis; quare illi qui incubuerint, incumbent neci ſuæ miſeriis ſummis editæ.

Secunda ex calamitatibus infauſti belli viris ex Regno Caſtellano.

Luc. 11. 17.

Caſtellanis Luſitanicũ in faſtum quantùm bellum.

Serenitas tertia.

76. HÆc ex pace fortunata cum Luſitanis illuceſcit. Nam commercium & communicatio vtriuſque nationis perutilia viris ſunt inferioris qualitatis; ſuperioris verò multò vtiliora & meliora; quia in Hiſpania ſegna habent quò Regum poſſint iram ſuorum declinare; proindéque tam iura, quàm priuilegia & immunitates auitas conſeruare; quibus regno in ſingulari euaſio nulla datur; neque locus cum oportuerit pro vita ſoſpitanda. Quæ omnia ſcio illis incognita non eſſe, ita vt aliquos in Palatio Eſcurialis pœnituerit, de Sebaſtiani Regis morte, allato primo nuntio, eò quòd iſta ſubterfugia eis erant intercluſa. Faxit pacis ſummus auctor, vt ſicut hæcce veritas agnoſcitur ab illis, ſic pariter quęratur. Supremis verò & Regibus, quia connubia tunc habebunt ſalubriora quàm externa; quæ ex fœminis vicinis, atque morum cognitorum, incognitis & longinquis pręppollent naturaliter; ac nimiùm præferuntur. Quo loci non relinquam Cabreræ teſtimonium in Principum fœminarum ex Regia Luſitana præconium non vulgare, qui in ſuo Philippo a. lib. 13. cap. 6. agens vtrum decens fuerit D. Catharinæ Brigantinæ filiam dari in matrimonium Philippi primogenito, nonnulla mica ſalis coniecta in Luſitanos, in iſtum modum loquitur: *Bien era verdad, eſtaba el mundo tan falto de Princeſas, que quando ſu Alteza vbieſſe de caſar con hija de ſu vaſallo, ſiempre ſe debrian admitir las Portuguezas; por auer dado ala Chriſtiandad valeroſos y prouechoſos Principes, que entonces eſtaba logrando.* Vnde conſtat magnorum Principum ſeminaria fuiſſe optima in regnis Chriſtianis connubia Luſitana.

Tertia ex pace fortunata, ab amicitia, & commoditatibus quàm multis Luſitanis.

Cabrera de Cordoua.

Matronatum domus Regiæ Luſitaniæ laus mirabilis, videlicet quòd aptæ exiſtãt naturaliter, vt matres ſint & arbores eximiorum filiorum.

Adde regnum Caſtellanum ex æmulatione cum Luſitano ad magna concitari, quæ æmulatione deficiente deficiunt quæque regna, vt viſum Romæ fuit, quæ Carthagine ſublata depreſſa eſt ſuo pondere, deiecta ſuo augmento, & mortua peſte propria; nec mi-

nus in Hiſpania, quæ Portugallum conſequuta mox cecidit ex culmine maiotis ſuæ gloriæ, & in gloriis occupationibus aperuit venam vitæ, ac morti latam pottam. Quarc ſicut Romanorum non defuere qui Carthaginis ſe oppoſuerint ruinæ, ſic quiqui bene ſenſerint ex ipſis Caſtellanis, opponent ſe conatibus aduerſus Luſitanos; cum redeant tam funeſtè io regna Caſtellana.

Æmulatio quantùm proſit hominibus & Regnis.

Cæterùm regnum Luſitaoum extentum iuxta mare defendit Caſtellanum, inuiſum ferè omnibus externis nationibus, & mare mundum reddit ab infidis piratis, in alterum eius commodum, qui etem, & fruitionem diuitiarum regni ſui, & ſui noui orbis.

At poſtremò quàm ſyncera & fortunata Caſtellę fuerit amicitia Luſitana, ea duobus ſaltem caſibus in remporibus valde diſſitis, eſt mundo per quàm notum. Tum quando Alfonſus quartus tranſiuit perſonaliter ad Regnum Caſtellanum, vt vndecimo Caſtellanorum Alfonſo genero ſuo à Marrochienſi & Granatenſi immenſis ferè copiis petito & coarctato, ſuppetias miniſtraret; quod fecit ſic ſtrenuè vt aduerſus Caſtellanorum ſuffragium, iam de pace & ea parum honeſta, cum Mauris agitantium, & pugnam reſerauerit, & ita moa pugnauerit, vt deuicto Rege altero in æmulum ſibi datum; in alterum ſe contulerit, cum Caſtellanis Marte adhuc incerto pręliantem, quem protinus fregeruot; quin ſpoliis ea ditiſſimis oblatis ipſi omnibus, elegerit niſi tantùm Maurum Principem Abohamum, quem vltro pòſt remiſit contempto ingenti pretio; volens inſuper vt ve a illorum & captiuorum pars idonea tranſmitteretur ad Pontificem tenentem Petri ſedem. Quod prælium fuit habitum ad margines Saladi, & ea parte Alfonſi quarti ſub ſigno & fruſto Crucis ipſius Redemptoris mirabiliter obtentum; quæ Reliquia prope Serpam in oppido *Vera Crux* ſeruatur magno cultu. Tum quando Ioanne 3. tegnante in Luſitania, ſub auſpiciis fratris ſoi Infantis Ludouici, Imperatori Carolo V. Luſitanorũ duo millia cum nauigiis 24. diuerſæ magnitudinis ſunt militum donata; maius aotem tam peringens, vt ducentis ſit ahænis tormentis adornatum, & ære tam roſtratum, vt ferrea Tunetana diruperit repagula, & ipſum in cauſa fuerit, quò Tunetum perquamfacile Maurorum cum vâſtiſſimo cacidio caperetur. Exceptis multis caſibus, quos apud Souza de Macedo in Floribus Hiſpaniæ cap. 16. Eacell. 1. videre in fine eſt. En qualia cum Portugallo Caſtellæ pacis commoda.

Luſitanorum Caſtellanis auxilium quàm perutile, ad pugnam Saladinam.

Ipſorum quæ ſuppetię pro claſſe Caſtellana in expeditione Tunetana.

Souza de Macedo.

Serenitas quarta.

77. EX impoſſibilitate rei alterius bæc micat magnis radiis, & pellit quæque nubila, Caſtellanorum pro affectibos, oppoſita in contrarium. Qoantùm enim Monarchiam plus illi ſuam celebrant, & in magnitudine cum Romana vel æquant, vel eatendunt, tantùm amplius ſi aduerterint, quò iterũ reſurgat, ei denegant remedium.

Quarta verò ea impoſſibilitate alterius rei agendæ.

Nam Monarchia ſemel ruens (quod ponderent maturè politici aduerſarij) nunquam iterum ad decorem antiquũ reparator; imò quantò reparationes adhibentur plures lapſui, & moli corruenti, ruinæ tantò plures & triſtiores duplicantur. Quemadmodum ſi turri ingenti collabenti fulcra inferiùs ſupponantur; fulcra etenim confringentur, & ſonitus atque clades collapſus maioc erit.

Monarchia ſemel ruens cur iterum non reſurgat.

Præterea quòd iam mundus non eſt io eo ſtatu, vt ad monarchiam valde amplam intra limites Europæ, quò magis totius Europæ (vt Philippo ſub 2. & ciuilis belli tempore in Regno Gallicano, inflatione ſuę mentis cogitauerunt Caſtellani) quis poſſit aſpirare; ob arcium multitudinem, & nimiã fortitudinem; diſtinctionẽ nationum, & harũm magnum odium, cum agitur de regimine miſcendo & confundendo. Exemplum vobis ſit Dux vltimus Burgundiæ, qui certans in potentia cum Regibus maioribus, & forſan eos ſuperans, dilatare ſe plus volens, quàm conſeruare quod habebat, & vitam & regna perdidit, antiqoiſſimámque domum præ cunctis Chriſtianis in prędam multis dedit. Videator de hoc Cominius, & Vittianus illuſtrator; at de Regibus in communi Poëta tragicus in Octæo.

In Europa cur Monarchia non poſſit eſſe vaſta.

Burgundiæ domusquare ingenti lapſu cecidit.

Medium cæli dum ſulcat iter
Tenuit latas Dædalus oras,
Nulliqne dedit nomina ponto.
Sed dum volucres vincere veras
Icarus audet, patriáſque puer
Deſpicit alas, Phœbóque volat
Proximus ipſi, dedit ignoto
Nomina Ponto.

Seneca actu 2.

Extrema extremam cladem importãt ſemper Regnis.

Inſana & longè neſcia opinio quęque alia. Imperia ſanè ortum interitúmque habent, & lapſum formidandum, vt omnia naturalia; ſed lapſum ea altitudine in gradu excelſiori, & mortem ea malis morbis quos bona ſecum generant, quos proſpera introducunt in viſcera Regnorum; quod noſcens ſic Propertius canebat lib. 3.

Imperia mortem habent, & vnde hæc ipſis veniat.

Proloquar, atq; vtinã patriæ ſim vanus aruſpex
Frangitur ipſa ſuis Roma ſuperba bonis.

Propertius.

Ergo Regna, & altitudo, ſuperbiáque cum neutiquam deficiant Caſtellanis, non putent ſurrecturos ad priſtinam amplitudinem. Sed timeant, ne ruina eò in ipſis maior ſit, quò vtique eſt ſuperbia; etſi D. Saauedra in Principis Idea Emblem. 81. hanc velit colorare. Imò comparent ea ea prouentum quod Hietooymus in Romanis ſuo tempore labentibus plurabat; *Romanus orbis ruit; & tamen ceruix noſtra indomita non flectitur.* Præſertim cum ob ſuperbiam, ne eleuentur corda Regum, vel æſtiment ſe Deos, Deus ſępe mutet Regna; vt habetuc in Iudith cap. 1. n. 7. & Dani. 5. n. 20. ac cap. 4. n. 22. cum aliis multis locis.

Saauedra.

S. Hieronymus.

Serenitas quinta.

78. EX Europæ dignitate, ob benignitatem qua Deus regna illius intuetur, & moderatur aucupata hęc lucet tranquilliſſimè;

Quinta ex Europæ dignitate.

liſſimè; tanti enim Regna Europæ Deus æſtimat præ aliis, vt in bellis à tot ſęculis, & inæqualitate ſæpeſępius quammaxima conſertis, nunquam illorũ eommixtionem & confuſiooem tolerauerit, quaſi reputans hęc digna imperiis ſingularibus, & quòd ſingulariter ſe regant ab aliis ſeparata. Imò oculis ipſorum hoe iodicans & ioferens, non debere ſuper alia Cbriſtiaoorom ſe ex-reodere, ſed ſuper Paganorum, & ioimieorum Chriſti nominis id optime eis lieere; ae inſuper decere. Quandoqnidem ſieut regna Chriſtianorum Cbriſtiani non poſſunt conſeruare, ſic eeontrà Paganorum tam optimè eonſeruant, vt quæ viri Luſitaoi ab illis vindicarunt, retineant vſqne hodie in lariſſimis ptouineiis, & ſęuiſſimis eum hoſtibus, Mauris, Toteis, Perſis Genizariis, & aliis ſatis efferis, dominio ferè incolumi; Caſtellani eodem modo io oris Afrieanis, nam inimiei Mexieani ſunt valde inferiores. Et Galli eonſimiliter in cooquiſitione Ieroſolimitana, qnam diu poſſederunt, nee amiſerunt niſi diſeordiis acerrimè inteſtiois, & ſimultatibus acerbis; ae præterea vt ego puto ob multa Dei iudicia, quibus potiùs illa loea tantopere Sacrata meliùs ſunt ob reuerentiam ae cultum eelſioté, ſub infidelium, atque gementium Fidelium poteſtate, quàm ſub tripudiantium & eollætaotium, & ſub Iudæis ibi ſubditis Turcarum duro Imperio, quàm Chriſtianorum dulci & miti, queis regnantibus ipſi illie eontumelioſioxes valde forent.

Europæ eur non confundi Deus regna patiatur.

Chriſtiani in Chriſtianacur regna non præualeant, in iofidelia verò eeontrà.

Iuuatur hoc iodieiom & vrgens eoniectura ex alia notandiſſima, qua non ſolùm Deus non ſinit Chriſtiana ſuper Chriſtiana durare mulrum regna; ſed eis his negatis conceſſit alia multa latiora & meliora in terris Infidelium; Luſitanis ab Oriente & Oeeidente regna ranta; Caſtellanis ad Occidentem tam multa in bino mari Septentrionis atque Auſtri; Gallis ſuam nouam Galliam; Anglis ſuam nouam Angliam; & tandem ſolis Chriſtianis non Chriſtianorum regna tot, vt Chriſtiani hoc monefacti & qoaſi manuducti, relinquerent ioter ſe inuiſa Deo bella; & purgato Chriſti nomine ab omoi erroris maeula, ac hæreſis nidore, boc barbaris illis gentibua inferrent magno animo, & labori indeſineoti, ac mundo cultu inueherent.

Cur regnis tantũ Chriſtianis non Chriſtiana Deus concedat.

79. Quomodo ergo Caſtellani in ſanam mentem redditi, tentabunt regnum iterum tam pium & Chriſtianum agminibus vexaxe, & contra Dei indicia tam clara conflictare? Præſertim, cum non nouum Cbriſtianis ſir Principibus ex limitibus regoorum ſoorum multa & magna haudqoaquam poſſidere. Nee enim multa Pontifex relicta à Conſtantino oune obtinet, vel vnquam, vt benè credi poteſt ex ipſo rerum ſtatu, & politieorum zelotypia, in poſterum obtioebit. Nee Gallos multa Gallica; maximè aotem ſi fines Galliæ antiquæ inſpiciantur; quibus omiſſis nondum poſſidet ni tantùm iure belli ex contomacia Dueis Caroli, ſtatum Lotharingiæ, qoæ pace conſummata manebit ſuo Domino. Nec diuitem & pernobilem Comitatum Auenionis, cum ipſa ciuitate, ex Galliæ primis vrbibus. Nec Principatum Arauſienſem, nec inſupes quod in Francia vocatur tanrùm Francia, & rotius regni oomeo retinuit ſibi ſoli, qualis eſt *Francia Comitatus*, vulgò vocata *Franche Conté*, ſeu Comitatus Burgundienſis, quem poſſident Hiſpani.

Regna propria vt nullus Principum poſſideat vniuerſa ex cunctis Chriſtianis.

Neque regnum quondam à Deo præ omnibus dilectum, mutationibus & diuiſionibus prædictis in ſe earuit, ſed potiùs abundaoit, mutationem ſuſtinendo (& fine infelieiſſimo) in ipſo primo Rege electo per Dei calculum, ae per eum eollocato in ſolio Maieſtatis; & diuiſionẽ eamque maximam in tertio potentiſſimo, ſapientiſſimo, ac Deo ipſi dilectiſſimo in principio. Quare vanus erit tumor nationis Caſtellanæ, inaniſque conatus, & recidens in ipſos, ſi regnum nunquam ſuum iuridicè atque verè hęredi illius nolint, vt debent, reſtituere, nec diuidi in Hiſpaniæ dominio voiuerſali; cum tamen inter omnes Europæ Principatus, hęc plurium populorum eandem conquirentium, & ipſi imperitantium mutationibus ſit celebris; ſicot canit & aduertit eximius præ Poëtis vulgaribus Camoëns, lib. 3. Oct. 17.

Caſtellanis quæ ambitio & amor dominandi, præ omnibus mortalibus.

Camoëns.

Eis aqui ſe deſcobre a nobre Heſpanha
Como cabeca alli de Europa toda,
Em cuio ſenhorio & gloria eſtranha
Tantas voltas tem dado a fatal roda.

Et etiam eom Deus regna det illis quibus vult, Dani. cap. 4. n. 22. quantò magis Portugallenſe, quod tantis eum prodigiis, antiquitus, & nune Dynaſtis propriis dedit. Quamobrem prægrauatur à manu Chriſti Dom. ambitio Caſtellaoa; quia nullo modo vult dimittere eius populum, ab ipſo ſuis plagis ſignatum & confirmatum, niſi vt olim Rex Ægypti in manu valde graui. Quæ grauitas iam illa Ægyptia maior eſt, dum ſumma Ægypti plaga inuaſit domum Regiam, & tulit primogenitum; quæ hodie nimis auctior, ae patet iotuentibus, vt auctior eſt dutities dimiſſionis reeuſatæ. Quocirca non addubito, ſed potiùs eis formido, in poſterum eſſe plagis maioribus plectendos. Nam hoc ipſum ante ſex menſes, quando Enarratio noſtra prima compreſſa prælo fuit, io ea formidaueram, vt ibi iouenietur tum n. 115. tum aliis cireumcirca, & tam magnæ poſt id tempus nouitates ſunt exortæ Italicis in regnis, vt neque mihi timor ille inſcitiæ poſſit tribui, nec ego non maiores in Caſtellanos pertimeſcere, quos diligo ſyneerè, & quos tota ſyneeritsta ob rotius Chriſtianitatis, & ſui, ae noſtri commodum, ad paeis vellem glutioum venire lubentiſſimè, non autem cum tot eladibus reſiſtere huieee booo.

Dani. 4. 22.

Exod. 7. 14. 3. 19. 6. 1.

Exod. 11. 5.

Caſtellani cur per manum Diuinam humiliati, & illa prægrauati.

80. Quæ pax ſi celebretur, tranquillitatis Chriſtianæ videtur fore luerum & vineulom perpetuum; ex eo quia ſicut per lineam fœmininam eſt Regni Caſtellani, ſic Regni Gallicaoi per lineam maſculinam colonia eſt Portugallum. Quare ſicuti eum Gallia ligamur manu dextra, ſic ſiniſtra

Luſitani quantùm proſint ad pacem vniuerſalem.

Caſtellani nobiſcum colligari dictamine naturæ hauddubiè ſuadentur, docentur, conſtringuntur. Qua via in medio nos illorum, ſemper bellis ardentium, conſiſtentes, eſſemus ipſis medium perpetuæ conſonantiæ, ad quam corpore atque animo tunc omnes ſaltaremus, de mutuis & alternis proſperitatibus gaudentes, ac choros facientes; quo perpes in Europa ſecuritas daretur, & Eccleſiæ Chriſtianæ aduerſarij turbarentur, ac etiam contrimiſcerent, & breui contabeſcerent. O vtinam peccata, & maximè illa duo ambitionis & tumoris obcæcautia naturaliter, nequaquam nobis claudant ad hoc dijudicaudum, excelſæ mentia oculos.

Tunc enim claro obtutu & fiducia cum oblonga ſereniıatem contuebimur, tellurem vbique fertilem & Cereęe abuudantem, arari quoſque agros, veſtiri nunc arboribus orbatos quoſuis campos, relinqui apertos fluuios, & placidos manare ad commoda Europæa; vias facilè atque tutò à cunctis frequentari, & teri à mescatoribus, commerciiſque ditati prouincias vniuerſas; mundari quæque maria à perfidis piratis, ſulcari quouis tempore, tranquillaque & lactea mitandum in modum reddi; fugari triſtes nubes calamitatum tam multarum; carere ventis aërem inſanis & furentibus; & auream ſolùm auram aſpirationémque vitalem per gratam & genialem à Zephyris & Fauoniis fauentibus ſufflari; videri cęlum ſudum, & ſydera bonorum in claritate ſua tota iucundè promicare; indulgentiaque perpetua & vt dicitur plenaria lucere cæli faciem, nitere argentum Lunæ, fulgere Solis aurum, & iubar vitæ gaudium, ac auri & omnis pretij terreni verè baiulum; tandémque cęlo terram oſtendi, & æquè cęlũ terris; ſeu cæleſtem miſericordiã in mundum deriuari, & mundum ferri in cælum; tam pace bina & vera, quàm Dei amore, & hominum.

Vniuerſalis pacis lux, ſerenitáſq; picta.

81. Solos autem veſpertiliones, à veſpere ſic dictos, à tenebris, & ad tenebras dumtaxat generatos diffugere iſtam lucem, ac veluti cæcutientes & lippas creaturas vitare tantum lumen, odiſſe talem diem, & hoc odio tunc maiori, cum longior hic affulſerit; imò ſtridore ſuo proprio querelas ſummas mittere à rimulis impuris, & non adeo fœdis pellibus mures ipſos pluſquam alites, auium alas ſimulare, quàm alas prorſus perdere; ac ad minimum ſplendorem contrahere huius pacis; vt illos, qui in nubilo, & tenebris tantummodo diſſidij noſtri volitant. Noctuas verò quondam ſymbolum conſilij prudentiſſimi, eo quòd per noctes multas ſit lentè capiendum, conſilio ſuo premi, & laqueis implicari, cucubaréq; ſolummodo in Fidei & mentis tenebris, & triſte carmen edere, à foraminibus quæ Pſaltes deſignat hiſce omnibus.

Eiuſdem pacis odiũ in homioes lucifugas.

Pſal 503,23.

Atque tandem contemplabimur quantùm iſtis ſolùm debeat parari totũ bellum, negari totam pacem, quam ſolas malas furias politici intereſſis furenti modo lucris inſtantes ſuis propriis, deturbare poſſe patet. Sed ſuppleat Chriſtus optimus defectus Chriſtianos, & immenſa illius charitas ambitionem immenſurabilem fidelium, in vera lucra ac fixa ſupinorum; inducatque in mentem illorum Dei participem, quod Gentilis mens Dei neſcia, vt ſummo planctu dignum, plorauit primo in limine certaminis Pharſalici.

Quid ſolum poſſit pacem generalem impedire.

Quæ furor, ô ciues? quæ tanta licentia ferri,
Gentium inuiſis Latium præbere cruorem?
Cúmq; ſuperba foret Babylon ſpoliãda trophæis
Auſoniis, Vmbráque erraret Craſſus inulta,
Bella geri placuit nullos habitura triumphos?
Heu, quantum terræ potuit, pelagique parari
Hoc, quem ciuiles hauſerunt ſanguine dextræ;
Vnde venit Titan, & nox vbi ſydera condit,
Quaque dies medius flagrantibus æſtuat horis,
Et qua bruma rigens ac neſcia vere remitti,
Adſtringit Scythicum glaciali frigore Pontum
Subiuga iam Seres, iam Barbarus iſſet Araxes,
Et gens ſi qua iacet naſcenti conſcia Nilo.

Lucanus lib. 1.

Interna quantùm bella ſint ciuibus ingloria, externa verò glorioſa.

Nam ſi Romanos ille à cæde ſui ſanguinis in aliarum nationum volebat auocate, qui Romani mutuo amori ubſtricti ſicut filij Romanæ diſciplinæ? eius nempe qui illic poſuit Eccleſiæ ſuæ caput, & verbis atque factis amoris fuit diffluus? Si Vmbra Craſſi inulta hoc adeo poſtulabat, quot Vmbræ pòſt inultæ virorum illuſtriorum ſuperfuere Chriſtianis? Si bella ſine triumphis deplorat inter proprios, hîc quidẽ ſine triumphis & ſummis cum lamentis vel Cęlum contingentibus videntur inceſſanter, & ſemper Chriſti ſanguis profunditur vtrinque in victis & victoribus. Sique tandem gentes Barbaræ non domitæ vſque hodie poſcebant hęcce bella; quid ſunt Principes Chriſtiani hoc loco reſponſuri, repleto mundo Basbaris extorribus à Chriſto, & hęreticis doctrinæ illius deſtructoribus, ac ſimul illuſoribus?

Quæ Principes perturgeant ad bella Barbarorum, & ad Chriſtianorum iugem pacem.

Serenitas ſexta.

82. HÆc fulgurat ex magna Hiſpaniæ vaſtitate, adiunctis Regnis illia eidem obtemperantibus, quę adeo tanta eſt, vt nequeat vnum caput tot capere coronas, & etiam cum labosc eaſdem ſuſtinere, quantò magis cum iuſtitia proficuè moderari. De populo minori dicebat Viro Dei ſpiritu repleto ipſius prudens Socer; Non bonã rem peragere, & inſuper labore conſumi plauè ſtulto, tam eum, quàm & populum ab eo manuductum; dum nec vnus tot dirigere, nec ad vnum tot recurrere idoneè & iuſtè poſſent; quod audiens tantus Sanctus conſilium ſibi datum mox opere adimpleuit. Cur autem qui non nitent Moſayca Sanctitate, non rectum reputabunt à regimine ſuis humeris, conſcientiæque libramini maiori exonerari? ita certè hoc rimabatur probatiſſimus & prudentiſſimus vir quidam Caſtellanus, quem decet non exprimere, quique ante diuiſionem coronæ Luſitanæ, Caſtellæ abſurda videns, illius magnitudinem nociuam deplorabat, & vtriuſque diuiſionem

Exod. 58 18.

Multa regna ab vno rege perduntur, non reguntur.

diuiſionem optabat mecum aliquos ſermones de hoc miſcens. [A]

Caſtella & Portugallum ſuapte quàm diuiſa, ad Orientem, & Occidentem.

Quæ autem tam accommoda, ac illa quam Deus fecit limitibus tam amplis, ac pariter tam diſsitis, vt Orientis regnum vnum, Occidentis verò aliud poſsideat regiones? Quantùm diſtat Ortus ab Occidente, tantùm vtrinque longè fecit diuiſiones haſce noſtras; tum quando hæc duo regna ad Orientem & Occidentem, & ad contraria duo maria vergentia in ſuis ſedibus, diuiſit per tot ſæcula, diuiſiſque diuiſit conquiſitiones tam diuiſas, tam amplas, & tam diuites; tum quando poſt confuſionem annorum ſexaginta diuiſit illa iterum prodigiis tam mirificis, patratis manu ſua; quaſi oſtendens hæc commixta non poſſe bene [B] regi in Chriſti famulatum, qui ideo per ſe voluit hæc regna ſeparare. Et ſanè nemo mihi negabit mentis compos quòd ſi diuiſę ſemper duraſſent huiuſmodi coronæ, nullæ illarum vltramarinæ perirent ditiones, & ab alteris poſſeſſoribus iniuriis Chriſti Fidei nunc eſſent occopatæ.

Matth. 20. 20.

Videtur mihi Hiſpania, etſi Ephraim & Manaſſes viciſsitudine obſeruata, Orientis & Occidentis limitibus diſcreta, & patrocinio S. Iacobi Apoſtoli ſubiecta (non enim vt ſupra dixi Caſtellæ ſolùm eſt, ſed præcipuè & Portugalli patronus Sanctus iſte) illius Matri ſimilis, cùm ſedes dextræ & leuæ pro filiis petitura, acceſsit ad Dei Filium, affectū illius ambiens, & pectus eius mulcens in pignora chariſsima, in natos

Hiſpania vt filiorum ſit Mater Zebedæi; & filij duo regna Caſtellanum & Luſitanum.

dilectiſsimos. [C] Hiſpania nanque fœta deuotione Zebedaica & Regnis iſtis conſtans, eſt Mater proculdubio filiorum Zebedæi; ſedes autem quas fiducia deuotionis ſibi ingenitæ, ad dexteram & ad ſiniſtram poſtulauit Redemptoris, pro filiis tam ſelectis, ſunt Oriens atque Occidens; nam Oriens dexter eſt, & Occidens ſiniſter in mundo bipartito. Reſponſio autem valde myſtica in illis tribus partibus — *Neſcitis quid petatis* — *Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum?* & iterum poſt *poſſumus*; — *Calicem quidem meum bibetis: ſedere autem ad dextram meam & ſiniſtram non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo*; In qua quidem clarè ipſis non aliquid conceſsit, ſed per Calicem laborū ſuppoſuit illis eſſe donanda poſtulata, à Patre deſtinata; hæc [D] Diuinam prædeſtinationem pro filiis dignioribus, & laborum ſuſceptionem per eoſmet arreptam, quo antecedenter & conſequenter ad tam magna beneficia ſunt apti iudicati, Caſtellanis & Luſitanis attribuit non inconcinnè. Quæ enim gens feruentior in Chriſti obedientiam, vel promptior ad labores pro illo ſubeundos? & facilè amplexandos, ac etiam deuorandos?

N. 22.

N. 23.

Hinc Hiſpania cultu interno ad Dominum ſe conferens, internè has ſedes optimas pro filiis impetrauit; & pòſt ad Vicedominum, ſeu ad Domini Vicarium Alexandrum P. ſextum accedens iteratò, confirmationem earumdem ſedium pro ipſis reportauit; cum Pontifex tam obedientium

Maffeus lib 1.

[A] filiorum Patrem agens, ne bellis ſuper marium nauigationes ſe occiderent, iacta linea de qua plures loquuntur ſcriptores, inter Caſtellanos & Luſitanos conſtituit iuſtos fines. In quo ſubiectio filiorum & Patris cura viſitur; illi ad lineæ tantùm limites, & imaginariæ, ſe frenantes ab in curſibus bellorum; iſte ad lineam & æquilibrium ponderando & delineando natorum controuerſias. Qui Patres ſi multoties vigerent in Eccleſia, paucies certè illius filij tam nobiles perirent, tam iuſti ferro caderent. Quod ſub Chriſti pietate feruentiùs nunc ſpero, cum *Columba* noſtro *viridem oliuæ ramum* deferens, & ad Noëticū *Innocentium* rectorem Petri nauis, *Innocentiæ* atque iuſtitiæ his ſignis decoratum, attineat felix [B] auis, promittens iugem pacem, æternum firmans fœdus. Iam enim tempus venit quo filius neque perditos nec moribus deperditis, ſed tantùm poſtliminio reductus domum repetit, quem quidem pius Pater retinet amplexari, oſculari, & prima ſtola iuſtitiæ & iuris priſci lætitia ſumma induere. Filius autem ſenior annis poſſeſsionis malè ſumptæ, ſymphoniam & lætum chorum audiendo, non triſtari, ſed introire & collætari, & in inuenti fratris ſui amplexus ſimul ruere, permotus Patris dulcis ſententia, quæ ſic ait; *Fili tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt. Epulari autem & gaudere oportebat; quia frater tuus hic, mortuus erat, & reuixit; perierat & inuentus eſt.*

Caſtellani & Luſitani Eccleſiæ quales filij, & Alexander Papa 6. illorū qualis Pater.

Innocentij Papæ 10. Inſigne ponderatum.

Luc. 15. 20.

N. 25.

N. 31. & 32.

Serenitas ſeptima. [C]

83. EX benignitate, qua Dei Filius reſpectat Luſitaniam, hæc tandem omni caligine diſcuſſa clarè cernitur. Idq; etiam in tot prodigiis antiquis & modernis, quot in iſta Nauigatione & in 1. Enarrat. de Portugalli caſu agēdo, inuenies delibata. Quare vnum tantùm hîc dabo, ſuperiùs iam promiſſum; tum quòd vicem miraculorum in fine Enarrat. appoſitorum valde impleat, tum quòd cunctis ſit recentior, ex omnibus quos Chriſtus operari dignatus eſt in Luſitani Regni opem. Cum ſcilicet vigeſima elapſi Iunij die, anni noſtrę Redemp. 1647. à Caſtellanis Rex Ioannes in ipſa Corporis Chriſti ſolemnitate & pompa maxima, [D] ſumma ob id impietate & crudelitate occidi iuſſus, *Superioris Maieſtatis* quæ perduellionem iam iam ictum implere pertentantem obnubilauit & deterruit, fauore liber manſit. Quod quia per Europam eſt latiùs diuulgatum, & minutiſsimè multis in vrbibus excuſſum & decantatum, Elogium de re ipſa eaudem ſatis exprimens hîc ſolùm ſubligabo; non quidem vt Caſtellanos afficiam contumelia, & modo quouis feriam, cum illis ſim propenſus, quantopere ex quammultis prædictis longè patet; ſed ne Chriſto tanti caſus auctori ſcindam gloriam, quam præcunctis mundi & vitæ eſt mihi cordi euehere.

Ioannis Regis Portugalli occiſio in Chriſti Corporis ſolemnitate à Caſtellanis impiiſſimè parata, vt euanuerit recenſetur.

Aliud eſſet non tam parcere Caſtellanis, quàm Dei Filio præconia ſummè debita ta-

1 Reg. 12. 2

cere & denegare, & reſipiſcentiam Caſtellanorum deſpicere non parum; nam peccatum corã oculis, vt Dauidi Nathan poſuit, oculorum ipſorum lachrymis, & pœnitentia mox concepta facillimè deletur: vnde etiam Dauid poſtea in Pſalmo de hoc celebri obiurgationi Nathan facto, huiuſmodi plorabat. *Et peccatum meum contra me eſt ſemper.* Seu aliter *Coram me* vt aliqui tranſcribunt. Quod enim coram eſt nobis, & contra noſtros oculos, lamentis emundatur; quod autẽ retro eſt poſitum, nec emundatur, nec videtur. Quare & illi qui Redemptorem perrexerant comprehendere, retrorſum malo omine, non in faciem ceciderunt; in faciem nanque lapſus labuntur perquamfacilè, & fluunt, ac diſparent; retrorſum verò minimè. Vnde ad minus Caſtellani valebunt internoſcere, quàm nocuum ſibi ſit, eſſe belli mercatores, & acres pace milites; quàm quę contra Dei conſilium Conſilia ſint eis craſſa & futiles inſidiæ: ita vt ipſos non abſurdè oportere videatur, celare Chriſtum dolos in gentem Luſitanam, ſi volunt quòd hæc technas illorum non agnoſcat. Nam ſi Chriſtus has compererit, eas protinus (vt colligitur ex mirabilibus tam multis) reſeraturum fore puto Portugallenſi nationi.

Pſalm. 50. 5.

Ioan. 18. 6.

Porro Dauid Rex Sanctiſſimus ab omnibus agnoſcitur, qui tamen quæque crimina grauiſſima patrauit; quin crimina ei obfuerint, imò profuerint quàmualde, cum

Caſtellani vel in peccatis, non formaliter,

A vel mala cooperentur in bonum viris bonis, & Deum diligentibus; è quibus meo calculo præ gentibus Europæ Caſtellani primas obtinent; qui ideo non peiores vt impius Rex Achab, ſed meliores velut Dauid ex Elogij iam ſequentis relatione efficientur. Cuius auctor R. P. Franciſcus eſt *Machado* ex Regno Luſitano, Ignatianáque Familia; vir ingenij & pietatis quæ clarent ex Elogio; & quæ optimè cum cognomine illius ſolidantur. Nam ſecuris eſt *Machado* Latinæ linguæ redditum; & ille loquitur ſecurè, in terminis, & ad vnguem tranſactæ veritatis; delicatè verò nimis, vt qui loquitur de Sacramento & Miraculo tam magno, quæ acumina præteruolant, & aciem longè ſuperant; quo fit vt intellectum excedat atque cædat, ſtylo ferri mixto auro, vel auri mixto ferro; in aurea atque ſecura ſecuri ſuæ indaginis, qua etiam vel ſecuri præſcindit cultum calamum, ſubtilitate vix æquanda à ferro plus ſubtili, à chalybe plus apto; iam auri luce rutilans, iam ferri cædens ictu, & pondere pergraui. Sed quid? cum ſit ſecuris *Franciſci* in manu poſita; qua de *Sacramento* & *Conceptione Dei Matris* potuit ſimul tam benè & tam ſubtiliter ſententiam ſuam promere. Nam *Conceptio, Franciſcana*; & *Franciſcus* in ſuo corpore *Sacramentum* Regis eſt; quod abſcondere vt *Sacramentum* eximiè ſatagebat. Elogium ſic intonat.

B

formaliter de pietate commendabiles.

P. Franciſcus Machado ex Societate cõmendatus.

Franciſcus ad loquendum de Sacramentis quàm idoneus.

IOANNI QVARTO AVGVSTISSIMO
LVSITANORVM REGI,
PRO FELICITATE
QVA IN SOLEMNI CORPORIS CHRISTI
Pompa Proditoris inſidias diuinitus euaſit,
ELOGIVM TRIVMPHALE.

STVPET animus ſimul, & exilit; qua perduellionis, qua Religionis; Vltra maior?

Planè *Rex Auguſtiſſimè*, maxima tua Fides Proditoris vicit perfidiam.

Ante quam exires ad ſolemnem *Corporis Chriſti pompam*, egregia vox tua fuit.

Scio in *hac pompa* imminens mihi periculum, ſed Deus cuius ſuſcipio cauſam, meam tuebitur vitam. *Prodigioſa fides!*

Præpoſuiſti pietatem vitæ, Religionem purpuræ, Deum tibi; ſed quia magnam habes *in Deo fidem*, ages maxima *ſupra fidem.*

Perſtrinxiſti perduellis oculos, non armorum fulgore, ſed tuo.

Proſtraſti collineantem vultu, non manu; maieſtate, non voce.

Similis videris Deo hoſtes in horto deijcienti; niſi quòd Deus dejecit vultu, & voce; tu ſolo vultu.

Caſtellanus nefarium hominem conduxit, & miſit ad interficiendũ Regem Ioannẽ, in Sacra Corporis Chriſti pumpa. Ioan. 18. 6.

Attamen hoſtem ipſum habuiſti præconem probri ſui, triumphi tui.

Oppoſitam ſibi diuinitus faſſus eſt Majeſtatem, humana auguſtiorem, quæ præterеuntem afflauit Regem.

Mirum dictu: *Sacro-Sancta viſus es Hoſtia*, vt caderet hoſtis,

Nam

Nam qui Deus ſe viſibilem hominem celauit in pane; inuiſibilem tanquam Deum te oſtendit in facie.

Sponte faſſus eſt item, ſe totum obriguiſſe metu, ad tui aſpectum.

Vacillauit manus, expauit cor, obtorpuit ſenſus; quaſi ad ſupremum irati Numinis tribunal totus areſceret præ timore, niſi pœnitens madeſieret præ lachrymis.

> Proditor ſine tormentis faſſus eſt crimen, & cauſam de non patrato ſcelere.

E torpenti manu delapſa eſt *Sclopeta*. Vel ferrum tam turpe exhorruit facinus.

> Areſcentibus hominibus præ timore. Luc. 21. 26.

Miror, quod ex lapſu Viperini non eruperint fœtus, quaſi occiſa parente.

Illa quondam Vipera vltrices experta eſt flammas, iſta veneno grauida non concepit flammas.

> Vipera perit eum pariit; Plinius lib. 10. cap. 62.

Haud mirum: illa fidam inuaſit manum; hæc perfidam aufugit manum.

Ita faſſus es perfide, vt illius ſeruires gloriæ, cuius inhiaſti ruinæ.

Tribus Erebi furiis addidiſti te quartam.

Pro tæda *Sclopetam* euibraſti fulmineam. At in tanta luminum pompa non face, ſed fune tibi paraſti funus.

> Vipera inuaſit manum Pauli Act. 28. 3.

Infame proditoris Iudæ ſuffeciſti facinus; quamuis *ille inſignis oſculo, tu ferro.*

In hoc tamen viſus es peior; ille ſolùm vendidit & tradidit; tu etiam interficere parabas.

> Luc. 21. 48.

Quin ille minus impudens, quia ſub tenebris ſuum, tu ad lucem tuum patrare volebas ſcelus.

Et licet ille in horto, tu ſub tecto; *per foramina quæ aperuiſti in pariete* opertum patuit nefas.

> Proditor in locatis a ſe ædib⁹ quaſdam ad ſcelos aperuerat feneſtellas.

Ob mille vias & mille dolos, atque ambages, *labyrinthum dixiſſem domum illam.* Nec Dædalus defuit, nec Minotaurus. Vtrumque egiſti vnus: quà aſtutia; quà ſæuitia; ſed filium ceſſit in laqueum.

> Cæca regẽs veſtigia filo, Virgil. lib. 6.

Addidit globos ferreos veneno illitos: *quo ſcilicet oleo Caſtellæ Miniſtri ſuos ſolent inungere Principes*, vt firmiora ſua reddant Regna, & lubrica aliena; ſed fruſtra.

> Caſtellanus præſentiſſimum dedit venenum.

Nam ſi Anibal venenum habuit in annulo, *Ioannes antidotum habebat in pectore.*

Mercis tuæ peſſimus nundinator fuiſti: ex auaritia prodigus, & proditor tui ipſius. Lucratus eſt laqueum pro auro; trabem pro trabea. Idonea ſecuta eſt pœna ferale monſtrum. Raptatur per vrbem corio, qui de alieno ludebat corio; & merito raptatur ſolo, qui *Regem ſolio* deturbatum venerat.

> Rex ante pompam Euchariſtiã ſuſceperat.

Deinde præcinduntur manus, & ex alta appenduntur trabe: manus in eum auſæ, Cui *Deus, excuſſo è Cruce clauo*, porrexit manum.

> Supplicia traditoris.

Mox de infelici arbore pependit, qui tuam felicem arborem excidere tentabat.

Truncus committitur totus ignibus. Expertus igneam, quam explodere conſtituit, peſtem. Nec temperauit ignis cordi; quia confitendo euomuerat virus.

> Vt venenato Germanici Cæſaris cordi, Plin. lib. 11. c. 32.

Doloſi cineres demerguntur in pelagus, ſed nullis expiandi fluminibus; quia in patriam naufragium concitabant. *Cedant potiùs hoſtibus in poculum;* vt ille quondam deorum puluis. *Forte nefariam extinguent ſitim.*

> Moyſes vſque ad puluerem conterens vitulum, dedit ex eo potũ filiis Iſrael. Exod 32. 20.

Sic omnia in vnum coniurant elementa: arripuit ignis artus: aër manus; aqua cineres; ſola abſtinuit tellus; quaſi nauſearet ad parricidam.

O *Rex Auguſtiſſime*, quanto amoris vinculo obſtrinxiſti Deum, dum pro illius cultu periculum ſubijſti vitæ!

At amoris pretium plus auxit proditionis ſcelus, quàm vi[illegible] periculum. Non occiſionem, ſed proditionem ſui corporis *diuinus oſtenta[illegible] Amor:* quaſi plus amaret proditus, quàm occiſus.

> Cur Chriſtus non dixit; Hoc eſt corpus meũ, quod pro vobis occidetur; ſed pro vobis tradetur.

Horrendum dictu. *Rex quidam* iuſſit triumphalem Corporis Chriſti pompam tua funeſtari cæde. Sed in hoc te Deo ſimilem viſus eſt facere; quia te nouam deſtinauit victimam triumphalem. Niſi quod Deus Victima cecidit pro hominibus, *tu Victima caderes etiam pro Deo.*

> 1 Cor. 11. 24

O quantum forti Cælites inuiderent tuæ? Multi ceciderunt propter Chriſtum; tu caderes *tanquam Chriſtus.*

Olim proditor ſignum edidit, vt Deum diſcriminaret à ſuis; hic te non diſcriminauit à Deo. Vtriuſque *Sacrum Epulum* in cauſa fuit. Adeo in ſe ſuos transformat amantes, vt ſine ſigno non diſcernantur ab eo.

> Qui tradidit eum dedit eis ſignum, &c. Matth. 26. 48.

Quàm altera, & diſpar vox tua fuit! Me *Rex Caſtellæ*, dixiſti, in hac pompa ſpoliare vita inſidiis curauit; *Ego tamen* in ea vel à viliſſimi hominis cæde abſtinuiſ-

Digitized by Google

Percuſſit cor ſuum Dauid eò quòd abſcidiſſet oram Chlamydis Saul. 1. Reg 24. 6.

ſem, quamuis pro ea mihi cederet Orbis Imperium. Malim amittere Regni purpuram, quàm violare *Chriſti* pompam.

Certè, vel in hoc maximè purpura dignus es viſus: ſi rubeſcis à muriee, non erubeſcis à ſanguine. Cur igitur tibi non cedat in ſpolium, *qui te ſuis* ſpoliandum commiſit?

Cur Chriſtus noluerit ſcindi veſtē ſuam; Ioan. 19. 24.

Rex alter Regi purpuream ſcidit chlamydem ferro; muricis contentus cruore, non hoſtis; & tamen hoſtilem ſcidiſſe veſtem quaſi parricidium doluit.

Pertimeſcat ſuæ veſtis ſciſſuram, *qui aggreditur alienam.* Rex verò purpura contentus ſua, *integra durabit veſte,* quia integer vitæ. Vſque adeo amat Deus Regum integritatem in moribus, vt eam nec lædi quidē ſuis pateretur in veſtibus.

Rex in gratiarū actionem aliam pompam inſtituit.

In vanum igitur inſidiatur tibi *inſidioſa natio.* Secutus incedebas pompa, quia te Deus tegebat, ſub forma panis tectus. Imò ex alta Pyxide quaſi *Cuſtodia incluſus te cuſtodiuit.*

Ambigitur vtrum ille triumphus fuerit Dei, an tuus? Viſus eſt potiùs tuus. Nam *Deus pro te ſub nube paludatus pugnauit;* quà fulminando; quà coruſcando. Tibi militauit vt homo, quò triumphares vt Deus.

Cum ergo exiſſet, dixit Ieſus; Nunc clarificatus eſt filius hominis; Ioan 13. 31.

At hinc ſuboritur pulchrum mutui honoris certamen; hinc Dei beneficium, illine Regis obſequium. *Per eandemmet viam ſolemniorem adhuc iteraſti pompam;* vt faceres triumphantem pro te pugnantem: ſed nullus poſt tergum *admonitor mortis,* quia nullus proditor.

Euchariſtia gēma animæ; & gemmæ quædā ſudore ſuo venena detegunt. Ioan. 13. 26.

Proh quanta gloria! Si quondam proditoris abſceſſio, fuit *Deo glōria in choatio,* quāta tibi proditoris occiſio!

Ad ſceleris domum triumphalis ſurgebat *Ara*, ſeu diſtincta auro, ſeu celata gemmis. Meritò gemmis, vbi *caleſtis Gemma* detexit venenum, non ſudando, ſed fulgurando. Non detexit autem in pompa, nec palam in Cæna, ne cæna verteretur in ſcenam, Triumphus in tumulum.

Rex ſceleris domū vertit in templū, & Euchariſtiæ, & Virgini ſine originali conceptæ, & Angelo Regni Cuſtodi dicatum.

Stetit Deus in *Ara*, & in ea triumphauit *area.*

Latiùs triumphabit *Auguſtiſſimo in Delubro,* quod ibi tutelari conſecras Numini; vt fiat Religionis domus, quæ fuit proditionis occaſio.

Addis *Diuinum Virginis ſine labe Concepta ſimulacrum,* alterum Regni Palladium. Cur pateretur ſuos intra terminos, pati terminum vitæ, iuſtiſſimum illum Regem, qui pro illius *originali iuſtitia* iureiurando ſuam oppigneraūit vitam? Cur venenoſi draconis non eluderet inſidias, quæ inſidiantis hydri contriuit caput?

Iubes item apponi armati *Angeli pugnantis* effigiem. Sub huius victricibus alis Luſitania cuſtoditur, vt intento mucrone auertat à *Paradiſo exulem*, quia poſſeſſor malæ fidei.

Domus illa proditionis erat vltima de parochiali Eccleſia Cooceptionis. Gen 3. 24.

En tibi *Rex Auguſtiſſime*, inſidiæ ceſſerunt in plauſus; mortis alea in vitæ ſecuritatem. Pro ſpolio triumphus, pro cupreſſo palma; pro cæde lautus. Nouo quidem laureandus titulo; quem non modo ignis non tetigit, ſed timuit.

Tamen te diuinitus rediuiuum ſuſpicimus & credimus; periculum mortis abiit in prodigium vitæ.

Rex Emmanoel die Corporis Chriſti cū pompa traduceretur pro foribus domicilij in lucem vitæ venit; vt ſupra dictum eſt. Luc. 1. 66.

In ſolemni *Diuini Corporis* die *Rex Emmanuel* feliciter natus ad vitam.

Eadem die *Rex Ioannes*, quaſi renaſcens, nouam auſpicatus eſt vitam.

Magna *Emmanuelis* gloria; maior *Ioannis. Emmanuel* natus ea die, non ea pompa: *Ioannes* tenatus, & die, & pompa. Quia nouos reuixit ad triumphos. *Emmanuel* ſortitus eſt nomen ab omine; ſcilicet *Cum illo Deus.* In *Ioanne* non aui nomen; ſed tota *M[illegible]us Domini cum Ioanne.*

EVCHARISTICÆ

EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ ENARRATIO TRIGESIMAPRIMA; QVÆ EST TERTIA DE NOEMO IN FIGVRA PORTVS.

Super Gen. verba cap. 8. n. 4. *Requieuit arca menſe ſeptimo, viceſimo ſeptimo die menſis, ſuper montes Armeniæ*; vſque ad illa n. 20. *Ædificauit autem Noë altare Domino.* Et illa S. Pauli, 1. ad Corinr. cap. 11. n. 24. *Hoc facite in meam commemorationem.* Quæ n. 16. inuenies colligata.

De continuatione Numerus I.

IAM arca ab Euchariſtiea figura tam repleta, quàm etiam gubernata uptatum tangit portum; quod priuſquàm dicatur, nunnulla præmittútur. Nöëmi nempeDeum fuiſſe recordatum, & poſtea mediis aptis aliquibus adhibitis, diluuium mitigatum, ablatum donec fuit de terræ ſuperficie.

Recordari & obliuiſci de Deo vt prædicetur.

De ptimu ne exiſtimes ubliuiunem in Deum cadere, ſed Scripturam modo humanu loqucudi attemperari, quu aliquis alterius ubliniſci verè dicitur, eùm eum impune potens, à periculis non eruit; & reeurdari eùm euudem laboribus immerſum, eripere iam incipir. Sie Lyra; cui ſubſetibit nauiculæ tempeſtas, Dei Filiu dormiente; quu à ſomnu ſuſeitato tranquillitas aduenit. Vnde quuties aeerbitates petſiſtere videmus, durmire Deum dicimus; vigilare verò eeuntra, inuigilaréque hominibus cum nubis opem tribuit. Ea tamen differentia, vt in homine recordari, ſit res ad eor teduеere; in Deu autem humini ſit ex cotde upitulari; ita vt tandem recordari, in ſenſu de quu loquimur, ſit ei eunnaturale, at obliuiſci non poſſibile, vt clatè præſupponit Rex Vates in his verbis; *Nunquid in æternum proiciet Deus, aut non apponet, vt complacitior ſit adhuc? Aut in finem miſericordiam ſuam abſcindet, à generatione in generationem? Aut obliuiſcetur miſereri Deus, aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas?* Non equidem, ſubaudi; ſed potiùs puniendi in eu tempus eſt vigilia miſerendi; prineipiúmque peccantibus delicta remittendi; quemadmodum reperitur in claro Vatieiniu; *Cum iratus fueris, miſericordia recordaberis.* At nuta hìc recordari, iam mortuis cunctis malis; nam malis ablegatis Dei bonitas eſt præſens.

Lyra.

Matt. 8 24.

Pſal. 77. 8. 9. 10.

Habacuc. 3. 2. Vt ira ſit in Deo initiũ miſerendi.

2. De ſeeundu, tribus mediis diluuium diſſipatum uffendes apud Muyſem. Et ſpiritus adductiune, ad aquas expellendas, ae terras deſiccandas; *Recordatus autem Deus Noe, cunctorúmque animantium, & omnium iumentorum, quæ erant cum eo in arca, adduxit ſpiritum ſuper terram, & imminuta ſunt aquæ.* Et oeclusione terræ fontium; atque tandem peuhibitiune cataractarum cęli, & pluuiæ exinde deſeendentis, de quibus ſubinfertur. *Et clauſi ſunt fontes abyſſi, & cataractæ cæli, & prohibitæ ſunt pluuiæ de cælo.* E quibus media poſteriora tum modu, tum & tempore cuiuſmodi fuiſſe, ex textu ſatis patet; nam ueclusio fuit facta puſt dies 40. quibus tranſactis mox ceſſauit cadentis pluuiæ lapſus, vt dieitur in pręcedentibus, ad quæ pręſentia referuntur; *Et facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus.* Vnde ueelusio tam iu modu, quàm in tempore pateſeit. At verò prius medium, ſeu peiùs memutatum, adductionis dicti ſpititus; tempure quidem bene cunſtat, cum protinus addatur poſt funtium & catatactarum cæleſtium occluſiuuem; *Reuerſaque ſunt aquæ de terra, euntes & redeuntes* (illius nempe vi ſpiritus adducti, ad ipſas commuuendas, remuuendas, & occludendas in loco ſuo propriu) *Et cæperunt minui poſt centum quinquaginta dies*; mudo autem non ſic patet, vt fuerit peractum. Quandoquidem nun deſunt qui dicant factum eſſe Sole calido exſiccante, & exſufflante vehementiſſimè,

Gen. 8. 1.

N. 2.

Quo nam modo & quonam tempore diluuium ſit explo[...]m.

Gen. 7. 12.

Gen. 8. 3.

PPPpp

Sol ob nimiam velocitatem ſpiritus vocatur.

Eccl. 1. 5 6.

propterea qnod & Sol in lib. Eccleſ. ſpiritus vocatur; *Oritur Sol & occidit, & ad locum ſuum reuertitur; ibique renaſcens, gyrat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem: luſtrans vniuerſa in circuitu pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur.* Alij verò ſolo vento ſæniſſimè exurente, & aquas extinguente; vt videtur res factibilis ex Exodi ſententia; *Cum extendiſſet Moyſes manum ſuam ſuper mare, abſtulit illud Dominus flante vento vehementi, & vrente tota nocte, & vertit in ſiccum, diuiſaque eſt aqua; & ingreſſi ſunt filij Iſrael per medium ſicci maris.* Tandémque alij Spiritu ſancto, qui antonomaſticè eſt ſpiritus, ac potens naturaliter ex viribus Diuinis ad opus tantùm humanis perarduum & impoſſibile.

Exod. 14. 21.

B

Quis ſpiritus extruſerit diluuij magnitudinem.

Quo ſanè ponderato, via media árripienda, de Spiritu diuinitus, humanitúſq; flante, ſeu de vento & Spiritu ſancto hoc ſimul exponendum videtur mihi aptius. Tum quidem quia nulla naturæ poſſibilitas ad tanta præpolleret, vt aquam per miraculum tam ingẽns dilatatam extruderet ſuaptè, qua ratione ſup. Gen. hom. 25. Chryſoſtomus eſt vſus. Nec aliud inculcatur in dicto loco Exodi, vt notat ibi Lyra commotus illis verbis; *Abſtulit illud Dominus, flante vento vehementi*; tum quia directiſſimum Dei ordinem non dedecet, vt quæ ipſe per ſe ſolum patrare verè poteſt, nolit niſi naturalibus cooperantibus inſtrumentis frequentet operari, ſed decet atque conuenit. Primò quoniam gratia Dei naturam non diſperdit, ſed perficit, & complet; vnde oportet pro cæmento ad gratiæ quæuis opera naturam collocari, ſicque ex oleo valde modico hoc auxit Heliſeus, & ex aqua vinum Chriſtus in nuptiis Cana fecit. Secundo, quia congruum, vt Dominus naturæ naturalibus vtatur, quò meliùs agnoſcatur illiuſmet Creator; atque orbis creaturæ ad miracula facienda ei ſeruiant libentiſſimè; pro eo ſicut pugnant ad prauos puniendos in libro Sap. Tertiò demum vt illo modo diluuium extingueretur, quo fuerat inductum; ſed hoc inductum fuerat per fontes & apertas cæleſtes cataractas, & per pluuiam generatam à ſpiritu procellarum, quas faciunt Verbum Dei; ergo ita diſſoluendum, attenuandum, & minuendum, vt opera Dei ſecum, architectura demiranda, vieiſſim correſpondeant.

Chryſoſt.

Cur in miraculis Deus rebus vtatur naturalibus.

Gratia perficit naturam.

C

4. Reg. 4. 1.

Ioan 2, 7.

Sap 5. 21.

Pſal 148. 8.

Vt diluuiũ Dei Spiritu, ſe ideo Dei amore deſtructum, & introductum.

3. Sancto igitur Spiritu, & vento tam procellam, quàm poſtea tempus ſudũ & ſiccum deferente diluuium factũ eſt, extinctum, & propulſatum. Sed lõgè principaliùs ſpiritu Diuino, quàm vento inſtrumentali; prout Gloſſa Interl. iudicij ſemper acris indigitat hoc loco. Ac proinde amore Dei, qui Spiritus eſt Sanctus, vtrumque perpetratum; & diluuij ſcaturigo, & eius diminutio, ac tandem conſummatio. Hincque moralis Gloſſa, columbam quæ aquarum ceſſationis fuit nuntia, huius Spiritus Diuini initiatam credit gratiam, cùm primò miſſa eſt, & conſummatam, cùm ſecundò: vt videas quòd non ſolùm officium puniendi in Deo porta

A

Punitio quandò in Deo ſit vera miſeratio.

ſit, ac dixi paulò ſupra, fragilium miſerendi, ſed quòd ipſa Dei punitio ſit vera miſeratio; ſaltem quatenus grauiora preoccupat delicta, quæ homines committerent, niſi à Deo flagellati exiſterent & viæ reducti ſaniori. At rectè ſuper aquas ad eas deprimendas in ſæculi renouatione agitabatur Dei ſpiritus, qui in ſæculi creatione ferebatur ſuper aquas, ad eas ſeparandas, & terram recludendam. Illic nempe vt creaturas eruendas mox in lucem à ſe & terra ſimul iam tunc non impedita, idoneè parturiret, hîc verò vt tanto tempore orbatas luce & mundo, ac vita ferè mundi diutius non puniret; quò Pſaltis vox dirigitur; *Emitte Spiritum tuum & creabuntur*; nimirum in creatione; *Et renouabis faciem terræ*; videlicet in renouatiooe poſt cladẽ vniuerſalem. Ac etiam vt panderetur, hoc Spiritu tantummodo, tam creationem quàm renouationem ſpiritualem noſtram fieri, ceſſationémque diluuij incipere culparum; vt paulò poſt dicetur; quæ quidem in nobis incipit vt equidem in diluuio.

Pſal. 103. 30.

B

Dei Spiritus creationis & recreationis quam ſit auctor.

Nam diluuij ceſſationis principium & gratum ſignum obſeratis viris illis natatili in ergaſtulo; aquarum fuit fluxus, refluxúſque inceptio, & commotio de qua dicitur in n. præced. *Reuerſaque ſunt aquæ euntes & redeuntes, & cœperunt minui poſt centum quinquaginta dies.* Vbi literæ cohærens obſernat Caietanus rem ſatis admirabilem: diluuium nempe illud, dum perſtitit & durauit in eſſe ſuo maximo, & integro, atque toto, haudquaquam ſicut aquam nunc maris commoueri, ſed fixum ſicut intra ſtagnum valde placidum, immobilémque lacum, & elementũ in perfectione totali ſua poſitum, fortaſſis velut ante creationem generalem & ſeparationem violentam habuerant ſe aquæ, immotum contineri: *Tanta enim* (ſcribit ille) *aquarum fuit copia, vt priuarit aquas officio fluxus & refluxus; primúſque effectus clauſorum fontium, & cataractarum cæli, & venti à Deo miſſi, fuerit reuerſio aquarum ad fluendum & refluendum.* Et ſic etiam citra dubium diluuium vitiorum dum eſt in ſummo apice, orbatum motu eſt; ſed firmum & obduratum in culpæ plenitudine, in gurgite peccandi, in pelago peccati, cui incubat defixè, cui hæret immobiliter; quin aliquid in ipſum ſubmerſum peccatorem ſit potens excitare, vel etiam vellicare. At vbi ſancti Spiritus afflari vento incipit, ſtatim prima nota apparet eius gratiæ; cuiuſmodi eſt demerſos in vitiis commoueri, iactari intra ſe ipſos, & vt aquas redeuntes euntéſque in partes diuerſas agitari, contundi & conturbari; Auguſtini ſicut Sancti conuerſio ab eius calamo deſcripta teſtis eſt, ac omnium qui ab hæreſi in Eccleſiam ſe recipiunt; quos aliquis dũ perdurant in hæreſis diluuio, non ſolùm non valebit à dogmate peruerſo vtcunque reuocare; ſed neque vel tantillum inflectere, & mouere. Veniente verò vento ſpiritus Diuini iam eos vitæ malæ interno angore tædet, & pœnitet erroris præcordia corrodentis; ac viæ corruptiſſimæ

Gen 8 3.

Vt diluuij ceſſationis principium aquarum motus.

C

Diluuio peccatorũ, aquarum cum miranda ſententia accommodatum. Caietanus.

D

A diluuio vitiorum vt ſurgant vitioſi.

Auguſtinus in Confeſſ.

Ab hæreſis diluuio hæretici pœnitentes vndarum motus inſtar, vt veniant atque redeant.

Digitized by Google

ruptiſſimæ qua ibant, velut ſentibus deliciis feriuntur, libertatibus premuntur; & à notis conſcientię hinc inde fluctuantis aſſiduè colliduntur; ad ſuos iam Miniſtros pro dubiis diſſoluendis euntes diſplicentet; ad Sacerdotéſque iam noſtros pro rebus addiſcendis, & Myſteriis auſcultandis libentiùs redeuntes; quouſque tandem ſalo diluuij diſparente, & Sole Dei poſt nubila errorum comparente, per eius mitem Spiritum à ſordida colluuie omnino ſicci manent; etſi neutiquam deuotionis percuſſi ariditate, ſed potiùs conſcientiæ tranquilla humiditate dulciſſimè humectati.

Auſculta in ſenſum iſtum grauiſſimum Rupertum lib. 4. ſup. Gen. cap. 22. de Chriſto & Chriſtianis Noëticum diluuium

Rupertus.

huiuſmodi exponentem: *Recordatus eſt Deus Pater Chriſti filij ſui, poſtquam intrauerunt aqua vſque ad animam eius; poſtquam tribulationes mortis pertranſierunt animam ipſius, cum teneretur in ſepulchro concluſus. Et adduxit ſpiritum* A *ſuper terram; id eſt, reducem vitam ſuper terram exanimis ſaluatoris corporis, quem à mortuis ſuſcitauit. Sed & ſuper omnem terram, per vnius reſurrectionem adduxit Deus Spiritum: dedit enim ex tunc hominibus Spiritum ſanctum in remiſſionem peccatorum; qui ita nebulas cordium diſſipat, tentationúmque fluctus exſiccat. Quemadmodum Spiritus ille: quem Deus ſuper terram adduxit, humidum frigidúmque aërem calefaciendo, aquas imminuit, & vſque ad ſiccum paulatim eliminauit.* Cui ſimilis Ambroſ. de Noë & arca cap. 15.

Diluuium aquarum gratiæ in Chriſto, & Chriſtianis.

Et nota quòd diluuium incepit menſe ſeptimo diminui, & declinare, in menſe B quo eſt nata Deipara Maria, in ſignum, medium eſſe Dei iræ declinandę; vnde & Chriſtus verſus Matrem in Cruce caput ſuum hæc propter inclinauit. *Quaſi diceret, per ipſam veniam petiee; quia ipſa eſt oraculum miſericordia; Bernardo proclamante: Nihil enim nos Deus habere voluit, quod per manus Mariæ non tranſiret.* Sic Hugo Card. in Ioann. 19.

Cur inclinatum Chriſti caput in partem ſuæ Matris.

Hugo Card.

DE PORTV A NOSTRA NAVE feliciter obtento.

Gen. 8. 4.

4. HÆc nobis de hoc breuiter eloquia Sacro-ſancta; *Requieuit arca menſe ſeptimo, vigeſima ſeptima die menſis ſuper montes Armeniæ.* Sub quibus tria ſunt Euchariſtiæ ſuffragantia; & arcam requieuiſſe in numero ſepteno; & etiam ſupra montes; ac tandem ſupra montes Armeniæ regionis: quæ omnia non vulgariter deſeruiunt huic Myſterio.

In duplici ſeptenario quieſcit Noë arca.

De primo nanque certum, bifariam rem quamcunque, vel in medio, vel in ſummo illius quod affectat, quietem ſuam capere; in medio tanquam in Centro à cunctis expetito; in ſummo, tanquam in fine ab ipſis exoptato, ac ſemper procurato. Euchariſtia verò ſancta in ſeptem Sacramentis vtroque ex iſtis modis feliciter quieſcit; dum in eis locum medium, ac ſummum (velut centrum & eorum finis etiam, perfectio & conſummatio) hauddubiè ſibi vendicat; ſicut 1. Enarr. n. 9. & 23. atque alibi non rarò abundè enucleauimus. Hincque forſitan in præſenti de duplici ſeptenario, pro arcæ conſiſtentia memoria celebratur; nimirum menſe ſeptimo, & ſeptima cum vigeſima eiuſdem menſis die; quia duplici hoc reſpectu requieſcit Euchariſtia in ſeptem Sacramentis.

Euchariſtia in Sacramẽtis quieſcit bino modo.

5. De ſecundo, quid germanius, quàm Sacramenta montes eſſe, vel cælos in virtute Diuina contingentes, ac etiam tranſcendentes; Euchariſtiam verò montem ſuper omnes montes iſtos leuatum & exaltatum; de quo mihi repræſentatur prædici in Vaticinio: *Et erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini, in vertice montium; & eleuabitur ſuper colles, & fluent ad eum omnes gentes.* Nunc enim dies ſunt nouiſſimi cunctorum, de

Iſai. 2. 2.

C quorum viris alij antiquiores querebantur; *Hi nouiſſimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei & æſtus.*

Matt. 20. 12.

Nunc quando talis mons præparatur *domus Domini*; in quo ille tanquam in domo moratur, & quieſcit: mons quidem ſupra verticem ſex montium prædictorum, & ſuper colles omnes Myſteriorum Diuinorum; ad quem, vt per ſe patet adoratione & fide viua vniuerſæ gentes fluunt. Gentes ſanè, non ſic autem gens perfida Iudaica. Illæ enim conuertendæ, iſta verò peruertenda duritie ſua erat.

Euchariſtia qualis mõs, in altitudine & dulcitudine deuotionis, qua exquiritur.

Et in alio ſimul dici Oraculo Diuino, de monte puto hoc ſex aliis circumſepto: *Qui confidunt in Domino, ſicut mons Sion, non commouebitur in æternum, qui habitat in Ieruſalem. Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi ſui, ex hoc nunc & vſque in ſæculum.* In D monte nanque Sion hic fuit mons erectus, hic panis inſtituendus; in quo omnis qui habitauerit, & in Ieruſalem eius fiducię conſtanter ſperauerit, non commouebitur in æternum. Nam in circuitu montis huius Sacramentorum montes ſunt, & Dominus ſpecialiter per iſtud Sacramentum *in circuitu populi ſui, ex hoc nunc, & vſque in ſæculum*: de illo quippe dicitur in 1. Enarr. n. 58. *Ecce ego vobiſcum ſum vſq; ad conſummationem ſæculi.*

Pſal. 124. 1.

Mons firmitudinis & ſpei quæ non commouebitur in æternum.

Matt. 28. 20.

De quo monte in Sion monte inſtituendo & eleuando grandiore iam boatu, expreſſioréque ſermone ſic iterum Iſaias; *Et faciet Dominus exercituum in monte hoc, conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ: pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ.* Quod ad literam de Euchariſtia exponitur à Lyra: nec malè, cum de montis tam alti qualitatibus, effectibúſque ſummis grandiloquo promiſſo ibidem adiiciatur: *Et præcipitabit in monte iſto*

Iſai 25. 6.

Mons Conuiuij operaturi mitanda aduerſus dæmonem.

PPPpp ij

Iſai, 25. 6.

faciem vituli colligati ſuper omnes populos, & telam quam orditus eſt ſuper vniuerſas nationes, præcipitabit mortem in ſempiternum. Et auferet Dominus Deus lacbrymam ab omni facie, & opprobrium populi ſui auferet de vniuerſa terra, quia Dominus locutus eſt. Quo illuſtrius nil promittitur in cunctis Dei eloquiis. Vbi Gloſ. Interl. per vitulum colligatum, & telam ſuper nationes vniuerſas ea orditam intelligit meritiſſimè tam vinculum quàm iugum, de quo Eccleſ. *Iugum graue ſuper omnes filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, vſque in diem ſepulturæ in matrem omnium.*

Eccl. 40. 1.

6. O felia Sion mons, de quo veriùs quàm de Sina cantatur à Pſalmographo; *Niue dealbabuntur in Selmon: mons Dei, mons pinguis; vt quid ſuſpicamini montes coagulatos?* Nimirum præter iſtum. *Mons, in quo beneplacitum eſt Domino habitare in eo; etenim Dominus habitabit in finem.* Nam montem dealbantem, & ſimul adumbrantem, cum Selmon vmbra ſit, peroptimè de Eccleſia contermina Euchariſtiæ expendit doctus Lyra. At verò de Euchariſtia Opoſc. 58. cap. 24. Angelicus Præceptor; *Selmon mons Dei eſt, & interpretatur vmbra; & ſicut dicit Gloſſa, corpus Chriſti ſignificat; quia ſicut vmbra fit de lumine & corpore, ita in corpore Chriſti eſt lumen Diuinitatis, & caro humanitatis. In hoc monte vmbroſo ſuper niuem dealbabuntur Fideles, quia virtute corporis Chriſti incomparabiliter à macula peccatorum emundantur; Iſai. 43.* Ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter te.

Pſal. 67. 16.

Mons pinguis, & dealbans, vmbrificans, & recreans.

B

D. Tho.

Iſai, 43. 25.

In Hebraico & in Hieronymo aduertit ipſe Lyra, pro coagulato monte iſto haberi montem excelſum. Bene igitur ea celſus, qoi mentem mons eacedit, & maaimè tranſcendit; nee minns mons vmbroſus, qui nubibus obſcuris, immenſæ atque profundæ & propriæ obſcuritatis perpetuò circuntegitur. Vmbroſus enim eſt obſcurus naturaliter, inuiſibilis ſuapte, & illic ſummo Dei fulgore tenebroſus; de quo monte præ Diuino fulgore nigreſeenre, & viſum retundente, ſcribitur in Pſalmo; *Et poſuit tenebras latibulum ſuum.* Latet nanque lua Diuina refulgens luce immenſa, ex ipſa immenſitate lucenti, & ſplendenti; quæ aſpici non valet, quin caliget & concidat obtutus perſpicacior. Apoſtolus ſic ait; *Lucem habitat inaceeſſibilem*, non enim greſſu corporis aſcenditur ad locem vel etiam naturalem; ſed ſolùm viſus acie. Ergo viſns mentis noſtræ ad illam non accedit, cum ſit inacceſſibilis, & inuia conctis oculis, tam corporis, quam animæ.

C

Mons lucis inacceſſæ.

Pſal. 17. 54.

1. Tim, 6. 16.

Quare meritò in figura hune panem præbiturus, *in montem Ieſus ſubijt, & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis.* Aſcenſus, vt innueret, montanum hîc totum eſſe, & mentibus euectum: conſeſſus cum Apoſtolis, vt prodeſſet hîc maxima attentione conſedeodum; & & cogitationibus purioribus ſignatis per Apoſtolos hîe nobis permanendum, vt notat Alcuinus; & dicitur figuraliter in verbis Salomonicis. *Quando ſederis vt comedas cum Principe, diligenter attende quæ poſita ſunt ante faciem tuam.* At poſtea iam in re ea hibiturus

Ioan, 6. 3.

Cur Dominus in monte promittat & exhibeat Euchariſticũ Conuiuium.

Prou. 23. 1.

A pãnem ipſum, cum diſcipulis duodecim ad montem Sion venit, cum eiſque in alto Cænacolo conſedit, de quo cap. 21. Paſchaſius in Matth. *In Cænaculo Paſcha à Domino peragitur, quia niſi qui aſcenderint, iſta non capiunt.* Et de Corp. ae Sang. Do. cap. 21. *Si volumus iſta percipere cum Chriſto, in Cænaculum viæ altioris aſcendamus. Aſcendamus autem ſurſum; quia qui deorſum iacent, non muſta cum Chriſto, ſed fel draconum cum Iuda, vt ſint in felle amaritudinis, bibunt.* Iure ergo ſuper montes eaeelſos requieſcit, quod à mentis noſtræ monte longiſſimè recedit.

S. Paſchaſ.

7. De tertio nempe in montibos Armeniæ requieſcere, Euchariſtiæ non reluctat Armeniæ interpretatio, quæ Latinè lux currentis, vel currentis maledictio frequenter reddi ſolet. Apta ſanè quamuis ſibi ethymologia refractaria, repugnánſque exteriùs. Eucharistia quippe ex ſe lua eſt currentis Luminis; ſeu Numinis Diuini; quod à lucis creatione per Enarrationes tam diuerſas, figurationeſque tam varias feliciter excurrit; at ex eo quod obſcurè declaratur in boc opere, & malè elucidatur, ac dictione ſatis impari pro tantæ lucis radiis, maledictio locis eſt; tam maléqne excurrens, quàm malè incurrit auctor in noaas ſcribendi, in næuos inelegantiæ, ſeu in neruos deſideratos facundiæ grandioris.

Armeniæ quodnam ethymon.

B

Vel etiam maledictio dilucidè & perſpicuè currentis veritatis, qoia licet genuinè & ſuauiter diſcurrat in teatus Sacri verbis, à quamplurimis bæreticorum veaatur maledictis, opprobriiſque inuritur. Verùm iſtis Euchariſtia vt arca Noë manet in montibus ſupremis, & cunctis celſioribus. De illis quibus ſubſtitit Noëmi Sancti arca, Aratus lib. 4.

Armeniæ qualis mõs, in quo quieuit arca.

C

Armenia celſis inſtibat montibus arca.

Aratus.

De horum verò celſitudine Haito Armenus cap. 9. *In Armenia eſt altior mons quam ſit in toto orbe terrarum qui Ararat vulgariter nuncupatur, & in cacumine illius montis arca Noë poſt diluuium primum ſtetit.* Veritas aotem celſitudinis huiuſce montis patet ex codice Diuino; vbi dicitur ſeptimo menſe, viceſimo ſeptimo menſis die requieuiſſe grauem arcam; montes verò cireunfuſos incepiſſe demonſtrari ingreſſo menſe decimo; *Decimo enim menſe, prima die menſis, apparuerunt cacumina montium.* De Euchariſtiæ verò monte ſufficiat tantùm ſcire excelſiorem cunctis aliis Sacramentorum longè eſſe. Bene autem vtraque arca in montibus tam ſummis, in rupibus tam inoiis Dei ordine remanſit, quò ſecuriùs & decentiùs perſiſteret tam altè; vt ibi quantò longiùs Fidelibus oſtenditor, ab illis tantò ampliùs ametur, nec non ſimul impenſiùs adoretur: at quantò ab infidelibus remotiùs ſeparatur ab ipſis tantò minos, vel manibus peccatorum & operum iniquorum iniuriè contrectetur, vel iaculis intellectus tangatur & palpetur: vel illorum quod eſt peius infideli & pede nimis ſuperbo peſſumdetur; cui eiuſdem Ararat montis ſubſeruit appellatio, quam tremoris maledictionem inuenies denotare; nam tremorem

Haito Armenus.

Gen. 8. 4.

N. 5.

D

Altiſſima cur arca remanſerit, Noëmi, & arca panis Sacri.

A

ttemorem maledictionū ab hæreticis emiſſatum non tremit talis arca, quæ ſedet ſuper montem tremoris maledicti, & maledictotum quæ ad ttemotē nutantes ſolos prouocant. Nō deuius ab hoc ſenſu in 6. Orat. Baſilius Seleucen. quo loci ſic pto nobis; *In hodiernum vſque diem miraculum durat apud Armenios, temporis ſucceſſione tranſmiſſum, & inacceſſis cuſtoditur montibus, oculis quidem eminus ſpectabile; ſed acceſſum loci difficultas negat: diuinum hoc inuentum, vt aſpectus miraculi fidem conſeruet, atque manus incredulorum non pauxillatim atterant, neque rem tam ſpectabilem labefactent.*

Baſilius Seleuc.

Cur extet Noë arca, & videatur, non tangatur.

Sed adnota, quòd vbi inuenit fundum atca, fundatáque eſt molis permagnę ſuæ anchora, non terrę fuit illico ardentet concupitę viſibilis conſpectus, ſed potiùs duos menſes & aliquot poſt dies, tam terra mari tecta, quàm arca maris vndis (quantumuis iam quieta & inſidens ſcopulis illius ſummi montis) vallata & circunſepta; ſic enim in textu legitur; *Requieuit arca menſe ſeptimo, viceſimo ſeptimo die menſis ſuper montes Armeniæ. At verò aquæ ibant & decreſcebant vſque ad decimum menſem; decimo enim menſe, prima die menſis apparuerunt cacumina montium.* Quia quieti & boni viri vt atca verè innixi virtutum fulcimentis, non deſinunt laborum fluentis circuncingi; verùtamen non iam fluctibus euntibus, & redeuntibus; vt de hominibus à Fide, vel in Fidem fluctuantibus ſuperiùs, dictum fuit; ſed abeuntibus tantummodo. Vnde dicitur, quòd ibant, non verò quòd redibant, quòd decreſcebant, non creſcebāt, nec inſurgebant aduerſus arcam; ab ea plus fugiendo, quàm eam niſi metu fugientium, contingendo. Nam & iuſti qui in Fidei quieſcunt fundamento, lachrymarum & ærumnarum circundantur ſæpe aquis, ſed euntibus ab eis, non redeuntibus in ipſos, regreſſu inſuperabili; quibus omnibus ab illis longiſſimè abſcedentibus, in montibus Armenię, melioris, quàm tertenę; non currentis quidem lucis, ſed lucis perdurātis, quieti inueniuntur, vt dicitur in Pſal. *Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent. Euntes ibant & flebant mittētes ſemina ſua*; his fletibus abeuntibus; vnde aſſerit cū emphaſi. *Euntes ibant, & flebant; Venientes autem venient cum exultatione*; conſolationis venientis; vnde & ponit *Venientes*; At venientes quonam modo? *Portantes manipulos ſuos*; ſeu fructus perdurabiles.

Geneſ. 8. 5.

Diluuium aduerſitatum in iuſtis quale ſit, & quibus vndis factum.

Supra. N. 3.

B

C

Pſalm. 115. 5. & 6.

D

Nec Myſterio deſtituitur, prima die menſis decimi apparuiſſe primùm montium cacumina & coronas; quia æternę celſitudinis euecta Sacramenta, quę hominum ſuperborum neſciuit arrogantia, peroptimè intellexit humilium inſipientia; illorum nempe, qui, denarium præceptorum adimplent, etſi aliud nec ſciant, neque faciant; quod callens Rea Propheta dicebat de hac certa & cæli ſapientia; *A mandatis tuis intellexi; propterea odiui omnem viam iniquitatis.*

Præcepta ſcire Dei vt decet adimplere, ſcientia quàm ſit magna.

Pſalm. 181. 104.

De Legatis peraccommodis, & Nuntiis opportunis, Exploratoribúſque pacis, ex arca à Noë miſſis, vt iſtam mundo redderet priore meliorem.

8. Solent quiqui legunt maria ad terras explorandas, ſimulátque portum aliquem feliciter appellunt, non viæ qui ſunt Duces nauigium ſuum linquere, in littúſque deſcendere; ſed alios qui ſtrenui, induſtriíque noſcantur, ad explorandum locum mittere, quod recèns tenuere; vt Oratoribus ex centum ab Ænea deſtinatis ad Latinum Regem poteſt facillimè internoſci; Virg. lib. 7.

Exploratores regionū Legatos quoſnam mittant.

Tum ſatus Anchiſa delectos ordine ab omni
Centum Oratores auguſta ad mœnia Regis
Ire iubet, ramis velatos Palladis omnes,
Donaque ferre viro, pacémq; expoſcere Teucris.

Virgilius.

Et ex illo quod Ænea non modicè ſuperior Æneas Luſitanus Vaſcus da Gamma quoque fecit, vt à Poëta gentis Lyſiæ Cant. 2. & Cant. 5. dulciſſime eſt cantatum. Quo ductu noſtræ nauis Nauarchus inſigniſſimus, cum terræ portum attigit, non ipſe ex naue ſua deſcendere curauit, nec terram iam detectam ſuis oculis proſpectare; nam mandata Regis ſui fideliter implebat, & cum fuiſſet manu eius à foris obſeratus, noluit eo non iubente vel viſum foras iacere, vt Ferus hîc obſeruat; ſed aues tantùm idoneas præpoſuit pro re mittere, quæ perpeti volatu vicina poſſent loca faciliùs perluſtrare. Quod fecit expectatis diebus quadraginta: hi arcæ namque ſatis vt aquis non percuſſa indicium in ſe ſuſciperet diluuij mitigati; atque etiam vt pœnitentiæ deſtinatus idem numerus Noëmo ſpem ingereret indulgentiæ conſequendæ.

Obedientia Noë quanta in arcæ receptaculo.

Ferus.

Geneſ. 8. 6. Pœnitentiæ quadragenarius vt numerus deſeruiat.

Fuerunt autem aues, & Coruus, & Columba, eodem die miſſæ, à caueáque obſcura in aërem ſolutæ. E quibus coruus forſan faſtidio captus arcæ, ad illam non rediuit, ſed in montibus diſcoopertis, quantumlibet lutoſis, vt luto gaudens ales, manere non abhorruit. Nam quod dicitur vulgariter inſediſſe cadaueribus, videtur magis piè, quàm verè & circunſpectè, ſed iuxta corui morem vbique circunferri; cum ab eacidio generali fluxiſſent plures dies, quibus ſanè quæque corpora à cōpage ſua forent ſoluta & diſſipata. Vel reuerſus coruus eſt, ſed arcam non ingreſſus; vt in Hebraico, nec non etiam in Chaldaico textu legitur: quod pluries poſſet facere, volando, & reuolando; at arcam non ingrediendo ſed manēdo ſupra tectum, & forſan in lateribus, ſi ædificium bituminatum ei minimè obſtitiſſet. Et ideo certò dicitur non ampliùs remeaſſe, ſed eundo, & redeundo feciſſe curſum ſuum; vt in literis memoratis memoriæ eſt conſecratum.

A Noëmo corui miſſi hiſtoria recenſita.

Columba verò illico per coruum à Noë miſſa, non inueniens locum aptum, vbi ſo-

Geneſ. 8. 8.

Columbæ ab ipſo ſene dimiſſio recenſetur.

lita cum munditie requieſceret pes eius, lutoſa cuncta fugiens, & ſordida non tangens, ad arcam reuolauit. Erant enim colles adhuc vel valde lutulenti, ac ideo non idonei auiculæ lautitiem amanti naturaliter; vnde pedem ſeu non fixit, ſeu fixit & confeſtim à compedibus immundis in arcam liberauit. Vel campeſtria quæ ingenito inſtinctu ſemper quærit, à pondere & tributo aquarum non exceſſerant; quibus de cauſis ſine mora quæſiuit ratis gremium, & viri Dei conſortium. Qui iterũ poſt dies dimiſit illam ſeptem; quo tempore iam terras exutas à fluentis, & arboribus aliquibus indutas adinueniens, oliuę ramum viridem patrono ſuo detulit, ex quo ille recognouit ceſſaſſe aquarum faciẽ, ſeu exſiccatam iam tunc eſſe à lachrymis extremis diluuij funeſtiſſimi; tranquillitatiſque ac pacis miſiſſe Deum ſibi in eo ramo ſignum; qui quidem pacis ſymbulum vel inter Gentes fuit; vt conſtat ex Statio Thebai. lib. 5. aduerſ. 400. & de columba quam verſamus ex Auito lib. 4.

Oliua pacis ſymbolum in literis vtriſque.

Auitus.

Illa memor iuſti rapido petit arua volatu,
Paciferúmque videns ramum viridantis oliuæ
Decerpit, mitique refert ad condita roſtro.
Tali legatas firmauit fœdere ſimplex
Indicio, purumque pius ſic comperit orbem.

Quàm myſtica & allegorica Noëmi ſit hiſtoria.

Donec tertio tandem miſſa poſt alios ſeptem dies, nec ad reliquas columbas in arca victitantes, nec ad hominem inſſorem & benefactorem diutinũ, ac cibi largitorem, cum tamen vi ingenita hæc auis amet hominem, ſic Deo rem ducente & libertatem ſuadente, volatum ſuum vertit, quo monitus Noëmus feneſtram arcæ aperiens, aſpexit terram nouam iam lachrymis lætitię, iam mæſtitię plenis oculis, egrediendique à Deo præceptum mox accepit. Hæc hiſtoria Legatorum Noëmici negotij; nunc ſenſum perſcrutemur.

Columbæ ramus viridis miraculoſus reputatus.

9. Cur ille magis coruum columbámque præ cunctis volatilibus elegerit, ab munus nunquam viſæ legationis obeundum, à nemine quem legerim literaliter eſt dictum; fortaſſis quia hæc res eſt myſtica tantummodo, myſteriiſque redundans, vt tangit per hæc verba Chryſoſto. ſup. Gen. hom. 26. *Totum hoc factum eſt diſpenſatione Diuina, & quòd columba inuenerit, & quòd ore tulerit ad Noe; quanquam hæc arbor ſemper virens eſt.*

Chryſoſtomus.

Non verò tunc, ſub audi, cùm æquoris ſalſugo aduſſerat omnigena; vnde factũ, quòd diuinitus apparuit ramus ille, ſeu prodiit atque viruit natali perniciſſimo; id autem vt multi putant in ſignum Matris Dei ſeruatę ab omnis culpæ diluuio patentiſſimo; vt c. 19. de Noë & arca attingit mens Ambroſij; vbi oliuæ ramum illum de ſemine veteri cum emphaſi, reſeruatum fructum vocat; id eſt ab illo primo virgulto vel traduce Adamicæ innocentiæ, priuſquam fuerit culpæ fluctuum diluuio verberatus. Nec mirum, quòd columba adducat talem ramum fructiferum, atque oleis, iam oleum illius nominis promentem, qui ex ſe eſt quidem totus oleum, totus vnctus, totus Chri-

S. Ambroſ.

Adductus plen⁹ oleis

Mariæ quale ſymbolum.

A ſtus, adunctus per columbam Spiritus Diuini præ omnibus conſortibus; nam quidquid eſt in eo & Matre ipſius actum columbinum totum fuit, & veniens per miraculum ex columba de qua dixit Legatus tremefactus, ac licet ſummus Angelus Myſterij tanti neſcius: *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſsimi obumbrabit tibi.* Nec malè per columbam in renouatione mũdi Virgo exprimitur, quę fuerat in creatione quondam expreſſa in pœna ſerpentina, vt creſcat eius lux, vt luceat eius iubar.

Pſal. 44. 8.

Luc. 1. 35.

Certè autem Noë Sanctus in hac auium miſſione allegoriis plenus fuit, & myſticus totaliter. Non etenim vel ardeam, vel accipitrem, vel aquilam, velociores & fortiores, ac ideo magis proprias huic muneri delegit, B ſed aues, vt videtur, ineptiores pro re ipſa, & altrinſeca oppoſitione myſteriis ditiores. Coruinam nanque miſit, columbinamque ſpeciem, illam valde nigricantem, hanc nimis albicantẽ, & maculis cæruleis ac aureis ſcintillantem. Illam inſigniter prudentem, & humanitus aſtutam; vnde fuit in auguriis à priſcis obſeruata, de quo Faſtor. lib. a. Ouidius teſtis eſt; hanc ſimplicem inſigniſſimè, & candidam non ſolùm colore, ſed & corde omnino columbino, quare diuinitus eſt ſæpius aſſumpta ad res cæleſtes, ac ſummas explicandas. Illam hominĩ inimicam, nocentémque cum poteſt, & ab eo in ingratitudinis præſagium fugientem; hanc homini amiciſſimam, innocẽtémque, ac genus humanum diligentem, & quæritantem C domos noſtras, in ſignum grati animi. Illam tempore procellæ in proximo ſequendę per aëra cum lætitia funeſta crocitantem, volantémque plus ſolito; hanc autem tunc ab agris in tecta ſeſe acri volatu conferentẽ. Cum enim cæco murmure miſceri cælum incipit, & nigræ cingũnt aëra aquoſo fœtu nubes, continuo linquunt arua, & ardua petunt culmina, ac turribus ſe abdunt. Illam felle redundantem, hanc fellis nil habentem; vt aſſerit Aratus in ſuo lib. 1. Illam pullos ſuos proprios ſæuitia deſerentem, vt colligitur ex Pſal. *Et pullis coruorum inuocantibus eum*; hanc verò & alienos clementia nutrientem. Illam voce iniucundiſſima canentem ſemper triſtia; hincque dicitur in fabulis importunum propter cantum, ex albo qui vel nunc cum naſcitur eſt D coruus, fuiſſe nigrum redditum; hanc autem dulci gemitu & querulo concẽtu amores conciliantem; Illam nimia ſolicitudine in nidum ſemper arbores excelſas ſeligentem, hanc verò ſolicitudinis ſpecie quauis miſſa, in petræ foraminibus, cauernáque maceriæ pacificè habitãtem. Illam tandem pro alimento cadauera quærentem, hanc grana tantùm munda legentem & comedentem.

Inter coruum atque columbam antitheſes permultæ, & ſcitu perquãdignæ.

Pſal. 146. 9.

Vnde puto quòd Noëmus hos duos miſit nuntios, alumnos ſicut ſuos per orbem miſit Chriſtus munitos hac ſententia; *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.* Vtrobique nanque eſt innocentia columbina; ac vtrobiq; ipſa prudẽtia coruina

Matt. 10. 16.

&

Vt coruos & columbas oporteat eſſe bonos.

& ſerpentina; ita vt coruus ſerpens ſit in grege volitante, & ſerpens coruus æqoè in agmine reptante, vt cap. 2. aduerſ. Valent. Tertullianus indicauit, dum dixit de columba peruerſóque ſerpente, quod poteſt euulgari de coruo & de columba; *Illa à primordio diuinæ legis præco; ille à principio diuinæ imaginis prædo*

Tertullian.

Debemos enim eſſe Interlineali Gloſ. teſte, prudentes vt ſerpentes, quò fraudes deuitemus; & ſimplices vt columbæ, qoo fidem conſeruemus. Addendum pro Euchariſtia, tam coruum quàm columbã adeſſe in Noë arca; & in Eccleſia tam indignos quàm dignos contineri, qui alimonia tantæ nauis veſcuntur pari modo, effectu licet impari, & longè diſtantiſſimo. At pro Virgine Maria quod ait vir Seraphicus in ſpeculò c. 7. *Tu es fideliſsima Columba Noë, quæ inter ſummum Noe, & mundum diluuio ſpirituali ſubmerſum mediatrix fideliſsima extitiſti. Coruus infidelis, Columba fidelis: Eua mediatrix perditionis, Maria mediatrix ſalutis noſtræ.* Ergo myſticus hîc totus ſanctiſsimus Nauarchus. In quibus nunc minutiùs, vt decet; expendamus.

Corui & columbæ, boni & mali in arcæ domicilio, in domo Eccleſiaſtica.

S. Bonau.

Maria Noë columba.

Eccleſiæ Summus Pontifex, tam belli quam & pace illius Noë optimus.

10. Erat ille nauis Dei Eccleſię ſummus Pontifex, & ideo prudentiſsimè has duas miſit aues; belligeram, & paciferam. Nam munus Pontificium eſt bellum contra malos, & præcipuè contra mala, incommoda, atque vitia Chriſtianiſmi congregare; pro bonis verò pacem viis omnibus & Nuntiis quacúnque à ſe diſperſis ardenter comparare. Non equidem intendendo terrenæ domus ſuæ profectui temporali, qui cum retibus Piſcatoris & cum ſanguine Redemptoris nec ſimile quid habet; ſed domus Dei auxiliis diluuio ſæpe ſæpius malorum fluctoantis, induſtriè inuigilando.

Quod ſanè Noë Sanctus per coruum atque columbam mirificè adimpleuit: ſi enim filios ſuos rei tali plus idoneos, non miſit pro alitibus orbatis vocis dono, & mentis apto pondere, quibos ad ſuom poſſent Dominum referre mundi ſtatũ, hoc fecit propter magnam in Deo obtemperantiam, ſuperiùs numero 8. à nobis indicatam; ſuæ virtutis tamen prolem, & ſpiritus progeniem, non tam lateris legatos, quàm cordis planè miſit in auibus prædictis. Dimiſit quippe bene priori loco coruum, columbáque ſecundo; priùs etenim peruerſis inferri bellum debet, quò poſtea boni pacis fruantur lucro illo dulciſsimo & ditiſsimo; & Pontiſex tunc valeat tumultus prauos morum Eccleſię moderari; huicque operi tantummodo incumbere poſt bellom, vt poſt Attilæ & Geiſerici funeſtas clades fecit generoſus Leo Magnus; ex leone boni redditus Paſtoris ſimulacrum. Nam & iſtud ex adagio percelebri quo dicitur *Ex bello pax* firmatur; & ex Regis bellatoris cum Deo ſoliloqoio his verbis concinnato; *Iniquos odio habui*; quod eſt interoum bellum; *Et legem tuam dilexi*; poſt illam belli nebulam. *Declinate à me maligni* per talem belli gladium, *& ſcrutabor mandata Dei mei*; per pacis dulcem requiem. A quo opem mox

Vt Pontifex incumbere teneatur bello & paci, in lucrũ Eccleſiaſticum.

Pſalm. 118. 113 115. 117.

implorat; *Adiuua me, & ſaluus ero*; cum multis quæ ad bellum iniquis inferendum intonant, atque prouocant.

At verò non quocunque ſed apto ſolùm tempore, pax iſta componenda; videlicet cum montium apparent iam cacumina, id eſt Principum rationes, & vtilitates perexcelſæ, quas prolixitas diluoij, affectionis nempe propriæ, quæ ſingulos ſubmergit, & rapit furentiſsimè, miſerrimè occupauerat. Et diebus quadraginta poſt montana diſcooperta prudenter expectatis; hoc eſt factis purgationibus Sacramentalibus pro pace, indictis indulgentiis, apertis Chriſti meritis, & Fidelibus per hæc media ad pœnitentiam prouocatis; nam pœnitentię quadragenarius ſeruiuit ſemper numerus, ieiunio Eliæ & Chriſti, ac aliis conſecratus. Hoc modo rectè arcæ feneſtra aperietur, tam noxas confitendo, quàm gratias largiendo, & per opera relata in opus tã perutile permultas conſequendo. Qua arca ſic aperta, & per Proceres Eccleſiæ ardenter reſerata, exibit coruus teter, tam belli quàm peccati, poſt illumque pax alma, & pacifica columba, quam cum fœdere virenti & naturæ perdurantis firmabit læto ramo. Videantur de Confeſsione, aperta ianua facienda, Ambroſius cap. 19. de Noë & arca; nec non etiam vir Seraphicus Dom. 5. in Quadrag.

Vt coruus ſit peccatũ & feneſtra benè aperta Cõfeſſio pœnitentis.

S. Ambroſ. Bouentur

11. Quo coroo bellicoſo & vitioſo longè pulſo, tunc bellum bene cedet illatum viris publicis Eccleſiæ refractaricis; qui quidem velut corui tripliciter ſe habent. Alij nanque corui ſunt, colore, ore, & opere; dum toti nigri ſunt, & tam eloquiis quàm operibus infeſtiſsimi Dei arcæ, Eccleſiæ Chriſtianæ; vt Turcæ & quiqui alij de infidelitate ſe iactantes, qui arcã non conueniunt, quoſque creſcere permiſit ignauia atque diſcordia Fidelium nunquam ceſſans; Et quibus ſemper acre indici bellum debet; quia tanquam praui corui non veniunt ad Eccleſiam, niſi vt eam vaſtitatibus afficiant deplorandis.

Qui arcæ Dei Eccleſiæ infeſti primùm Corui, & qualiter his bellum induci ſemper deceat.

Alij verò corui opere, non ore exteriori, videlicet hæretici, qui ſub nomine Chriſtiano important mala plurima familiæ Chriſti Dom. Reip. quę ſanguine illius comparatæ. Corui nequam, qui in pagina vtriuſque teſtamenti iubentur ſæpe eijci à grege ſano & bono. Deuter. 13. n. 1. & 5. & cap. 18. n. 20. 3. Reg. 18. n. 40. & 4. Reg. 10. n. 25. Matth. 7. n. 55. Ioan. 2. Epiſt. n. 10. & Apoc. cap. 2. n. 14. Et qui vt praui corui ad arcam rarò veniunt, præterquam vt eius filios morigeros laceſſant, irrideant, & contemnant. Quibus pariter conueniens eſt bellum ſemper fieri, vt vexatio poſsit eis acuere intellectum.

Qui ſecundi corui in eã; & quale iſtorum bellum.

Iſai. 28 19.

Alij autem tandem corui non opere ſed ore; qui cum opere ſint boni ac graui Chriſtiani, coruino tamen ore diſcordias nunquam deſerunt, ſed potiùs illas ferunt, & infelici *Cras* coruorum, procraſtinant & differunt perpetuò pacis bonum; cuiuſmodi ſunt certè ipſorum capta venia, Monar-

Qui tertij tandem corui, concordia quibus debet, pro bello, iugis quęri.

Digitized by Google

chæ Chriſtiani. Qui etiam modo alio ad arcam malè veniunt, dum intra illius vterum, ad pacem ei neceſſariam rariſsimè perueniunt; imò vt filij duo celebres Sanctiſsimæ Rebeccę ab iutus matrem quatiunt, tumultibúſque vexant; vt alij à foris faciunt operibus peruerſis, de quibus poteſt queri Eccleſia mater alma; *Si ſic mihi futurum erat, quid neceſſe fuit concipere?* Si tales intra me ſum filioa habituta cor filios ego velim, & illos nimia diligam, qui me tam parum amant? Sed iſtis non tam bellum, quàm bella & pulchra pax exquiri ſemper congruit, ac vera tandem dari.

Gen 25. 21.

Impatientes quouis modo, ſunt arcæ Noë corui.

12. Quo fiet vt tunc nauis Eccleſiæ moderator, ad filiorum priuatorũ ſpirituale moderamen ſe poſsit applicare, & totum conſecrare; quod in doabus qualitatibus coruinis continetur, ſi iſtæ bene valeant expelli tanquam coruus ab arca Eccleſiaſtica; ſi nempe neque filij laboribus grauati, vel ſcandalis iactati, aut xelo illorum viſcera indiſcretè corrodenti, peranxiè terebrati, impatientes ſint in ea; neque è contra beneficiis à Deo cumulati, eidem ſint ingrati; vnde hæreſes & lites proueniunt ſæpeſæpios.

Sunt multi nanque roſtro iniquo impatientię à bili ſua ottæ & in maledictis ſuis viſæ, hanc arcam fodicantes, & murmure indefeſſo decorem Chriſtianę turpantes diſciplinæ præ omnibus inſignis; vt coruus qoem Noëmum impatientem velut auem ab arca dimiſiſſe ſcribit Auguſtin. in Commentar. ſup. Ioan. tract. dicens quinto; *Multi gemunt in infelicitate terrena, vel quaſſati damnis, vel corporis ægritudine grauati, vel carceribus incluſi, vel catenis alligati, vel fluctibus maris iactati, vel aliquibus inimicorum inſidiis circumſepti, ſed non columbæ gemitu gemunt, non amore Dei gemunt. Ideo tales cum ab ipſis preſſuris fuerint liberati, exultant in grandibus vocibus; vbi apparet quia corui ſunt, & non columbæ; vt ab arca coruus miſſus, & amplius non reuerſus.* Nam veniunt, ſed non veniunt volatu patientiæ, & quod obtinent veniendo, non ſuſtinendo patienter; amittunt atque perdunt.

S. Auguſt.

Ingrati ad beneficia eiuſdem arcæ corui.

Alij verò ſunt ingrati Diuinis beneficiis, oblitique Dei munerũ; quibus tamen plus grauati exiſtunt quàm ærumnis homunculi miſerrimi; quin gratias Deo iuſtas de bonis tantis agant; imo peragunt tam tetra delitiis ac diuitiis, vt in oculos Diuinos, ſeu in res illis plus amabiles conijciant primùm vngues. Vt coruus qui per annum, vel ferè à viro Sancto donatus alimonia; ab ipſoque delectus ne mortem ſicut reliqui videret in diluuio, horum minimè recordatus, ad arcam non reuertens, Noëmum, tanto hoſpite inſalutato, dereliquit, & qui iugiter vbicúnque inueniat corpus mortuum ab oculis hoc incipit dilacerare & deuorare, quapropter in adagin vulgari circunfertur; *Alito coruum, & eruet tibi oculum.* Suprema ingratitudo, quæ ab hominis ſuperiori & gratiori portione initium ſuum capit.

Ingratitudo Corui quanta.

A Hi redeunt & non redeunt ad nauem Eccleſiaſticam; eò quòd prædicto vitio propenſionéqoe accedant; quæ planè claudit oſtium Diuinæ bonitatis, vt in lib. de humilitate cap. 15. Iuſtinianus Sanctus ait. Se autem debent tales in meliorem frugem dare; exemplo eiuſdem corui, qui ſoloit pòſt Eliæ Noemo crimen factum; vt de Mirab. Sacræ Sctipt. ſcribit Auguſti; & Sedulius lib. 1. de opere Paſchali.

Laur. Iuſtin.

Auguſtinus

Sedulius.

Heliam corui quondam pauere miniſtri
Præbentes ſine mora dapes, aleſque rapinis
Deditus, atque auido ſaturans caua guttura roſtro
Tradidit illæſam ieiunis morſibus eſcam.
Nunc bonus Eliæ, qui perfidus ante Noë,
Abluit in terris quidquid deliquit in vndis.

Vt Eliæ coruus ſoluerit piaculum in Noemum.

B Quæ omnia nauis Rector perficiet, ſi cum coruo, defœcatæ intentionis, tam candidę, quàm à ſæculi commoditatibus exutæ emiſerit columbam; hancque iterum atque iterum, ſi ita res exegerit, pro pace cõponenda emittere non deſinat; quo tandem bello & paci prædictis locus detur; non enim prima vice Oliuæ ramum tulit, ſed alia repetita; donec tertia à Noë miſſa ad illum non redioit; quia haudquaquam neceſſarius iam erat eius reditus; quæ tamen venit re, ſeu reali efficiẽtia, & effectu rei optabili, in ipſa vice tertia; dum à columba non regrediente cognouit meus Naucleri, Nauarchique ſolertis, ſiccatam terram eſſe; & aptam vt ipſe nauis Eccleſiæ Summus Pontifex deſcenderet in illam, ad ſuſcipiendum clauum alterum per eum nauis ligneæ C in proximo linquendæ, ſignatum & figuratum.

Columbæ rectus modus pro pace dimittendæ; & cur illa vice tertia non veniẽs melius venerit.

13. Vis iſta cuncta in Chriſto impleta nunc videre? Fuit ille terræ orbi emiſſa ter columba. Primum in carne ſua viſus, quod accidit in eius natiuitate atque Baptiſmo, cùm aër ex conſpectu Diuinæ illius carnis cæleſtis aulæ ciuibus eximiè venerandæ, à veſtibus exutæ, eſt ſemel atque iterum beatè conſecratus. Cum ramo nanque vtrobi oliuæ & pacis viſus. Primo loco conciuentibus agminibus glorificis; *Gloria in excelſis Deo, & in terra* pax *hominibus*; Secundo vero Spiritu Diuino comparente in forma columbinę; quocirca rem vtramque diluuio atque Baptiſmo Redemptoris noſtri Chriſti Hieronymus ad Occeanum huiuſmodi D connectit: *Peccat mundus, & ſine aquarum diluuio non purgatur; ſtatimque columba Spiritus Sancti expulſo alite teterrimo, ita ad Noe, quaſi ad Chriſtum in Iordane deuolat, & ramo refectionis ac luminis pacem orbi annuntiat.*

Columba in vita ſua vt Chriſtus ter exuerit.

Luc. 2, 14.

Matth 3.16.

S. Hieronymus.

Deinde in Cruce paſſus, & etiam in carne nuda cunctorum patens oculis. Vbi veluti columba, vel agnus eſt oblatus; nam quod agnus inter pecudes, columba eſt inter aues. Et rectè in Crucis arbore pacifera hæc columba conſtituit nidum ſuum; de eo in Cruce enim ſcribit D. Paulus; *Pacificans per ſanguinem Crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt.* Vnde & ramis oliuarum, ex quarum lignis erant Sancta Sanctorũ templi oſtia, ingreſſum ad mortem ſuam, quam

Oliua atque columba amatæ pacis ſigna.

Iſai. 53.7.

Coloſſ. 1. 20.

Sancta Sanctorum Sacta oſtia ex lignis oliuarum.

3. Reg 6 31.

idemmet

Digitized by Google

idemmet Apoſtolus Sanctorū Sancta vocat epiſt. ad Hebr. Hieroſolymis parauit. Quod Paramus de Inquiſ. lib. 2. tt. 1. cap. 4. n. 21. ſic Chriſti Paſſioni, diluuióque coaptat. *Pacis ſymbolum eſt oliua, quæ ramos habet perpetuò virentes, & qui tempeſtates præ cæteris arboribus diutiſſimè ferant; & aquis immerſi nec tam citò corrumpantur, neque virorem amittant. Qua de cauſa in diluuio placati Numinis ſignum fuit. Cúmque Chriſtus Dom. Ieruſalymam ingrederetur, pacem inter Deum & homines per Paſſionem confirmaturus, huius arboris ramis voluit honorari, vt ſignificaret Diuinam clementiam ad miſericordiam tam inflecti, & ad hominum reconciliationem tunc præcipuè inclinari.*

Hebr. 9. 12.
Matth 21. 8.
Paramus.
Cur ramis oliuarum incipitur Chriſti Paſſio.

B Tandémque ſub Sacramento Euchariſtico occultatus, & licet carne vera ac corpore ibi præſens, obtutibus non patulus; quia hoc noſtrum Sacramentum columba pacis eſt, cum ramo ſemper viridi ad homines reuertens; dum quotidie Chriſti vox auditur, & impletur; *Hoc facite in meam commemorationem*; reuertens verò tanta, etſi occulta veritate, vt ſi columba tertia vice non rediens, re & opere redierit tam miro; hæc columba mirabilior, non tantùm re & opere effectus reuertatur, ſed realitatis & præſentiæ omnino ſuæ propriæ; quò illam Noë ſuperet & firmiorem nobis pacem ac frequentiorem ſecum afferat. Benè autem pacis ales in pane Sacro-ſancto, quandoquidem iſte panis eſt Chriſti pax ipſiſſima, dicente Rege Vate; *Homo pacis meæ, in quo ſperaui, qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem.* Quod de Iuda & Euchariſtia, cum Lyrano & Interl. communiter exponitur. Neque tantùm Chriſti pax, ſed Chriſti pax in homines, & eſca ad pace homines deuinctè componendos; tantoperéque panis ſpeciatim pacis noſtræ, vt priùs pacem velit in ſuæ nauis ſociis, quam panem ſuo cultui oblatum ſuper aram. *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo.* Quo loci ſic Chryſoſtomus. *Plus di-*

Columbæ & pacis panis Euchariſtiç Sacramentum.
Non ſolùm pacis panis, ſed ipſa pax abſtractè.
Pſal. 40. 10.
Matt. 5. 24.
Chryſoſt.

A *ligit Deus Fidelium concordiam, quàm munera ſibi oblata.*

14. Ergo Chriſtus ter columba, oliuæ ramum portans, ſed in Miſſæ Sacrificio, quod iuge eſt in Eccleſia, per aliud iuge legis antiquæ figuratum, columba non deficiens, ſed iugiter regrediens, ac ſemper perſeuerans. Columbáque vt alia, quæ neque prima vice, nec tertia, ſed ſecunda, & media pacis ſurculum, ac ſignum ſecum detulit. Tres quippe ſunt Perſonæ indiuiduæ Trinitatis, ſed vna tantùm ex eis columba pacis noſtræ, de qua in Dei Oraculis; *Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus.* Hæc autem ſicut media in ipſa Trinitate, ſic etiam Dei & hominum idonea mediatrix; vt Chriſtum Paulus vocat; *Vnus enim eſt Deus; vnus & mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus; qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus.* Et pacis pulchrum medium, ſecundum Luſitani Antonij S. mentem Domin. in *Quaſi modo* ſonantis iſtiuſmodi. *Nota quòd in hoc nomine* Pax *tres ſunt literæ & vna ſyllaba, in quo Trinitas & vnitas deſignatur; in P. Pater; in A. prima vocali Filius, qui eſt vox Patris; in X. duplici conſonânte, Spiritus ab vtroque procedens intelligitur.*

Pacis noſtrę quanùm Chriſtus ſit medium, & mediator.
Iſai. 53. 5.
1. Tim. 2. 5.
Pacis nominis moralitas in laudem Trinitatis.
S. Anton.

Viden quomodo pacis noſtræ ſit Chriſtus mediator, & medium, nec non medius, & columba vice media oliuæ ramum deferens? C De iſto rem mirandam Ambroſius ſupra tetigit, oleis nempe iam fuiſſe fœcundum & decoratum, quod Hieronymus relatus in n. præced. ſcripſit adhuc clarius, *refectionis atque luminis* appellās ipſum ramum; & clariſſimè Auguſtinus tract. 6. ſup. Ioan. Nec malè fructum foliis admixtum continebat is ramus pacis ſymbolum, quia nunquam ſine fructibus ingentibus eſt pax; cum quibus faxit Deus vt ad vitæ noſtræ veſperam, columba velut illa Noëmi veniamus. Nam cum iſtis ſecuriſſimè de ingreſſu in cæli arcam per mortem conuolabimus, vt lib. 22. in ſuis hieroglyphicis Pierius indicauit. *Bonum nobis ſanè erit, ſi ante noctis tempus ad arcam cum olea ſurculo reuertamur.*

Supra n. 9.
Columbæ Noë ramus non viridis tantummodo, ſed etiā & vber oleis.
Pierius.

DE NOEMI IAM AB ARCA OPTATA EGRESSIONE, ædificationéque Altaris; & actione Sacrificij oblati ſuper aram.

15. COLVMBA miſſa tertiò Noëmum non repetiit, ex quo ille iuncto ramo pacifero aſportato, pacatum Deum eſſe & terras exſiccatas perſpicuè non tantummodo collegit, ſed agnouit. Quas protinus ex tecto aſpiciens ſuæ arcæ aperto tunc idoneè, iudicium de re factum aſpectu comprobauit. Erat autem ſexcenteſimus completus illi annus, quia finita ſexta ætate reuelabitur Sacramentum, quod in eadem ſexta ætate velatum veneramur. Iſidorus apud Gloſſam.

Gen. 8. 13.
Cur ſexcenteſimo ſuo anno aperuit Noë arcam.

Verum arcam nullo modo deſerere attentauit, niſi Domino præſonante ad eum vocetali; *Egredere de arca tu, & uxor tua, filij tui,* D *& vxores filiorum tuorum tecum*; vt qui Deo obediendo conſcenderat in arcam, obediendo ex illa quoque ad vnguem obediendo deſcenderet in terram, & qui Oraculo cæleſti ingreſſus illam fuerat, cęleſte ad ſuum egreſſum attenderet mandatum, ſicut cap. 21. de Noë & eius arca Ambroſius obſeruauit.

Gen 8. 16.
Iuſti ingreſſus & egreſſus ac omnes eius greſſus obedictia menſurati.

Sed quomodo præſcribitur exire ſanctus vir? Contrario ſanè modo quo iuſſus eſt intrare; intrarunt nanque viri à fœminis diſcreti, vt ſupra dictum fuit ad illa verba Gen. *Ingreſſus eſt Noë. & filij eius; vxor eius, & vxores filiorum eius.* Egreſſi vero ſunt mariti cum conſortibus. *Egredere de arca tu, & vxor tua, filij tui & vxores filiorū tuorum.* Pri-

Gen. 7. 7. & 13.
Gen 8. 16.

A

mum quidem vt eo modo pateret caſtimonia quam in arca Deus volebat ab illis cuſtodiri; ſtultum nanque eſſet & Numini indecotum, Ambroſij iuxta mentē in loco nunc producto, vt quo tempore moriebantur viuentes vniuerſi, exceptis arcæ octo, gignerentur morituri ex vi eiuſdem legis; & quo tempore occidebantur qui carni ſe tradiderant, ſe alij carni traderent flagello coram Dei, vindictæ coram oculis. Secundum autem, vt iam ex forma egrediendi, coniugatis occluſis illis vitis latenter doceretur commixtio coniugalis; de qua illico fuit inſuper præceptum ſuperadditum; *Creſcite, & multiplicamini, & replete terram.*

Concubitus in arca prohibitus vel brutis.

Gen. 8. 17.

Sic Lyra, qui vtrumque ad ſeparationem & coniunctionem extendit animalium: nec deuiè, cum egreſſio iſtorum nihilo interpoſito narretur. Verè Dominus piiſſimus, qui de brutis ſimul curat, & ordinem promulgat ab ipſis obſeruandum; ſub illiſque ſignatos adinſtruit peccatores, & omnes Sacerdotalem munditiem ſimul docet, quæ in noſtra lege noua, cum Sacerdotium ſit aſſiduum, aſſidua debet eſſe, quandoquidem dum homines in vmbra Chriſti corporis manſere in Noë arca, hanc optimè ſeruarũt.

B

Euchariſtiæ Sacerdotũ perpetua Caſtimonia.

16. Ergo annua poſt antiquam armatus continentia, nam anno fuit integro in arcæ receptaculo, in terram Noë lętus cum gente ſua deſilit, & portum iam obtentum, nunc primum per ſe obtinet; de quo ſumma cum hilaritate ab illis ſic poſſeſſo lubet dicere cum Ambroſio lib. 9. ſup. Luc. cap. 20. *Sedata tempeſtas eſt; concordia nauigat, fides ſpirat, certatim nautæ repetunt Fides quos reliquere portus, & dulcia patrijs oſcula litoribus affigunt, liberatos ſe periculis, abſolutos erroribus gratulantes.* Euchariſtiæ mox ad typum Noëmus ſe accingit. Altare primum omnium hoc nomine donatum ædificat deuotus, ac de mundæ qualitatis pecoribus & auibus Holocauſta in eo offert; quod ab omnibus tribuitur illius gratitudini, vt alibi indicaui, & dicitur à Mario in Gen. lib. 3.

C

S. Ambroſ. Optatum portum Nautę quid faciant, cum iam poſſident.

Non prius officij quidquam ſeruatus inire
Conſtituit, quam ſacras Deo, laudeſq; rependat.

Claudius Marius.

Multum grates coram Deo quocuoque valent tempore; plus verò ſi hæ citò reddantur abſque mora; at plurimùm ſi pergant, & eant in Dei illum altiſſimum conſpectum per viam Sacrificij; Euchariſtici, nimirum; hoc enim Chriſtus condidit, quo nos per illud gratias quotidie referamus: *Hoc facite in meam commemorationem*; quibus in verbis primo themati ſecundum aſſociatur. Has autem Noë egit Diuinum citra monitum; cum tamen ipſum in reliquis ſolerter expectarit; expectandum nanque eſt in iuſſionibus Dominicis, illius beneplacitum, at in actionibus gratiarum eidem nil morandum. Nec enim decens erat, vt grates tanquam auarus largifluus Deus expoſceret, vel iſtas vt ingratus differet homo iuſtus; ſic calamus Ambroſij de Noë & arca cap. 22. qui addit hæcce verba; *Etenim grati animi virtus paſſionem dubitationis excludit. Qui autem debitum gratiæ, vt à ſe exigatur expectat, ingratus eſt.*

D

Quam gratæ Deo grates; quam gratuſque Noemus; & aliqua de gratus

Luc 22. 19

S. Ambroſ.

Hancobrem de Sacrificio tam gratè Deo oblato ibidem ſubligatur; *Odoratuſque eſt Dominus odorem ſuauitatis*; id eſt, eam oblationem lubenter acceptauit, ac etiam lubentiſſimè. Nam quemadmodum ſuauiſſimis odoramentis delectamur, ſic etiam Deus Iuſtorum Sacrificiis oblectatur. Id verò factum ita ex opere operantis, & deuotione iuſti ſenis, ac corde Deo placito, vt ſcribit Theodoretus in qq. ſup. Gen. Sed meliùs ex odore, & Euchariſtiæ iam figura; figura nanque odor alterius rei exiſtit; odor autem Sacrificij cruenti ex incruento futuro tunc ebibitus; cum nidor pluſquam odor ex oſſibus & carnibus proueniat concrematis. Vnde & iſta Deo ingrata Iſai. 1. cap. & priùs apud Pſaltem; *Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos.* at Euchariſtia grata eſt in verbis ſubligatis, *Quoniam pulchritudo agri mecum eſt.* Nam agri pulchritudo frumentum eſt naturaliter, & pulchritudo ſuper omnia antiqua Sacrificia, frumenti Sacrificium; iam pulchrum, & tam eximium in Deum odoramentum, vt iterum Sacrificiis cruentis ablegatis; *Nunquid manducabo carnes taurorum? aut ſanguinem hircorum potabo?* de incruento adiiciatur; *Immola Deo Sacrificium laudis, & redde altiſſimo vota tua*, & poſtea repetatur; *Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter, quò oſtendam illi ſalutare Dei.*

Gen. 8. 21.

Cur Deo bene oluerit Noemi Sacrificium.

Cur odor ſit figura.

Iſai. 1. à n. 11. Pſal. 49. 9.

N. 11.

Euchariſtiæ pulchritudo.

N. 13.

N. 14.

N. 23.

17. Ergo propter Euchariſtiam iucundum & Deo gratũ Noëmi Sacrificium; vt etiam Moyſis verba ſubindicant non malè; non enim in illo Deus ſuauitatem eſt odoratus, ſed odorem ſuauitatis, odorem ſeu odoris, & odoriferam figuram venturi Sacrificij, aliquando totum orbem, vt eſt in Malachia, fragrantia repleturi; de quo ita Polygranus apud P. de la Haye in ſua vitæ arbore; *Si quidunquam in aliis placuit; Si quando de aliis hoſtiis dicitur*; Odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis; *hæc in illis præfigurata hanc dulcedinem fecit.*

Quàm magnus & à quo tempore ſit odor Euchariſticus.

Polygranus.

Firmatur ex eiuſdem effectus Sacrificij mirifico argumento, ſeu potius demirando, ſi bene ponderetur. Sic enim dixit Deus, accepto odore muneris oblati ſuper aram; *Nequaquam vltra maledicam terræ propter homines, ſenſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua.* Nam qualis bone Domine illatio tua eſt? vt dicas non vlteriùs maledicturum terræ eſſe, nocentes propter homines, eò quod à ventre matrum ſint valde ad malũ proni? Nonne mundum paulò antea deſtruxeras, quia multa malitia humana erat, & cogitatio cordis hominum intenta ad malum iugiter? Mutaris? an mutanda peccãtis prolis eſt iniqua cogitatio? teterrima inclinatio? vel criminũ patratio? At quidem nec mutaris, nec homines mutati; de illis quando ſic ſcribit Rex Propheta: *Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis; non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Dominus de cælo proſpexit ſuper filios hominum, vt videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum. Omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt.* Sed tempora

Gen. 8. 21.

Malitia cũ humana benignitas Dei certans.

Gen. 6. 5.

Pſal. 13. 1. 2. 3

ſunt

Mundus propter Eucharistiam incolumis ſeruatus ab ipſo Noë tempore.

ſunt ſaltem mutata in noſtrum commodum, A
quorum vltimis babemus Dei Filij Sacrifi-
cium; cuius gratia nunc Deus pius nos ſæpe
non extinguit; cúmque iſtud in Noëmico
extiterit depictum; hinc odore illius mun-
dus bauddubiè ſoſpitatur; vt apud ipſum
de la Haye inſinuat Thom. Anglicus: *No-*
ta, quod in eo, quòd hoc ſubdit immediatè poſt il-
lud odoratus, apertè ſeſe illud promittere demon-
ſtrat, non propter meritum Noë, ſed propter meri-
tum Chriſti, in Fide & Sacramento Noë Sacra-
mentaliter contentum.

Thom. Anglicus.

Nec fugit ſenſum iſtum ſententia Pſaltis
proxima, in qua tantas poſt mortalium abo-
minabiles offenſas, connectitur proſpectus
Diuinus ſuper homines, conſiderans *vſque*
ad vnum an foret in eis aliquis qui bonum
poſſet facere. Nam vnus de quo ait; *Non* B
eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum; de
vnico Dei Filio à multis atque doctis, è
quibus vnus eſt in diſputationibus de gratia
doctiſſimus Suarez, appoſitè explicatur;
reſpectum propter cuius Deus reſpicit mor-
tales, Deus parcit delinquentibus, & delin-
quentium Sacrificia defectibus inſignia, in-
ſigniter odoratur, & recipit, ac fuerint odo-
ris fragrantiſſimi.

De carnibus abſque ſanguine poſt hæc in cibum datis Sacrificanti Patriarchæ.

18. NOn ſolùm Deus placatus Noëmi
Sacrificio maledictionem ſuper
mundum deinceps non effundere conſtan- C
ter eſt policitus, ſed & multas ipſi mundo
benedictiones vtiliſſimas profudit; inter
quas tres dedit aliis tribus Adami coæqua-
les. Adamo nanq; dederat multiplicationem
ſpeciei; *Creſcite & multiplicamini*. Domina-
tionem ſuper beſtias; *Dominamini piſcibus*
maris; &c. Manducationémque ex omni-
bus oleribus & fructibus; *Ecce dedi vobis om-*
nem herbam, &c. Ex omni ligno paradiſi comede.
Noëmo verò tribuit multiplicationem nil
minorem; *Creſcite & multiplicamini*, Domi-
nationem per hæc verba *Terror veſter ac tre-*
mor ſit ſuper cuncta animalia. Et manducatio-
nem loco vltimo per illa immediata; *omne*
quod mouetur & viuit erit vobis in cibum; quaſi
olera virentia tradidi vobis omnia. Excepto, quòd
carnem cum ſanguine non comedetis. Vt etiam D
in prohibitione vnius tantùm cibi parenti
primo Adamo ſecundus par exiſteret. Vter-
que in re non mala prohibitus à Domino, vt
Dominicam poteſtatem & ſuperioritatem
ſuper ſeper obedientiam recognoſcerent; &
non ſolùm Deum mala, ſed indifferentia,
nec non bona iuſtè poſſe pro ſuo libito ho-
minibus cum vellet, negare, & interdi-
cere, exinde patens foret. Notat autem
Theodoretus magis aliquid datum eſſe
Noëmo, quàm Adamo; cum animalia fue-
rint illi tam liberaliter conceſſa, vt ei certè
non tantummodo liceret ipſis vti, ſed veſci,
& præparare in epulas pergratas. Quæ om-
nia ex efficatia peracti Sacrificij largita ve-
rum credit ſuccoſus Oleaſter. Cur autem
nunc clarebit.

Gen. 1. 28. & 29.

Gen. 2. 17.
Gen. 9. 1. 2. & 3.

Permiſſionibus eiſdē, & prohibitione in vno cibo, ac eo clarè bono cur fuerint Adamus Noëmúſq; donati.

Oleaſter.

Primum ſanè vt creaturis repleretur ter-
ræ orbis, quod abſque Dei præcepto nequi-
bat attentari, cum genitores ſint in mundo
coadiutores Conditoris. Secundum ne ti-
merent pauciſſimi tunc homines deleri à ſæ-
uis beſtiis, quæ erant multò plures; imò
etiam ne terrori hoc eſſet viris illis, tam
paucis quàm inermibus, terrorem fecit eos
brutorum vniuerſorum, de quo multa eáque
vera in expoſitoribus inuenies. Tertium vt
cibum congruentem tum temporis haberet;
carnes ſcilicet ad comedendum, cùm caro
multis de cauſis deterior & infirmior quàm
fuerat antiquitus, efficeretur poſt diluuium;
vt pro carnis infirmitate reciperent in car-
nibus robuſtius alimentum, & alimoniam
ſortiorem.

Cur neceſſaria primis viris præceptio ad generandum.

Quoniam autem ſub hac lege generica de
carnibus, carnalis poſſet homo irruere in
humanam, & horrore vilihabito, ſeu etiam
in appetitum & amorem commutato, hanc
ſimul inhiare, adiecit Deus, ne carnem co-
mederent cum ſanguine; videlicet, ne eſu
ferino, & lanionio, ſæuitiæ aſſueſierent, de
ſæuitiáque madentem edendi carnem ſan-
guine, in mutua ſui ipſorũ homicidia tran-
ſilirent. Ita vt tandem quòd hæc verba;
Excepto quod carnem cum ſanguine non comedetis;
præceptum ſub ſe duplex, & duplex docu-
mentum clariſſimè contineant; tam ne car-
nem manducarent cum proprio carnis ſan-
guine; hoc enim benè iungitur cum verbis
præcedentibus; *Omne quod mouetur & viuit*
erit vobis in cibum. Excepto, &c. quàm ne car-
nem in cibum ſumerent cum proprio ipſo-
rum ſanguine; id eſt, carnem manducando
ex ſuamet natura, ſpecie, atque progenie;
nam optimè hoc ligatur, cum proximè ſe-
quentibus; *Sanguinem enim animarum veſtra-*
rum requiram de manu cunctarum beſtiarum, &
de manu hominis. Quicunque effuderit humanum
ſanguinem, fundetur ſanguis illius; ad imaginem
quippe Dei factus eſt homo. Fortis ratio, ex
qua concluditur, quòd ſi haudquaquam li-
cet Principis imaginem deſtruere, multò
minus Dei licebit; imò ſicut ille reus maie-
ſtatis ſit humanæ, ſic iſte ſit Diuinæ; quare
huiuſmodi tranſgreſſoribus humana atque
Diuina apponitur hic pœna; Diuina ab ipſo
Deo exigenda & vindicanda; *Sanguinem*
enim animarum requiram, &c. humana verò
ab homine iudicium adminiſtrante, quibus
gladij in homicidas conceditur hîc ius;
Quicunque effuderit humanum ſanguinem, fun-
detur ſanguis illius, &c. per Iudices nimi-
rum, quibus Exod. 21. tam in homines
quàm in beſtias tollentes vitam homini di-
ſtinctiùs atque latiùs conceditur facultas
donatur iuriſdictio.

Cur datæ in cibum carnes.

Cur carnem ſine ſanguine dumtaxat Deus conceſſerit.

Homicidia quantùm Deo diſpliceant, & quamobrem.

Iudicibus in homicidas ius gladij vnde ſit natum.

19. Præceptum verò vtrumque, tum de
modo manducandi, tum de hominibus non
necandis quò poſſint manducari, non equi-
dem ſuperfluum, vt hominibus politioribus
& humanioribus quàm olim, videtur prima
facie, ſed in tanta humanitatis antiquæ ob
vires nimias innata feritate, & in tanta man-
ducandi largitione neceſſarium.

Primum certè, ne Dei pulchra imago,

Digitized by Google

Cur expreſſerit ſine ſanguine manducandas eſſe carnes, cum videatur hoc ſuperfluum.

tanquam belluæ & feræ manducaret; eſſet etenim ferinum vt feræ cibum ſumere: quare cibi donatorem decebat legem dare de modo cibum ipſum ſumendi congruenter; quia talis eſt ad feras hominibus in multis propenſio & æmulatio, vt ſicuti in malitia excedunt vniuerſas, ſic vellent io ſæuitia excedere, atque ideo incumbere cruoribus, & morticiniis, ac deſideriis carniuoris ſe dare: cum etiam poſt præceptum Noëmo promulgatum hoc fecerint nonnulli Virgilij lib. 3.

Virgilius.

Manderet, & trepidi tremerēt ſub dentibus artus.

Et alij apud Lucanum Pharſal. lib. 5.

Lucanus.

Sic quibus immitis placatur ſanguine diro
Teutates, horrēſque feris altaribus Heſus
Et Thamiris Schytica non mitior ara Dianæ.

Cato cruda an ab aliquibus non barbaris comeſta.

Exod. 12. 9.

Nec non multi & veriſimiliter ex populo B ſelecto (vt Barbaros Braſiles & alios quoſuis mittam) apud Lyranum ſuper Exod. quare illic Deus de agno huiuſmodi præcepit; *Non comedetis ex eo crudum quidquam*; hîc verò ne cum ſanguine guſtarent carnem aliquam, ob cauſas præcedentes.

Lyra.

Secundum autem ne ex priuilegio edendi tam largifluo; *Omne quod mouetur & viuit erit vobis in cibum*; putaret quis & homines qui viuunt ac mouentur, hominibus concedi; quò porta ad homicidia pateret ingentiſſima, & ſimul ad delicias quærendas de hac carne in cibos adaptata, vt factum à multis eſt, vel etiam de politicis arreptis quauis furia, ac illa Epheſinorum relata per Lucanum in Sacris trinæ Deæ, & genericè à pleriſque ſub cladem cataclyſmi; cum ta- C men nunquam homo norma iuris naturalis in cibum ſumi poſſit, ex ratione Caietani ad iſtum locum Gen. *Contra ordinem eſt naturæ, vt homo vel animalis, vel hominis ſit cibus. Etenim alimentum ſuapte natura eſt imperfectius eo quod alitur, vtpote quod ordinatur ad id quod alitur, tanquam medium ad finem. Conſtat autem in vniuerſum perfectiorem eſſe finem iis, quæ ad finem ordinantur; quo fit vt homo ſuapte natura nullius eſſe debeat alimentum; quippe cum quibuſcunque animantibus præſtantior ſit; aliis verò hominibus par ſit perfectione naturalis dignitatis.*

Caietanus.

Cur caro nunquam hominis pro eſu ſit accommoda.

Quod ex alia ratione obliti mihi auctoris, deſumpta tamen ea ex regula Auguſtini, qua non licet vti fruendis, nec frui rebus vtendis, monitur perquam facilè; cum enim carne humana vtatur homo ad prolem, non po- D teſt ea frui ad epulas parandas; & cum fruatur pecorina, non poteſt ea vti ad aliud miniſterium. Quòd ſi carnes ante diluuium iàm gulæ ſeruiebant, & proximè eſt libatum, & latiùs pòſt dicendum; vlterius quòd iam dictum in Muſica adiouenies.

20. Altiori verò ſenſu hæc omnia ad Sacrificium, ſcopum mundi & noſtrum, reſpicere ne ambigas. Nam ſi Deus manducationem præcepit animantium, ne iſta adorarentur; & ex eſu atque contemptu præuiſam impietatem in pleraque animalia humanam cohiberet, vt q. 55. Theodoretus auctor eſt, iam ad futuri Sacrificij adorationem nos per illud erigere curauit. Conſequentia per ſe patet, Theodoreti verò mens A huiuſmodi ſe habet; *Prouidens Deus in tantam lapſuros homines dementiam, vt animalia pro Diis aliquando venerarentur, permiſit illorum eſum, quo impietatem illorum cohiberet; ſumma enim eſt inſania adorare quod comeditur. Propterea quoque animalium quædam haberi voluit immunda, alia munda; vt immunda eo ipſo quòd immunda ſunt adorare perhorreſcerent, munda verò quòd & ad eſum hominis & ad Sacrificia mactarentur, pro Diis colere erubeſcerent.*

Theodoretus ſuper Gen.

Animalia ne adorentur, iubentur, quondam edi.

Qua de cauſa carnem etiam cum ſanguine prohibuit, quia ita per Gentiles cum idola ſua colerent freqoenter edebatur, vt ex Locano atque Lyrano pateſcit loco proximo. Et hac ipſa ratione plus ſanguinem abſque carne quàm carnem mixtam ſanguine latenter cunctis Deus inhibuit ſub Noemo; nam qui carnem propter ſanguinem coercuit tam ſeuerè, ſeueriùs vetuit ſanguinem ſolutum à carnis nexu; de quo poſtea tanquam re omnimodè auerſanda ſub lege multa Moyſis præcepta ſunt diſtricta, & ſæpius promulgata; ſeu in multis locis vnũ, ne obliuioni traderetur, multoties renouatum: Leuit. cap. 7. n. 26. Deuter. 12. n. 16. 1. Reg. 14. n. 32. & Actor. cap. 15. à n. 20. cum aliis valde notis. Quod quidem modo duplici antiquitus ligabat; tam ne ſanguis ederetur inter carnes animantium, & artus iam diſſectos, vt crudos, ita ſanguine madentes, ſeu ad minus naturaliter perhorridos; vel ipſum ex ſuffocatu claudentes intra ſe; quàm diuiſus & ſeparatus à membris iam conciſis (vel viuis, in pecudibus) ſiue eſſet tanquam potus à quouis, modo quolibet, potatus & ebibitus, aut ſaltem ſorbilatus; ſiue etiam tanquam cibus coagulatus, vel per ſe, vel cum aliis ſimul rebus, vt hodie ſæpe fit, in farcimioibus comeſtus.

Cur ſanguis ſæpe fuerit prohibitus pro cibo.

Quibus modis quondam ſanguis prohibitus ſub lege.

21. Sed quæ ſanguini & cruori tam potens coram Deo ioerit ratio naturalis, vt ipſum tam perrigidè ſubmouerit hic Dominus; quaſi ad cibum humanitatis ineptus prorſus foret, vel Diuioitati quid in ſe probibitione tanta dignum latenter contineret? ſane duplex de re tali aſſignari poteſt ratio. Prima, quia ſibi ſoli in futuris ſacrificiis Deus ſanguinem offerendum exinde reſeruabat; vt loquitur Chryſoſt. homil. 27. in Comment. ſup. Gen. *Carnem animalium indulſit homini, quòd id pertineret ad eius vtilitatem, ſanguinem autem ſibi reſeruauit in Sacrificiis immolandum.* De qua formula immolandi præſcribitur in Moyſe; *Immolabitque capram in introitu Tabernaculi teſtimonij. Et fundent filij Aaron ſanguinem eius per altaris circuitum.* Secunda verò, quæ eſt ratio prioris rationis, ideo homines tam in Sacrificiis, quàm cõmunibus in cibis manducare qoondam poterant de carnibus pecorinis, ſaoguis autem tantum Deo licebat tuoc profundi in ritibus Moſaycis, quia in ſanguine vt profertur, & verè ſe res habet, conſiſtit vita pecudis; quocirca non inconcinnè immolabatur ſoli Deo, vt ipſe vitæ auctor hoc modo oſtenderetur; à quo vitam, vitæque ſubſidia quæque velimus, multo melius quàm à noſtris parentibus accipimus.

Cur ſanguis quondam hominibus ad eſum non conceſſus.

S. Chryſoſt.

Leuit. 3. 13.

Cur Deo reſeruatus, & illi in Sacrificiis profuſus, & libatus.

Angelicus

D. Thom.

Angelicus ſic Doctor. 1. 2. q. 102. art. 3. ad. 8. quod etiam ſatis clarè habetur in Leuit. cap. 17. n. 11. *Homo qui comederit ſanguinem obfirmabo faciem meam contra animam illius ; & diſperdam eam de populo ſuo ; quia anima carnis in ſanguine eſt ; & ego dedi illum vobis, vt ſuper altare in eo expietis pro animabus veſtris, & ſanguis pro anima piaculo ſit.*

Leuit. 17. 15. & 12.

Notanda verba vltima ; *Et ego dedi illum vobis, vt ſuper altare in eo expietis pro animabus veſtris, & ſanguis pro animæ piaculo ſit:* E quibus palam fit, quantùm ſibi reſeruarit ad expiationem peccatorum in Sacrificiis immolandum Deus ſanguinem animalium ; vt ſicut caro illorum ad nutrienda hominum corpora concedebatur à Dei manu, ſic ſanguis eorumdem in quo eſt vita & anima, ſeruabatur in ſalutem & remedium

B peraccommodum animarum ipſorum hominum ; *Quatenus ſcilicet eiuſmodi ſanguis in Sacrificium effuſus ſignificabat Chriſti ſanguinem in ara Crucis aliquando pro mundi redemptione effundendum*; vt loquitur Spondanus ad annum mundi 1657. & Noëmi 601. n. 9. in fine.

Spondanus

Nisi aliter dicamus cum Auguſtino contra Fauſt. lib. 12. cap. 22. & cum Iſidoro ſuper Gen. cap. 14. ideo Deo fuſum ſanguinem, quia ſanguis ſunt peccata in carne ebullientia, & immodicis affectibus trahentia ſecum ipſis, vt ſanguis, vitam hominis ; de quibus Rex Propheta: *Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis mea.* Quæ carne cum animantis, id eſt cum vita humana non licet manducare, ſed potiùs co-

Auguſtinus
Iſidorus.

Pſal 50. 16.

C ram Deo in Sacramento Confeſſionis largiſſimè profundere, & ab omni vitæ & carnis commercio ſeparare ; qua mente in Vaticinio ſic quodam dictum eſt ; *Effunde cor tuum ſicut aquam ante conſpectum Domini.* Peroptimè Iſidorus. *Dantur eis in eſcam cuncta animalia, ſicut in illo diſco Petro dicitur, occide, & manduca ; eiecto ſanguine iubemur manducare ; ne vita priſtina quaſi ſuffocata in conſcientia teneatur ; ſi habeat tanquam effuſionem per Confeſſionem; nihil ſanguinum intus abſcondat, ſed omnia exteriùs effundat per Confeſſionem, quiſquis amat frui Petri benigniſſima poteſtate.*

Confeſſio Sacramentalis cur in ſanguine animalium profuſo in Sacrificiis peroptimè adumbreatur.
S. Iſidorus.

22. Ergo Deus tam ratione Sacrificij ſibi ſoli non creaturæ cuiuis debiti, quàm ratione Confeſſionis, ſub ſanguine profuſo, in Sacrificiis latitantis, iam homines ad fu-

D turum parabat Sacrificium, quod Confeſſione præuenitur ; *Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat, &c.* Quod in alia prohibitione de homine non necando mirificè eniteſcit. Nam ſi homo mortis reus, & dignus vt multoties à quouis occidatur, præſertimque à Deo, ob plurimas & quotidianas offenſas contra eum iniuriè iaculatas, cur Deus ipſe tam ſolicitus, hîc loquens cum Noëmo, ne homo perimatur ? Vt conſtet, etſi omnes mereri ritè mortem, Deum tamen voluiſſe ne homo moreretur, niſi homo tantùm vnicus, de quo ſemel dixit poſtea per nequam Sacerdotem ; *Expedit vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat;* Huius mortē certò liquet Deum

1. Cor. 11. 28.

Homicidiū Deus prohibuit tam anxiis deſideriis, quā mortem Filij ſui enixè peroptauit.

Ioan. 11. 50.

A ſemper deſtinaſſe in vitam vniuerſorum ; Huius necem ſemper homines poſt culpam præoptaſſe, vt mortem non viderent ; Huiuſque Noëmo ſanguinem tunc Deum memoraſſe, cum ſanguinis effuſionem in reliquis hominibus tam valde coarctauit ; vt diceret ſilenter ſub forma illius legis ; *Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat ;* econtrarióque ſupponeret ; *volo mortem Redemptoris, vt peccator per conuerſionem in illum poſſit viuere.* Quæ conuerſio cum non fiat niſi per carnem filij hominis à Chriſto imperitatam in verbis Euangelis, huc carnis atque ſanguinis Noëmi lex reſpexit. Nam qui illic vetuit ſanguinem ob iſtud Sacramentum ; carnem poſtea tantùm mundam conceſſit ſuis famulis ob munditiem illius carnis tam multis præſignatæ.

Ioan 6. 53.

Poſtea in lege Moyſis.

23. Pro iſtis verò fuſiùs & clariùs enodandis oportet annotari, Deum ſemper iuxta varias creaturarum qualitates, eis cibum præbuiſſe. Decet enim Patremfam. prudentem pro clictum diuerſitate cibos etiam accommodatos & diuerſos eiſdem diſtribuere. Vnde Angelis, qui ſpiritualis dumtaxat ſunt naturæ, ſpiritualem cibum tantùm in Beatifica Viſione appoſitè ſignauit ; brutis autem eregionè quia merè corporalia, corporalem ſolum victum ; at hominibus qui corpore ſpiritúque conſtant, alimentum eodem modo ſpirituale & corporale, tam animæ quàm corpori perpetuò deputauit ; vt in cap. 8. Deut. cenſet Gloſſa. D. Thom. cap. 6. opuſcu. 58. & Vincent. Ferrar. ſerm. vnic. in Cæn. Dom. Illud tamen aduertendo, in quouis nobis cibo pro ſpiritu donato, noſtrum ſpiritum, Filij ſui veracis cibi animæ, memoria ſemper Patrem Cæleſtem vegetaſſe, ac eiuſmet aduentum in carnem indigitaſſe ; quod vt meliùs innoteſcat, ſic patet à principio.

Creaturis cibos Deus, vt illæ ſunt largitur, & hominibus vt duos peraptos ſemper dederit.

Innocentiæ nanque tempore quod iugiter duraret, ni homo laberetur, pro ſpirituali cibo homini conceſſit lignum vitæ ; id autem quantùm in rebus corporeis dari poteſt ſpiritualis efficatiæ, in fructus vi eximiæ, qua ſuper omnes limites corporeæ qualitatis ſeruaret in perpetuum caduram naturaliter, & perituram humanitatem ; *Ne forte ſumat de ligno vitæ, & viuat in æternum.* Sed ſic eſt, quod vita noſtra ab anima dependet, ergo eſſet pomum illud & vita noſtræ vitæ, & etiam quaſi anima rationalis noſtræ animæ ; ac ideo cibus proprius pro anima paratus. Cæterùm erat Sacrificium & Sacramentum primi temporis ſtatus Innocentię, vt latè Enarrat. de arbore vitæ dictum fuit, quæ duo ſunt pro anima cibanda duæ epulæ ; animæ igitur alimentum egregius fructus ille.

Gen. 3. 22.

Ligni vitæ fructus cibos plùs animę quā corporis.

Tempore autem poſt peccatum, pro eodem ſpirituali alimento peccatoribus Sacrificiorum carnes ſanctas largitus eſt Deus clemens ; nam animas ſanabant, in gratiáque alebant ; & in vmbram Sacrificandæ Redemptoris noſtri carnis, æternitati conſecrabant. Vnde iam ante diluuium (quo comeſtæ carnis quæſtio ſoluetur per tran-

Ante diluuium vtrū nam carnes comederint iam homines.

ſennam) in actione Sactificij veſcebantur carne iuſti, vt Deo & ſuo muneri perfectiùs deſeruirent; debent enim qui Sacrificant ex Sacrificiis manducare, vt aſſerit

1. Cor. 10. 18. & 9. 13.

Apoſtolus; *Non ne qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris*; & ibi paulò ſupra: *Neſcitis quoniam qui in Sacrario operantur, quæ de Sacrario ſunt edunt; & qui altari deſeruiunt, cum altari participant?* Sicut peſſimæ tempeſtatis eiuſdem viri ioiuſti non ſolùm carnes pecudum, Dei citra facultatem, vt vitiis & libidini effreni plus ſeruirent, iam etiam tunc ſumebant, ſed & hominum in delicias parabant ſæpe carnem, iuxta ea quæ ſuperiùs Enar. 28. in bino luco dedi. Aliuſmodi tum carnes non puto à quouis eſas; etſi aliqui cum Iuſtino & Caietano ex rationibus hîc vt minus congruentibus, nequaquam interſerendis, exiſtiment contrarium. Quòd ſi populus fidelis in deſerto & Babyloniæ non habuit Sacrificia, non ideo cibo animæ ſuadearis vllo modo interea caruiſſe; quippe qui in ſolitudine pro animæ alimento liberaliſſimè ſunt fruiti Myſteriis manna pleno; in exilioq; pro eſca ſpirituali orationibus, quibus animas afflictas idoneè ſuſtentabant; vt Venetus in Harmonia Cant. 2. tono. 5. cap. 6. teſtis eſt; ſiue etiam multis ibi laboribus & lachrymis ab ipſis toleratis; cum & lachrymæ tribulatis in panes conuertantur; *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte*; & labores manuum noſtrarum beatè manducentur: *Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es; & benè tibi erit.* Qui cibus, nempe animæ perpetuò deputatus, neque Gentibus vſque ad Chriſtum in lege naturali viuentibus defecit, cum ſemper ipſis fuerint vt locis dixi propriis, permiſſa legis primæ naturæ Sacrificia.

Pro Sacrificiis in deſerto, & exilio Babylonico Iudæi quid habuerint.

Pſal. 41. 4.

Pſal. 127. 2.

Tandem verò adueniente Redemptoris tempeſtate nil minor fuit homini iſtius cibi copia, imò eidem tantò maior conceſſa exuberantia, & fortior præcedentibus, quantò plures ſunt præſentes, fragiliorque humanitas; de quibus ſic Palacius Matth. cap. 27. *In prima mundi inſtitutione dantur homini herbæ in eſcam; Gen. 1. Mundo poſtea per diluuium deſtructo, nouoque ſuccedenti dat Dominus carnes in cibum, quaſi olera virentia; Gen. 9. Mundo verò terreno per Chriſtum velut abolito, & nouo ſpirituali renaſcenti non iam herba vel pecudes dantur in cibum, ſed ipſemet. Quantò magis mundus procedit, tantò infirmior eſt; ac ideo maiora requirit alimenta. Vetus domus fortiora exigit fulcra; periculoſior infirmitas prepoſitora medicamenta.* Et rectè Chriſtianis Deus cibus factus eſt; nam cum ille Iſraëlitas abundè manna pauerit, in terra ſolitudinis, & via ad ſuam patriam, ac panis manna ſit vocatus Angelorum, altiori nos edulio cibare tenebatur, qui fueramus per Iudæos, vt maiores per minores, tam in via ad Cæli patriam per vitæ ſolitudinem idoneè figurati; quàm in aliis propter quæ affirmat D. Paulus, *Omnia in figura contingebant illis.* Nam cum Angelis nemo ſit excepto Deo maior, qui Angelo-

Ciborum per quos gradus ſit Chriſtus cibus hominum.

Gen. 1. 29.

Paulus de Palacio.

Gen. 9. 3.

Pſal 77. 25.

Vt Euchariſtia neceſſaria.

1. Cor. 10. 11.

A rum pane aluit familiam inferiorem, Diuino quaſi cogebatur ſuperiorem ſuſtentare. Sic optimè de herbis quæ ſunt in terræ facie, vſque ad Cæli ſummum apicem, pro temporum varietate, neceſſitateque humanus eſt cibus immutatus.

24. Nec huicce veritati tam pulchrè ſtabilitæ Theodoretus quidquid obeſt, ad numerum 20. ſuperiùs allegatus, adoratione indignam putans rem omnem quę comeditur. Id etenim procedit de manducatione naturali, videlicet, cùm cibus inferior eſt edente, vt appoſitè Caietanus obſeruat eo in loco; ſeu cùm modo naturali ciborum fit digeſtio; quę Diuinę maieſtati indigna ſummè erat. Nam cum via demiranda, cæleſtique hæc fiunt, nec Deo quid iniurium, B nec homini inconueniens, ſed decens, aptum, concinnum: præcipuè ad mentem eius in Deum tum frequentiùs tum altiùs ſubleuandam, & animam dulcedine interna iucundandam; atque vitam ſpiritualem his mediis fulciendam.

Adorari quod comeditur cum liceat; & non liceat.

Lex olim potum ſanguinis & cibum prohibebat, ne anima rationalis cum anima irrationali, quę reſidet in ſanguine, politica ſeu vita, ciuilis & vrbana cum ferina & pecorina vtcunque miſceretur: quemadmodum Deus ipſe ſuppoſuit quando dixit; *Hoc ſolùm caue, ne ſanguinem comedas: ſanguis enim eorum pro anima eſt; & idcirco non debes animam comedere cum carnibus, ſed ſuper terram fundere, quaſi aquam.* Euangelium verò ſanguinem propinat Chriſtianis, & pręcipit potare; *Bibite ex hoc omnes*; quò à vita bel- C luina cum beſtiis nobis ſimili, feramur in Diuinam. Hic enim ſiuis noſter; vnde ait Cyprianus ſerm. in Cœn. Dom. *Lex quippe eſum ſanguinis prohibet, Euangelium præcipit vt bibatur.* Quare tantùm reſtat homini per alios diffluenti huic cibo reuocare, & eum ad Dei obſonium inuitare cum Bernardi ſententia perquamdulci; *Homo enim Deus eſt, quid amplius quæris? ſufficit tu Deo? ſufficiat tibi Deus.*

Cur ſanguis quondam vetitus.

Deut. 12. 23.

Matt. 26. 27

S. Cyprian.

S. Bernard.

25. Hæc autem prohibitio diſtricta aduerſus ſanguinem haudquaquam manducandum, à mundo iam euanuit. Nam quamuis in hoc ſenſu, ne eſſet vita pecudum à nobis conſectanda, morale planè fuerit huiuſmodi pręceptum, & moralia in ſuo robore pręcepta perſeuerent, vt docet D. Thom. 1. 2. D q. 100. art. 3. & q. 104. art. 3. ac Lyra ſuper Exod. cap. 20. in alio, dum ſignabat futurum Chriſti ſanguinem, quo animę rationales dumtaxat mundarentur, ceremoniale ſimul erat, & ideo à lege noua, quæ cum ceremoniis legis veteris non patitur conſortium, omnino propulſandum. Nec erat ex moralibus contentis in Decalogo, quę hodie tantum vigeot; nam alia quę ſolummodo ad illud reducuntur à noſtris non ſeruantur; vt Thomas & Lyranus citati clarè aſſerunt. Quibus Sancti Ferrarienſis in Octa. Corporis Chriſti hanc adde rationem: *Quare Deus præcepit Iudæis vt de aliquibus non comederent? Quia de illo populo naſci debebat Meſſias, propter quem Deus hoc fecit,*

De ſanguine non edendo præceptum cur abolitum.

D. Thom.

Lyra.

Præcepta quæ Iudaica nunc ligent Chriſtianos.

S. Vincent. Ferrar.

vt

Cur cibi multi fuerint Iudæis interdicti, at Chriſtianis nullus prorſus.

vt fit communiter de filio Regis, cuius nutrici dantur certa eſca de conſilio Medicorum, non amore eius, ſed vt filius Regis bonæ complexionis naſcatur. Ita fecit de gente Iudaica, de qua naſciturus erat filius Regis Chriſtus. Voluit Deus vt abſtinerent a cibis malæ complexionis. Sed ex quo filius Regis non indiget nutrice, ipſa poteſt comedere ad libitum quidquid vult. Ideo nos hodie omnibus eſcis poſſumus veſci, quia omnis creatura

1.Tim.4.4. Dei bona eſt, & nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur; ſanctificatur enim per verbum Dei, & orationem 1. ad Tim. cap. 4.

Nec obſtat quòd in Actis ab immolatis ſimulacrorum, fornicatione & ſuffocato Chriſtianos abſtinere Apoſtoli iuſſere; *viſum eſt Spiritui Sancto & nobis, nil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione, à quibus cuſtodientes vos, bene agetis. Valete.* Nam iſta non fuere ordinata pro Eccleſia, vt ſemper ſeruarentur, ſed vt homines ad illam ex Hebræis & Gentilibus venientes poſſent vnà in pace conſeruari; dum primi à ſuffocatis & immolatis ſuper aras Gentilitatis abhorrebant, ſecondi verò lapſum fornicationis ordinariæ, ſeu ſimplicis putabant non eſſe culpam grauem; quare illo primo tempore tranſacto mox exceſſit huiuſmodi vſitatio; vt in libris contra Fauſtum ſcribit Auguſtinus.

Actor.15.29.

Apoſtoli cur ſanguinem & ſuffocatũ prohibuerint.

Minus autem huic veritati Metamorph. lib. 15. obſiſtit Naſo dicens, primum ſæculum ante diluuium fuiſſe verè aureum, quia carnibus animalium non ora (prout nunc) rationalium creaturarum ignominiosè fœdebantur, nec carniuoro exercitio, ignobili pro homine, vtcunque tradebantur; quod ille Sacri textus non inſcius ſic deplorat.

An carniuoros hominibus vt feris eſſe liceat.

Ouidius.

Heu quantum ſcelus eſt in viſcere viſcera condi!
Congeſtóque auido pingueſcere corpore corpus
Alteriuſque animantem animantis viuere letho!

Quod enim benignitatis, infirmitatiſque intuitu laxauit Deus hominibus, quî poterit rationaliter taxari, & ſuggillari? *Quæ Deus purificauit, tu ne commune dixeris.*

Actor.10.15.

De pacto quod per Iridem Deus pepegit cum Noë, vt beneficia ob Sacrificium ei data confirmaret.

Cur arcum naturalem in ſignum voluntariũ diluuium non mittendi elegerit Dei placitum.

26. HÆc omnia ob munos Sacrũ oblatum ſuper Aram Noëmo Deus conceſſit, ſed inſuper & pactum cum ipſo celebrauit, de mundo clade aquea non ampliùs obruendo; cæleſti quod ex arcu in nubibus oſtenſo plùs quàm alia quauis re ei voluit confirmare. Non quidem quòd hic arcus diluuium non præceſſerit, ſed quòd illum, tanquam ſignum ad libitũ ſelectum, & voluntariũ prout dicunt, vt aliud quoduis poſſet, ſic lubens Deus elegit, quo verſùs Noë ſuam promiſſionem & voluntatem teſtatam demonſtraret. Et etiam quia vt notat Valleſius nono cap. in Sacra Philoſo-

Valleſius.

A phia, non tantùm voluntarium ſed & ſignum naturale ad diluuium nullo modo in proximo euenturum, nimboſus arcus eſt, rorificæ ex ſe aquæ prænuntius, non largifluæ; vel procelloſè corruituræ, vel nimiùm duraturæ, cum fiat non ex nubibus nigredine condenſis, nec cælo quoquouerſum tenebris onerato, ac graui velo nubium à luce ſpoliato, ſed partim luminoſo, & partim nube rorida oppoſita ex aduerſo; quæ ſanè tam à radiis ſolaribus percuſſa, quàm radij ab ipſo nubis humore repercuſſi, efficiunt arcum illũ tam varia luce pulchrum, vt eum velut ſignum ſupremæ rei conſtituant, dicente Mantuano;

Vt fiat arcus cæli; & qualiter ſit pulcher.

——Ceu nubibus arcus
Mille trahit varios aduerſo ſole colores;

Virgilius lib. 4.

B Sed & libri Eccleſiaſtici auctore, cum ſtupore tam magnę pulchritudinis; *Vide arcum, & benedic eum, qui fecit illum; valde ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo.*

Eccleſ. 43. 12.

De arcus myſtagogiis Comeſtor duo putat diluuia deſignare; & aquæ iam præteriti, ne ampliùs timeatur; & ignis euenturi quò ſemper formidetur; quorum alterum in cæruleo pluuioſóque colore depingitur ad viuum, in rubro verò alterum, qui ignem ſecum refert. Sed meliùs ad Eccleſiam Rupertus ſup. Gen., *Cæruleus aquæ color Baptiſmum, quo nos abluit; igneus autem Spiritum Sanctum, quem effudit ſuper nos, & quo peccatũ conſumit, adſignificat.* De quorũ vtroque ſenſu hom. 8. in Ezech. Gregorius Sanctus agit. At altiùs pro Dei Filio ſcopo iſtius operis, in Gen. Berchorius; *Vo-*

P. Comeſtor.

Vt arcus cæli duo diluuia præſeferat.

Rupertus vt duplicem Baptiſmum.

C *lens Deus* (ſcribit ille) *genus humanum de diluuio vniuerſali aſſecurare, arcum ſuum tetendit, & parauit illum; ſcilicet, Filium benedictum; ipſumque in nubibus, id eſt, in puriſſimis Mariæ viſceribus poſuit; & ibi colores duos principales, rubeum ſcilicet & cæleſtem aſſumpſit. Rubeus color ſignificat carnem, cæleſtis verò ſignificat animam. Sic ergo fuit Deus Pater mediante iſto arcu humano generi confœderatus, homo autem à damnationis diluuio liberatus.*

Berchorius

Arcus in nubibus Chriſtus in Virgine.

27. Sed propiùs Euchariſtiæ Viſſuna in Miſſus eſt 2. p. ſerm. 18. dum arcum ſimul iungit cum Chriſti Sacrificio, & pariter cum illo oblato per Noëmum, quò cohærentiùs procedamus. *Hoc ipsũ quod fecit Noë, dum ab arca egreditur, fecit & Chriſtus (inquit Viſſuna) dum arcam ſalutis vteri materni*

Viſſuna.

D *eſt ingreſſus; vbi animalia munda, id eſt, corporis ſenſus, & mundas quoque volucres, id eſt, animæ ſuæ potentias Deo Patri obtulit Hoſtiam viuentem, omni acceptatione dignam; & ad hoc vterum Matris fecit altare deuotiſſimum, quo Dominus dicitur ſuauiter odoratus; quia ex tunc ſuauis Dominus vniuerſis hominibus fuit, & miſericordia eius ſuper omnia opera eius. Vnde ſequitur;* Et ait Dominus ad Noë; Nequaquam vltra maledicam terrę propter homines. *Nam indecens eſſet, quod Pater malediceret eos propter quos benedicendos eius filius factus eſt homo.*

Arcam vteri Virginei non egreſſus, ſed ingreſſus Sacrificium Chriſtus obtulit alio Noëmi quantò melius.

Rupertus lib. 4. cap. 34. ſup. Gen. hunc arcum flectit iterum ad Chriſtum factum hominem, cum præcedentibus DD. anti-

DE VINEA IN MVNDO PRIMA PLANTATA per Noëmum, de illóque per vinum incautè inebriato, & indecorè præ temulentia nudato à ſemeptipſo, ac ab vno ex filiis ſuis irriſo coram aliis.

Io portu naufragiũ.

29. NAVFRAGIVM triſte ſolet io portu ſæpe dari, vt fertur in prouerbio, cuius meminit Propertius lib. 2. per hos verſus;

Propertius.

An quiſquam in mediis perſoluit vota procellis?
Quum ſæpe in portu fracta carina natet.

Quod quidem in primo nauis rectore clarè viſum, dum ſalo inſuperatus, proſtratus eſt in ſolo, ita vt certè nauigaodo immenſos ſuper vorticees extiterit ſecurus, & ſemper proſperatus, at modicè bibeodo in domo ſua propria, irriſus, & à filio degenere exprobratus; quem canis ſanè effrontis Cham nomen non dedecuit; impudentiam verò eius in patrem inebtiatum ſequenti Enar. Beroſus indicabit.

Aratium Noë repe-rit, & vineã primam plantat.

Ante diluuium nullum vinum.

Cæpit igitur Noëmus, agricola hîc vocatus, aratro terram ſcindete, & eam primus vomere frumento præparare. Nec taotùm pius parẽs frumenti viam facilem mortalibus oſtendit, ſed inſuper & vinum plantaodi, colligendi & exprimendi vſque ad illum compertam nulli artem; vt tam carneis alimentis à Deo iam conceſſis, quàm vini, ac doni Ceteris, ſeu cælici abundantia, mundo viribus attrito ſuppetias miniſtraret. Bibit tamen inexpertus incogoito ex liquore, cuius virtus & efficatia hominibus latebat, & cum verè potum ſumpſerit

C

Noëmi vinum filius iniurium patri ſuo.

ex filio profluente (ſic etenim Noëmi, vt ab illo primùm editum appellari vinum poteſt) non vi intemperantiæ, ſed potius inſcientiæ io turpe ebrietatis eſt dedecus prolapſus, & à filio tam ſolerter in vitam ſuſcitato, in ſolum deuolutus, iudicióque priuatus, nec non locis in verendis opprobrium palam factus. In quo mihi tanquam in re attentione ſumma digna, hæc veniunt ponderanda.

Vt filij instituendi.

Primum, nocuas eſſe patribus delicias filiorum, quos dum molliter enutriunt exprobratores ſui nominis, & hoſtes duros aluntꝫ vt fuit Noë vinum, ingrata tanto ſeni laboris eius proles: vnde ait Eccleſ. *Filij tibi ſunt? erudi illos, & curua illos à pueritia illorum.*

D

Eccl. 7. 25.

Secundum, naufragari, qui vino ſeſe tradit; Chryſologo atteſtante ſerm. 173. vbi crapulam intellectus naufragium verè nuncupat; non adeo quo in maris, ſed mortis & peccati deſcendit fundum ebrius, vt taogit idem S. ſerm. 26. *Hanc qui habet, ſe non habet; hanc qui habet homo non eſt; hanc qui non habet peccatum non facit, ſed ipſe peccatum eſt.* Imò etiam in inferiora inferni mæſti vada, ex Chryſoſtomi ſenteotia hom. 29. in Comment. ſup. Gen. *Vera ebrietas voluntarius dæmon eſt, & grauius quàm dæmon mentem obte-*

Chryſolog.

Ebrietas oaufragiũ, & de ea mala multa ſubtiliter libata.

S. Chryſoſt.

A

nebrat, & captum omni beneuolentia deſtituit. Sæpe enim cum dæmoniacum videmus, condolemus; & magnam verſus illum beneuolentiam declaramus. Contra verò facimus apud ebrios, indignamur enim; innumera imprecamur. Quare autem? niſi quia qui à dæmone agitatur, inuoluntarius operatur; at ebrius quidquid fecerit non venia dignus erit, quòd voluntariè ebrietatis tyrannidi ſe dedit.

Secreti vinum neſcium.

Tertium, hominem vinoſum noo parcere ſecreto, nec famæ; ſed infamiæ pateſcere ſuaptè; quidquid enim iſtorum mente reponitur plus altè, per vinum mox exponitur notitiæ vniuerſorum. Nam vt dolia dirum-

B

puntur, & muſto ab imis fecibus natiuè reuoluuntur, ac foras diffunduntut, ſic bibuli quæ ſciunt eiicere non neſciunt; quod & vini decantator ingenuè confitetur;

Horatius.

Tu lene tormentum ingenio admoues
Plerumque dure: tu ſapientium
Curas & arcanum iocoſo
Conſilium retegis Liæe.

De fœtore vini multi ſententiæ ſalutares. Plinius.

Et ſicut vinum in cellis ſeruatum, licet clanculò ſuauiter odorat, ſit olet ipſum grauiter immodicè congeſtũ ex hominis ſtomacho; vt Plinius obſeruauit lib. 14. cap. 22 quò dedecus exinde bibacium denotetur; qui etiam domi ſuæ inebriantes ſemetipſos laborant apud populum fœtore vinoleoto; vnde in domo ſua propria & in ſuo taberoaculo, quaſi in publica taberna non foris iſte Saoctus infamia flagellatus deſcribitur à Moyſe.

Luxuria vinum ſequitur. Plinius.

Quattum tandem, magnam ex vioo luxutiam ſuboriri; quare ait loco proximo oaturæ Iudex Plinius: *Præmium ſummum ebrietatis luxuria portentoſa, ac iucundum nefas.* Nam ex meritis ſunt præmia, & hæc ex vini meritis. Tertullianúſque in Pſichi. *Monſtrum habetur libido ſine gula.* Ac etiam Dei eloquia; *Luxurioſa res eſt vinum. Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes*

Tertullian. Prou 20 1. Eccl 19 2.

30. Caſu autem ſancti Loth hoc vltimum firmatur. Erat enim in ſpelunca ab igne liberatus, ſi tamen libetatus, qui ibi ſimul erat cum fœminis duabus, quantumuis tam ptopinquæ, vt ex iure propinquitatis tam longè à patre eſſent, quàm erant propinquiſſimæ. Quæ magis pariendi quam auidæ parendi paternæ voluntati, & magis ſeſe matres, quàm patris forſan ſemeo incolume exoptantes, ad aliam dixit alia, & malæ mala ſoror; ſeu peſtis peſti alteri, vt patrem inebriarent, cum eóque coïrent; quod ſicut meditatum, ſic fuit conſummatum, & à patre vini pondere nil protſus ſentiente hæ filiæ bonæ grauidæ, quæ duos ex hoc filios inceſtu profudetunt.

Gen 19. 31.

De quorum tameo gradu, affinitatiſque

Inceſti Loth ex vino prodigium demirandum.

vocabulo, tam cum patre, quàm cum matribus, & ad inuicem ſecum ipſis, mouere litem poſſumus. Quia neque patris ſui manebant clarè filij, qui erant ei nepotes; nec matrum, quarum fratres veriſſimè exiſtebant. Cuius ergo filij erant illi duo inceſtuoſi, fœdiſſimique nati? Vini vtique, quod ſolet ſimilia monſtra parere; vt tetigit Tertullianus; nam ſicut dixit proximè *Libidinem ſine qua habere monſtrum ingens*. ſic tutò poſſet dicere, tum gulam, tum libidinem, tum crapulam, tum carnem ſimilia monſtra fundere; maioráque (ſi fas) portenta in lucem edere, vt tandem filij patris, ac matrum non ſint filij; nec etiam conſobrini, cum priùs atque potiùs vtrinque fratres fuerint; nec fratres, cum à ſororibus in vitam proceſſiſſent, ſed tantùm filij vini, quod filios & nepotes; fratréſque, & conſobrinos, hæc omnia ſimul iuncta, ac etiam repetita, in fratribus & filiis (erant enim fratres bis, & filij quoque bis, ſeparatim verò nihil, vt diaboli confuſio) enaſci fecit eos, qui vino ſunt concepti. Vnde & Chami monſtrum illud in patrem nudum geſtum, à vino dici poterit paterno dimanaſſe, & tunc ſolo vini halitu tam ſanctum Patriarcham genuiſſe nequam tantum; nam filius temulentia tam turpi in patrem actus, plus vini quàm naturæ videtur eſſe filius.

Qui filij vini fuerint, Noëmo, & Sancto Lotho.

O turpe, miſerandum, auerſandúmque prodigium! ô ambages & Labyrinthi à vino fabricati! id autem in domo propria, vt etiam in Noë viſum. Nam ecquis domi ſuæ tranquillior habitarit, quàm qui duas inter filias per ipſum liberatas, ex Angeli infallibili promiſſo morabatur, & requiem capiebat? Quotum tamen nihil profuit quò ille ſe ab illis, catenis expediret; quæ ne plurimos in ędibus pacatos ſuis propriis irretiant faxit ille, ſalutis noſtræ auidus; non adeo filiali, feralique concubitu, qui natura perhorrente perrarus ſemper erit, quàm potiùs coniugali ac licito conſortio; in quo ſępius quàm communiter à multis reputatur, mortaliter peccatur; non tantùm in rebus pluribus familiam & voluntatem fœmineam concernentibus, hoc enim ad vinum turpe luxuriæ de quo hîc non pertinet directè, ſed in ipſo moderamine coniugij non ſeruato. In quo viri coniugati propiores culpæ ſunt, quàm cælibes, ex duplici exemplo valde apto, Enar. de Matrimonio n. 6. iam libato; tam eius qui faciliùs inebriatur vino ſuo, quàm illius qui incendio eſt propior verſans ignem. Quod Paulus non obſcurè inſinuanit ad Corint. ſic dicens vxoratis; *Melius eſt enim nubere, quàm vri* at carentibus vxoribus ibidem paulò infra: *Si autem acceperis vxorem non peccaſti, & ſi nupſerit virgo non peccauit, tribulationem tamen carnis habebunt huiuſmodi.* Nam primis ſatius erit coniugium caſu in eo quo vri prorſus debeant, ſecundis autem exuſtionis periculum frequentius. Licet enim verba illa, *Tribulationem tamen carnis habebunt huiuſmodi*; de malo zelotypiæ, de prouiſionéque familiæ Lyrani mens exponat, mihi ſanè violenta eſt talis expoſitio, cum Apoſtolus non de mentis, ſed de carnis tribulationibus expreſsè verba faciat.

Luxuriæ quinam ſint peccato propiores, coniugati, an ſeparati à thoro coniugali.

1. Cor. 7. 9. N. 18.

31. Nec ex Lothi moralitate non iſta confirmabis. Fuit etenim per Angelos ereptus ab incendio Pentapolis nefandæ, confeſtim comburendæ, cui montem vt ſaluaretur, propinquum deſignarunt. At ille montis timens conſcendere coronam, vrbem paruulam ex cremandis in valle conſtitutam, ad ſe ibi recipiendú ab Angelis obtinuit; quam ob metum nihilominus reliquit abſque mora, in montémque ſe contulit, quem priùs formidauerat; vbi vino atque ſopore per filias conſepulto cum eis iniit copulam ſuperiùs enarratam.

Gen. 19 à n. 17.

Mons ſignificat ſtatum pro continentia deputatum, Euangelicæ doctrinæ in vertice eleuatum, in arduo conſtitutum; Vrbs humilis & parua in valle collocata, quò ibi ſenex volens ſe poſſet ſoſpitare, ſtatum Matrimonij, ac dicitur à Gloſſa; quia in imo carnis poſitum ſaluare ſolet homines, qui rationaliter ſe habent, Loth verò ex Sodomitica combuſtione compluente terga vertens contra terga libidinis nefariæ, eſt ille, qui ex magna præterita luxuria, in caſtitatis ſeſe collem recipere feſtinat; quod vt accidat videamus in iſto viro probo anguſtiis circunſepto.

Loth caſus recoſitus, & caſtitati accommodatus.

In primis, Angelorum conſilium ſanum fuit; vt etiam Lotho viſum, quantumuis tardè & malè; perfectè quippe nemo, quietéque ſaluatur ab igne petulante, quin in iugo ſe conſtituat excelſo continentiæ; Loth factum Segor vrbem in valle deſerendo, ſaluationis metu intentui egregiè noſtro fauet; nullus enim fugam capit ex magno carnis rogo qui in thoro coniugali decenter conquieſcat, & periculo domeſtico non iugiter pulſetur, ac etiam conquaſſetur. Senex verò in ſummitate ſaluatus, & proſtratus, hanc totam veritatem mirificè corroborat; ibi nanque ſpecus erat, ad viuendum quamuis arcta, ad ſaluandum accommodata, vt continentiæ & Religioſæ clauſuræ figuratio, à Deo primùm volita, ab Angelis conſulta, à Lothóque poſtremò quæſita intempeſtiuè; in qua tamen ſi prolapſus, non lapſus propter montem, nec propter antrum illud occaſionaliter infeſtum, ſed propter duas illic occaſiones vrgentiſſimas, & tentationes robuſtiſſimas vnitas contra eum, mulieres nimitum, & vinum largè bibitum. Semper enim vini gurges ſpumat in libidinem, & crapula in luxuriam; ac ſemper vbi fuerint ebrietas & mulier, viri etiam plus perfecti proſtratio nunquam deerit: facilè enim à tentatione ſine oblata occaſione in ſpelunca Religionis ſaluatur vir deuotus, & ab occaſione ſine tentatione in quouis mundi loco, ſed ab occaſione & tentatione promiſcuè fœderatis, ſi aliquis ſaluetur, prodigium magnum erit. Porrò Lotho duæ filiæ occaſio duplex fuit, tentatio verò vinum, quæ mentem prorſus eripit, & quæ furorem ſecum trahit vinoſo fortiorem; at quis tandem liberabitur ab his duobus nexibus; cum

De tentatione & occaſione quid valde ponderandum.

Prou. 20. 1.

cum vinum atque mulieres vel etiam ſeparatim, apoſtatare per ſe faciant maiores ſapientes:

S. Bonau. Vt vinum ſit bibendum.

Quoniam autem mala tanta à vino ſæpe veniunt vt iſtud ſit bibendum oportet indicare. Bibendum verò vt ait Seraphicus Præceptor, lymphatum non tamen certè & aqua attemperatum, quàm aqua vini ipſius colore ſalutata. Vnde Bacchi educatrices fuiſſe aquarum nymphas perdocti in ſuis fabulis antiqui tradidere, & Bacchó iuxta lymphas,

Athanæus.

vt narrat Athanæus, altare parabatur, vt aqua vinum eſſe largiſluè commiſcendum ediſcerent bibaces. Quod Latinè per antiphraſim clariſſimè expreſſerunt, dum ideo vinum merum prudenter nuncuparunt, ne merum id ſumeretur ex nomine ſignarent, & quaſi vini voce, vt validiſſimi præconis, ab eo nullo modo, vel loco ſeparandã, hanc ipſam veritatem frequentius prædicarent, & altiùs perſonarent. Quo fiet vt in mundo

Cur vinum dictum merum, ſuper vtróſque ſit ei & merũ & mixtum imperium.

hic liquor potentiſſimus in hominibus obtineat & merum & mixtum imperium; in ebriis quidem merum, in ſobriis verò mixtum, & tantopere commixtum vt fertur in adagio vbique circumlato: In cratere meo Thetis eſt commixta Lizo; eſt Dea cum Deo, ſed ea maior eo.

32. His de vino per Noëmum plantato, literaliter & ſpiritualiter plantatis, alegoricè de re ipſa loquamur aliquantulũ. Agricola qui primus incepit terram vertere, Pater fuit maior ſæculi, quàm præſens Patriarcha, de quo Ioannes ait; *Ego ſum vitis vera,*

Ioan. 15. 1.

& Pater meus agricola eſt, qui ſanè panem & vinum plantauit ab initio, donec panem vinúmque pro animabus ſaturandis, productum ex ſemetipſo, ſub carne in mundum

Panis vinique altaris agricola qui primus.

miſit, nimirum Chriſtum Do. Dei Patris vnigenitum. Hic verò qui agricola vt Pater ſuus extit, ſeu fuit ab æterno, in ſegetem atque vineam plantauit ſuum corpus, cum vnà carnem & ſanguinem ſub pane vinóque hominibus donauit; & velut hæcce duo, duriſſimo laborum ligone ſe excoluit, arauit, atque falce ſe meſſuit & putauit, expreſſit, triturauit; nihil enim plus atteritur & exercitatur diuerſimodè, quàm panis atque vinum, vt tandem cibo & potui reddantur conſentanea. Sicque Chriſtus ſummo amore priuſquam in cibum & potum in Cœna ſe dediſſet, attritus valde eſt, dum ad tormenta ſuæ Crucis eundem cibum tranſtulit in verbis Apoſtolicis *Accipite & comedite; Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur*; expreſſum, atque pondere tam gracis Crucis tortum, vt nec quidem cordis ſanguis à milite transfoſſi remanſerit in ipſo; de quo multa in Iſai. cap. 53. & 63. inter aliaque hæc duo nobiliora teſtimonia; *Attritus eſt propter ſcelera noſtra. Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum.* Sed & tritici ſub nomine Agricola præfatus; *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet; ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert.*

Laboribus quot panis & vinum præparentur, vt eſui ſint accommoda.

1. Cor. 11. 24.

Iſai. 53. 5. & 63. 3.

Ioan. 12. 24.

Quem panem ſic paratum & vinum ſic plantatum, qui prior manducauit, & bibit

A fuit ipſe plantator mundi, & eius piiſſimus Redemptor; Apoſtolis propinans, præcedéuſque eoſdem in ferculo Eucharistico; quod non ſolùm charitate eximia propinauit, ſed etiam velut Noë ſeipſum ebrietate amoris denudauit, in ſuo tabernaculo, ſeu tabernaculis in tribus, quæ habuit, nudum præbuit. Tria nanque tabernacula & vnicum palatium Noëmus ille habet, qui per aquam, nec non ſanguinem, ſeu per aquam Baptiſmalem productam à ſuo ſanguine ſaluauit orbem perditum. Palatium à propalando, quod eſt res cum magnificentia conſpicua patefacere, eſt illi cæli aula, vbi ad Patris ſui dexterã conſedet manifeſtus, non veſtibus nudatus, ſed aliis tantò ampliùs melioribus ornatus, vt gloria honoréque vo-

Amoris vino Chriſtus pro nobis vt nudatus in tribus tabernaculis.

1. Ioan. 5. 6.

Palatium vnde dicatur, & Chriſto vbi ſit palam.

Pſal. 8. 6.

B cetur coronatus à Rege Concentore. At verò tabernaculum à tabulis (vnde nomen hoc habet) fabricatum, ſeu domum mutatoriam, quæ ſolet tranſmutari, in mundo Chriſtus triplicem in tabulis inuenit. Primam in tabulis Præſepij, quæ vt verum atque mutabile omnino tabernaculum tranſportata fuit Romam, vbi in Eccleſia S. Mariæ ad Præſepe conſeruatur. Secundam in Crucis tabulis, quæ per mundi latitudinem in eiuſmet ſolamen diſſeminatæ ſunt in fruſta, & partes minutiſſimas, nec ſolùm ſeminatæ ſed & multiplicatæ, vt multis viſum eſt à maiores quatum partium, felici vel in hoc, florentiſſimóque Regno in Galliis conſedere. Tertiam in tabulis Cœnaculi, quæ neſcio vbi ſeruentur; quantumuis panem

Tria Chriſtus Tabernacula, & qualia in terris habuit.

Ob Crucem felix Gallia, & vbi panis Cœnæ in Gallia conſeruetur.

C Cœnæ in nobili Campaniæ Trecenſi ciuitate Clareuallenſem domum petens lætitia ſumma viderim. Et in omnibus his Chriſtus mutandis tabernaculis præ vino amoris hominum piiſſimè ſe exuit, & abiectis veſtimentis opprobriis ſe expoſuit.

33. In Præſepio, quò ad ſuæ Diuinitatis indumenta, de quibus Vates Lyricus; *Amictus lumine, ſicut veſtimento*; hæc enim luminoſa depoſuit homo factus.

Pſal. 103. 2.

In Cruce quò ad ſummæ poteſtatis veſtimenta, de quibus idem Vates; *Dominus regnauit* (à ligno ſubintellige) *decorem indutus eſt; indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe.* Nam licet ibi Chriſtus decore ſe induerit, fortitudinéque mira, in multis mirabilibus tum temporis patratis, & ab Euangelicis hiſtoricis minutiſſimè narra-

Pſal. 92. 1.

D tis, veſtitus reſplenduerit; tunc etiam ſe præcinxit, reſtrinxitque in reliquis. Nam nuditas, & Crucis opprobrium fuit maximum; ita vt iſtud fortitudinem & ſplendorem miraculorum, in malorum ſaltem oculis adſtantium ſuperarit; præcinctióq; tam magna, vt nudus non ex parte, ſed prorſus ille manſerit, qui operit cælum nubibus, firmamentum replet aſtris, & terram veſtit floribus, ac fructibus omnigenis. Neque enim non decebat habere corpus nudum, eum, qui ſuum corpus nobis, ſeu ſe ipſum à rebus aliis, vel præ noſtri zelotypia, vel ratione quauis alia, quæ multiplex ſe offert, exutum miniſtrabat. Vnde bene ſic Euthymius relatus apud Gloſſam; *Non ait cinxit,*

Vt indutus illuſtriſſimè, & præcinctus abiectiſſimè in Cruce Chriſtus fuerit.

Euthymius

vel ſuccinxit, vel accinxit, ſed præcinxit. Cingimur enim operaturi, accingimur pugnaturi, ſuccingimur ituri, præcingimur miniſtraturi. Quid pulchrius pro re iſta?

Exutus quãtùm Chriſtus, ſe ipſo ſit in menſa, & ferculo Euchariſtico.

In Cænaculo ſe veſte expoliauit ſua propria, & linteo ſe pręcingens, parauit ſe ad ferculum ſtupore cęli plenum benignè largiendum; in ſignum quòd in eo veraciter ſe exueret non ſolùm à ſuis veſtibus, ſed etiam à ſuis membris & partibus corporeis, vt corporaliter exceptum non inueniretur corporaliter; ac inſuper ſe indueret linteo candido, & communi; ſeu candidis & frequentibus triticeis accidentibus. Et ita in dicto ferculo veraciter quò ad oculos corporeos ſeſe exuit, vt dicat D. Tho. *In Cruce latebat ſola Deitas, at hîc latet ſimul & humanitas.* Vnde licet affirmare verenda ſui corporis hîc clarius quàm in Cruce propoſuiſſe coram omnibus, quò à filiis Noë filij imitatoribus iniquis aſpiceretur ignobiliter, irrideretur impudenter, & maiori cum cachinno ludibrio exponeretur.

Matt. 2. 8. 16

In Præſepi à Rege fuit deluſus, qui dicebat; *Et cum inueneritis renuntiate mihi, vt & ego veniens adorem eum*; quare iuſto Dei iudicio illuſus paulò infra à Magis memoratur. In Cruce exſibilatus à perfidis Iudæis, qui capita mouebant aduerſus cęli caput. Sed nullibi exprobratus, quàm eſt in noſtro pane, & vino, vbi quemadmodũ amore ſummo poſitus, ſic etiam ſummis eſt expoſitus opprobriis, iniuriis, ignominiis. Quæ ſanè vt infinita in numero & dedecore, nos valde miraremur, ni amor infinitus hîc verè deliteſcens, ſeu potius ſplendeſcens, ſtuporem rei condignũ peramplius imminueret. Nam ſi dulce atque decorum amori eſt impudico viliſſimo & finito pro ſuo amato mori, vt eſt apud Propertium ad Tullum lib. 1.

Contumeliis in quo Chriſtus tabernaculo pluͤs patens.

Propertius.

Multi longinquo periere in amore libenter,
In quorum numero me quoque terra tegat.

Amori mori gaudium, & pro amato pati.

De infinito quidnam erit amore ſentiendum, cuius vmbra vel ab oculis ingenio radiantibus videri nanquam poteſt? Ex Gentilibus in Euangelio gentilizantes lubet animos pro interim conuincere, & clarè ſuperare. Non ne dicitur repulſa amorem duplicari, & altiùs ſublimari, vt ait eius Cantor Metamor. lib. 3. ad verſ. ſexageſimum;

Sed tamen hæret amor, creſcitq; dolore repulſæ.

Si hoc igitur in pecorino, carnali, & animali, humanus qualis eſt, amore reperitur, vt creſcat humiliatus, vt gaudeat lude factus, vt exhilareſcat vilipenſus, & corollas ex contumeliis componat ſuo capiti, quid erit in Diuino? & cur amor Redemptoris immenſus ex ſe ipſo, non ſuperabit hæc immensùm? ac menſura ſine aliqua non iugiter ſe tradet amoribus excreſcentibus aduerſitatibus oppoſitis, & oppoſitionibus conuolantibus in regionem clariorem, nempe luminis ac ignis patentioris, & maioris? Illum quidem denudatum Poetæ depinxere, & cum magis occultatum, tunc magis manifeſtum, vt patet ex Medea Iaſonem demulcente;

Amoris vita mortes, tormentáq; augmenta, & clauſuræ manifeſtationis maioris argumenta.

Ouidius.

——Quis enim bene celat amorem,

A *Eminet indicio prodita flamma ſuo.*

Et ex Paridis epiſtol. ad Helenam tranſmiſſa:

Sed male diſſimulo; quis enim celauerit ignem
Lumine qui ſemper proditur ipſe ſuo?

Amoris Euchariſtici exceſſuum fortis ratio.

Imò vt pulueres ſulphurei tormento clauſi bellico ad igniculi contactum ingentem explodunt ſonum, qui funditur latiſſimè, diſtantiúmque longiſſimè notitiæ citò volat, & liquidò ſe promit; ſic etiam amoris ſulphur contectum magis æſtuat; oppreſſum premi neſcit, ſed meliùs tunc ſcit exprimi, cum arctiùs coarctatur. Si verò nudus ille, ac ideo cõtumeliis expoſitus ſuapte, & cum amplius obſeratus, tunc amplius reſeratus, quis erit amor Chriſti tam nudus, quàm eſt clarus & certior cunctis aliis? tamque clau- B ſus in Euchariſtia, vt nihil ita clauſum in mundo inueniatur?

Amoris noſtri vinum vt Chriſtum inebriant.

34. Noë vino inebriatus verenda non erubuit (nec poterat erubeſcere) aſpectui lucis dare, & oculis ingerere; quia ebrius verecundiæ aculeos nihil ſentit. Sicque Chriſtus deturbatus amoris noſtri vino, verecundiora ſui corporis oſtendere non ſenſit; amor etenim cum verè ſit valde ſenſitiuus, non ſentit pro amato amara tolerare, ſed potiùs quæque ægra in horas grandiora pro eo vult ſentire; vt patet ex Iacob de pereunte affinem pulchram, cui ſeruitus pro ea inopinatò duplicata, vltra aliúmque tranſactum ſeptennium dilatata, tam leuis viſa eſt, vt dicat codex ſacer; *Pauci dies amanti videbantur præ amoris magnitudine*; quia ſen- C tit & non ſentit amati pœnas amor; vt alibi iam dixi, cum Ouidio lib. 4. eleg. 1. de triſtibus.

Gen. 29. 20.

Vt vinum Deum inebriet.

Chriſtus ſanè vino iſto inebriante mentis aciem, & eam retundente, ac prorſus hebetante, inebriatus verè eſt: de Deo nanque dicitur lætificari vini potu; *Nunquid poſſum deſerere vinum meum, quod lætificat Deum, & homines?* Si verò vinũ Deum lætificat, cur etiam non ipſum inebriabit? cum lætificare ſit in vino primaria illius qualitas, & inebriare ſecundaria; vt aſſerit Valleſius in Sacra Philoſophia cap. 27. Ergo prima vino in Deum his verbis iam conceſſa, ſecunda non negabitur; quod Medicus diſertus præſentiens vim inferre, ſub paucis multa dixit; *Maius aliquod hoc ſuſpicor habere Sacra-* D *mentum Theologis enarrandum.* Habet autem hoc Sacramentũ non tam maius, quàm permaximum, in noſtro Sacramento; de quo optimus Theologus Lyranus verba proxima in iſtum modum explicat. *Poteſt etiam hoc exponi de Sacramento Euchariſtiæ, quod eſt Deo acceptiſſimum, in quo conuertitur vinum in ſanguinem Chriſti.* Et inductiuè Cyprianus Epiſtol. 63. nec non ſimul Auguſtinus lib. 16. cap. 2. in Ciuit. Dei; dum Noë ebrietatem veraciter in Chriſto impletam recognoſcunt. Sed pulchriùs & acutiùs Ambroſius in Hexam. lib. 5. cap. 17. de Chriſto & eius typo Noëmo ſic ſe habens; *Itaque per vinum patuit deformitati, qui per diluuium excreuit ad gloriam. Sed Dominus & in eo creatura ſua gratiam reſeruauit, vt eius fructum no-*

Indic. 9. 13.

Valleſius.

Lyranus.

Cyprianus
Auguſtinus

Ambroſius.

bis

bis conuerteret ad ſalutem, ac per eum nobis remiſsio peccatorum proueniret. Quaſi diceret; ſed Dominus plus fuit longè ebrius, dum vinum ex ebrietate Noëmi exhooratum tantopere honorauit, vt grariam quam perdiderat, eidem reſeruarit, & auxerit tam valde, vt ipſum in Sacramēto impottet oobis gratiam, ſalutémque, & veniam noſtrorum delictorum. Quod fuit vinum vincere; & de vino ſuperante Noëmum triumphare, ac vino non ſuccumbere, ſed vinum ſubleuare in aliam facultatem in mundo nunquam viſam, & inuiam cunctis mentibus acuminis vel etiam Cherubici & Seraphici; ac altiori tantò vino tsm ſæpe inebrisri, vt quotidie ibidem culpis in ipſum iactis patcat.

Inhonoratū Noë vinū vt Christus honorouerit, & eleuauerit in potentiam, qua ipſe inebriatus.

A

Quæ alia compatari ebrietas huic poterit? tam mira præſens eſt, vt quidem ſi poſt vinum Noëmus nudos manſit, Chriſtus qoidem ebrietatis peculiari modo alio ante vinum Sacramentale plautatū, & inſtitutum, iam odore atque fetuote illius ſe nudauerit; *Surgit à Cœna, & ponit veſtimenta ſua; & cum accepiſſet linteum, præcinxit ſe.* Vbi vides ante vinum ex vino inſtituendo tam valde inebriatum, vt veſtes ſuas dederit in prædam amoris ſui, in finem ebrietatis ſuperioris qualitaris; *Cum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Quo Petrus olim Chriſti Diuinitatem non miratus, ſed fatens vetbis ſeriis *Tu es Chriſtus Filius Dei viui*; in admirationem raptus dixit; *Domine tu mihi lauas pedes?* Sed non nouerat ebrietatem Apoſtolus miratuś, ac illi dixir Chriſtus; *Quod ego facio, tu neſcis modo*; forſan etiam tanti vini fragrantia meotecaptus; *Scies autem poſtea*; poſtquam coxeris in mente inſtituendi vini vires; quas ipſe ſi prænoſceret, ignoſceret Auctori, & pedes ei dediſſet tam magoa hilaritate, quàm amantes gaodent pedibus amati conculcari. Vnde alumni ſupplantantis & recalcittantis contra eum directè pedes ſolos ebrietate tali quæſiir, ſupponeos hoc, & dicens; *Qui lotus eſt non indiget, niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus. Et vos mundi eſtis, ſed non omnes. Sciebat enim quis nam eſſet qui traderet eum.* Quare ſoum traditotem quæſiuit principalirer, & pedes traditoris in viis mortis ſuæ ſceleſtos atque ſordidos, vt pedibus peruerſis amantem conculcaret, & vt Cham parentem bonum opprobtiis reuelaret; atque fratribus Iudæis hoc ipſum nuntiatet; enarrans quod tunc fecerat in pedum lotione; ſubſannans quod pòſt dixerat in panis datione; *Accipite & comedite; Hoc eſt corpus meum*; & repetens quod olim cū illis dubitauerat; *Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum?* Hic vtique deſpectus; hic vilis, viles abluens; hic vilibus intentus. O amoris Chriſti mei prædulcis temulentia! De hac iterum ſub finem Enarrationis erit aliquid per tranſitum adducendum.

Amore Christus vino quamvalde denudatus.

B

Ioan. 13. 4.

N. 2.

Matt. 16. 16.

Ioan. 13. 6.

C

N. 7.

N. 10.

Gen. 9. 22.

D

Matt. 26. 26

Ioan. 6. 50.

Vt Sem atque Iaphet Noëmi probi filij parentem ſuum à Chamo irriſum & vilipenſum, mirando ſemper modo & imitando conuelarint.

35. Viſa Chami, licet tantùm notitia perfunctotia, aduerſus patrē ſuum effronti inuerecundia, modeſtiam frattum eius ęternùm memorandam, & vtinam imitandam vtcunque ſalutemus. Erat vnus maior natu, alter verò natu minot, quàm ipſe Cham peruetſus; qui Semi primogeniti, & Iapheti tertiò geniti in medio conſiſtebat, quin medij virtuoſi nstura potiretur; extrema nanque erant virtutis omnis fotma, ſicut ille vitij omnis nigtedine deformis; quare vt virus, non vt virtus in medio illorum erat. Vnde S. Auguſtinus lib. 16. cap. 2. de Ciuit. Dei in medio Cham conſiderat, non quaſi ſtantem medio, & duos ſecum populos diuiſos connectentem, ſed quaſi diuidentem, ac etiam diſgregantem, & ab vtroque longo tractu diſtantem ac ſeparatum; *Neque etenim in primitiis cenſetur Iſraelitarum (ſcribit S. Doctor) nec Gentium in plenitudine.*

Noëmi filij quomodo ætatibus distincti.

S. Auguſt.

Cui proximè ſubſcribit Procopius apud Gloſſam de fratribus his loquens; *Chamus typus eſt populi Iudaici, qui illuſit Chriſto è Cruce pendenti. Reliqui duo populi ſunt Fideles qui præceſſere legem, & qui ſequuti ſunt?* Qui forſan meliùs diceret, & ſibi in ſubſequentibus, vt puto, congruentius; *Qui Chriſtum præceſſere*; pro *Legem præceſſere*; cum ſub Lege Iudæi omnes cultores Chriſti vixerint; quem tamen pòſt recipere ingrati contempſere. Verba illius quæ ſequuntur peroptima ſunt hæc: *Chriſtus quoque inebriatus, dum paſſus eſt; nudatus, dum Crucifixus; Idque in ſuo tabernaculo; inter domeſticos ſui ſanguinis, Iudæis ſcandalum, Gentibus ſtultitia, ipſis autem vocatis Iudæis & Gentibus, quaſi Sem & Iaphet Dei virtus, & Dei ſapientia; quia quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus.* Nam electi & viri reprobi fuerunt in vtriſque, Iudæis & Gentilibus; quorum vltimi ſunt ſimiles iniquo Noë filio, primi autem duobus aliis, duorum populorum capitibus poſt cladem diluuij vniuerſalis.

Procopius.

Cham typus Iudæorum qui Chriſtum ſuſtulerunt, & fratres electorum, ex duplici Dei populo, Iudaico, atque Gentili.

36. At verò quonammodo hi filij probatiſſimi à prauo compellati vt patrē nudum cernerent, non ſolùm eius verenda videre recuſarunt, ſed & oculis auerſis hæc ipſa contexere? Miranda prorſus arte reperta à ſummo ſtudio, affectu, & obſeruantia in patriam dignitatem. Eſt enim probus animus, & amor mirus artifex pro rebus dirigendis, ac etiam inueniendis; artificium quorum tandem ſic narrat Sacra Pagina; *At verò Sem & Iaphet pallium impoſuerunt humeris ſuis, & incedentes retrorſum operuerunt verenda patris ſui, faciéſque eorum auerſæ erant, & patris virilia non viderunt.* O factum omnem verborum nitorem ſupergrediens! ô

Amor artifex ſubtilis pro rebus inueniēdis, & rectè dirigendis.

Gen. 9. 23.

ingenium ex pietate in filiis redundante in genitorem ſuum genitum! ô exemplum à cunctis bonis perpetuò celebrãdum & imitatione perſequendum! ô prodigium non humanitus mortalibus innatum, ſed cælitus illapſum! Vnde inuerſo quidem greſſu non directo tale opus ab illis actum fuit; vt adnotat Baeza de filio loquens prodigo; *Dum pergebant obtegere nuditatem patris, ipſo modo pergendi oſtendebant ſe illud peragere opus, quod inuſitatum & præpoſterum eſt humanis moribus. Quid enim magis præpoſterum & inuſitatum hominis, quàm velle proximorum obtegere defectus? Id ſane non in vſu hominis; ſed Dei ſpiritus eſt proprium.*

Baeza.

Defectus alienos cooperire non terrenum, ſed planè cæli factum.

Sed ideo proculdubio ſeduliùs imitandum; vt à Deo detinatum; à Deo commendatum, cum excuſauit coram Patre crucifixores ſuos proprios; & à Deo in multis poſtea Chriſtiano plenis robore, infirmis demonſtratum. Quorum vnum ſine ſcelere cælare non eſt fas; cum nempe, qui dicebat, ſi videret ſpirituales peccare patres inclytos, Eccleſię Sacerdotes, eos potiùs ſuo pallio conctectum certò ire, quàm quemuis detecturum. Quod & facto comprobauit in Synodo Nycena, Conſtantinus ille Magni digniſſimus cognomine, vbi multis contra Epiſcopos delatis ei libellis, nullo lecto, vel aperto omnes corã tanto cætu voraci flammæ tradidit; dicens, vitia non licere illorum diuulgari, nedum dijudicari, quos dedit Deus in iudices, & populi Rectores, ac Patres animarum; ſed tanquam patrem orbis Noëmum à filiis bonis ſolerter occultari. De quo legitur Ruffini mirabilis narratio in ſuo lib. 10. hiſtor. Eccleſ.

Luc. 23. 34.

Conſtantini factum mirum in decus Sacerdotum.

Ruffinus.

37. Sed ad vinum verè inebrians parentem excelſiorem, & mundi Conditorem, ſtylum conuertamus. In eo Deus offenditur amore inebriatus, & Diuinæ Omnipotentiæ, humanæque præſentiæ nudatus opertorio; atque ſemini nequiſſimo & filiis ſceleratis hæreticorum callidorum, id enim ſonat Cham, videlicet vir calidus, verendo probro datus. Nunc ergo quanã via nos tegere eum deceat, oportet indagare. Non alia verò dico, quàm illa à rectis filiis ſeruata in genitorem proſtratum intabernaculo. Videlicet, ſi pallia ab humeriſmet noſtris, ſi ita res exegerit, cum gaudio deponamus; & à diuitiis ac deliciis, & commoditatibus corporeis nos ipſos exuamus; nec non omnibus aduerſitatibus pro Chriſto tolerandis libenter exponamus. Nemo etenim ſuppetias amaſio ſuo tribuet, qui pro eo ad mortem vſque, non plura patiatur. Sique poſtea greſſus noſtros retrorſum contrahamus, & dorſa verſus Patrem Diuinum reducamus; quia dorſa ſunt memoria donorum in nos cæleſtium, & præteritorum beneficiorum à Deo largitorum; vt inquit Iſidorus citatus apud Gloſ. Nã præterita nos Deum ſuadent venerari; in eumque ſcandala ex infirmitate carnis orta, vel ex intellectu admixto carni contracta palliare; quod Hebræis ingratiſſimis perſpicuè dixit Moyſes; *Memento dierum antiquorum, cogita generationes ſingulas. Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi.*

Cham nomen quid ſignificet.

Scandala vt in Deum nos tegere obligemur, & pallio velut filij Noëmi palliare.

Deut. 32. 8.

A

Agitur ibi de ingratitudine inſigni Iudæorum; & ideo iuſſi ſunt ad priſca repedare, quia qui ad beneficia vetuſta Dei recurrerit, ingratus nunquam erit. Adamus dum accepta Dei dona non recoluit, ingratitudine corruere iuſtiſſimè promeruit; de quo 10. Enarrat. abundè pertractauimus. Idolatræ, qui in malo fuere tanto primi, dum præteritam Dei lucem & munera clariſsima recogitare ſunt obliti, ab ipſo deſciuere; & in baratrum ignorantiæ incredibile ſunt dati. Iudæi dum miracula & teſtimonia cum operibus Dei Filij fœderata; Vaticiniáque de eo conſiderare renuerunt, vel conſiderata confiteri, in pelagus cæcitatis & obduratæ iniquitatis ab alto cecidere. Machometus dum ad Chriſti doctrinã iam coalitam, ac celebrem tum temporis reſpicere contẽpſit, ſub velo ſanctimoniæ, quod monſtra multa parit, luxuria, gladioque aſtutè communitum, in magnam mundi cladem, vulgauit nouũ dogma. Hæretici, dum patres interrogare ſuos nolunt, nec ſcita ac diſciplinam maiorum conſectari, à Fide prorſus cadunt: non enim firmam aliquam, conſtantem certámque, vt decet, vnquam habent; nec fidem niſi tantùm externo pro decore, ne infideles & Atheiſtæ iniuriè vocitentur; donec firmiter adinueniant tormenta ſempiterna; vbi erit eis conſtantia, qua hodie planè carent.

Ingratitudo fons malorum, præſertim aduerſus Fidem.

B

38. Qui ſi patres fidei ſuæ vtcunque interrogaſſent, auorúmque ſuorum doctrinam penſitaſſent, à veſtigiis vel à viris illorum non recederent; imò ab aliis inuenirent ſe longè melioribus Euchariſtiæ ſemper Fidem ſyncerè prædicatam, dilectam, & adoratam; & vt dignam adoratione, ac plenam Deo ipſo, miraculis teſtatam. Quorum patrum ſi quis nomina cognoſcere exoptauerit, ad vigeſimam Enarrat. is quoque retrocedat. Si verò illorum lentè perlegere ſententias, ſeu contra epilogatas percupit rationes, Bellarminum legat fuſum lib. 2. de Euchar. Valentiam in D. Tho. 3. p. diſp. 6. q. 3. puncto. 2. §. 5. Suarez tom. 3. in ipſam 3. p. diſp. 46. ſect. 4. & ante eos noſtrum Caſtro verbo Euchariſtia hæreſi 4. Meuriſſéque ſuccintum in tract. de Euchar. cap. 5. q. 1. vbi breuiter, & optimè.

C

Bellarmin. Valentia.

Suarez.

Caſtro. Meuriſſe.

D

Ad quos Patres non tam corporis quàm ſpiritus Eccleſiæ debent quidem retroflecti, qui volunt reſipiſcere, hæretici aduerſarij, & ad plurima Euchariſtię annoſa monumenta, quibus eius firmitudo non parum roboratur; qualis vitreus calix eſt vetuſtiſſimi Exuperij Antiſtetis Toloſæ, cuius meminit Hieronymus in ſæculis tam priſcis; calixque Areopagitæ alumnus S. Pauli, quorum primum in Saturnini Eccleſia nobiliſſima ibidem vidi magna lætitia cordis mei, ſecundum verò in Regio illius Sancti templo & Galliæ Regum tumulo Pariſios valde prope.

S. Hieron. Epiſtol. 4. 10 & 11.

Contra hæreticos Sacramentarios firmiſſimum argumẽtum, ex calicibus duobus qui extant antiquiſſimi.

Iudæi autem ad patres ſuos antiqui teſtamenti,

menti, qui quidem rebus tribus, ſpe, figuris, ac Sacrificiis hoc ſemper ſunt confeſſi, & claiè proteſtati.

Spe ſanè mixta Fide, quia credebant & ſperabant futurum Redemptorem; qui à templi euerſione & populi tam lata per orbem ſparſione, ac à partium numeratione, vt dicunt, demooſtratur.

A Figuris Euchariſticus ſplendor demōſtratus.

Figuris autem quia figuræ veritati longè cedunt, excedunt verò minimè; atqui veritas non poteſt in apparatu exteriori excedere Moſaycas, quippe quæ erant ſolemniſſimæ, & pretioſiſsimæ nil minus, & in Eccleſia quotquot ſunt, fuerunt, ſiue erunt, ditiſsimæ atque maximæ, ergo à rei interiori contentæ in noſtro cibo hæc veritas petenda; cum in ſpecie magis fuerit tam agnus, quàm & manna, & reliquæ figuræ, ſplendidæ, ac percelebres.

A Sacrificiis legis veteris.

Sacrificiiſque poſtremò, quia iſta quoque erant tam ampla in maieſtate taurorum & vitulorum, vt à ſola veritate incluſa in noſtro cibo, ab eiuſque ſubſtantia, quæ maior eſt omnigenis, ſit longè ſuperata; de quo videnda ſupra Enarrat. 23. n. 16. Bellarminus lib. 1. cap. 3. de Euchar. & Suarez in Commentar. q. 75. in 3. D. Thom. art. 1.

Bellarmin. Suarez.

Quare dicti filij nequam hæretici ac Iudæi obdurati cordis ſui caliginem deponant, ad veritatemque alacriter ſuſtollant mentis oculos, vt iſtius amatores & indagatores planè facti, ipſam tandem prærogatiua inueniant recti animi; Sapiētis iuxta dictum, qui inter viſu digna multa, eloquitur hoc modo; *Sentite de Domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum, quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum, apparet autem eis, qui Fidem habent in illum.* Ad quod iſtis valde proderit, ſi vſque ad mundi initia hancobrem retrouenient; à luce nanque facta per omnia quæque, & ipſa myſteria grandiora, minerua rudi à nobis hucuſque elucidata, inuenient figuratā Sanctiſſimam Euchariſtiam; moxque pallium charitatis quæ operit ſummopere in verbis Apoſtolicis, ſuper Chriſtum in pane iſto pro nobis denudatum expandent lubentiſſimè.

Sapient. 1. 1.

Quo pallio Deus tegendus, & retrocedendum ſit hæreticis, vt Deum cooperiant.

39. Verùm Chtiſto vilihabito à liberis peruerſis, à natis ſceleratis, contingit quod antiquitus in Cruce & Paſſione, in cuius primo limine ramorum cum triumpho, palliorúmque ſub pedibus vel etiam bruti vilis, cui Chriſtus inſedebat, per ſolum proiectorum, intrauit Hieroſolymam; in Cruce verò nudus, Noëmus pluſquam noſter, poſt paucos dies patuit; quin fuerit, qui nuditatem extremam illius texerit. Quam tamen templum ipſum lapideum & ſenſu carens à filiis obſtinatis excultum & veneratum, geſtiuit occultare; dū videtur in hunc finem ſcidiſſe velum illud Sancta Sanctorum contectorium; non etenim per templum ſtetit virtus tanta, & pietas tam debita; ſed per homines lapidibus marmoreis duriores, qui Chriſto denudato velamen denegarunt; excepta Matre Virgine, quæ velo Sacri capitis optatis veli templi occurrit aliquatenus. Hoc autē demiratum tam ægrè cælum tulit, vt naturæ contra ordinem retrogreſſum tantò fuerit in luce Planetarum, neceſſariū quantò erat pro mundi obſcuritate, quò illum quem nefarij opprobriis filij dederant, Sol & Luna tanquam filij Noëmi benedicti obſequioſe conuelarint.

Matth. 21. 8.

In Cruce Chriſtus nudus, à filiis quibus fuerit pienter conuelatus.

Vnde ergo, tamque breui exorta differentia, vt initio Paſſionis ſub iumento Chriſti baiulo certatim veſtes iecerint, in Cruce verò Chriſto nil veſtis miniſtrarint, imò illius veſtimenta diuiſerint per ludum, ac ſortem taxillorum; *Diuiſi ſunt veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem*; Certè Chriſtus prima vice triumphum deportabat, nolens adhuc ſe committere inimicorum poteſtati; & ideo plures habuit mirificè obſequentes, quia multi in felicitate amici numerantur, in orbem atque coronam facillimè conflati; at verò in Cruce vbi occulta fuit laurus, inuiſibiliſque palma, quàm viſibilis & patula illius contumelia; *Cornua in manibus eius; ibi abſcondita eſt fortudo eius*, licet illic multa fortia portendetit exempla, prolata ab ipſo Vate, & mundo perquàm nota *Conſolantem ſe quaſiuit, & tamen non inuenit.* Hinque factum, quòd Lutherus, Caluinus, & quicunque hæreticorum capitones, dum fauſta & glorioſa obtinuerunt in Eccleſia, ſub iumentis atque famulis abiectis Redemptoris miſerunt lata pallia, & ſuperbiæ philacteria in ipſis ſemper ambitu natiuo dilatata. At vbi ſibi Chriſtum exutum conſpexere, pudenda mox illius cum excelſa prædicatione, conuocationéque multorum prompſerunt impudenter, & malignanter detexerunt. Quæ poſtea boni filij, Catholici & modeſti, incedentes ſemper retro in Sacris Scripturis, quas ſedulo à ſuprema vſque ad primam reuoluerunt, completè operuere.

Pſal. 21. 19.

Habacuc. 3. 4.

Pſal. 68. 21.

Hæretici cum Chriſto ſubmittunt vltro pallia; & quando Chriſti quæque propalant indecora.

Iudæi qui indumenta ex ſcapulis demittendo, proſtrarunt Saluatori, fuerunt non grandæui, ſed iuuenes & pueri, qui ſecundum vocis ethymon à paſſionibus ſunt puri; reliqui autem ſeniores, qui ob commoditates ſuas proprias in Chriſtum ſæuiebant, eundem expoſuere, vt hæretici frequenter extremæ illuſioni. Quem tamen ſic affectum curabunt operire, ſi ipſum denigratum dedecore tam atro, attenderint lucere fulgoribus non modicis, & radiis non vulgaribus; non quidem prorſus claris, ſed potiùs ſubobſcuris, & pariter ſubflauis, vt erat eo tempore Solaris pulchritudo, nigrore nempe contra naturam comparato, ſe ipſo claro clarior; quò tetris ignominiis clariſſimum Dei Filium præpoſterè obſcuratum, obſcurus Sol oſtenderet & tegeret in vnum à prauis illuſoribus. Cui Vates non obſiſtit, dum coopertum & ſplendorem apertum in Cruce Chriſti, teſtatur per hæc verba; *Operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena eſt terra. Splendor eius vt lux erit, cornua in manibus eius.*

Honore atque nigrore in Cruce plenus Chriſtus.

Habacuc. 3. 3.

DE MALEDICTIONE ET BENEDICTIONE, quam filiis Noë ſuis, pro meritis & demeritis diſtribuit ſingulorum.

40. HIc verè Chriſti Do. amore inebriati ſplendet typus alius; non enim à vini ſomno euigilans Noemus maledixit malo filio directè, ſiue proximè, in perſona ſua propria, ſed imò tam remotè longinqoè, & indirectè, vt nec filium qui verenda ei fœdè reuelauerat, vtcunque maledixerit, nec filium iſtius filij, qui nuntium patri ſuo Noëmi nuditatis detuliſſe non incongrè deducitur ex verbis; *Quod cum vidiſſet Cham pater Chanaam, verenda ſcilicet patris ſui eſſe nudata, nuntiauit duobus fratribus ſuis foras* Sed tantùm filij filio huiuſmodi imprecatus; *Maledictus Chanaan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis.* Quæ formula non inducit *Sit maledictus Chanaan*, præcando ei malum aliquod, ſed mala vtrique nequam ventura ob crimen illud dumtaxat prophetando quaſi diceret *Maledictus erit*; vt ex *erit* mox ſequenti deſtinato ſeruituti, pateſcit in hunc modum; *Seruus ſeruorum erit fratribus ſuis.* In quo ſanctus Patriarcha à vino liberatus, amoris adhuc vinū in filios ſceleſtiſſimos, Cham, dico & Chanaan, abſorptus atque ebrius, propalam demonſtrauit, pluſque ſibi ſobrietatem perpetuò conuenire, quam caſu ebrietatem.

Gen. 9. 22.
Gen. 9. 25.
Noëmi in filium impium quā. pia maledictio.

En Chriſti typus optimus, quando ſemel hoc effecit in Crucis tabernaculo, & in Euchariſtiæ facit perpetim quotidianis contumeliis; ibi in ſuæ nuditatis miniſtros perverſiſſimos nequaquam animaduertens; hîc autem niſi rarò in aræ Sacræ ſæuiens iniurios corruptores. Hoc vltimum eſt clariſſimum experientiæ teſtimoniis, primum verò non aliuſmodi in codice Euangelico, cum à nimiæ charitatis ebrietate expergefactus, primùm omnium prauos filios, qui eum nuditate afflixerant in Cruce, ſic Patri commendauit; *Pater dimitte illis: non enim ſciunt quid faciunt.* Vnde quoties eis ſupplicia futura enuntiauit, non equidem irrogando, ſed ſolùm prædicendo, hæc vino amoris ebrius, vt conſtat, intimauit. Nam aliquando penes Lucam iſtiuſmodi in Iudæos dilectos ſeſe habuit; *Cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes; & Ieruſalem calcabitur à Gentibus donec adimpleantur tempora nationum*; gladius enim qui os habet, licet ſit euaginatus in verbis allegatis, ebrietatis compos eſt, cum ore non ſit caſſus: *Cadent in ore gladij.*

Amore Chriſtus ebrius, in Cruce verſus filios eidem nocētiſſimos.
Luc. 23. 34.
Luc. 21. 24.
Vt ebrius ſit amore furoris Chriſti gladius.

Probaturque in Moyſe, dum gladium Dei his verbis inebriatum clarè aſſerit; *Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes.* Quæ ebrietas in cælo contra Angelos ſuperbos furoris plena fuit in pagina Iſaiæ; *Gladius meus inebriatus eſt in cælo*: in terra verò plena amoris verſus homines, hos ſemper citra meritum culparum feriendo, & ictibus inſtruendo ad frugem

Deut. 32. 42.
Iſai. 34. 5.

A meliorem. Nec latet differentia de Cælo in terram facta in locis Euangelicis; *Non veni pacem mittere, ſed gladium. Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt accendatur?* De amoris nanque igne exponit huncce Gloſſa; & ſanè ſummo iure; cum Chriſtus bellum & odium nequaquam velle poſſit, ſed pacem, amoremque micantia ex iſto gladio, amore noſtro ebrio. Vnde veluti quis ebrius vulneratur ſuo gladio, & occiditur, ſi illi incumbat vini mole; ita Chriſtus in principio & cuſpide huius gladij, poſt dies vitæ octo, eſt ægrè vulneratus, qui per totum vitæ curſum hoc vino amoris hominum à cuna laboraret; donec ipſi tandem gladio incumbens totis viribus, & mole affectus Dei, occiſus illo fuit in Crucis tabernaculo; occiſus autem ore, quo gladium deuorauit; nam ſi gladius apud Moyſem deuorauit carnes hominum, caro Chriſti vt rem compenſet poſt gladium deuorauit; & ſi os habuit gladius ille, quò homines voraret, Chriſtus certè tale os habet, vt glotiat tantum gladium. Hinc ille in ſuo corpore à gladio deuorato, tot patuit foraminibus, vt à ſanguine vel cordis ſit penitus exhauſtus; & in lib. Apoc. ex ore atque viſceribus quò iterum in iudicio exardeat furor eius, detentus eouſque, reſumet ipſum gladium. *Et de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat.*

Matt. 10. 34.
Luc. 12. 49.
Quo gladio à vitę initio ſit Chriſtus, vulneratus.
B
Apoc. 1. 16.

41. Sed ſobrietatem de qua hîc vel ſobriam ebrietatem amoris verſus filios, minutiùs in
C Noëmo & Chriſto videamus.

Qua in re vir Sanctus primùm mulctauit filij filium, ſeu potiùs ſeruituti ſubiiciendum declarauit; *Maledictus Chanaan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis*; quia filius filij fructus illius verè eſt; nam in fructibus ſuis propriis, operibúſque ſuis iniquus maledicitur, vt ait Iſidorus; *Non in ſe, ſed in filio ſuo maledictus eſt, tanquam in fructu, id eſt in opere; Chanaan nanque interpetratur motus eorum, id eſt opus eorum.* Ac etiam quia fomes & mali ſcaturigo in homine ipſo eſt; quamobrem benè hîc in ſe & ſuo fœtu expreſsè maledicitur. Vnde ortum peregregium ac nobile argumentum præfixum per Chryſoſtomum homiliæ cuidam ſuæ; *Quod nemo læditur niſi à ſemetipſo*; quam Curiæ & Franciſcanæ familiæ nitor elegans Epiſcopus
D Gueuara ſtylo ſuo aureo locupletauit in Epiſtolis.

Gen. 9. 25.
Cur Cham maledicatur in filio, non in ſe.
Iſidorus.
Chryſoſtomus.
Gueuara.

Deinde, quia in filiis plùs patres puniuntur, & illorum plagis acriùs quàm propriis cruciantur; Procopij iuxta mentem à Gloſſa memorati, qui forſan hoc deſumpſit ex penu Legiſtarum, ac textu peruulgato in L. *Iſti quidem* ff. *De eo quod metus cauſa.* Vbi filij pro parentibus Romanos apud veteres torturæ tradebantur; propterea quòd in filiis plus patres torquerentur, ſeu amplius terrerentur,

Cur filij pro parentibus torturæ quondam traditi.

terrerentut, vt loquitut ibidem Iureconſultus legis auctor. Cui ſimilis Dei iuſſio ad Abrahamum filium ſuum dilectum immolaturum & crematurum ſuper aram, quò in geniti occiſione probaret genitorē. Quod tamen Noë mitem ob vindictam filij praui acerbiorem ſic feciſſe in mentem nulli veniat, ſed ſolùm vt acriori ſtymulo transfixus faciliùs reſipiſceret, & crimen ſuum confitens, vt illi torti filij in iure Romanorum, ignoſci mereretur.

Gen.22.2.

Tandem autem quia in filiis maledicuntur omnes impij, qui hæretica prauitate denudant Christi corpus; dum tales gignunt filios, qui patrum ſunt infamia, & patres inhonorant, qui inhonorarunt Redemptorem, ac exuunt eos, qui Dei Filium ſpoliarunt à veſtibus doctrinæ, queis tegitur in mundo. Nam filij vniuerſorum à Fide recedentium doctrinam patrum illico in alias mutant varias, ac ideo patres iuſtè deturpant in doctrina, ac item in conſcientia, teſtantes eos malos, doctrinam quorum reſpuunt. Vnde Chamus cum verenda parentis reuelauit, noo filius patris ſui, ſed filij ſui pater ſignanter nuncupatur; *Quod cum vidiſſet Cham pater Chanaam, verenda ſcilicet patris ſui eſſe nudata, nuntiauit fratribus ſuis foras.*

A filiis ſuis propriis hæretici, & qua via exhonorentur frequentiſſime.

Gen 9.22.

At verò in cunctis iſtis Noëmum Christus vicit. Non enim quidquam egit de factis Iudæorum vel directè vel indirectè peruerſis diuulgandis, ſed tantùm contegendis; *Pater dimitte illis; non enim ſciunt quid faciunt.* Quæ ſanè res eſt prima. Nec voluit plus in filiis parentes caſtigare, quam parentes emendare in filiis condonatis; cum patres ſæuè dixerint in filios à ſe genitos; *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros*, Christus autem ſuis ſcapulis obumbrauerit eoſdem, de quibus in Pſalmiſta; *Scapulis ſuis obumbrabit tibi & ſub pennis ſperabis*; & iterum in Matthæo; *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti.* Et quondam penes Moyſem Deuter.32. Vnde brachiis quaſi pennis extentis ſuper filios finiuit vitam carnis, quo ſemper ſubter alas illius ſubterfugium haberent quiqui filij venturi ad talem patrem. Quæ erat res ſecunda. Nec patres exhonorandos per filios iudicauit, ſed filios excuſandos, per patres infideles, de quibus principaliter; *Cæci ſunt, & duces cæcorum*; de vtriſque verò ſimul; *Cæcus autem ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadent.*

Luc.23.34.

Noëmus qualis Christus in filios ſibi iniurios.

Matt.23.37.

Matt.27.25.

Deut.32.11.

Matt.15.14.

42. E contra boni filij benedictionibus non in filiis, ſed in perſonis ſuis propriis fuere cumulati, quia cuiuſque bona ſunt, ſed priùs Dei, qui ibi in primo loco ponitur; *Benedictus Dominus Deus Sem* Prima quidem excelſiori, quia Deum filij ſui maioris fecit, inſtar hæreditariæ portionis; *Benedictus Dominus Deus Sem*; id eſt, Dominus à me perpetuò benedictus, præcipuè Semi ſit, in eóque perſiſtat Dei cultus, prior omnibus benedictionibus optandus. Si hanc expendit Lyra. Nec malè, cum aliuſmodi nil proproprium in benedictione omnino Semi foret. Nam ſeruitus Chanaan, quæ ſola ſubligarur, in benedictione nihilo ſecius Iapheti continetur; in vtraque nanque ita profatur Sacra pagina; *Benedictus Dominus Deus Sem; ſit Chanaan ſeruus eius. Dilatet Deus Iaphet & habitet in tabernaculis Sem: ſitque Chanaan ſeruus eius.* Secunda verò prima vberiori & latiori; quia vltra ſeruitutem communem Chanaan, duplicatam eámque valde adauctam partem habuit. Vnam latè longéque patentem verbis illis, *Dilatet Deus Iaphet*; aliam autem ſe extendentem in Semi tabernacula Iapheto fratri ſuo in poſterum obuentura; *Et habitet in tabernaculis Sem.*

Gen.9.26.

Gen 9.26.27

Noëmi benedictio in duos filios optimos, vt populum Iudaicum Gentilémq; expreſſerit.

In quarum prima Eccleſiæ extenſior dilatatio, quàm alia Synagogæ propalā demonſtratur. Nam quemadmodum Iudæi à Semo egreſſi ſunt, ſic vtique à Iaphet Gentiles, qui ad Christi paleſtram venientes, Eccleſiam tantò ampliorem fecerunt ſynagoga, quantò populo Iudaico Gentilis factus eſt in orbe numeroſior. In ſecunda verò Eccleſiæ ſucceſſio & ſubſtitutio in locū Synagogæ. Ex eo quia Semi tabernacula fuere duo illa tabernacula Moſayeum & Salomonicum, in quæ vice Synagogæ à Deo reprobatæ Eccleſia ſubintrauit; vt benè Paulus ait epiſt. ad Rom. oleaſtri inſitionis in mitem & veram oliuam collatione concinnata. Ita omnes qui hunc locum ſuſcipiunt illuſtrandum; clara etenim fuerunt Noëmi Vaticinia; in quibus duo tantùm ſuperſunt explicanda. Alterum Semi benedictionem ob mortem Redemptoris in maledictionem verſam eſſe; efflagitantibus hanc prauis illius ſucceſſoribus in voce efferatiſſima; *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros*, vbi ſe, & prolem ſuā maledictione pręgrauarunt; vt notat Interlinea; Procopiúſque in Gloſſa. Alterum, Eccleſiam ſuccedentem in Semi tabernaculis, non ideo ad tabernaculorum conſtringi paruos limites, ſed potius ſine limite extendi & dilatari; vt ſatis ſupérque pateſcit ex Oraculo; *Dilatet Deus Iaphet.* Qua de re S. Hieronymus in Iſai. Comment. cap.54. n.5.

Rom.11.24.

Matt.27.25.

Bochartus lib. 1. Geograph. ſuæ Sacræ, diuerſo valde tramite ſcribit quod ſubſeruit pręſenti veritati; videlicet, Noëmum fuiſſe per Gentiles illius non ignaros, Saturnum nuncupatum; ſeu virum terræ dictum, quaſi Tellurem Deam illis, duxiſſet in vxorem; tellus enim in fictionibus eſt eadem quæ Rhea, Saturni ſenis vxor. Ex eaque ſuſcepiſſe natorum magnā copiam, quos tamen deuorauit, exceptis tribus illis, Ioue, Neptuno, atque Plutone; inter quos poſtea latitudinem diuiſit vniuerſi. Nam Saturnus ſenex Deus, & triſtis qualitatis, Noëmus eſt annoſus in bina mundi ætate, angoribúſque plenus, pręclade vniuerſali; tanquam autem ſator omnium Saturnus appellatus; vel tanquam ſatur annus; quia ſatuitatem per rem ruſticam inuento à ſearatro mortalem prolem docuit. Et inde terræ vir, ſeu terræ nuptus aptè, quia incubuit rei terrenæ agrorum magnus cultor, & agricola in Moſay-

Samuel Bochar.

Saturni tota fabula Noëmo accommodata.

SSSſſ

Digitized by Google

ca hiſtoria intitulatus. Ex qua ſuſcepit liberos in magna quantitate, quia multos pręter tres à Moyſe memoratos, ſecundum plures, habuit; ſed reliquos vorauit, quia diluuio prędicato conſumpſit omnes homines, conſumendoſve prędixit; vnde dicitur ad Hebr. damnaſſe Noë mundum; & ſimiliter in Gen. *Diuiſi eos in Iacob*; hoc eſt, prędia i diuidendos. Solos autem tres reliquit, quibus orbem diſpertiuit; quia tres tantùm poſt diluuium ei liberi fuere, quibus dedit tripartitam mundanam latitudinem. Addit

Hebr. 11. 7.
Gen. 49. 7.

A Cham fuiſſe Iouem, à Cham ſeu Ham Hebraicè, vocatum Iupitrem Ammonem; Chanaan autem eſſe Mercurium, qui Iouis, ſiue Hami illius fuit filius, & à mercatura nomen habuit. Hebręis enim Chanaan mercator eſt Latinè. Et quomodo Chanaan ſuorum fratrum ſeruus prędictus eſt ab auo, ſic Mercurium in cęlo Ethnici ſeruiiibus miniſteriis, vt in dialog. Luciani lepore magno dicitur, non fruſtra conſignarunt. Hęc ille ſatis aptè, quæ poſſunt nec difficilè diffuſiùs explanari.

Mercurius atque Iouis in filiis Noë quomodo.

DE NOEMI AD MORTEM VSQVE breuiſſima memoria.

43. QVONIAM primum patrem mundi in Caluario Enar. vigeſima condidimus, ſecundum nunc parentem ſepulchro committamus, in quo illud citra dubium tantummodo inuenitur, poſt diluuium quinquaginta trecentos ſuper annos duxiſſe vitæ curſum, cętera verò quæ Scriptura Diuina non commemorat, ſcripta ſic reperio.

Noëmus quandiu vixerit.

Noëmum iam ſemotum à montibus Armeniæ, per annos nonaginta in campeſtribus illius prouincię permanſiſſe, & illic tertiodecimo ab anno cataclyſmi plantaſſe truncem vineam in ſuummet auctorem; ex qua bibens decimoquinto, à plantationéque ſecundo ebrietatem paſſus eſt, & datus ignominiæ. In memoriam cuius vineæ vitis aurea ſummi ponderis ornabat fores ſacras in templo Salomonico; Bolducij iuxta mentem cum Beroſo & Saliano lib. 2. cap. 2. & 6. de ante legem. Vnde deſerens Armeniam, in priſcam ſedem & patriam, loca ſcilicet territorij Iudaici, & Paleſtini ſe contulit vel myſterio, vel repatriandi deſiderio, & de diuiſione filiorum per mundum rum peregit; ac ſecundum opinionem Hebraicam, fundamenta coniecit Ieroſolimæ, Salem à filio Sem vocatæ primo tempore, in qua Regem atque Pontificem reliquit ipſum filium, qui fuit Melchiſedech in illamet ſententia, relata per Pererium tom. 2. lib. 14. in Commentar. ſup. Gen. Conſentitque Salem affinitas ad Sem, & aliæ rationes peroptimè eacurrentes, ob quas diu Melchiſedech fuiſſe Semum credidi, & credtrē, niſi minus ea curſibus humanis, quàm auctoritatibus Diuinis ſtandum nobis eſſet; quæ ex epiſtol. ad Hebr. vt infra contingetur rei tali refragantur; & rationibus non parum id ipſum conteſtantibus; quæ currunt pari paſſu, & forſan multò ocyus.

In Armenia quandiu fuerit, & vineam cū plantauerit.

Boldutius, Beroſus. Salianus.

Ieroſolyma cùm fundata.

Quare tutiùs exiſtimandum videtur in hoc dubio, aliuſmodi in terris Aſiæ fuiſſe Semo locum à patre Noë datum, vel Ieroſolymę, dū Semus Melchiſedechus non credatur, vt infra Enar. ſequent. elucidabitur. Noe verò ex teſtimonio Bolducij memorari, dilatationem filij Iaphet volentem iam complere, in praximque proferre, cum eo

Italiam vtrum Noëmus tenuerit necne.

B & eius filiis tyrreni maris via; & Cyprum ac Cretam inſulas colonias facientem, Italiam tenuiſſe; vbi ſedem vitæ ſuæ ſupremam tandem fixit, & Thubalem inde miſit Hiſpaniam incoliturum; qui creditur ex placito nobilium hiſtoricorum Vlyſſipone leucis ſex appulliſſe portum amplum, præ omnibus Hiſpanis, & oppidum fundaſſe quod quaſi cœtus Thubalis *Cetubal* nuncupatur. Licet etenim Spondanus hoc æſtimet de Noemo in Italia fictionem, à dictis viris dicitur non notæ inferioris; & inſuper nupertimè ab eruditiſſimo ſcriptore Bocharto paulò ſupra, qui ideo nauem in ſymbolum Noemi, vel Saturni ſumpſiſſe priſcos Italos affirmat non inconcinnè, hancque eſſe cum Ouidio Faſtor. lib. 1. effigiem illius, qua eſt vectus in Latij regionem;

Cætubal quoddam oppidum in regno Portugalli.
Spondanus

Samuel Bochartus.

C *Et bona poſteritas puppim ſignauit in ære,*
Hoſpitis aduentum teſtificata Dei.

Ouidius.

Seu arcæ Noe ſymbolum qua mundum ſoſpitauit.

Addit ipſe cum Macrobio ex parte numi altera haberi vultum Iani, bifrontis, ſicut pingitur; quem Gentiles ſimul eſſe Saturnum reputabant, & à Bolducio loco proximo oſtenditur non malè, ac propterea vultu duplici fuiſſe effigiatum, non ſolùm quia anteriora poſterioráque diluuio Noemus vidit tempora, ſed etiam quia vtramque Orientalem & Occidentalē in Iudæa & in Italia Eccleſiam ſuſcitauit, & fundauit, vt colligitur, non niſi Dei imperio; in quem ſenſum eodem lib. Naſonem pro ſe affert;

Noë vocatus Ianus, & duplici cur vultu.

D *Iane biceps anni tacite labentis origo,*
Solus de ſuperis qui tua terga vides.

Et rectè in dictis locis pro Eccleſia deſignatis, fundauit Dei Eccleſiam, ac vinum quaſi myſticè in eamet inuexit, in ſecundóque eſt mortuus, vt teſtis eſt Beroſus apud Bolducium & Salianum recenter allegatos; quamuis ſitum non euulget quo ille morti ceſſit. Ego tamen ciuitatis Romanæ illum fuiſſe exinde perſuadeor, vt ſicut primus parens occumbens in Iudęa, in Caluariæ monte ſancto eſt terræ commendatus, ſic etiam Noë moriens in Latij ditionibus, ibidem ſit mandatus ſepulchro in Vaticano, vt Vaticinia futurorum (myſteriis tanquam in aliis à cuna reſplendentibus) concentum

Noëmus vbi mortuus.

iam

iam tunc ederent, de quibus dici poteſt mutato verbo vnico; *Vineam de Iudæa tranſtuliſti; plantaſti radices eius, & impleuit terram.* (Pſal. 79. 9.) Quod Beroſus apud Pererium initio lib. 15. obſcurè non indigitat, dum in Ianiculo & Vaticano affirmat conſediſſe. Si ergo in iſtis montibus conſedit Ianus noſter, in iis quoque fatis, cum ſenex valde fuerit, ceſſiſſe quis ne ambiget?

Miracula nunc reſtant, quæ vini de quo hîc, frequentia ſunt, & multa; viníque Sacramentalis innumera & perpetua, ac ſimul ſtupenda; quod non ebrios ſed & ſobrios potores ſuos facit, nec cæleſtium, ſed terreA ſtrium oblitos illos reddit. Quapropter hoc ce vino aſſiduè inebriemur, vt conſulit Paſchaſius de Corp. Dom. cap. 10. & Honorius Auguſtu. (vterque viſu dignus) de antiquo Miſſæ ritu cap. 33. (Paſchaſius. Honorius Auguſtu.) Potéſtque ebrietati præſenti deſeruire miraculum ex Cæſario lib. 9. cap. 14. De Corporali ſupra quod effuſum *Sacrum Vinum* ita ſanguinis colore diuinitus eſt tinctum, vt elutum ſolerter hunc ampliùs non perdiderit; quaſi ipſum Corporale hoc Sanguine atque vino inebriatum prorſus manſerit. Noemi patris noſtri elogium ſepulchrale huiuſmodi ſe habet.

NOEMICVM EPITAPHIVM.

(Noëmus quo Epitaphio Encomiorum tumulatus.)

HIC IACET HOMO ILLE TAM MVNDVS A PECCATIS, VT MVNDVS HIS EMORTVVS, PER ILLVMMET SVRREXERIT A MORTE VNIVERSALI. HIC QVIESCIT, QVI EX NOMINE AC REBVS FVIT QVIES, ET COLVMEN MORTALIVM. HIC TEGITVR SVB TERRA, QVI TERRAM EX VOCE IVSTI DILVVIO, ANTE DILVVIVM, IVSTITIÆ SVÆ TEXIT. QVI ARCAM IN CHRISTI CORPORIS FIGVRAM CONCINNAVIT. QVI MVNDVM IN EIVS FABRICA (VT IN ISTIVS SACRAMENTO MORTE MALIS, VITA BONIS) SALVAVIT ET DAMNAVIT. QVI IN CLAVSVRA EIVSDEM ARCÆ, ET TERRAM SOSPITAVIT, ET CÆLVM SERENAVIT. QVI IN EGRESSIONE PER SACRIFICIVM SERENITATEM CONFIRMAVIT; ET SACRIFICIVM DOCVIT HOMINES PERPETVO CELEBRARE; NON PECVDVM INVTILIVM, SED CARNIS ATQVE SANGVINIS SVFFICIENTIVM MVNDI VITÆ. NON ENIM SINE SANGVINE HOMINIBVS EST VITA; SED SINE VITÆ SANGVINE; NAM ALIVS MORTEM AFFERT. QVI TERRAM MALEDICTAM BENEDICTIONIBVS REPLEVIT; PROMISSIS NEMPE DEI, ET DONIS MOX EXHIBITIS, AC VINI ET PANIS FRVCTIBVS, VEL NOVITER, VEL NOVA CVLTVRÆ INVENTIONE, ET INSTRVCTIONE DATA POSTERIS IN SVI EBRIETATE; VT PANE ET VINO SOBRIIS INDVSTRIE SVBVENIRET, ET EBRIETATE VIRIS EBRIIS. QVARE ARCVM CÆLVM EI DEDIT, IN SIGNVM, QVOD TRIVMPHIS IPSIVS NVLLVS ALIVS IDONEVS ARCVS ESSET; QVO IVGITER TRIVMPHAT, ET CÆLVM TERRAM DEOSCVLATVR, VEL BRACHIIS ARCVS FVLGIDI NOEMI SANCTI TVMVLVM AMANTER AMPLEXATVR, ET SVPER IPSVM DECVRVATVR. QVO LOCVS NVLLVS SVPEREST PRO EO DEPRECANDI: SIT TIBI CÆLVM LÆTVM.

S. T. T. L.

EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ

ENARRATIO TRIGESIMASECVNDA;

QVÆ QVIDEM EST DE DOCTRINA, ET FINE hæreticorum; De Gigantibúſque vnica; & de turre Babylonis; in Figura Turris.

Ad illa verba Gen. cap. 11. num. 4. *Venite; faciamus vobis ciuitatem & turrim, &c.* Et illa S. Pauli ad Rom. 11. n. 20. *Noli altum ſapere, ſed time;* Quæ n. 25. inuenies combinata.

De continuatione Numerus I.

NON contigit Noëmi præfata tranſmigratio, eo modo, quo vt eius hiſtoriam clauderemus, vno hauſtu modò fuit à nobis explicata; ſed tam turris Babylonis ædificatione ſcelerata, quàm familiarum diuiſione interea intercalatis. Nam hæc duo Heberis filio Phaleg

Phaleg cur ſic vocatus.

ducente vitam, in mundo viſa ſunt; quandoquidem hocce nomine à patre eſt inſignitus, *Eo quod in diebus eius diuiſa ſit terra.* Vnde eruitur Phaleg diuiſionem denotare; in vitáque illius hanc eſſe celebratam; vel in anno, quo eſt natus, vt aſſerunt Latini; impoſitio nanque nominis rem factam iam inſinuat, quæ euenit hoc in ſenſu centeſimo atque vno poſt aqueam cladem anno; vel prope mortem eius, vt iudicant Hebræi; ante enim non exiſtimant audaciam & multitudinem hominibus poſſibilem, vt poſſent & auderent tentare tantũ nefas. Hoc quippe valde magnam malitiam præſefert, quæ vno tantùm ſeculo, Noëmóque ſuperſtite, ac recta ſemper ſuis nepotibus monente, non facilis eſt creditu. Quo dato Heber afflatus ſpiritu Prophetico, ob futuram diuiſionem ſic filium nuncupauit, vt homines hoc facto ab auſu tam iniquo latenter deterreret. Atqui annos Phaleg vixit 239. Gen. 11. n. 18. qui adiuncti 101. tranſactis poſt diluuium efficiunt & abſoluunt 340. quibus tamen ſuperuixit Noëmus nouem annis; vixit enim poſt diluuium 350. Gen.

Gen. 10. n. 25.

Quo anno poſt diluuium diuiſio facta Gentium.

A 9. n. 28. Ergo ſemper Babylonica diuiſio atque confuſio in vitam Noë incidit, nil minus collætati de propagatione filiorũ, quàm conſternati de corruptione extrema ipſorummet, quos tanti patris frenum non cohibuiſſe nil mirandũ, cum idem Adamo etiam acciderit cum liberis, & Deo cum ſpiritibus integrioris qualitatis.

Cæterum niſi Noë votis diuiſio coniectatur, ob varia auctoritatis illius incitabula, & aptam rei notitiam, quam ſolus Dei ſpiritu edoctus ipſe nouerat, ad gentes congruenter per orbem diſpergendas; vt ſupponebant qui dicebant; *Et celebremus nomen noſtrum, antequam diuidamur in vniuerſas terras;* & etiam Moyſis verba. *Hæ familiæ Noë, iuxta populos & nationes ſuas. Ab his diuiſæ*

Diuiſio Babylonica, quo ordine peracta, Diuino, an humano.

Gen. 11. 4.

B *ſunt gentes in terris poſt diluuium.* Nec impoſſibilis res tanta ineunte Phaleg vita. Nam ſi ſoboles Iacob ab vno tantùm viro ſic creuit in Ægypto, vt annos poſt trecentos ſexcenta millia hominum, præter paruulos ac ſenes, eorúmque mulieres ab illo ſint egreſſi, quot fuerint poſt diluuium completis centum annis ex tribus Noë filiis? Iuuat aliquid Arphaxad exortum Semo eſſe biennio poſt diluuium Gen. 11. n. 10. quo tempore iam duos habebat ille filios. Gen. 10. n. 22. Vnde patet eius fœminam intra limitem biennij tres filios protuliſſe, ſubindéque tres filias, quæ in primis illis fœtibus gemellæ naſcebantur. Ergo tantæ multitudini factibile hocce factum. Qua viſa veritate, ad alias huic hiſtoriæ connexas tranſeamus.

Gen. 10. 32.

DE

DE TVRRI MATERIALI ÆDIFICATA BABYLONE; de Gigantibúſque primum, qui eam ſub auſpiciis Nemrodi ædificarunt.

Nemrod Gigantum Dux, & ipſe Gigas corpore.

2. PER Gigantes Giganteam hanc turrim ædificatam ſcribitur in fabula, Metamorp. lib. 1. qua montibus ſuper montes congeſtis iactabatur Gigantes cuntra Cælum tentaſſe ſtultum bellum; hinc verò eſſe deductam probatur viris doctis. Sed etiam, quod eſt caput in pagina Diuina; dum horum Dux Nemrod *Robuſtus coram Domino venator* nuncupatur; quia molis giganteæ vir audax exiſtebat, vt ait Interl. Auguſtinus lib. 16. cap. 4. de Ciuit. Dei. Et Methodius apud Bolducium lib. 1. cap. 9. de Eccleſ. ante legem.

Gen: 10. 9.

Quis autem & qualis ipſe, cur ve etiam poſt diluuium, tranſactoſque Gigantes vir iſte Gigas adhuc extiterit vt ante; atque omnium ſui temporis iniquorum caput fuerit, oportet explicare. Quo in dubio palam eſt fuiſſe filium Chus, nepotem verò Cham, qui meritiſſimum parentem in tabernaculo nudatum reuelauit fratribus foras; idque priùs inſpiciente, & rem ipſi nuntiante, vt ſupra delibauimus, peruerſo Chanaan, eiuſdem Chami filio. Ex quo Chamo per Chus filium egreſſus Nemrod nepos, cuius pater qui ex dictis fuit frater Chanaan, illo forſan tanto peior euaſit in flagitiis, quantò eum in natiuitate præceſſit quarto loco; erat etenim Chanaan quarto genitus à Cham, Chus verò primogenitus; ex qua prole maledicta maledictior cunctis aliis exortus eſt Nemrod.

Gen. 8. 22.

Nemrodi pater Chus, & auus Cham iniuriosus in patrem ſuum proprium.

At quomodo poſt diluuium, emortuis iam gigantibus, hic gigas natus ſit, non erit intellectu difficile, ſi ea quæ Enarrat. 28. in fine dicta ſunt, huc etiam deducantur: tribus enim modis illic aperui poſſe homines illius tempeſtatis materiam ſementinã tantopere augmentare, quantopere gigantea exinde humana corpora prodire benè poſſent, & naſci vaſta, & procera. Quibus debet copulari, naturaliter per Magiam valere humanum ſperma augeri ſuper ſolitum, nec non pariter peruerti, & adeò deprauari, vt fœtus inde orti proueniant ſceleſtiſſimi; ac in Sacra Philoſoph. cap. 8. prope fin. Vallesius auctor eſt. Quod factum ante diluuiũ ſæpiſſimè indicatur ex ipſis Dei eloquiis. Gen. 6. n. 4. tam per dæmonum doctrinam familiarem tunc hominibus, quàm per eorummet concubitum, ſeu incubitum, prout dicunt, tum temporis frequentẽ cum mulieribus obſcænis; quem non ſolùm datum olim, ſed ſimul dari hodie, ab omnibus eſt cognitum; de quo multa in vitæ humanæ Theatro, verbo incubi, cum locis annotatis. Quare meritò videtur Bolducius deridendus de Eccleſia ante leg. lib. 1. cap. 2. Gigantum iſtorum irridens corpoream vaſtitatem; affirmanſque Gigantes cum ſuo Nemrod Duce, in virtutibus tantummodo

Gigantes cur poſſibiles.

Valleſius.

Vnde incubi probentur poſſibiles, & crebri.

Theatr. vit. hum.

A Gigantes extitiſſe; quod ſi dixiſſet in flagitiis, non adhuc totum diceret, cum inſenſum flagitioſum, ac etiam portentoſum, de illo quem à vitiis in vanum vult eripere, dicatur in Dei pagina; fuiſſe coram Domino robuſtum venatorem.

Nemrodũ quis conetur eripere a piaculis, & expiet à peccatis.

3. Ego nihil pro Bolducio inuenio militare, quàm hodie dari incubos, giganteſque non dari. Ergo credibile poſt diluuium, & gigantes, de queis tantùm pertractat Dei hiſtoria, eodem exterminatos, gigantes non fuiſſe. Sed poteſt reſponderi, poſt Chriſtum non tam liberas, frequenteſque has dæmonum extare functiones. Venit enim qui caliginem Euangelij ſui luce à mundo eliminauit; Ioan. cap. 1. n. 9. & Iſai. cap. 9. n. 2.

Diabolus poſt Chriſtum quàm debilis ad multa quæ quondam faciebat.

B Qui commouit & exploſit Ægypti ſimulacra, in libro eiuſdem Vatis cap. 19. n. 1. Qui fortem vis Deificæ catenis illigauit, Matth. cap. 12. n. 29. Quique etiam fortem armatum atrium ſuum in pace ſumma cuſtodientem ſpoliauit Luc. cap. 11. n. 21. Et qui foras mundi principem eiecit in Ioanne cap. 12. n. 32. Nec natura his tempeſtatibus debilitata ſupramodum ſuppetias fert diabolo, quò ex mediis naturalibus progignat magna corpora; quãtumuis multa ſint poſt Chriſti tempus viſa, quæ affert ipſum pulchrum Theatrum vitæ humanæ tom. 3. verbo Gigas. Addendum, ex poteſtate quam habet augmentandi, ac etiam deprauandi

Gigantes cur nunc pauci, malitia verò multi & ſummę magnitudinis.

C materiam genitiuam, magis primum exercuiſſe temporibus antiquis, ſecundum verò magis his noſtris, quibus multi non deſunt qui veriſſimum Dei Filij verbum faciant; *Vos ex patre diabolo eſtis*; & quibus in ſecreto plus agere illi conuenit, quàm publicè atque patulè.

Ioan. 8. 44.

Notum igitur Gigantes per augmentationem ſeminalem tam ante, quàm poſt cladem diluuij vniuerſalis quamplurimos fuiſſe; cui augmento iungit aliud, repræſentationis viri maximi in incubis dæmonibus, vt ex viſa magnitudine conciperentur magna corpora, cum Ioſepho vir Seraphicus lib. 4. Sent. d. 44. n. 32. Et per ſeminis deprauationem ſceleribus inſignes; quos Caſſianus in Colla. lib. 8. cap. 21. infernalium

Gigantes vt progeniti.

Bonauent.

Caſſianus.

D ſcientiarum, in cunctis veneficiis, præſtigiis, atque magiis auctores primos ait. A quibus ſanè Cham cum eſſet prauæ indolis hæc omnia ante diluuium nil dubij comparaſſe, & iterum poſt diluuium in lucem diuulgaſſe; ac ſub nomine Zoroaſtris quo poſtea eſt inſignitus, in perniciem quammultorum in mundo tradidiſſe. Hiſque omnibus non vanè innititur opinio, qua dicitur cum Beroſo apud Pererium & Spondanum, iſtum Cham vel Chanaan (vtrique nanque bene tribuitur quod eſt credibile de vtroque) inter manus Noë ebrij virilibus compreſſis, obmurmuratis cantionibus in

Cham magus quantus fuerit, ac ideo Zoroaſtres a priſcis nuncupatus.

A poſterum infœcundum & marcidum quò ad prolem eundem reddidiſſe. Quæquidem licet neutiquam ſint magnæ firmitudinis, ſunt magnę congruentiæ, pro corporis proceritate & animi immanitate probabili in Nemrod, ac ſuis conſodalibus.

Gen. 10. 9.

4. Quorum auſus ſub cognomine *robuſti venatoris* ipſorom Duci indito facillimè exponuntur. Venator nanque vi ae dolis feras capit, & iſte vi & aſtu, promiſſis ac terroribus venatus eſt ſequaees, quos artibus huiuſmodi in ſuam mētem traxit, quò à proaui Noëmi doctrina deuiarent; & ipſum, nec non Deum, quem ille prædicabat, contemnerent, ac linquerent, & ignem vitæ vtilem, terribilem, atque ei pro minis inferendis in alios valde aptum, pro Deo tantùm colerent; vt tangit Interlinea & Marius Victor lib. 3.

Ignis habitus pro Deo non longè poſt diluuium.

B

Marius Victor.

Mox que parum ſano genitus de ſtemmate Nēbrod
Mole & mente gigas, Babylonis præditus aula,
Perſarum capiens animos, venator iniquus
A iure Sacro Domini tranſduxit ad ignem.

Idolatriæ poſt diluuiū inuentor Nemrod primus.

Hinc venator corā Domino robuſtus nuncupatur; ſicut infra Sodomitæ peccatores coram Domino, Gen. 13. n. 13. non tantummodo robuſtus, quod bomines concernit tyrannicè coactos; ſed etiam coram Domino, quod reſpicit Dei cultum per eum profligatum; vnde primus idolatriæ aſſertor poſt diluuium vir iſte demonſtratur, quam forſan ille cæpit, vt leniùs à Noëmo nepotes auocaret, & aliò contra aui doctrinam & voluntatem, quò vellet ſecum duceret, ac per nouam Religionem teneret eos firmiùs;

C

cum ſubiecti nunquam niſi Religione ſub eadem ſecurè congregentur; vt ſæpe dictum fuit, & dicit hîc Lyranos Gen. 11. n. 2. Quibus mihi patentiſſimè corruere videntur, præconia, quæ virtutum ingentia Nemrod tribuit Bolducius lib. 1. cap. 9. de ante legem. maiora quàm fas ſit ſcandalo ſemoto, ruboréque non miſſo, à quouis memorari; niſi forſan tantùm illud, fuiſſe deuotiſſimum, ſeu potius frequentiſſimum in Sacrificiis faciendis, ex feris quas aſſiduè venatu capiebat; ac ideo venatorem robuſtum coram Domino, vocari ex oblationibus quotidianis coram Domino per ipſummet litatis. Huic enim poteſt concinnè cum Caietano reſponderi, ex hypocriſi id feciſſe; vt animos ſuorum in tyrannidis principio ſuauiùs demulceret. Ille nanque fuit auctor ædificij reprobati, & actualiter per Deum, diſplicentia quanta poteſt ex inde coniectari, deſtructi & obuiati. Ille Deo, Deique famulo Noëmo tam propinquo & patri refractarius; quare nullis excuſationibus promeritus apparet, ſed accuſationibus acerbis accitis vndecunque; & breuiter tam à Cælo, ob Deum à ſe deſertum; quàm à terra, ob virum mundi reliquias conſeruantem ingratè derelictum. Quapropter valedicendi tum Deo tum Noëmo ortum & cauſam quam parauit iniuſtè videamus.

Nemrod in quonam ſenſu robuſtus coram Domino venator appelletur.

D

Nembrodo quænam cauſa à Deo deſciſcendi

5. Hanc ego ex verbis Sacris opinor clatè erui, quia aucta & multiplicata iam valde humana prole, colonias tranſmitteodi per

A omnes orbis plagas neceſſitas vrgebat, vel ſaltem appropinquabat, quas tamen à Noëmo præ ſui dignitate & omnifaria ſuperioritate conſtabat diſponendas, & cuique terminandas. In quibus cum Nemrod ex anteactis præcognouerit, ſibi ſuęque proſapię in Chamo ob irreuerentiam paternam maledictæ, obuenturam mundi eſſe abiectiorem portionem; nempe Aſiam, Europamque duobus filiis aliis, Chamo verò & ſuæ genti diſtrictum ſæuum Africæ, quæ auro licet diues, eſt regio inclementiſſima, caloreque recocto denigrans ſuos incolas, qood etiam ex tempeſtatis diluuium præcedentis notitia palam eſſet; vnde illis talis tractua pro ſeruis tantùm dirè tractandis & plectendis idoneus videretur. Hæc meditana

ac turrim & ciuitatē ſuperbam fabricandi.

B Nemrod, & cogitans ſeruitutis maledictionem memoratam, ex appropinquante diuiſione incipiendam in eo eſſe ac poſtea inferioritate perpetua conſummandam, ſtudio libertatis innato cunctis viris, cæpit ille ex maledictione initiatus ſeruituti, rebellis tanquam ſeruus à ſeruitute, reſilire, & Deo atque Noëmo opponi ac contraire. Quare aliis ſuis viribus venatos & perdomitos, ac artibus pertractos, ad terram & ciuitatem Diuinum contra monitum, ſeligendam, & incolendam, his verbis concitauit; *Venite faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius cacumen pertingat ad cælum, & celebremus nomen noſtrum, antequam diuidamus in vniuerſas terras.* Id eſt, Venite mecum ad aliam terram diſſitam ab illa quàm Noëmus ſignare nobis cogitat.

Gen. 11. 14.

Gigaotum in conſtruenda ciuitate, turrique ſuperbia quàm immanis.

C Quoniam autem filiis aliis ſelectioribus in locis ſtatuit noſtri immemor ædificare ciuitates; ciuitatem nobis nos & turrim faciamus; hoc eſt, nobis, vt videamus ſi ab eo ædificatis eſt ciuitas inferior; ac turrim conſtruamus, *Cuius cacumen pertingat ad cælum*, id eſt adeò contra cæli decretum duraturam, vt ſi velimus vel in cælum per illam conſcendamus. *Et celebremus nomen noſtrum, antequam diuidamur in vniuerſas terras.* Non enim diuidemur, vt putat ſenex credulus, ſed potiùs nomen noſtrum in ciuitate firmè condita manebit ſemper celebre. Sic videtur in proteruis ſonare vocem iſtam; *Antequam diuidamur in vniuerſas terras*; non cogitando de diuiſione, ſed illudendo de re tali. Si enim cogitarent ab illo loco diuidi, cur æmulum æternitatis

D eundem ſtabilirent? Innanis tunc is labor; & etiam Dei ſupplicium iniuſtum in eos qui parerent modo alio, & non reluctarent obdurati illius iuſſionibus; quare ita intelligenda Nemrodi puto verba.

Addendus ſitus eſt fundatæ ciuitatis; in Aſia nempe & terra pro Semo deputata, non proculque à terra vbi pater eius Noë, prout numero ſupremo Enarrat. præcedentis à nobis dictum fuit, & latiùs mox dicendum (Hebræorum iuxta mentem) ipſi filio Hieroſolymitanam fundarat ciuitatem; vt velut coram oculis eiuſdem Patriarchæ ei ampliùs inſultarent; dum ex diametro ciuitatis pro Semo ædificata, aliam multò præſtantiorem eodem in territorio, Noëmi contra

Diffuſiùs gigantea ſuperbia ponderatur.

A contra vota ſuperbè fabricarunt, vt colligo ex ſenteotia, *Faciamus nobis ciuitatem & turrim*; id eſt, nobis in oppoſitum illius, quam Noëmus priori filio condit, ſed in eius oppoſitionem hanc longè excelſiorem, cuius cacumen in diſpoſitione peccaminoſa cælum tangat, & in altitudine modo aliquo pertingere videatur; vt quantumuis adimpleatur Noemi diſtributio, quæ tamen non implebitur, hic ſaltem ſemper fixum permaneat nomen noſtrum; *Cuius cacumen pertingat ad cælum; & celebremus nomen noſtrum, antequam diuidamur in vniuerſas terras.*

6. Quæ expoſitio ni decipior excurrit feliciſsimè. Qua ſuppoſita non adeo diuiſio iam vrgebat, quàm actualiter per Noemum vel fieri incipiebat, vel operi imminebat; ita vt Noë ex eo loco quem omnes vſque illuc promiſcuè inhabitarant, profectus ſit B cum Semo, Iapheto, & multis aliis ab iſtis generatis, in locum vbi Salem, ſic dictam ab ipſo Sem, fundaret ciuitatem (quæ poſtea Hiebuſalem eſt dicta à Hiebuſeis, qui eam tenuere, & tandem Hieruſalem) Dei cultus primam ſedem; vt protinus de Deo, deque filio ſeniori tractaret ſanctus ſenex.

Ieroſolyma fundata & eius prima nomina.

Alij verò à Nembrod ducti (ne partem & miſſionem inferiorem ſortirentur) ab ipſo Noë ſint diuiſi & ſeparati; vt irent vrbem condere, quam paulò poſt cæperunt, atque modo referendo ad exitum quantùm ipſis hoc licuit, perduxerunt. Vt iam inde ciuitates Hieroſolymitana & Babylonica vel à ſuis fundatoribus exiſterent aduerſæ. Quæ ſanè priuſquàm à nobis enarrentur, videamus quid peregerit Noemus in Salem, cum C ſuo filio Sem, & aliis conſodalibus, qua in re exiſtimatio Hebraïca mihi placet; non verò in alia, qua Melchiſedech affirmant Semum eſſe.

Nemrodi defectionis repetitur occaſio.

Vrbem quidem filio ſuo maiori Sem fundauit, Religioniſque in ea priora fundamenta, fundato quoque templo (vt puto indubitabile) piiſsimè locauit; Sacerdos nanque Semus ob caput duplex erat, tum quia primus homo præ omnibus tunc viuentibus, tum quia patris ſui Noemi primogenitus, tum quia poſt illius defectum fuit Pontifex Eccleſiæ vniuerſalis; qui ideo ſine templo nequaquam bene foret. Vrbs certè bene condita, tam magno viro & templo in toto mundo celebri; poſcebant nanque hęc D duo primarium ſummumque in orbis gyro locum; at talis ille eſt, in medio quarti climatis, ac terræ meditullio, quemadmodum ſi anima, & cor mundanum eſſet. Sed inſuper, & caput, ſi illud ponderetur, per itineris dietam ab æquore Tyrrheno in ſummo illius capite, quò amplius non protenditur, terrarum tanquam Dominam, & Aſiæ principatum ſedere Ieroſolymam, quæ ad dextram iuxta mare amplectitur Europam, ad læuam verò Africam; ac ſi vnico complexu vniuerſi quæquæ Regna ad gremium ſuum trahat.

Sem homo mundi primus & eius ſummus Pontifex.

Ieroſolymę quò ad ſitum præſtãtia commendata.

Ibi ergo Noë prudens conſtituit primo filio domicilium & Pontificium, ac etiam illius Regiam: non enim mihi dubiú fuiſſe A Regem Semum, quẽ in regimen totius Aſię reliquit parens inclytus; (etſi ideo Melchiſedech exiſtimandum non opiner, vt opinatur gens Hebraïca, & aliqui ex Chriſticolis, quorum vnus in Anchorato eſt S. Epiphanius.) Et quem magnis documentis doctrinæ cæli imbuit, ſeu penitus inſtruxit. Ibi etiam quoſuis alios edocuit Dei notitiam, timorem, amorémque, obſequium, cultum, ac noxæ ſiniſtra deuitare. Et ibi tandem profugos à clade Babylonica poſt linguam iam diuiſam non paucos ſuſcepiſſe, idque etiam benignitate maiori conſueta, & eos erudiiſſe in moribus ac monitis cæleſtibus, & Sanctis, quis vertet in ambiguum?

Epiphanius

Noëmus Ieroſolymã eũm condidit, quid fecerit.

7. Inde autem miſit illos in omnes mundi B plagas, ſignatas à ſe priùs. Maiori nanque ex parte in Africam Cham iuit; in Aſia Semus manſit, Iaphet Europam tenuit; vt ſciamus Dei conſilia non poſſe declinari. Addit S. Epiphanius hîc proximè allegatus, filios ipſum quos mittebat iureiurando deuincire, ad cultum veri Dei, concordiamque fraternam. Quibus ita benè functis, cum Iapheto & multis aliis præcipuè illius poſteris, relinquens Semum filium, cum mutuis deſideriis & lachrymis obortis, vt ſupra eſt delibatum, Italiæ petiit oras; in qua poſuit & diſpoſuit in rectis inſtitutis progeniem Iaphetinam; tanta vitæ perfectione munitam, ac diſciplina; vt velut filij Seth, Dei filij ſint vocati. Vnde dæmon, & exemplo idolatriæ Babylonicæ, perturbans rem Diuinam, Deorum magnam prolem ex Italiæ C & Græciæ Regnis, in Italia poſtquam ille extremum diem clauſit, cum orbis damno finxit; ob quod fuit appellatus in ea mundi Chaos; ſemen mundi, & mundi anima, deorumque origo; vt Bolducius cum Beroſo lib. 2. cap. 6. ſcribit de ante legem. Tanta mala ſecum importat bonorum ſæpe mors; quibus poteſt annumerari defectio linguæ Hebraicæ, quæ in Italia & Occidente Noemi morte periit, & corruptione vita eius corrupta eſt pluriſariam; tum quia plures detulit ex confuſione Babylonica qui illam confuderunt, & quam omnes ante id tempus loquuti ſunt mortales, in alias permutarunt; tum quia Hebraicam Deus Heberi pro familia vt infra præſtringetur, dumtaxat reſeruabat.

Diuiſio tandem gentiũ vt facta ſit libatur.

In Italia cur nam fabulæ exortæ ſint Deorum.

Noëmus quo nominis in Latio quõdam fuerit. Bolducius.

D Nec Semo patris ſui abſentia fuit niſi ciuilis mors acerba, diſceſſuſque ei obitus, vt abſentia viri iuſti Solari comparetur; nam cadit nox cum Sole, & venit mors diei, ac lucis, quæ viuentibus infundit vitę lumen, & gaudium, ac pulchritudinem. Recedente nanque ſene qui freno multiformi cohibebat adoleſcentes Nemrodi praui ſocios, hi arma cõtra ſemum ſumentes ſibi oppoſitum, & etiam ſibi inuiſum, tunc primú Babylonia deuicit Ieroſolymam, intercepit eios ciues, captiuoſque abduxit cum Semo illorum Rege, vt poſtea Iechoniam ac fratres eius duxit in iugum Babylonicum. Vt colligitur, quod Semus Babylone morti ceſſit, & traditus eſt tumulo; ſicut Aprilis die

Abſentia & iuſti mors quàm ægræ pro mortalibus.

Vbi mortuus & tumulatus ſit Semus Noë filius.

Ieroſolymæ & Babylonis æmulatio quàm antiqua.

Ibi autem quandio vixit tyrannom Nemrod egit, æoiulando Semum Regem, qui cum Noëmo patre ſuo Hieroſolymis regnabat; quo hæ duæ ciuitates Hieruſalem & Babylonia à ſanctis memoratæ, cæperunt non tam longè quàm moribus longiſſimè ad inuicem pugnsntes in mundo ſimul eſſe. Quod veriùs vt exiſteret, & vrbes iſtæ oboiæ, vt vnà pullularunt, ſic vnà mutuis bellis perpetuò ſe impeterent, alternéqoe expellerent, non ſolùm Babylone ſe Regem Nemrod fecit, ſed pariter & Deum; quò ſicut Sem Rex erat, & ipſe Rex exiſteret; & ſicut Hieroſolymis Dei templum conſiſtebat, Babylone ſic vt Deus & ipſe coleretur. Qood noo ſolùm tanto impio regnandi ardore accidit, ſed etiam & Roboamo in gradu inferiori. Tam valde cęlum verberat Imperij deſiderium.

3. Reg. 12. 28. Regnandi prauus ardor.

Hancobrem nuncupatur *Venator coram Domino*; quoniam Domini Diuinitatem venatus eſt in terris, furatúſque pro ſe quàm maxima impudentia; nam in Scriptura coram Domino eſt ſæpe contra Dominum, ex illo Pſaltis verſu; *Et peccatum meum contra me eſt ſemper*; in aliis, *Coram me*. Contra Deum verò iſte (pręſertim cum venator robuſtus coram eo cũ emphaſi vocetur) non poſſet verè eſſe, niſi Deo ſe contrarium, aduerſúmqne obiiceret; contrarius autem Deo veraciter eſt tantùm, qui Deum ſe ſe facit. Hinc fuit voce alia Nemrod vocatus *Belus* quod vir Deus interpretatur Aſſyriaco idiomate, vnde Baal, & Belial, Belphegor, & Belzebud ac nomina idolorum ſimilia ſont exorta. Licet enim multi dicant adorationem talem ipſi, Ninum eius ſucceſſorem ac filium contuliſſe, dum à cunctis patrẽ ſuum in Deum haberi iuſſit; egò quidem de Nemrod ob datas rationes & ob ſupplicium oimis acre à Deo inflictum illi, de quo agendum mox, hoc firmius longè puto. Ninum autem patri ſuo non diuioitatem ſed celebritatem apud homines maiorem tantummodo addidiſſe. Fuit nanque Ninus caput monarchiæ Aſſyriorum, propterea dictus Aſſur, & Ninioe fundator, vltra tegoum Babylonicum à Belo iam obtentum ei iungens Aſſyriacum, qui ſua & Semiramidis vxoris ſuæ opera, vt regnum ſublimaxit, ſic etiam Beli nomini Dioino multum detulit. En quomodo Nemrod ex igne Deo facto ſe ipſum Deum fecerit, vt ſcias quãtùm in malis, pręcipoéqne in iſto, principia ſint pernocua. Nec mirum, quòd ex igne tam magnus ignis ortus, cum paruulæ ſcintillæ inceodium magnum edant; & in tales fioes ignis ambitionis ſemper tendãt.

Pſal. 50. 5.

Nemrod ſe Deũ facit.

Cur Belus nũcupatus, vnde nomina idolorũ multorum ſunt exorta.

Nemrodi Ninus filius; & qualis erga patrem.

10. Atenim verò ſi in Sapientia initium idolatriæ narratur aliuſmodi, nimirum per hęc verba; *Acerbo enim luctu dolens pater citò ſibi rapti filij fecit imaginem, & illum qui tunc quaſi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cæpit, & conſtituit inter ſeruos ſuos Sacra & Sacrificia*; hoc debet ſubintelligi, non iſtum patrem filij imaginem feciſſe, vt ipſamet imagine adorandi vanos Deos inuentor primus eſſet, hoc enim Nemrod fecerat, ſed

Sap. 14. 15.

Idolatriæ quæ origo in libro Sapientiæ.

A filio domi ſuæ per imaginem & idolum erectom in eius cultum, à domeſticis honorificentiam diuinam tribuiſſe, fuiſſéque auctorem imaginum idolorum, quæ materialirer loquendo (materialirer non formaliter) eſt vera idolatria; qua via idolatriæ is pater fuit prior, progenitor, & cauſa.

Quis autem pater ille pro filio tam peremptus, & anxiè terebratus, vt mortuo iam mortali, & caſſo vitæ halitu, corruptioniſque participi, corruptione diſſipato tribuerit Dei viui honorem ſingularem, & creaturis nunquam aptum? Abrahami fuit pater, de quo ait Scriptura rem vſque ad eius tempora de alio non vulgatam, Aran nempe filium eius eo viuente mortis cuſpide fuiſſe transforatum; *Mortuus eſt Aran ante* B *Thare patrem ſuum in terra natiuitatis ſuæ, in Vr Chaldæorum.* Epiphanius verò putat lib. 1. contra hær. huiuſmodi peractum, quia primus adorator ſeu amator valde nimius filiorum in vita Aran prędictus Thare fuerat, & poſt mortem ipſius filij idolorum primus auctor, pro eo venerando, quare meritò punitur in idolo filij chari, qui filium præ amore idolum reputabat, & præ dolore illius poſtea idola primus fecerat.

Abrahami patris Fidei perfidiæ parens pater.

Gen. 10. 31.

Idolorum quis inuentor.

Nec mireris patrem Abrahæ idola fabrefactum; nam multi ex Semi filiis in vita ipſius ſancti ingreſſi ſunt cum aliis ad opus Babylonicum, vt Moyſes ſatis aſſerit; *Iſti ſunt filij Sem, ſecundum cognationes, & linguas, & regiones in gentibus ſuis.* At poſt illios mortem, & ipſi Heberis nati qui erant Hieroſo- C mis vel victi per Aſſyrios, vel oaturali ſuauitate peccati deliniti, ſequuti ſunt Chaldæos, Babylonéque cum eis in omnibus permixti manſerunt ſancti Abrahæ cognati coniunctiſſimi, de quibus codex ſacer; *Trans fluuium habitauerunt patres veſtri ab initio, Thare pater Abraham, & Nachor frater eius, ſeruientes diis alienis.* Vude colligunt non pauci nec paruæ auctoritatis, & ipſum patrem Fidei infidelitati ſeruiiſſe, & ab illa reſipoiſſe voius tantùm Dei per indaginem naturalem cognitione terebratũ; quo tempore Deus illi in pręſeruationem ſic profatus; *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui.* Vt de domo patris impij, qui filium morti igois narratur tradidiſſe, ſi ignem, Belúmque idolum Babylonis adorare renuiſſet, vt filius quidem re- D nuit, qui ideo fuit publicè paratũ io ignem miſſus, miraculosè verò à Deo, vt tres poeri ei fideles ſeruatus & eductus; quò pergunt illa verba rem tantam contingentia; *Ego Dominus qui eduxi te de Vr Chaldæorum.* Nam qoamuis Vr ibidem pro terra, loco, & oppido Chaldaico accipiatur, nil dubij, quòd & ignem ſignificet Hebraicè; & forſan erat vicus vicinus Babyloniæ, vbi velut Deæ Veſtæ perpetuus ignis erat, pro ignis ſimolachro; & vbi morti ſimul per igoem tradebantur, qui ignem, quo Chaldęi à prauo Nemrod docti religionem ſuam igneo pręſidio tutabantur (vt hodie Mauri gladio) nollatenus colebant. Nec diſſonum Myſteriis Diuinis patrem Fidei ex infido

Gen. 10. 31.

Infideles citra dubium parentes Abrahami.

Ioſue 24. 2.

Abraham infidelitati an aliqoando ſuccubuerit.

Gen. 12. 1.

Abraham vtrum conjectus in ignem propter Fidem.

Gen. 15. 7.

parente & patre idolatriæ idolorúmque auctore prodire in vitæ lucem, & tanctæ ſanctitatis; ex veneno nanque Deus antidotum & remedium aduerſus illud parat.

De ſupplicio ædificatorum Babelis ædificij.

Gen. 11. 5.

11. PVnitio ſie ineipitur; *Deſcendit autem Dominus, vt videret ciuitatem & turrem quam ædificabant filij Adam.* Adami nempe inſtar peccantes per ſuperbiam. Quæ verba Diuinitatem aſſumptam per Nemrod teſtantur non obſeurè. Deſcendit nanque Deus videre tantum Deum, & ædificium quod iam cælum tangebat in ſuperbia, qua Nemrodus illic homines iactabat ſeruaturum aduerſus omnes cęli conflictus terræ noxios, & inſuper illaturum per turrim bellum Cęlo. Hoc enim dicit Lyra & multi viri docti; quorum ſenſus communitur ex nimia eelſitudine, quam ſæcula poſt plurima habebat turris illa, ab aliquibus per Pererium relatis bene inſpecta.

Deſcenſus quare Dei ad turrim inſpiciendam.

Quid ampliùs ſtupendum, vel Deum Omnipotentem deſcendere ad videndum, quod poſſet ſolo libito ad nihilum redigere? vel homines impotentes in cæli velle nimiam conſcendere altitudinem? Illum ſanè qui nequaquam de loco in locum tranſit, aut vllum locum deſerit, venire ad locũ vnum, tam plenum peccatoribus? vel illum quem tam loca quàm tempora pertranſeunt, & deſerũt ocyſſimè, veſaniæ velle pennis in eum C locum ire fulgoribus immenſum? & donis infinitum? Infinities licet Deus hominibus præcedat, de lite poteſt tali litigium ſemper verti; quandoquidem ſuperbia cum mira humilitate, inſania cum prudentia, audacia cum clementia & ignorantia ſumma hominum cum Dei ſumma ſapientia concurrunt in hoc campo prouinciæ Sennaar, ad pugnam ſingularem.

Is curſim ponderatur.

N. 6.

Qua ſapientia dixit Deus de ædificantibus proteruis; *Ecce, vnus eſt populus, & vnum eſt labium omnibus: cæperúntque hoc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant.* Præ noſcit nanque Deus futura contingentia, vt conſtat ex hoc loco, & lib. 1. Reg. cap. 23. n. 12. & 13. Ezech. 3. n. 6. & Matth. 11. n. 21. ac inſuper peccatum impietate perpetratum rariſſimè emendatur, D vel nunquam, iuxta mentẽ Philonis, qui de Profugis profatur in hunc modum; *Impietas malum eſt infinitum, quod ſemel accenſum nunquam extingui poteſt*; Quo tamen non obſtante pręnotionis ſuæ Deus hîc promit rationem, vt de ordine & integritate iudicij ſui conſtet. Hoc autem ſic præmiſſo, cum maieſtate magna venit, & magna Trinitatis Diuinæ claritate, ad illos qui vtramque furore ventilabant, & auſibus impetebant; ſic dicens ad ſeipſum ſoliloquio venerando; *Venite igitur, deſcendamus, & confundamus, ibi linguam eorum, vt non audiat vnuſquiſque vocem proximi ſui.* Quaſi parum Dèo eſſet deſtruere ſceleſtos, niſi etiam in ipſo actu inſtrue-

Futura contingentia quam claré Deus præ noſcat.

Philo.

N. 7.

A ret ad cælum prędeſtinatos & electos, quibus clara Diuinitatis cognitio hîc data fuit. Nam linguam vnicã vno momento in alias multas vertere, & priore obliterata in animum diuerſas & nouas mox inducere, hoc quidem clarè res ſolius Dei exiſtit, & Creatoris, qui repentè Hebraicæ linguæ terminos & fontes limpidiſſimos infudit Adæ & Euæ, vt ſe Domini compellantis ſermones intelligerent, atque mutuo inter ſe ipſi colloquio frui poſſent. Quique in mundi Eccleſiaſtici creatione & reſtauratione id fecit copioſiùs, in multis ſimul linguis Apoſtolis diſpertitis; vt præſentia atque poteſtas eiuſdem Creatoris, & exceſſus Creationis Eccleſiæ agnoſceretur; ac res vtraque per mundum celebraretur multipliciùs. En cognitio Diuinitatis, & Catholica admonitio, ac B inſtructio ſaluberrima in deſtructione Babylonica.

Diuinitatis clara inſtructio in deſtructione Babylonica.

Actor. 2. 2.

12. Nec tantummodo Diuinitatis, ſed etiam & Trinitatis elariſſimè indieatæ. Nam *Venite* de quo hîe, locutio eum exiſteret, vt modò dictum manet, de re ſoli Creatori poſſibili & factibili, non ad Angelos vt nonnulli ſunt perperam opinati, ſpectat modo aliquo, ſed ad Filij, & Spiritus ſancti Perſonas Sacro-ſanctas; cum æquè neque Angeli id facerent cum Deo, quandoquidem impoſſibilis eis erat talis actio, nec deſcenderent cum eo æqualitate verbi huius *Venite igitur deſcendamus*; Vel enim Deus mutando locum, deſcenderet cum Angelis, vel Angeli cum Deo hunc neutiquam mutando. Vtrumque verò falſum & inuium C naturaliter, ergo & illud argumentum pro Angelis conflatum. Pręterea Deus ibidem ſuperiùs & inferius ſingulari verbo Dominus inducitur ſignatè; *Deſcendit autem Dominus vt videret ciuitatem & turrim*; & iterum poſt pauca; *Atque ita diuiſit eos Dominus ex illo loco*; quare & ſermo intercalatus, *Venite igitur, deſcendamus*; de vno tantùm Domino oportet explicari. Et tandem hęc inuitatio ſi bene perpendatur eſt vna, trinaque; — *Venite* — *Deſcendamus*; — *Et confundamus linguam eorum*; vniformitatiſque tam miræ in modo veniendi, per ſummam ęqualitatem; in modo deſcendendi, per motum ſine motu, in modo confundendi per æquam poteſtatem; & in modo hos puniendi per maximam æquitatẽ, per maximam ſapien- D tiam, & per maximam bonitatem; vt Angelos non redoleat, ſed ſanctam Trinitatem huiuſmodi punitio; in qua æquitas, ſapientia, & bonitas tribuuntur Diuinis illis tribus, arcaníſque Perſonis; Patri æquitas & iuſtitia; Filiõ Sapientia; at Sancto Spiritui ob rationes datas alibi, Dei bonitas & amor.

Trinitatis in Babele notitia ſatis clara.

N. 5.

N. 8.

Addatur iſtis aliud ex penu humanitatum, vbi dicitur de Cęſare Imperij fundatore, quaſi comites militares, commilitones primum omnium vocaſſe ſuos milites, vt æquãlem ſeſe eis, amabilémque redderet; quapropter nunquam ite, vel facite rem talem, ãd illoſmet dicebat; ſed venite & faciamus; qua via fecit tanta, Imperiúmque conſtituit,

Mexia in vita Iulij.

Affabilitas in milites quàm magna Iolio Cæſari, & vt verbi Commilitones extiterit is auctor.

ſtituit, ac poſteris reliquit, etſi ſuis inequalibus ſe æqualem faciendo; vnde immeritò & ingratè à ſucceſſore ſuo Auguſto eſt poſtea de hoc carptus; dicēte Maieſtati Imperatoriæ non congruere ſe hominibus communibus ſodalem & patem facere. Quod in Deu verſus Angelos plus erat inconueniens, cum amabilis ſine hoc eis eſſet abſque termino, & abſque termino ſuperior.

13. Æquitas (nunc ad præcedentia ſermonem reducendo) hîc ſumma Dei ſplenduit, dum per, *Venite & deſcendimus*, flagellum cæpit illis inducere ſuperbis, qui per *Venite & conſcendimus*, vel circiter *in cælum*, cæperunt prauum opus. Ac etiam proculdubio per maximum fragorem. Nam ſi quando Deus deſcendit ad linguas copulandas, magno ſonitu & vehemēti amoris ſui ſpiritu id facere decreuit, timoris quo ſtrepitu venisse exiſtimandum, ad linguas quādo venit tam variè diſſipandas? illud quidem vt diſſipati in vnam tantùm fidem faciliùs vnirentur, hoc autem vt iam per orbem in vnum congregati diſpergerentur cum ſupplicij tonitruo peccatores? Credibile eſt quàm multos ſed præcipuè Ducem operis, vt Dathan & Abiron ad inferos miſiſſe; nam vltra quòd audacia illius hoc poſcebat, poſt ſex & quinquaginta Imperij ſui annos diſparuit, neque ampliùs inuentus eſt ab aliquo, vt Berolus apud Pererium in Gen. teſtatur. Et probabile Dei illo deſcenſu deſcendiſſe Nemrodum ad terræ ima, multò æquius quàm de Romulo fulgurea tempeſtate ad cælum raptum dicitur Metamorph. ſummo in fine. Quo horriſono terrore, & caſu ſtupendiſſimo Nemrodi fuit cultus fortaſſis interruptus, & intermiſſa veneratio, ac iniuſtiſſima adoratio, poſtea verò à Nino filio vt paulò ſupra dixi, renouata, & augmentata.

Actor. 2. 2

Nemrodi quaſimois.

Semum quis in Babyloniam deduxerit captiuum.

Quem patris ſui iterum ſtimulis & odiis in Semum concitatū veriſſimile eſt hunc ſanctum Hieroſolymis regnantem cum omni Heberis prole viuente in Dei timore, captiuos abduxiſſe in Regnum Babylonicum; ſi quidem eos vel Hieroſolymis vel circiter fuiſſe collocatos per Noëmum ab omnibus aſſeritur, & poſtea Babylone captiuos conſediſſe non ſemel dictum ſupra.

Cur turris non deiecta.

Sed & maxima cum æquitate Deus turrim non demoliit, ſed liquit imperfectam, vt quod famæ monumentum couſcelerati conſecrabant, in infamiæ indeſinentis opprobrium eis verteretur. Sceleratos verò in linguis quàm iuſtè flagellauit, vt in linguis paterentur, qui linguis cælum læſerant; *Cuius cacumen pertingit ad cælum*; de quo S. Auguſt. lib. 16. cap. 4. de Ciuit. Dei. Aptiſſimúmque flagtum, vt veluti damnati ſe cædant ſuis linguis artifices damnabiles. At ſimul & ſæuiſſimum; quod etenim ſupplicium, tam dirúm quàm confuſio ſermonis repentina, ſtupori atque furori inſigni per accōmoda? qua homines eò vſque loquentes vna lingua, repentè diuerſiſſimis obſcuriſſimiſque fari cæperunt, vel latrare importuniſſimis affatibus, & indignatiſſimis clamoribus? ita vt omnes ſibi inuicem illudentes & illuſi ab aliis putarentur? Hebraicæ ſemper linguæ fatalis Babylonia, cum priùs hæc in vrbe diuiſa ſit, & ſciſſa, flagitioſa quaſi mulier in tot & tam diuerſas, poſtea verò ibi corrupta in populo captiuo. Porro inter viros illos ab irriſione nata iurgia, à iurgiis mutua odia, ab odiis verò lubens diuiſio, & diſſipatio.

In linguis cur punitio.

S. Auguſt.

Quam magna talis pœna.

Babylonia quam infauſta idiomati Hebræorum.

14. Sapientia nihil minus Diuina hîc viſa eſt; dum per tantā diuiſionem confudit linguam vnam. Non enim ſolùm id realiter confunditur quod vnum fit ex multis, ſed etiam quod ex vno in multas fit ſciſſuras, tam diſſitas, & barbaras; quod ſimul nemo faceret repentè pręter Deum, & eius Sapientiam; tam in primæ obliuione, quàm in nouarum infuſione miraculo ingentiſſimo.

Confuſio linguæ in turri qua ſapientia facta ſit.

Et verò peculiariter in eo tunc illuxit Diuina Sapientia, quia ſicut crebrò dicitur, in ſeptuaginta & duas linguas diuiſit primam Deus; tot enim ſunt nepotes Sanctiſſimi Noë relati Gen. 10. niuirom in textu Græco, vbi ſuperſunt ſuper noſtrum Eliſam in filiis Iaphet, & Kainam in filiis Semi; tot ſeniores qui prophetarunt in Numer. lib. cap. 11. n. 15. & n. 26. Et Chriſti tot diſcipuli priori Lucæ cap. qui in Gręco viceuerſa ſeptuaginta inueniuntur; quo illi iam diuiſi per orbem vniuerſalem Dei Filium & Sapientiam Diuinam loquebantur, qui in mundum eodem numero alumnos ſuos mitteret, ad erudiendum mundum ipſum loquela puriori, doctrina ſaniori.

Lingua prima in quotnam linguas diuiſa & diſpertita.

15. Bonitas verò eiſdem radiis colluxit mirabiliter. Primum quidem diſponendo vt non per ſortes iactas in omnes terræ plagas receſſerint puniti Babelis conſtructores, ac placuit Epiphanio hær. 66. §. 83. nam ſortes malè poſſent ab illis viris mitti quos oris condiuiſio continuò reddidit barbaros? Sed potiùs vt videtur ſucceſſui congruentius, per illum met ſpiritum, qui nouas linguas inſpirauerat, eoſdem agente arcano motu in orbis partes remotiſſimas. Quod Spiritus Diuini amore ſummè pleni egregium factum fuit, vt habitaretur terræ ambitus, & ex rixantibus ſermonibus colligeretur tale commodum.

Epiphanius

Diuiſio Babylonica impulſu quonam facta.

Deinde autem efficiendo vt quod fortuitum videbatur, conſultò ſit peractum per iſtum Dei Spiritum; qui enim in cælo ſtellis, hic populis in terra metatur proprium locum, & qui mari appoſuit terminos in lib. S. Iob; hic ipſe gentes ſingulas limitibus coërcet. Quò verba Moyſis attinent. *Quando diuidebat altiſſimus gentes, conſtituit terminos populorum, &c.* & Pauli lib. Actor. *Fecitque ex vno omne genus hominum, inhabitare ſuper vniuerſam faciem terræ definiens ſtatuta tempora, & terminos habitationis eorum.*

Conſilio Dei, non caſu.

Iob. 9. 7. & 38. 10. & 11.

Deut. 32. 8.

Act. 17. 26.

Poſtremóque ſimiliter conſilia malignantium, in vota atque conſilia Diuina commutando. Vrbem enim ædificabant, vt non diſpergerentur; at Deo diſponente, id fuit eis in cauſa cur citius funderentur, & ſuummet remedium ſit redditū in perniciem. Inde verò Spiritus ſanctus qui ex malis bona elicit, longè maius & communius eduxit

Et magno amore eius.

mundo bonum quam illi propoſuerant; nam A illis erat animus ſiſtendi in loco vno, ſed Spiritus amātiſſimus humanę vtilitatis, per Orbem miſit ipſos, vt conderent tot vrbes quæ mutuò fulciuntur, & auxiliis mutuatis conuiuunt, & collucent. In quo fuit adimpletum prouerbium Salomonicum; *Quod timet impius, veniet ſuper eum*; at verò in loco iſto meliori valde modo & clementiori quàm putarant iniqui fabricantes.

Prou. 10. 24.

Æquitet autem, & ſapienter, ac pariter clementer, vt omnia coniugamus, Spiritus Dei efficit, tam vt linguis diuidantur qui ab eo volunt diuidi per ſectas ad inuentas, quàm vt ita confundantur, & confuſione erubeſcenti in Deum retrahantur. Quis enim ſuſtineret ſuperbiam hęreticorum, niſi in plures linguas ipſi, doctrináſque diuerſas quotidie ſcinderentut! De iſtis nunc agendum.

Hæreticorum pœna propria linguarum vt ſit diuiſio.

DE ALLEGORICA IAM TVRRI, SED HÆRETICA per illam Babelis deſignata, & de Gigantibus ante omnia ædificatoribus illius.

16. PER diabolos hos eſſe tam mole quàm in malitia antiquitus progenitos, hodie verò plus malitia quàm corporibus proceribus ſuperiùs dictum eſt. Quo ſuppoſito quis dubitat ab incubis dæmonibus hæreſiarchas generatos? Hoc mihi pluſquam certum, & multis, quorum vnus pro reliquis nunc ſatis, Luſitanus P. Paez in Epiſtol. Iacobi explanans illa verba; *Non eſt enim iſta ſapientia deſurſum deſcendens, ſed terrena, animalis, diabolica.* Quo loci ſic pro nobis; *Quomodo hæreticorum ſapientia ſit diabolica, & à diabolo doceatur, probat hoc loco Feuardenſius; afferens loca ex Luthero, in quibus fatetur, ſe cum diabolo multoties loquutum. De Carolſtadij, Zuinglij, Caluini, Anabaptiſtarum,* C *aliorúmque Sacramentariorum cum diabolo commercio, videndus idem Feuardenſius in D. Irenæ. lib. 2. cap. 32. Vnde in Apoc. hæreticorum cœtus ſedes & Synagoga Sathanæ appellatur; & Polycarpus Marcionem appellauit* primogenitum *diaboli.*

Sup. n. 3.

Hæretici progeniti ab incubis dæmonibus.
Iacob 3. 15.
P. Paez.

Quod verbum *primogenitum* quantumuis ſit in moribus, non parum genituræ hæreticorum per diabolum videtur ſuffragari. Eſſe etenim realiter à dæmone incubante Lutherum ſuſcitatum, eſt teſtis Florimundus lib. 1. cap. 15. de ortu illius hæreſis, & quòd Miſſæ Sacrificio Lutherus ſemel adſtans, eo die quo diabolo prodigium muti legitur, vbi primum verba illa, *Erat Ieſus eiiciens dæmonium*, inſonuere à celebrante, mox fuit ſolo datus, & validè clamauit *Non ſum ego; Non ſum ego.* Vnde dæmonem ipſum eſſe, at non D eſſe eiiciendum, ſed à Chriſto permittendum, ob crimina Fidelium, clatiſſimè innoteſcit.

Florimon. Remond.

Lutheri caſus mirus teſtificans quòd fuerit progenitus à dæmone.

De Oriente à quo profecti hæretici Gigantes.

17. VErè iſti ab Oriente profecti deſcribuntur, cum occaſionaliter procuIdubio proficiſcantur à Dei Filio, qui in Oraculo Zachariæ vir Oriens nuncupatur. Nec immeritò, quando Chriſti eſt nota lucē dare, & eam ſecum ferre, inferréque hominibus; *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*; cum verbis ſubſequentibus. Iſidorus apud Gloſſ. *Turris eſt dogma hæreticorum, qui moti ab Oriente, id eſt, à vero lumine, ſe erigunt, contra Deum, volentes illicita curioſitate cœli altitudinem penetrare. Sed ab vnitate & confeſſione Fidei ſegregati, diuerſitate erroris, quaſi diſſonantia lingua ab inuicem ſeparantur; & quos armat contra Deum pernicioſa concordia, condiuidit erroris perquam citò repentina confuſio.* Et rectè ab Iſidoro vocatur Fides Oriens; per illam nanque Deum nos clariùs intuemur, quàm illa quæ per organa cernuntur corporalia, dum innititur rerum omnium certiſſimo Dei verbo. Rom. Catechiſ. cap. 2. ſect. 2. videndus de hac re. Et D. Tho. 1. p. q. 1. ar. 1. & 2. 2. q. 2. ar. 4. nec non 1. contra Gen. cap. 4. in quo pertractat de Fidei veritate, & de neceſſitate qua ſcientia ſupernaturalis dari oportuit, vt cum certitudine de Diuinis poſſemus rebus loqui; quod aliter non licet ex rerum tranſcendentia, & indigentia mentis noſtræ, de qua multos poſt ſudores ſic ait axioma; *Ars longa vita breuis, iudicium difficile; experimentum fallax.* Sed non ita illius verbum qui veritas eſt ipſa, & nec fallitur, nec fallit.

Gen. 11. 2.
Zachar. 6. 12.
Oriēs Chriſtus & quàmeritò.
Ioan. 1. 9.
Iſidorus.
Hæretici qua via profecti ab Oriente.
Catechiſm.
D. Tho.
Cur Oriens Fides ſit, & certior cunctis artibus; ac ſimul neceſſarior.

O Fidei clarus oriens, qui à radiis Scripturis non paucis lucem accipit! videlicet à Pſalte; *Credidi propter quod loquutus ſum*; à Vate, *Domine quis credidit auditui noſtro?* vbi loquitur de futuris per verba de præterito, ob firmitudinem prophetiæ. Et etiam à D. Paulo; *Credimus propter quod & loquimur.* Non etenim de Fide loquendum ſine fide: nec cognoſcendum, vt ſit credendum, ſed credendum, vt Dei arcana cognoſci tandem valeant; de quo S. Auguſt. in Comment. ſup. Ioan. tract. 40. & lib. 50. hom. hom. 32. & contra epiſtol. fundament. cap. 4. nec non multi Eccleſiæ Patres è quibus de Trinit. lib. 8. ſic Hilarius; *Non tam veniam quàm præmium perquammagnum habet ignorare quod credas, quia maximum ſtipendium Fidei eſt ſperare quod neſcias.* Illuſtris ignorantia, ſed clara neſcientia; qua Fide perobſcura lux clarior luce venit; & oriens verè oriens, nimirum lucis nunquam occaſum patientis, ſed orientis & aſcendentis ad luminum parentem, ad aulam luminoſam, Empyream claritatem. In hoc erat Oriente Rex ille qui

Pſal. 150. 10.
Iſai. 53. 1.
2. Cor. 4. 13.
Lux Fidei quàm exoriens.
S. Auguſt.
S. Hilarius.

Google

Pſal. 33. 6.

qui dicebat; *Accedite ad eum, & illuminamini*, Non illuminamini, *vt accedatis; ſed accedite vt illuminemini*; id verò Fidei greſſibus, qui ſoli ad Deum vadunt, dicente Vaſe lucido; *Credere enim oportet accedentem ad Deum, &c.*

18. Scotus apud Buſtum Roſar. 1. p. ſerm. 15. p. 1. nobilitate. 1. interrogat an Fidei clariſſimus ſplendor per euidentiã naturalem vtcunque cerni poſſit. Quæ euidentia mentis noſtræ dupliciter conflatur; vel primis ea principiis, quæ vocant per ſe nota; *Omne totum indubitanter eſt ſua parte maius*; vel ex terminis deductis principiis ex duobus; *Omnis homo eſt animal. Omnis homo eſt rationalis; ergo omne animal rationale, eſt homo.* Reſpondet verò ille, propoſitiones noſtræ Fidei nec primo nec ſecundo euidentes eſſe modo, ſed tertio clariori, infuſo à Deo ipſo; & clariori quantò certiùs eſt certum Deum eſſe.

Scotus.

An nota Fidei ſine principia, vel cuiuſmodi.

Fulcit autem mentem ſuam Scotus ex concordia DD. Orthodoxorum; qui cum fuerint diuerſiſſimi tam patriis, quàm ingeniis, quàm moribus, & geniis; ac animis ex his omnibus & aliis qualitatibus rixantibus ſuapte, doctrinæ Fidei vnũ aſpiciunt Orientem, in illoque concordant, & concordes inueniuntur aliuſmodi diſtantiſſimi, & pugnaciſsimi Scriptores. Ergo clarior iſte Oriens ſcientiis naturalibus; in quibus valde differunt auctores frequentiſsimè; etſi illarum fundamenta & principia ſint pernota. Nec homines credibile in articulis incognitis & arduis intellectui, ac carni non iucundis, tam mirè conſenſiſſe, niſi primitus fuiſſent præuenti hoc Oriente, hoc iubare illuſtrati, ita vt S. Auguſt. miraculo hoc tribuerit lib. 18. cap. 41. de Ciuit. Dei.

Ex concordia Catholicorũ DD. Fides claret, & maximè probatur.

S. Auguſtinus.

Sanè quæque res viſibiles non poſſunt ſine oculo & lumine videri; nec ſine mente & ſine Fide inuiſibilis mens illa quæ mentes ſupergreditur. Mens eſt oculus, Fides lumen, demonſtrans quæ non ſunt viſibilis ſpheræ. Hac igitur Deus cernitur; & ideo Fides luminis ac intelligẽdi facultatis menſura perhibetur; tum in cæcis illuminatis ad quos Redemptor dixit; *Secundum Fidem veſtram fiet vobis*; tum etiam in dicto Pauli. *Non plus ſapere quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem, vnicuique ſicut Deus diuiſit menſuram Fidei* O verba demiranda pro Fidei claritate, nobilitate, & è conuerſo illorum cæcitate, qui volunt ſine Fide concipere Dei ſenſum! Cui Fidei ſi addatur ſecundum Fidem ipſam peritia Theologica, non fulgor minuetur, ſed potiùs augmentabitur, dicente ſic Valentia in 1. D. Thom. q. 1. art. 1. punct. 3. §. 1. *Solet in bonis Theologis eſſe Fides valde intenſa, non quod ipſi perſpiciant principia Fidei, quæ inuiſibilia in hac vita ſunt, ſed quia perſpiciunt ea quæ conſequantur Fidem, & quomodo illa defendantur.*

Sciẽdi menſa Fidea, ac optima menſura.

Matth 9. 29.

Rom. 12. 3.

Gregor. de Valentia.

19. Tunc verò Fidei Oriens illuminat ardentiùs, cum ardet ſimul charitas in homine Fideli, & cum operibus (quæ anima ſunt Fidei, & eius apex) coniungitur cum illo quem verba non contingunt, & ad quem ſolæ certè & firmè virtutes manuducunt. Dei præco feruentiſsimus B. Tho. de Villa noua ſer. 2. in feſto Paſch. hanc aſtruat veritatem. *Valde notandum eſt, vt inquit Gregorius, quòd quem diſcipuli non cognouerunt diſputando de Scripturis, cognouerunt in fractione panis; quia ſæpius contingit, vt maior lux & cognitio Dei reperiatur in bonorum operum exercitio, quàm in Sacrarum Scripturarum ſcrutinio, ſicut ſcriptum eſt*; Super ſenes intellexi; quia mandata tua quæſiui. A mandatis tuis intellexi. *Quantos videmus ſæculares, & ſine literis, eleemoſynis & fractioni panis vacantes, feruidos, deuotiſsimos, illuminatiſsimos. Et quantos literatos, & Prædicatores Theologos, mundanos tepidos, frigidos, & ſine lumine. Illa lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, credite mihi, operibus & eleemoſynis potiùs & perfectiùs inuenitur, quàm in libris. Vnde Iſai. cap. 58.* Frange eſurienti panem tuum; & carnem tuam ne deſpexeris. Tunc erumpet quaſi mane lumen tuum, & ſanitas tua citò orietur. *Et ibi paulò infra.* Cum effuderis eſurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt ſicut meridies. Et requiem tibi dabit Dominus ſemper, & implebit ſplendoribus animam tuam. *Frange ergo, da pauperibus panẽ tuum, & franget etiam tibi Deus panem ſuum. Hoc etiam nos Prædicatores ſæpius experimur, quòd cum aliis Euangelicum panem frangimus cæleſtis luminis participes ampliùs efficimur; & quoties ab huius fractione ceſſamus, quaſi oppoſita nube & caligine à cæleſti Sole minus illuſtramur.*

B. Tho. de Villa noua.

Pſal 118. 100 104.

Ex operibus pluſquàm ex libris quod lumẽ comparetur, & fulgor Dei cernatur.

Iſai. 58 7. & 8.

N. 10.

Subſcribit Rex Propheta ſic dicens ſuo Lumini; *Lucerna pedibus meis verbum tuum*; Non linguæ ad ſine fructu loquendum, & blaterandum; nec oculis ad videndum myſteria inuiſibilia, ſed pedibus ad ambulandum in via præceptorum, & veſtigia boni exempli proficuè adimprimenda, & ſiaa relinquenda. Qui rebus his incumbunt, in vitæ libro ſtudent, & vitæ bino in libro, videlicet operibus viuentibus ſe dando, & ipſi vitæ fonti, qui viuidam ſapientiam profundit ex ſe ipſo, non indigentem quauis alia; vt fertur in adagio; *Qui Chriſtum bene ſcit, ſatis eſt ſi plurima neſcit*; ad quem fontem ſatiantem acceſsit, qui ſic dixit; *Et ego cum veniſſem ad vos, fratres, veni non in ſublimitate ſermonis, aut ſapientiæ, annuntians vobis teſtimonium Chriſti. Non enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos niſi Ieſum Chriſtum, & hunc Crucifixum.*

Pſal. 118. 105

Scire Chriſtum quantùm præſtet ſcientiis vniuerſis.

1 Cor. 2. 2.

20. Hæretici Orientem hunc odio ſummo habent, quia *Qui male agit, odit lucem*; & nolunt intelligere, vt inde bene agant. Malitia adiuncta dæmonis qui oculos infeſtat. Coruus incipit ab oculis impetere cadauera, & ea fodicare. Et quidam Rex peruerſus volebat pactũ dirum, ac inſuper aſtutum cum populo Hebræorum huiuſmodi ferire, vt dextros illis oculis erueret maleuolè, quò læuos naturaliter ſcuto contegentes, faciliùs cæſi caderent. Idque agit cum hæreticis inferni rex malignus, vt perdant dextros oculos quò dextra nulla vi-

Ioan. 3. 20.

Pſal. 35. 4.

1. Reg 11. 2.

Lux quibus odio, & quare.

ante omnia, cum baculus contumeliæ in verbis Salomonis malediei ſit lingua. Amẽtiis contra Deum, & Diuos, quibus ſumma amentia eſt contraire. Mendaciis contra Principes. Et libertatibus incompoſitis aduerſus quoſq; homines. De ſingulis ſeorſim.

Gregor. de Valent.

23. Inſipientiæ contra ſe tam clarè ſunt in eis, vt in 1. D. Tho. q. 1. punct. 5. §. 4. Valentia rectè dicat; Nullum habitum Theologicum his vitis ſupereſſe, vbi primùm Fidei aliquem articulum abnegarunt, de aliis licet bene & ſentiant, & loquantur. Nam vt cap. 1. de Nomi. Diui. ſcribit Dionyſius;

S. Dionyſius.

Theologus eſſe non poteſt, qui non eſt Fidelis. Nec aliquid Theologiæ iis reſtat, niſi quædam tinctura, & apparentia. Cum enim ſint in aliis articulis intacti, videntur quod non ſunt; ſunt autem nec fideles, nec Theologiæ profeſſores; cuius habitu mox carent, ſimulatque carent Fide, vel illa tantùm claudicant, qua Theologica principia ſuapte fulciuntur. Nec iſti ex vero habitu Theologiæ argumentantur, ſed ſolùm ex more habito, & vſu nondum perdito; de quibus in Moral. lib. 16. cap. 30. Gregorius aſſeuerat; *Ratione magis in Deo, quam verbo Dei teneri.* Vnde ipſis collabente & deficiente ratione, à Deo & eius ſimul ſcientia prolabuntur.

Theologiæ quanta ſit à Fide depẽdentia, & an hæreticus Theologus.

24. Dementiæ contra Deum eiſdem tam notoriæ, vt nulla ſit Perſona in Triade Sanctiſsima, quæ dentes non pertulerit hæreticæ inſolentiæ; nec minus Sacramenta; quantumuis vnum ex corpore ſit Chriſti venerandum, quod Lutherus cap. 1. de captiuitate Babylonica exterminat omnino, & nihil in Eccleſia de eo haberi vult ante ſcripta D. Thomæ; cum ſcripta atque Conſilia vſque ad Eccleſiæ natalitia de illo ſint immenſa. Quid turpius hoc mẽdacio? Quid pertinacius, vel audacius quàm illud mox connexum? *Si nihil habeatur quod dicatur, tutius eſt omnia negare, quàm Miſſam Sacrificium eſſe concedere.* Hinc Caſtro contra hær. verbo Sacramentum, Nabuzardan Babelis Duci, qui & Sanctam ciuitatem deſtruxit in circuitu, & domum Dei combuſsit; ab eaque tam aurea, quàm argentea, & vaſa ærea in Babylonem ſecum tulit, æquiparat Lutherum. Sunt enim vaſa aurea & argentea Sacramenta, quibus Deo miniſtratur, & eius gratia continetur; ærea verò cæremoniæ, quæ ſunt minoris prætij, hæc autem ex domo Dei Lutherus in Babyloniam confuſionis deportauit, turbauit, temerauit; adeo vt librum de hac re captiuitatem Babylonicam ab ipſo nuncupatum, vulgare non ſit veritus, pudore ve detritus; in quo ille vaſa Sancta confuſionibus fœdauit, & ſe item confuſionum Babylonicis teterriorum auctorem reſerauit, ac imitatorem Nabuzardan, qui cocus eſt Hebraicè; quia coquinæ & carnis iſta patrauit deſideriis. Vnde iterum Caſtrenſis verbo Miſſa hæreſi. 2. hunc comparat Antiocho, qui quidem vt inſtituta Iudaica eradicaret, inhibuit Sacrificia; quemadmodum Lutherus vt Euangelium diſsiparet, & Paganorum ac Sar-

Lutheri cõtra Miſſas blaſphemiæ quàm effronies.

Caſtro.

4. Reg. 25. 11

Hæretici Nabuzardano, Antiocho que ſimiles.

1 Macha 1.

racenorum inſanias introduceret, Miſſæ Sanctum Sacrificium quà potuit abrogauit.

O dementia à mente cadens, & turris labans pondere ingenitę ſuperbię, quæ grauis eſt & leuis, vt volitet & cadat; vt aſcendat contra cælum, vt cadat in infernum. Turris ſanè à cælo ipſo prohibita multoties; ad Rom. 11. n. 20. & 12. n. 3. & n. 16. & 1. ad Tim. cap. 6. n. 17. vbi ſapere res altas acerrimè interdicimur. Et ab impoſſibilitate naturali rimandi Dei arcana, quod hominibus Oracula Diuina valde prohibent; Sapient. 9. 16. Eccleſ. 8. n. 17. & ſupra eodem lib. cap. 3. à n. 22. vbi n. 26. collapſu magno turris ſuperbię ſic euertitur, & funditur hoc ſonitu; *Plurima enim ſupra ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi. Multos enim ſupplantauit ſuſpitio illorum, & in vanitate detinuit ſenſus illorum.* Quæ verba turris monſtrant ruinam, non ſuadent; ſed maximè diſſuadent. Quod facit & Baſilius Epiſtol. ad Eunomium, formicę cum exemplo, quæ à nemine comprehenſa ab incomprehenſibilis comprehenſione refrenat mentem tumidam. Et poteſt à ſe ipſa mens altior refrenari, cum iſta res intelligens ſe planè non intelligat: at quomodo inintelligibilem intelliget ſubſtantiam, à mente elongatiſsimam, & à ſuperbia, ac curioſitate humana remotiſsimam?

Alta ſapere prohibitum in multis Dei eloquiis.

Rom. 11. 20.

Eccleſ. 3. n. 22. & 26.

Certè vbi noſtri legunt Euchariſticam ſententiam; *Mons Dei, mons pinguis*; habetur in Hebraico *Montes excelſi aduerſus montem.* Non enim ceſſant hoſtes aduerſus montem pinguem, è Babilonia confuſionum inſurgere multarum; quorum Iulianus & Porphyrius ſunt priſci capitones, at neoterici quamplurimi hæretici impudentes, putore atque furore Babelis conflagrantes; quos decet inſectari, in illoſque armari Diuini verbi gladio, & Sanctorum pręteritorum exemplis non aëriis, vt turris ſunt iſtius, ſed potiùs pluſquam æreis; quo fiet vt non ſolùm Eccleſiam propugnabimus, ſed & illos quos habuimus ad bella primipilos, ad laureas atque pręmia ſodales habeamus; ſicut illi quorum ſceleta ſectati ſunt in vita, in tormentis eos etiam inuenient congreſſores; vt tetigit Ouidius Faſtor. lib. 5.

Babelis cõtra turrim Catholici vi parandi.

Extruere hi montes ad ſidera ſumma parabant
Et magnum bello ſollicitare Iouem;
Fulmina de cæli iaculatus Iupiter arce,
Vertit in auctores pondera vaſta ſuos.

Ouidius.

25. Amentię contra Diuos hæreticis tam proprię, vt Quintinus Libertinorum in Galliis non tam pater, quàm peſsimus peremptor, non niſi vas confractum appellarit Vas electum, ad cælum raptum tertium; & ibi Deo plenum; ſtolidum adoleſcentem Diſcipulum dilectum, qui ab ipſo Chriſti pectore potauit Euangelium, & ſapientiam tranſcendentem à priſcis ignoratam. Matthæum fœneratorem, diuitiis & iniuſtitiis iniquis inhiantem; Paſtorem Chriſti gregis, & honorabilem Vicarium, illius negatorem; quemadmodum Caluinus inſtitut. contra Libertinos adducit 9. cap. Caluinus verò ipſe, qui percutit Quintinũ, Abraham

Libertinorum quiſnam pater.

Hæretici quàm iniaſti, & libertini contra Sanctas.

in Fide pungit, & Saram in continētia; Rebeccam in fraude filij, quę tamen fraus non extitit; Iacob in veritate, mendacem vocans ipſum; Iudam illum Machabæum obſequentiſsimum Dei cultui, in Religionia obſeruantia, ſuperſtitioſum nuncupando; vt nuncupat inſanè Sephoram ſtultam fœminam; Moyſem autem, quo clementior & mitior nemo fuit, ob verba à ſe prolata;

Exod 32.32. *Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo*; ſuperbum, & arrogantem. Quæ blaſphemiæ in inſtit. lib.3. cap. 2. §. 31. & cap. 5. §. 8. & cap. 14. §. 11. ac pluribus in locis Caluini inuenientur.

Nec minora contra Sanctos poſterioris teſtamenti ſcommata diffundit lib. 3. cap. 20. §. 27. & in lib. quem inſcripſit de Eccleſia reformanda; vbi homines iam mor-

B tuos; iam manes, vmbras, laruas; iam carnifices, & beſtias, iam monſtra, iam colluuiem appellat viros cælites, dilectos cæli

Ioan.15.14 Domino; *Vos amici mei eſtis. Nimis honorati ſunt amici tui Deus.* Et aures ita oblongas

Pſal. 138.17. attribuit ipſiſmet, vt à cælo ad terram vſque affirmet deducendas, quò Fidelium à quibus illi in terris exorantur, audire preces valeant. Sed & eius choriductor aduer-

Lutherus. ſus Regē Anglię Lutherus lapſos eſſe Prophetas & Apoſtolos; ſeque iſtorum iudicem, Angelorúmque futurum patenter aſſeuerat, Thomiſtas & Scotiſtas aſſeclas vocans aſinos, quod quantùm falſum ſit, doctrina illorum promit; Auguſtinóſque ſe mille, ac mille Cyprianos teruncij abiecti

C pendere, renuentibuſque cunctis ſe illis meliorem exiſtere tam vita, quam etiam in diſciplina. Omiſſo, quòd hi omnes & horum ſucceſſores Sanctorum plurimorū reliquias combuſſere, & cineres in fluuios ne ampliùs coli poſſent, conſultò proiecere; vt de Martino Turonenſi, Franciſcoque de Paula plorabit ſemper Gallia, & orbis hac in re hauddubiè factus Gallus. Poſt quæ omnia Chriſti imagines, & Cruces, ac reliquas inferioris dignitatis incendio tradidere; cum tamen nemo imagines prophanas & obſcænas plus celebret quàm hæretici; qui iſtis delectantur, vt alij abominantur picturas inhoneſtas; quarum aliquas Pariſiis in domibus hæreticis ſic vidi procaciſſimas, vt artificium propalaret, quod prouida natura, & politica vniuerſalis perpetuò conue-

Circa imagines quis ſtupor & furor ſit hæreticis, qui exemplo à domo illorum deducto verberantur.

D lauit; quo furor huius gentis, ignorantia, ac petulantia variis febribus æſtuantia perſpicuè demonſtrātur. Sic illi debacchantur in mores per imagines; in imagineſque Sanctorū per mores moderamine carentes omniformi; ita vt tandem non ſolummodo hæc

Apoc.17.5. beſtiæ ſint imago, & mulieris Babylonis ſedentis ſuper eam; ſed veritas in eſſēntia ab imaginibus ſemota, & imaginationem non ingrediens conductam à ratione; quæ veram nimis reddit ſententiam Saluatoris;

Matth 7 20 *A fructibus eorum cognoſcetis eos.*

26. Mendacia contra Principes, vel ſæculi, vel Eccleſię prædictis tam ingenita, quàm hominibus rebellibus, quibus conuenit in Superiores ſuapte calces tollere; & quàm

A hominibus contentis in verbis Regis Vatis; *Poſuerunt in cælum os ſuum, & lingua eorum tranſiuit in terra*; ſeu etiam in res terrenas; vt inquit Auguſtinus. Quare hominibus cæleſtibus percuſſis hoc flagello, quid mirum ſi percutiantur & apices terreſtres, qui vt eleuari, ſemper ventos excipiunt fortiores. Hoc ductu vanè flant, Lutherum penes ipſum, indignos eſſe quoſlibet Pontifices & Reges, qui eis calceamentorum corrigiam vilem ſoluant; nec malè cum indigni ſint digni indignis rebus. Antichriſtum Papam eſſe poſt omnia à Chriſto ſæcula Vicarium Chriſti habitum. Fœminamque Ioannis Anglici cognomine inſignitam, inter Leonem Papam quartum & tertiū Benedictum Pontificem fuiſſe, enixúque in Pompa ſo-

Pſal. 72 9.

In Pontifices & Principes dicaces cur hæretici.

An mulier vlla Pontifex parturiendo reuelata, in Petri loco ſederit.

B lemni periiſſe, quod commentum à circunſtantiis omnigenis conuincitur, præſertímque ab iſta; nam quomodo credibile vt muliebris ſolertia, quæ vel etiam in vilioribus occidit triſtes fœtus, ne pateant contumeliç, in publicum prodiret infamię ſuę proxima? Hîc montes atque turres hæreticę parturiunt, & naſcitur mus rodens pręcordia mentientium, vt olim ex arca Dei Azotiis viris accidit; coniunctim cum ſupplicio abiecto & verecundo, quò ſuę inuerecundię quàm iniuſtè pœnas luerent. Poſt quadringentos nanque annos, incertáque notitia Martinus id Polonus vir ſimplex & ſimplicitatum ſimilium concinnator, in publicum vulgauit; quem cauſā nouitatis eſt Platina ſequutus in falſa nouitate; ſed car-

1. Reg. 5.6.

C ptus ab Onufrio in additionibus ad ipſum, & latè à Bellarmino in ſuo tomo. 1. nec non à Florimundo in Senatu Burdegalenſi Conſiliario Regis Galli, in tractatu, quem ex profeſſo de iſta re compoſuit. Quæ Lutherani, data anſa vt Papam dehoneſtarent, libenter ſuſcitarunt.

Onuf iua.

Bellarmin.

Florimondus Ræmond.

Quam in eum voluntatem teſtatus eſt Luciferi diſcipulus Lutherus, cùm rogo dedit publico Sanctiſſimis ex regulis congeſtum ius Canonicum, peiora proculdubio facturus in Cæſareum, ni gladiū corporale cenſuras pluſquam omnes ſpirituales, quę ſpiritum & animam contingunt, timeret carens anima. Quo tamen non obſtante, in terris raram auem prudentem dixit Principem; probum autem multò adhuc in mun-

D do rariorem; & omnes eos cæcos, ſtolidos, inſanos, fallaces furioſos, quibus minimè ſit decens perſoluere tributa; cùm Turca longè probior prudentiórque exiſtat, in mente talis dæmonis, quàm Principes Fideles. Nec paucies, vel abſconditè pro Turcis prædicauit, & bellum aduerſos eum iniuſtum proclamauit. Quo factum vt magna clade à Turcis ſemel Hungari extiterint deuicti, Germanię verò & Gallię per tumultus vel procuratos, vel originaros à Luthero tam latè deuaſtatę; vt in vno tantùm ex eis à ruſticis ſublato, & contra nobiles commoto tercentę iſtorum arces in Franconię territorio breui temporis ſpatio æquatę ſolo ſint, & vltra centum millia ipſorum ruſticorum deleta, ac trucidata. Gallia autem

In Principes quàm ſæuus & maledicus Lutherus.

In Turcas quàm beneuolus.

In pacem & Chriſtianā concordiā quàm Seuerus.

ſic

Digitized by Google

ſic attrita ſub nono Rege Carolo à ſæuis Hugonotis, vt lapides & ædificia proſtrata nunc teſtentur, quàm vtilis Eccleſiæ ac gregi Chriſtiano hæreticæ ſit peſtis graſſatio truculenta.

Hæretici quàm ſtolidi in modulis loquendi, & forma conuerſandi.

27. Libertates incompoſitę aduerſus quoſque homines in ipſis iam frequentes, vt mirum dictu ſit licentiis quantis garriant, & creditu plus mirum laſciuiis quantis madeant; iocoſis quot tripudient; obſcænis quot ſcateant; impudicitiis quibus fluant; virore quo luxuriēt, furore quali hinniant; & luxu quo laſciuiant; facetiis quibus pruriant; dicacitatibus quibus vrant; dicteriis quibus pungant; argutiis quibus capiant; ſtrophis quibus fallant; irriſionibus quibus fœdent; carnalitatibus quibus imbuant; & malignitatibus quibus animas in barathrum coniiciant. Quod duobus tantùm exemplis, ſed omni exceptione maioribus, probabo.

Doletus ſugillatus de vocibus impudicis.

Primo habito ex operibus Stephani Doleti Grammatici primarij, & in literis humanioribus, ac in omni lectione qua iſtæ veſtiuntur, vbertimè verſati; qui tomis in duobus pluſquam iuſtæ magnitudinis de phraſibus & vocibus idiomatis Latini, cum in partibus humani corporis adduxerit quàmmultas minutiſſimas & fœdiſſimas, tam lectu perhorrendæ quā ſcitu nunquam vtiles, quia dici nunquam debent, vel cuilibet perſonæ ſcribi multò minus; nec Dei nec Chriſti nomina inſeruit commentariis tam magnis, & diffuſis; niſi tantùm Dei pro Principe, quaſi etiam vel à nomine ſpoliare Deum vellet, exuere, & Dei cultum extinguere, ac delere; velut phraſes plus exiſterent ad turpiſſima noſcēda, quàm ad Deum venerandum, colendum, deprecandum. Et maximè quando ille verbo homo, & verbo mors, eloquentes Deos fecerit, ac prorſus immortales magnificis eloquiis, quos inter numerauit Eraſmum & Melanchthonem, à Diis tam extorres. Res ſanè inuerecunda, & animæ Atheiſtæ perſpicuè indicatiua. Quod fecit toto cælo, vt clauo cladum trudam, qui Chorum Poëtarū Lugduni Chriſti anno 1616. apud Ludouicum Muguet (vt decet) euulgauit; nam & amandi artem Ouidij nullatenus attexuit, (pro oculis curioſis res prima facie ingrata, ſed grata mox pro ipſis modeſtiæ recordatis) & antidotum proœmiale, ad reliquos poëtas legendos circumſpectè huiuſmodi prænotatum, *Edictum perpetuum in poetarum corruptelam* initio tale poſuit, vt ad libros cum prouentu Lectoris euoluendos nil melius vnquam legerim. Secularis illę erat & Bibliopola Lugdunenſis ibidem non expreſſus, quo Doletus rebus ſæculi immerſus caſtigatur. Nec excuſatur à materia Latinitatis pertractatæ; Latini nanque erant Romani, atque Gentiles; quis verò vel ex noſtris ſolicitus, vt illi de ſacris faciendis, de Numine inuocando? eorum contra Doletum autores conteſtentur, & libri proloquantur.

Pro libris cum prouentu legendis res egregia.

Secundo verò exemplo deſumpto ex nocentiſſimis libellis qui ex Aquilone Pariſios deferuntur; vbi pallio ſub facundo Eraſmi, & plurimorum perſimilis loquelæ, quàmplurima exhibentur incautæ iuuentuti, aptiſſima ad perdendum non ſolùm eorum mores, ſed etiam ad Chriſti fidem & Dei omnem reuerentiam, ac Religioſum moderamen ab illis propulſandum. In quorum ego aliquot eadem vrbe incidens, demiratus duo ſum, vt planctum meum promam, & dicam quod intelligo. Primum hominum Pariſienſium incuriam in re tam graui, qui vel modico curioſitatis, vel vtilitatis in librarios permittunt talem peſtem, excidium iuuentutis. Secundum autem hoſtium mittentium tales libros aſtutiam venenatam, qua armis non valentes delere Chriſti nomen, hoc faciunt rebus ludicris & irriſionibus impudicis, ac impudentiis multiformibus vaſtantes bonam indolem Chriſtianorum puellorum; quod debet totis viribus arceri à Magiſtratibus.

Aquilonarium hæreticorum ad regna Chriſtiana perdenda qualis aſtus.

28. Has illi celebritatis ſtudio turres altas mendaciorum ſemper erigunt, ab imò vitæ impuræ, virtutis ſolùm ad extra, quò placeant carnis oculis, tinctura coloratæ; vt Gigantes qui ardore eodem concitati, ſe inuicem incitabant, *Venite & faciamus nobis turrem, &c. Et celebremus nomen noſtrum, antequam diuidamur in vniuerſas terras.* Omiſſis iis turribus miraculorum confictorū, quæ Gigantes iniquitatis Lutherus & Caluinus peragere intenderunt; quorum prima inueniuntur in Cochlæo, & Florimundo, viris vltra integritatem tantò maioris veritatis, quantò hæreſi Lutherana in iuuentute ſunt infecti, poſtea verò tam infeſti, vt poſcit ſex tam magna. Secunda autem in Bellarmino lib. 4. de notis Eccleſ. cap. 14. Caluini machinatum miraculum narrante, in viro quodam ex villa Geneueoſi, quem Brulerum ibidem nuncupabant; & qui hortatibus; Caluini cui erat impenſiſſimus, adſtante & deplorante vxore deſolata, ſe mortuum poſt ægritudinem ſimulatam ſimulauit, vt accita pro amico Caluini ſanctimonia, & plumbea tuncce grauitas, ad Deum fuſis precibus, permagno coram cætu, apprehenſa manu eius à morte ſubleuaret, quod tamen ſecus accidit, nam mortuus verè eſt illuſor veritatis, & verè tum ploratus à coniuge decepta, Caluinus verò ab illa ſimulatione iam detecta conuitiis inſectatus, euadens illinc vir tam ſanctus his confectus.

Gen. 11. 4.

Ioan. Cochlæus. Florimundus Remundus.

A Luthero atque Caluino miracula quæ facta.

Gloriæ maximum, ſed maximæ iniquitatis deſiderium, quo rebus ex ingloriis infamibúſq; fama & gloria ſæpe quæritur; cum tamen famam rectam ex rebus tantùm rectis colligere ſit fas, vt toto Pſal. 36. ſcribit Rex Propheta. Et verò ſic contingit in mundi inuerſione, vt nullum ſit piaculum, impurumve flagitium, vnde nominis venator præconia non venetor. Hinc factum, vt tam latronibus, quàm lenonibus & ſimilibus in muniis ſuis ſordidis aſtutè perfungendis laus magna tribuatur; quemadmodum lib. 1. de gloria fert Oſorius, hoc exhibens Autolyci inſignis quondam furis, Sinonis aui paterni, materni verò Vlyſſis, peraptum teſtimonium.

Ex infamia rerum nam fama & gloria comparetur.

Oſorius.

VVVuu

Autolycus fur maximus de furtis commendatus.

——Quo non præſtantior alter
Et fraudare homines, & fallere numina Diuû.

Vnde homines non pauci, vel etiam Chriſtiani, proh dolor! offendnntur, qui Anibalis libentiùs eligerent boatum, quam Hanonis contradictoris illius probitatem. At nomen ſummè iofelix, quod, inchoatnm ex turpitudine, in illam terminatur. Hoc ſæpe in terris ſonat, ſed ſonitu mortifero vel turris collabentis, vel auis plumbo ictæ; de quibus Vates Regius, *Periit memoria eorum cum ſonitu.* Peremptoria nanque eſt memoria obliuione plus digna, quàm memoria; & odor plus fœtore quàm odore cognoſcibilis, ex putridis & putidis materiis ſuſcitatus; *Nomen impiorum putreſcet.*

Pſal. 9. 8.

Prou. 10. 6.

Peroptimè de hoc Philo de confuſiooe linguarum agens, & Chryſoſt. explanans præſentem locum Gen. ita vt etiam vel cognomen Sacramentariorum hæreticorum aſſumptum à Caluiniſtis in ipſis computruerit; cum primus huius nominis, Caluino eodem teſte ad Weſtphalum ſcribente, extiterit Berengarius; qui quidem errorem ſnnm iam ſibi graueolentem cum indiciis pœnitentiæ, de qua in cap. Berengarius de Conſecr. d. 2. memoria celebratur, abominatus fuit moriens. Ex quo ſcelere corrupto odorem nouæ famæ excitare ſunt conati Sacramentarij fœtulenti; ſed tantummodo caninum, ſuinúmque odorem, qui ex vomitu canino ad mundum reuocato, & ex ſue lota viliter in luti volutabro his viris reſultauit. Vbi ſanè quantò plùs manducatur, vel lauatur, tantò nauſea duplicatur, & inquinatur vir hæreticus; quem demiratur, & hortatur ad frugem meliorem Pſalmographi concentus; *Quid gloriaris in malitia, qui potens es iniquitate?*

Hæretici ex hæreſibus quam famã conſequantur.

2. Petr. 2. 22.

Pſal. 51. 2.

Qui gloriari verè optat, in Domino glorietur qui Dominus eſt gloriæ, vt mooet D. Paulus; ac ideo in Euchariſtia, quæ Domini ipſius gloriæ, eſt gloria tam magnifica, vt in illius inſtitutione contemptor famę & gloriæ, vocetur Ieſus Dominns; *Quoniam Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur accepit panem; &c.* Et hoc niſi in Iudæorum ſolemnitate grandiori; quia maior hæc eſt Domini ſolemnitas, & gloria; de cuius deſpectoribus, ad ipſum loquens Dominnm, verbo Miſſa hæreſi 2. hæc aptat verba Caſtro; *Gloriati ſunt qui oderunt te, in medio ſolemnitatis tuæ.* Sed iam ad horum pœnam promeritam accedamus.

2. Cor 10 17

Euchariſtia Chriſti gloria, ſupremàque ſolemnitas.

Caſtro.
Pſal. 73 4.

De ſupplicio ædificantium hæreticum ædificium.

29. A Longè lnbet iſtam moralitatem præparare, vt rectiùs proponatur. Ergo Deus qui cuncta videt in locis D. Pauli ad Hebr. 4. n. 13. & Actor. 17. n. 27. & in Philone de confuſione linguarum eloquentiſſimè; nec non in S. Ambr. lib. 1. de offic. cap. 14. qui multa de Dei ampla præſentia in rebus ſingulis tam inuiſibilis ligaminis, quod ligat mundi machinam; quàm

Hebr. 4. 13.
Act 17 27.

Dei præſentia in rebus cunctis vbi optimè tractetur.

A Solis partes terræ intimiores penetrantis exemplis pulchrè aſſerunt; deſcendit nihilominus vt videret ciuitatem & turrem ſubleuatam; quò iuſtitiam & miſericordiam ipſins videremus. Iuſtitiam, in curioſitate qua voluit per ſe ipſum examinare crimen illud, vt iudicibus exemplum præberet res pendendi, maturè, & minutiſſimè. Et miſericordiam, in pietate qua noluit per Miniſtros quoſcunqne virgæ ſuæ exerere hoc ſupplicium, quod equidem per eos fuiſſet multò acrins.

Gen. 11. 5.

Vt iuſtitia & miſericordia conueniat exerceri.

Tres enim Dei inuenio exiſtere Miniſtros, quorum manu longè durior fuiſſet flagellatio, quàm manu Dei inflicta. Primi quidem boni Angeli & viri perfectiſſimi, de qnibus in Pſalmiſta; *Benedicite Domino omnes virtutes eius; Miniſtri eius, qui facitis voluntatem eius.* Videlicet, ad vnguem, exactè, & rigoroſè; ac ideo non idooeè ad homioes cum humano moderamine plectendos. Si autem in his miniſtris hoc ita, quid in aliis? Secuodi verò mali Angeli, & homines maleuoli, de quibus in Matthæo; *Tunc dixit Rex miniſtris: Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores, &c.* Tertij tandem inſenſibilia naturaliter elemeota, de qnibus in Pſalmographo; *Et miniſtros tuos ignem vrentem* Et quæ quatenns inſenſibilia non poſſunt commoueri, clementérqoe inflecti; quod diſplicet Dei oculis. Quocirca Vas Cæleſte Diuino plenum oleo, ac lumine, & ſcientia dicebat ad Corint. *In omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, &c.* Tales etenim eſſe congruit Miniſtros veri Regis, clemeotia & patieotia multimoda ditatos; *Sicut Dei miniſtros.* Quod noſcens Rex Cæleſtis naturæ Regis conſcius, aiebat vndecunque ærumnis coarctatus; *Coarctor nimis: ſed melius eſt vt incidam in manus Domini (multarum miſericordiæ eius ſunt) quàm in manus hominum.*

Pſal. 102. 21.

B

Miniſtros Regũ quales oporteat eſſe omnes.

Matt. 22. 13.

Pſal. 103. 4.

2. Cor. 6. 4.

C

2. Reg. 24 14

30. Hac de cauſa per ſe ipſnm percutiens Deus Gigantes, cum punitiooe mixtas ipſa miſericordias multas fecit; tum in preſtita notitia Sanctiſſimæ Trinitatis ſuperiùs explicata; quæ vt loquitur Rupertus lib. 4. cap. 42. in Commentar. ſup. Gen. in Cælum turris eſt, qua homo ſcãdit ipſnm, cum Deóque corregnat, vel etiam in die primo Baptiſmatis accepti, quod in nomioe Trinitatis explicitæ confertur, & collatum primùm fuit in die Pentecoſtes, cum linguis illis cælicis, tam variis & mirandis; vt de ædificio turris huius lucidiùs innoteſceret. Tnm in illa benignitate qua morbum ingraueſcentem ad finem peruenire non paſſus eſt hic medicus ſalutis noſtræ auidus; imò genus infelicitatis felices eſſe homines clariſſimè cognoſcens, aduerſitate medicauit quos perdiderat proſperitas, ex verbis Salomonis; *Proſperitas ſtultorum perdet illos.* Et diſcordia concordantiam malignam diſſipauit; de qua loquitur à ſimili Pſalmorum concinnator; *Præcipita Domine, diuide linguas eorum, quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate.* Diſcordia verò in linguis, vt caſtigati eo in membro quo deliquerant

Rupertus.

Act. 2 41.

D

Felicitas infelix.

Prou. 1. 32.

Pſal. 54. 10.

Hæretici eur in lingua diuiſi, & caſtigati.

tant in Deum, *Venite faciamus* ſupplicium eregionè faciliùs internoſcerent, & à crimine commiſſo commodiùs reſipiſcerent. De cuiuſmodi vindicta Caſſianus cap. 12. Collat. 4. & Eucherius ſuper Gen. adaptans eam hæreſi, in iſtum modum loquitur; *Sunt illi qui turrim ædificabant, per ſuperbiam ab vna lingua in multas diuiſi. Sunt ita & hæretici ab vnitate Fidei & Confeſſionis ſegregati inter ſe diuerſitate errorum, quaſi per diſſonantiam linguæ inuicem ſecernantur, & quos armat aduerſus Deum elata conſpirationis pernicioſa conſenſio, rurſus intercedente dogmatum diſcordia, diuidit repentè oborta confuſio. Paſt Trinitas in quam offendunt ipſa eos damnat, & diſpergit dicens, Venite, deſcendamus, & confundamus linguam eorum in varietate errores, & ſchiſmatum. Eo autem tempore, cum linguarum facta eſt varietas, in ſola domo Heber, quæ antea fuit lingua, remāſit. Ita & nunc in ſola Eccleſia, quæ eſt domus Chriſti vnitatem eſſe Confeſſionis, & fidei pacem, diuiſis omnibus reprobis, & hæreticis manifeſtum eſt.*

Eucherius.

Cui ſupplicio rectè quadrat Pſallentis Vaticinium; *Poſuerunt in cælum os ſuum, & lingua eorum tranſiuit in terra.* Seu diſparuit, & euanuit, tranſiuitque in linguas, ab illis nunquam agnitas; quapropter ſubligatur; *Ideo conuertetur populus meus hic*; videlicet, videndo inſtabilitatem hæreticorum, vt explicat Hieronymus, & illorum linguę tranſitum, de erroribus in errores perpetuò reuolutum. Quorum tamen reuolutio eſt triplex, ni hallucinor; Vel eorum inter ſe inuicem ſententiis diſſidentium; Vel ipſorum contra ſe, contradicentium ſibi ipſis in placitis diuerſis; Vel eorumdem pro Catholicis, Eccleſiáque non rarò cauentium quaſque laudes; hæc omnia nanque ſunt à ſemetipſis diuidi, & ferri in linguas alias, tam diſſitas quàm obuias illorum intentioni. De ſingulis breuiſſimè.

Pſal 72. 9.

Diſcordia ſua propria deficiunt omnes hæreſes.

31. Hæreticorum inter ſe inuicem confuſionis tanta eſt, & diuiſionis reuolutio, vt in cap. *Quidam autem*, 24. q. 3. vſque ad centum ferè hęreſes antiquæ numerentur, cum tamen pluſquam vna non queat eſſe veritas. Vnde liquet quantum iſti aberrent ab ſcopo, erroribúſque ſint ſubmerſi & circunfuſi. Sed ſummopere tranſcendit quod narrat Bellarmin. lib. 1. cap. 8. de Euchat. Sacrament. nimirum, Chriſti anno 1577. libellum prodiiſſe, in quo ad verba paucula Conſecrationis Euchariſticæ, explicationes vel confuſiones hęreticæ erant centum

Hæreticorum inter ſe ipſos in opinionibus diſcordia, quam multiplex & mira.

Hæc hæreſis eſt teſſera, ſibi ipſi non ſtare, ſed potiùs per ſe cadere; nec vniri ſed in plurimas ſciſſuras ſemper ſindi, ita vt cæperit areſcere, florere quando incipit; quod vltimis exemplis hæreſeos notum redditur. Lutherus nanque anno 1517. vulgauit ſuum dogma; & anno 1525. Zuuinglius ex diſcipulis illius nouum protulit; biennio verò pòſt 1527. Anabaptiſtæ prodiere, in paleſtra Lutherana verſati & educati, qui maiorem Lutheranorum traxerunt ſecum partem. Vltra alias Lutheraniſmi quàmplurimas farragines, quæ Lutheri ſui ſectam in centum & multò plures tam miserè ſcide- **A** runt, vt vix vlli inueniantur, qui ſimpliciter & purè Lutheri luto hæreant. Imò ipſe vir infelix expauerit non ſemel, videns tot è ſuo puluere enaſci inſecta vilia & ſobolem putriſſimam, vt de ortu illius hæreſis Ræmondus latè aſſerit. Quod Dei magna prouidentia ſic factum nemo ambiget; nam huiuſmodi ſe ipſas, naſcentéſque plerumque ſepeliunt ſemper hæreſes. Et nitet ex figura Babelis ædificij, quod Dominus Omnipotens, cum poſſit quidquid velit, eiuſmodi impediuit, vt oſtenderet non poſſe diuiſionis conſtructores aliuſmodi diſſolui, quàm illorum in multas linguas loquela diſſoluta; ac eruitur ex verbis; *Cæperúntque hoc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant. Venite, igitur, deſcendamus, & confundamus linguam eorum.* Quis etenim ob- **B** firmatis, & elegātibus, ac politis in floſculis Rhetorices, & verbis, atque linguæ nitore quo prępollent, ædificatoribus obſtaret, ni verbis ſuis propriis & linguis ſcinderentur? Quiſve poſſet contraire hęreticis Gigantibus, tam numero, quàm ære, & viribus omnigenis, niſi variis opinionibus viciſſim peterentur, & prorſus ſoluerentur?

In quot hęreſes Lutherana ſit naſcens iugulata; & quomodo hæ naſcentes ſepeliant ſemetipſas.

Florimundus Remundus.

Gen. 11. 6. & 7.

Quæ tamen lotis manibus, vt dicunt, non fecere, ſed plenis felle, & ſanguine. Nam quoties quis à claſſe alterius diſcedebat, ſe illi duo ad inuicem mordebant, laniabant; ita vt Archidiaconus Vuitimbergæ Carolſtadius, qui diſcipulus Lutheri extiterat primarius, & fidiſſimus Achates, vt dicitur ab omnibus agentibus de hac re, ſimulatque reſiliuit ab eius ſatellitio, per ipſum in Re- **C** gem Anglię, tum Iudas, tum & Abſalon ſæpiſſimè eſt vocatus; quibus, aliiſque conuitiis deterioris qualitatis in lib. de hoc proprio Anabaptiſtas lacerauit. Quare tribus rebus ſunt hęretici perſimiles. Primùm canibus, qui ob panem & carnem ſe dilaniant; quantumuis illi ob panem & carnem quæ percupiunt; ob panem verò iſti & carnem quæ faſtidiunt, abiiciunt, atque oderunt: nam ſi panem & Chriſti carnem amarent Euchariſticam, nec odiis ſe impeterent, nec hęreticis diſſidiis à Fide auerterentur. Deinde vili allio, quod caput alliorum vocatur tam vulgariter, quàm apud Ariſtophanem; & rectè, quando allium non niſi caput habet, ſed caput plenum dentibus, vt vocant partes illas è quibus conſtat allium; quia hęretici vel capite cui hęreant & vniantur, vt **D** decet, verè carent, vel ſi non carent, caput eſt completum ſolis dentibus, quibus mordent ſe vtrinque, in fruſtáque ſe carpunt; licet allium graue oleat (vnde & vocis illi ethymon) animalculis venenatis, quæ herbam talem fugiunt, & hęretici venena compellent vndecunque, ſolicitent, & quęrant. Tandem verò filiis Cadmi, de quo fingitur in fabulis draconem vaſtum Thebis, qui illius comites occiderat, ſtrenuè confodiſſe, cuius poſtea vaſtitatem inſpicienti & demiranti vox Palladis pręcepit, vt ſeminaret eius dentes quibus illico à dracone auulſis, & ſub terra, imperium iuxta Deæ, fideliter contectis, repentè viri armati ſunt nati, qui

Hæretici viciſſim opprobriis refertiſſimi, & quales contra ſuos extitent Lutherus.

Hæretici in diſcordia, & canibus, & alliis, & filius Cadmi ſimiles.

Qui filij Cadmi hodie.

A gladiando ſe partim perimere, partim autem cidem Cadmo volenti contra illos, vt contra illorum patrem draconem prçliari, ſe ſocios coniuoxere; quantumuis ille pater illorum non extiterit, ſed tantùm ſeminator, in quo hçretici ſerpentinis ſunt filij oequiotes; dum parentes vel ſpiritus, vel carois pro erroribus ſectandis inſectantur.

Hæreticorum contra ſe indiuidualiter quę diſſenrio.

32. Contra ſe autem confuſionis & diuiſionis hçreticorũ tam nota eſt reuolutio, quàm clara illorum ſunt mendacia, non tantommodo aduerſus quoſque alios, ſed etiam contra ſe, contradicentium ſibi ipſis in verbis & ſcriptis; quamobrem dixit Pſaltes; *Mentita eſt iniquitas ſibi.* Sibi oanque ad inentiendum ſuaptè ſunt obſtricti, qui protegũt iniqua. Certè in vno tantùm hiſtorieo Luthesicæ zizaniæ, ac eius Tito Linio, videlicet, Sleidano, mendaciorum vndecim millia Cardillus numerauit, apud Florimundum lib. 1. cap. t. de hac hçreſi. Nec pauciora ſiſht Lutheri, Caluinique commenta, quorum duo dabo ſolùm pro reliquis ounc ſatis. Vnum ſcilicet Lutheri reformatoris Euangelij, contradictiooem nempe illam, qua ſçpe in nouis placitis & reformationis ſtatutis eſt obuius ſibi factus, cui dubio alumni eius compulſi, at non pudore ſubfuſi ſie reſpondent, iteratis Deum vicibus per eum voluiſſe Eccleſiam reformare, quia io priocipio non ſe totum Deus illi reuelauerat. Non diſſona reſponſio, ſi ſecum concordaret; nam lieet Deus omnino nec ſemper ſe reuelet, nunquam tamen ſibi ipſi contratius reuelatur, & maximè in tot rebus confuſione & diſſonantia, Babylonica maiori, aſſertis per Lotherum. Caluini verò aliud in Euchariſtiam truculenti, qui cum vellet & non poſſet huic Sacro contraire, corporalitatem ab eo ſuſtulit, realitatémque conſtituit, vt inquit idem auctor Florimundus de Ræmond lib. 2. cap. 10. n. 7. & lib. 7. cap. st. n. 2. quæ ineptiæ & tergiuerſationes quàm impiæ ſint & craſſæ clariſſimè apprehenditur; & illud adimpletur; *odiſti omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium.*

Pſal. 26. 12.

B

Florimundus Rçmundus.

Mendacia hæreticorũ quàm valde numeroſa.

C

Pſal. 5. 6.

In quo genere confuſionis & dioiſioois excitatæ; ab ipſis contra ipſos, ſalſa fuit & pereelebris Saxonica viſitatio, quam Lutherus ob doctrinam vulgatam à ſemetipſo, videns populos ſine freno excurrere in flagitia, licentia confuſibili, inſtituit vt Paſtores timorem Dei exponerent, ac reliquas vittutes; quod tamen nihil profuit; cum neque viſitationis inuentor ſe correxerit, nec monitis ſine exemplis paruerint Saxones. At iore; nam cur illi opera quçrerent cum diſpendiis, quibus tanto ſob magiſtro ſufficiens Fides erat? Sic Bellarmious ex Coclhço lib. 3. cap. 23. de Pootif. Rom. Quod etiam Henrico accidit octauo Regi Anglię, circa quandam reformationem, quam poſt hçreſis ruinam ſtatuit frigidiſſimè. Florimundus lib. 6. cap. 4. n. 2. Quid autem in Dei & Cçli ſtatuerit feruorem, qui carbonibus libidinis nequiſſimæ flagrabat? Sicut ſaxei remanſerunt Saxones cum Luthero,

Viſitatio quæ Saxonica diſpoſita à Luthero.

D

Heariti Regis Angliæ reformatio quæ in ta.

A ſic Angli cum Henrico; plorabilis res certè in gente tam pernobili, & digna vita alia; qua poſſet velut qnondam patrare multa & magna facinora virtutum, magnalia ſanctitatis.

33. Hæreticorum verò tandem diuiſio pro Catholicis non minimi eſt habenda, ſed plurimi æſtimanda; ſic enim in lib. proprio Anabaptiſtas inſectando; propterea quòd Papali liuore paruulorum abiecerint Baptiſma, verè eos veritatis antipoda coatguit. *Nos fatemur ſub Pontificatu plurimum eſſe boni Chriſtiani, imò omne bonum Chriſtianum illinc ad nos deueniſſe. Quippe fatemur in Papatu veram eſſe Scripturam Sacram, verum Baptiſmum, verum Sacramentum altaris, veras claues ad remiſsionem peccatorum, verum prædicandi officium, verum Catechiſmum, vt ſunt oratio Dominica, decem præcepta, articuli fidei. Dico inſuper ſub Papatu veram Chriſtianitatem, imo verum nucleum Chriſtianitatis eſſe.* Quæ laudes etſi fuerint tantummodo indirectè, non deuiè in venuſtatem Eccleſiæ diriguntur.

Lutherus cur Eccleſiæ decantet plures laudes.

B

Sed meliùs aliæ ab ipſo indirectiùs promulgatæ, quæ altiùs nihilominus redierunt ad Eccleſiam, & eam decorarunt; videlicet, cum ille ſuorum articulorum confeſſionem miſit quandam Auguſtanam nuncupatam, ad Grçcum Patriarcham, Conſtantinopoli ſemper Romæ oppoſita habitantem; vt naturali antipathia in baculum Romanum firmaret lupi placita, & ſic Paſtorem gregis Chriſti, ac Chriſti Paſtoritium offenderet vir vafer. Quòd Diuina prouidentia, ad Lutheri & Lutheranorum opprobrium ſempiternum econtrà factum eſt. Nam Grçci qui Latiois ſuaptè ſunt infeſti, veritati poſt habentes innatas paſſiones, approbatione pro quçſita & aſtu procurata, exprobrationem & reprehenſionem ei ægram remiſere; in decimo prçſertim articulo Lutheri, cenſura cuius grauis huiuſmodi ſe habet: *Multa in hac parte de vobis (Lutheranis Confeſsioniſtis) referuntur, quæ nobis nullo pacto probari poſſunt. Eccleſiæ igitur Sanctæ illud iudicium eſt. In ſacra Cæna poſt Conſecrationem & benedictionem panem in corpus Chriſti, vinum autem in eius ſanguinem Spiritus ſancti virtute transſire, ac immutari.* Vbi infra non per Chriſti deſcenſionem à cçli loco, ſed per panis tranſſubſtantiationem & traoſitionem in Chriſti corpus hoe fieri eum ſententia Eccleſiæ coofirmarunt; quo Lutherus & Caluinus ęqualiter ſcinduntur, quorum æmulum teſtimonium exeeptione quauis maius per verba Moyſis manet; *Non enim eſt Deus noſter, vt dij eorum, & inimici noſtri ſunt iudices.*

Auguſtana quæ Confeſſio extiterit Lutheri; & inde quid acciderit.

C

D

Deut. 32. 31.

Nec diſſimiles Caluinus in Inſtitut. cap. 10. §. 17. & Philippus in Apologet. Confeſſionis memoratæ art. 5. & 27. ex noſtris multos ſanctos probantes, ac laudantes. Quod æquè de Bernardo, Dominieo & Franciſco, Antonio & D. Tho. in Captiuitate Babyloniea cap. de Eochar. & cap. de Baptiſmo nullatenus negauit ſuperbia Lutherana. Res qnondam viſa in multis aduerſis Chriſti nomini. Nam & Totila eum Arriaous ſçuiſſimus exiſteret, magni habuit

Benedictum;

Eccleſiæ laudes plurimę, ab eius aduerſarijs.

Benedictum; lib. 2. cap. 15. in dialog. Gregorij; & Iodæi Chriſtianorum ab vtero aduerſarij; multa præconia apud Ioſephom lib. 18. cap. 6. antiq. Iudai. & io lib. quem de excellentiis Chtiſtianotum concinnauit ſedulitas Philonis proferre noo ſunt veriti. Machometus nunquã ſanguine Chriſticolatum ſatiatus, in Alcotani cap. 2. ſaluationem in Chriſtianiſmo apertè confitetur; Chtiſtum verò cap. 4. & animam Dei eſſe, & ſummum Prophetarum. Sed & S. Bonauentura Sultanum P. N. Seraphicum Ftanciſeum quàmplorimi feciſſe in eius vita natrat. Nec extta tantom ehorum Gentiles viti ſaltant, apud Plioium iuniotem lib. 10. Epiſt. Epiſt. ad Traianum; apudque Tertulli. 1. 2. & 6. cap. in ſuo Apologetieo vbi Autelij Imper. Epiſtolam commemo- B rat, in qua homines Chriſtiadas mirandis ornat laudibus.

Lutherus.

Diuiſio quale ſit hæreticis flagellum.

34. Vnde bene terminatur quàm tectè turris iſta hæreticotum ſola linguæ diuiſione impediatur; quod ipſemet Lutherus explanans Pſal. 5. his verbis ptofitetut; *Nulli heretici victi ſunt vi, aut aſtu, ſed mutua diſſenſione; nec aliter cũ eis pugnat Chriſtus, quam miſſo inter eos ſpiritu vertiginis, & diſſenſionis; ſicut inter Sichimitas Iudic. 9. & inter Babylonica turris operarios, & in lege noua, inter Arrianos, Pelagianos, Donatiſtas.* Hæc ille cautè ſimolans concordiam, quam non haboit præſertim in Sacramentis, de quibus per hunc ſubdolũ ac eius ſectatores quàmualde temeratis in præfat. a. tom. ſic doctus Bellatminus; *Hæreticos homines, vt eſt apud Iſai. cap 19. ſpiritu vertiginis agitari, & tanquam Babylonicæ turris ædificatores, ſic inter ſe linguis & moribus eſſe diuiſos, vt alius alium non agnoſcat, nulla re magis, quàm diſputatione Sacramentaria comprobatur. Etenim cum de Sacramentis agitur, ſiue nomen, ſiue natura, ſiue numerus, ſiue efficacitas, ſiue quid aliud in controuerſiam adducatur, non modo inter ſe acerbiſſimis contentionibus altereantur, ſed etiam ita ineptè atque abſurdè plerumque diſputant, vt de ſtultitiæ palma contendere, vel de gloria imperitiæ dimicare velle videantur.*

Iſai. 29. 14.

Bellarmin.

Diuiſionis hæreticorum præſertim in Sacramentis iudiciũ verum, & falſum.

A Ex qua tamen dimicatione ipſorum mors procedit, extioctióque (vt ignis dum ſuppetit materia) per lignorum diuiſionem, non alitet petacta; de qua idem Bellarminus de notis Eccleſ. lib. 4. ſic ait 6. cap. *Mirabilis valde eſt in hac re prouidentia Dei, quòd fuerint omnino vſque ad Lutheri tempora vt minimum 200. hæreſiarchæ; quorum multi habuerunt multos Epiſcopos, multas Eccleſias, multos potentiſſimos patronos, & Reges, & Imperatores, & ſcripſerunt libros innumerabiles, vt viderentur nunquam poſſe deficere, & tamen ita defecerunt, vt iam non ſuperſint, nec ipſi, nec libri eorum, nec dogmata, nec nomina, aut veſtigia vlla, niſi in libris Catholicorum. Itaque quod ſi Catholici non ſcripſiſſent eorum nomina in ſuis libris, neſciremus quidem eos fuiſſe vnquam in hoc mundo. Vbi ſunt nunc Arriani, qui orbem occuparunt, ita vt orbis ingemiſceret ſe eſſe Arrianum? Vbi ſunt nunc Albigenſes, qui ante annos ducentos regnabant in Gallia, & tam doctrina quàm copia militum Caluiniſtas qui nunc ſunt longiſſimè ſuperabant? Quotuſquiſque eſt, qui eos vel nominare audierit?*

Diuiſionis hæreticorum egregia animaduerſio.

Sic ille; eui ſubſcribunt Poëtæ non ignati eloquij Sacto-Sancti; Ouidius Metamor. lib. 1. fab. 4.

Affectaſſe ferunt Regnum Cœleſte Gigantes,
Altaque congeſtos ſtruxiſſe ad ſydera montes;
Tum Pater Omnipotens miſſo perfregit Olympũ
Fulmine, & excuſſit ſubiectum Pelion Oſſæ.

Ouidius.

Et Horatius 3. Catm. in 6. canens Ode.

Dij multa neglecti dederunt
Heſperiæ luctuoſa mala.

Horatius.

Sed & Liuius apud Lypſium Polit. lib. 1. C in 3. dicens cap. *Omnia proſperè euenıunt colentibus Deos, aduerſa aſpernantibus.* In homines eſſe lapides conuetſos poſt diluuium, quò mundus repleretur, fabula 5. loco proximo Ouidius fabulatur. At ſecus res ſe habuit, vt homines ſint verſi in lapides duriſſimos, io viris Babylonici & hæretici ædificij extructoribus inſanis, quibus meliùs quàm quod ibi de aliis canit, cõgtuit;

Inde genus durum ſumus, expertéſque laborũ;
Et documenta damni, qua ſimus origine nati.

Diuinitas contempta humanitatis diſſipatio.

Non lapideſtis homines; ſed potiùs vice verſa ſæpiſſimè conuerſi.

DE TVRRE MELIORE TANGENTE CÆLI apicem, à Catholicis erecta; de viriſque Gigantibus, & robuſtis, ac venatoribus, qui illam conſtruxere.

35. ECCLESIÆ hæc eſt Romanæ celſiſſima doctrina, quæ tanquam à Deo data contingit cæli verticem, nimirum Deum ipſum; & tanquam ædificata in campo humilitatis, Tonantis ſumma quatit; Auguſtini iuxta mentem lib. 16. cap. 4. de Ciuit. Dei; & aptiùs iuxta Pſaltem in celebri ſeotentia; *Quis ſicut Dominus Deus noſter qui in altis habitat*; id eſt, in altioribus; *Et humilia reſpicit in cælo & in terra.* Vnde homilior Dei coofpectum, ac ideo illius oculos, ſeu ſuperiorem pottionem humilitate ſua tanget, ac protſus obtinebit.

Pſal. 112. 5. & 6.

D Fuit alia per Nemrod Gigantem, atque robuſtum, & venatorem coram Domino iniquè ædificata. Hæc autem per Gigaotes, robuſtos, & venatotes quàmualde ſortiores, ac ſunul meliores, fundata & fabticata. In qua Chtiſtum per Nemrod potentem verbo & opere oppoſitè adnotatum, prointetim mittendo, & illibatum telinqueodo, ad alia veniamus.

36. Gigantes ſuot Apoſtoli, qoi giganteam muodi molem, vt oouam molirentur, ſunt priſcam demoliti. Id autem non diuitiis; cum in retibus & naoibus, quibus ea iaciebant habuerint æs totum, & in iactu vilem

Gigantes turris cæliſcæ Apoſtoli extructores.

A cenſum. Nec etiam nobilitate, cum fuerint ignobiles. Nec rurſus ſapientia, cum fulſerint ſola piſcium capturæ intelligentia, ab alia literarum & Philoſophiæ remotiſſima. Nec inſuper potentia, cum nihil præualuerint, & viri cunctis viribus orbati longè extiterint. Hi enim quatuor ſunt arietes minaces, quibus orbis arietatur robuſtior fortitudo. Iis tamen non adhibitis, Apoſtoli abſque illis omne mundi poteſtatum traxerunt ad ſe robur; tam in viris locupletiſsimis, quàm etiam in nobiliſſimis, ſapientiſſimis, & potentiſſimis per ipſos ſuperatis. Non etenim in obſcuris, vt falſa prædicantes, ſed vt veram atque ſerenam doctrinam annuntiantes, ad clariores mundi vrbes intrepidè aduolarunt; & in eis conſederunt, ac fundamenta diſciplinæ Diuinæ praiecere.

Apoſtoli ſine aliquo ſubſidio mundi huius, vt mundum ſubiugauerint.

B Antiochię S. Petrus, metropoli Bithinię; & pòſt eum Paulo Romæ, qui Athenas atque Græcias iam priùs ſubiugauerat; quouſque in mundi capite, Eccleſiæ quoque capita ſe meritò iunaere, capitibúſque ſuis fundarunt domus Chriſti perpulchrius Capitolium. Aleaandriæ S. Marcus; & Epheſi Ioannes; Iacobus Brachsræ Auguſtę vicinæ Compoſtellę, & poſtea Cæſarauguſtæ. Alter Iacobus Ieroſolymis; Pariſiis Dionyſius alumnus S. Pauli; ac tandem cuncti in cunctis celebrioribus ciuitatibus, & curiis clarioribus; quas non ſolùm ſubegere, ſed & ſimul Religioni carni & ſanguini aduerſanti, ac intellectui repugnanti tam libenter & vltroneè bi homines ſeu potius homuncij pertraaere, vt C plurimi pro Chriſto, vel ex primoribus illorum Martyrium ſuſtinuerint, & ſanguinem profuderint nobilitate radiantem.

Apoſtoli concionati in clarioribus ciuitatibus.

Mundi cõuerſio per Apoſtolos miraculum quàm magnum.

Quod miraculum ſupremum iuſtiſſimè putatur ab Auguſtino & à Bernardo; ac etiam à cunctis P.P. qui de mundi conuerſione per Apoſtolicos Gigantes, etſi meſſores mendicantes, præconia multa ſcribunt, & laudes tympanizant. Quos præceſſit, & exceſſit cæleſtis tuba Paulus, poſt multa de hac re, Apoſtolorum infirmitatem præfatis quatuor orbis columnis ſic opponens: *Non multi ſapientes ſecundum carnem; non multi potentes, non multi nobiles*; ac ideo non multi diuites, nobilitatis ſemper ſocij, vocati ſunt à Deo. *Sed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes*: En infirmitas oppoſita humanę ſapientiæ. D *Et infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia.* En oppoſita fortitudini. *Et ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus*; En oppoſita nobilitati; *Et ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt deſtrueret.* En oppoſita diuitiis; nam diuitiæ ſunt in terra, quæ tantùm bona ſunt, cum bona ſint terrena, & omnia terræ bona; adagio peruulgato, *Pecuniæ obediunt omnia*, pauperies verò illorum priuatio, & deſtitutio.

1. Cor. 1. 26.

N. 17.

N. 18.

Infirmis rebus quatuor Deus vicit mundi robur.

N. 19.

Hoc autem cur ſic factum? *Vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius.* Ac ſi diceret, vt laus tota Diuinæ ſit potentiæ & infinitæ ſapientię, qua orbem nouit Cruce & valuit edomare; ac hominis Crucifixi doctrina ſimpliciſſima ad vitam crucifixam educere & leuare. Quare Apoſtolus inter multa ardore Fidei plena, de ſcientię ſuę gloria, & de gloria Crucis Chriſti hæc ait paulò infra; *Et ego cum veniſſem ad vos, fratres, veni non in ſublimitate ſermonis; aut ſapientiæ, annuntians vobis teſtimonium Chriſti. Non enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos niſi Ieſum Chriſtum, & hunc Crucifixum.* Nam licet multa Paulus ad pedes Gamalielis humanitus didicerit, hæc non putabat ſcire, ſed tantùm quæ ad inſcitiam pertinebant Crucifixi; cuius imperitia de peritia humana palmam refert; & turres ſapientię humanę atque potentię tam validè confundit, vt hoc verbo *confundendi* vtatur hîc Apoſtolus, *vt confundat ſapientes*; *vt confundat fortia*; quò confuſio Babylonica deiecta per Apoſtulos lucidiùs innoteſcat.

1. Cor. 2. 2.

Apoſtoli Babelis ædificij deſtructores.

37. Robuſti verò turris Chriſtiadæ extructores clariſſimi ſunt Martyres, quorum ſumma tolerantia coniuncta vitę optimę, humani non eſt roboris, vt loquitur Hieronymus, ſed fortitudinis Diuinæ. En qualis hæcce turris, tantò firmior & credibilior, quantò maior extat numerus iſtorum robuſtorũ, de quibus idem Sanctus in prologo Martyrologij ſcribit diebus ſingulis, excepto primo anni, Kalendis Ianuarij, plures eſſe quinque millibus; qui vt notat Auguſtinus lib. 18. de Ciuit. Dei ex omni tribu & populo, ex omni lingua & moribus, ex omni ætate & viribus, ex ſexuque vtroque ad fidem aſciti ſunt. Miraculum profectò æquale præcedenti, vt in orbe vniuerſali tot hominum myriades, ex ritibus, ac religionibus omnino diuerſiſſimis, iis omnibus in quibus traditione immemoriali extiterant nutriti, ab illis abdicatis, pro homine quem nunquam audierant, vel viderant, ſe tantis lubentiſſimè exponerent tormentis ac duris cruciatibus, & tam noua quàm innumera crudeliora morte ipſa, ob pauorem atque pudorem illorum, mortis genera hilariter exciperent.

Copia Martyrum quàm magna, & quale illorum ſit pro Chriſto teſtimonium.

Martyribus in quibus quamplurimi ſapientiæ fulſerunt ſplendoribus; Paulus, nempe, & Dionyſius; Cyprianus, Catharina, Coſmas, atque Damianus; Iuſtinus, Iræneus, Boëtius & tam multi, vt minimè ignorantiæ adſcribi illorum poſsit Martyrij tolerantia. Nec non multi, qui nobilitatis Regalis ac primariæ ſtellis radiarunt; vt proximus Boëtius, Catharina vxor Maxentij, & alia Alexandrina, Hermes, Euſtachius, & Chryſantus, Tiburtius, & innumeri, quos pagina non capit. Ac multi viri pariter inſignes in re bellica, vt Euſtachius memoratus, Machabæorum tota legio, Chriſtophorus, Georgius, Sebaſtianus, Gallicanus; & alij quorum mortem ac baſim noſtrę Fidei conſiderans & reputans ſerm. de Martyribus ſic fatus S. Maximus: *Veneremur ergo inter tantos Chriſti milites Fidem noſtram, in qua iſti illuſtres athletæ ſubſcripſerunt ſanguine, & morte iurauerunt.* Et meritò cum Chriſtum victorem in orbis ambitu, non decretis Conſtantini, vt aſſerunt Iudæi, ſed veritatis longo tempore aſſertæ

Nobilitatis quàm multiplicis Catholici ſint Martyres.

S. Maximus.

talis

talis ſanguinis tam puri & tam ſublimis; ac etiam tam continui, pet tria lata ſęcula aculeis potentiſsimis, robuſtis teſtimoniis. Sic enim de hoc bello ſcribit Rex Propheta; *Adſtiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum; aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.* Nimirum in Chriſtianis, quorum tanto fuſo ſanguine defecit vita idolis, quę alieno lapſa ſanguine; non ampliùs ſurrexere, & cruore agnorum Chriſti, idolatrię ſæua beſtia eſt mortua, ac tumulata.

Pſal. 2.

Vt Martyrum vulneribus ſit mortua idolatria.

Qui Martyres nec poſt idolatriam debellatam Eccleſię defuere, ſed iugiter pro temporum opportunitate & neceſsitate, tam valde floruere, quàm patet ex diſcurſu hiſtorię Eccleſiaſticę; ex Religionibus omnigenis, quę agnos ſemper immolant; & ex Indię Orientalis, Occidentaliſque doctrina, quæ creuit hoc irriguo; & parturiendo Chriſto animas, vt Sancta Rachel moritur in ipſo vitæ oppido, ſeu parturit & viuit in iugi morte, illa quæ multiplex eſt verè, in periculis & incommodis acerbis ſupra modum, & non paucies peruenientibus ad vitæ oblationem. Omiſsis illis, qui, Dei verbo quod eſt gladius penetrabilior naturaliter ancipiti omni gladio, ſpiritũ trucidant, vel cuſpide mortificationis ſe ipſos penetrantes; vel enſem caſtimonię imponentes ſuper femur. Martyres nanque tales eſſe inuenies in Abele.

Quot Martyres ſint hodie, & Indiarum quàm pernobiles.

Hebr. 4. 12.

Cant. 3. 8.

38. Tandem aotem Venatores aſtuti coram Domino, qui vſque ad cælum lapides in turri noſtra ponunt, & homines duriſſimos venantur Cæli Domino, Eccleſiæ ſunt D.D. qui vt ipſamet Eccleſia in veteres ac nouos ſecantur huiuſcemodi, vt primus Moyſes fuerit, qui in ſui approbationem *Dilectus Deo & hominibus* vocatur in Dei pagina; & qui cum Deo *facie ad faciem* loquutus eſt in Exod. Secundus verò Dauid qui Doctores ſuper omnes antiqnos multa nouit; *Super omnes docentes me intellexi, quia teſtimonia tua meditatio mea eſt. Super ſenes intellexi, quia mandata tua quæſiui.* Et qui vnà in teſtimonium ſcientiæ defœcatæ, vir iuxta cor Diuinum à Deo nuncupatur. Tertius autem ob Prophetiam ſpecificam & multiplicem, cunctarúmque clariſsimã de Euangelio & Chriſto Domino, Enãgelicus Propheta vocatus ſæpeſæpius, Iſaias Vatum maximus, qoi celeberrima viſione, Dei vtique ſedentis in throoo ſuæ gloriæ nobilitatus eſt præ reliquis, atque ſectus ſerra lignea de veriloquio confirmatus. Et poſt iſtos Vates omoes antiqui teſtamenti, de quibus contra Fauſtum lib. 22. ſcribit Auguſtinos, non ſolùm voce & lingua, ſed moribus & vita fulſiſſe Vaticinio.

Venatores quinã hodie aſtuti coram Domino.

Doctorum & Scriptorum Eccleſiæ Moyſes primus, ac qualis dignitatis.

Eccleſ. 45. 1.

Exod. 33. 11.

Num. 12. 8.

Pſalm. 118. 99. 100.

1. Reg. 13. 14.

Actor. 13. 22.

Dauid ſecundus.

Iſai. 6. 1.

Iſaias tertius, & alij qui ex priſcis.

Ex noſtris verò primus Ioannes Cæli Aqoila, Dei Filio tam dilectus, vt Dilectus inter omnes illius candidatos hic ſolus vocitetur; & qui etiam in oppoſitionem & ſuperationem S. Moyſis Doctoris primi veterum, non tantummodo facie ad faciem & familiaritate quotidiana loquutus eſt cum Deo, ſed ſuper pectus eius recubuit in Cænaculo; vnde etiam Sapientię Diuinę ſuper fontem proiectus bibit nectar, qnod poſtmodum eructauit. Quique taota ſapientia imbutus, ſeu repletus, ac planè ſatiatus, non quæ aliter prænouerit, ſed quę viderit ſcripſiſſe affirmat, oeque ſemel; *Et vidimus gloriam eius; gloriam quaſi Vnigeniti à Patre, plenum gratia & veritatis. Ego vidi, & teſtimonium perhibui, quia hic eſt Filius Dei.* Quod iterum aquilinis, exactiſsimiſque oculis vidiſſe palam ait; *Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtra contrectauerunt de verbo vitæ, hoc teſtamur, & annuntiamus vobis.* Secundus D. Paulus, qui non tantùm ſuper ſenes antiqnos intellexit, ſed vſque ad cælum tertium; idque modo tam mirifico, vt ipſi ſit incognitus, in vita carnis ſuæ eximiè raptus fuerit; vbi *audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui:* nec ſolùm iuxta cor Diuinum verè homo, ſed etiam *Vas electum* à Deo, qui cor ſuum in tale vas profudit; quod eſt ampliùs quàm ſi eſſet exteriùs iuxta cor. Tertius autem non dignitate, ſed Doctoratu S. Petrus, qui non adeo vidit Deum ſedentem ſuper thronum io templo Salomonico repleto craſſo fumo, vt Vates memoratus; ſed in vertice Thaboris Dei gloria refulgentis; de qua optimus Piſcator ad animas piſcandas & dulciùs capiendas ſic verbi mittit retia; *Non doctas fabulas ſecuti, notam fecimus vobis D. N. Ieſu Chriſti virtutem, & præſentiam; ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo Patre honorem & gloriam, voce delapſa ad eum huiuſcemodi à magnifica gloria. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipſum audite. Et hanc vocem nos audiuimus de cælo allatam, cum eſſemus cum ipſo in monte ſancto. Et habemus firmiorem Propheticum ſermonem, cui benefacitis attendentes, &c.*

Ioannes legis nouæ quàm verè primus Doctor.

Ioan. 1. 14. & 34.

1. Ioan. 1. 1.

Secundus Paulus & quàm ſummus.

2. Cor. 12. 4.

Actor. 9. 15.

Iſai. 6. 1. 4.

2. Petr. 1. 16.

Tertius Petrus, & quã clarus.

E quorum fonte quatuor fluxere Euangeliſtæ. Nam primus eſt Ioannes. Secundus Matthæus trium iſtorum commilito in Sacro Apoſtolatu. Marcus filius S. Petri, in halitu doctrinæ; & Lucas S. Pauli. Hi autem turris noſtrę, Euchariſticę nimirum, primarij conſtructores, qni ſuauiſsima concordia conueoiunt verſus illam. Matthæus, qui Chriſti Cænę interfuit, ſtis clarè cap. 26. Marcus 14. Luc. 22. & Paulus ad Corint. Solent nanque Euangeliſtę ſe inuicem explicare, ſupplere, elucidare; vt quod vnus fert obſcurè hoc alius dicat clariùs. Tam perſpicuè verò iſti de Euchariſtia verba faciunt, cum tempotibus & locis diuerſis valde ſcripſerint, vt ſcientia intuitiua & euidentia ferè ſit, nihil alind de hoc Sacro Dei Filium tradidiſſe, quàm quod propriis & ſimplicibus Conſecrationis verbis eſt ab illo reſeratum, & poſtea fuit hiſce *Hoc facite in meam commemorationem,* perpetuò commendatum. Quibus accinit Ioannes io ſuo ſexto cap. quod auguſtiſsimè de hoc cibo ad literam explanatur; quare in Cæna nil de eo fidelibus expoſuit, quod eſſet incredibile, ni ſupra de re ipſa egiſſet perquàm latè.

Euchariſticæ qui turris priores conſtructores.

Matt. 26. 26.

Marc. 14. 22.

Luc. 22. 19.

1. Cor. 11. 24

Luc. 22. 19.

Pro Euchariſtiæ veritate robuſta confirmatio.

39. Iam de aliis Scriptoribus Eccleſiæ ſecundariis, innumera ſunt pene & nobiliſſima præconia quæ illi promerentur. Sufficeret dumtaxat Aurelius Auguſtinus, qui & ipſimet bonorum ſcriptorum contemptori, in prologo præfixo, Eraſmo totus aureus, Auguſtuſq, eſt viſus. Ac neutiquam omittendus, Lombardus, qoi ob graues & concinnas ſententias, collectas & diſpoſitas Lombardi nomen perdidit, & Magiſtri ſentcotiarum inuenit nomen celebre. Salutandus verò à limine Angelicus Scriptor, qui terræ fuit Angelus, tam vita quàm doctrina. Sed & Angelus Seraphicus Bonauentura ſemper reereaos, vel tantùm nuncupatus, & volitans io Deum, ac corda prędans bominum. Subtiliſſimúſque ille plus ad Angelos quàm ad homioes aceedens in ingenio *Ioannes Duns Scotus*, cum omnibus qui iſtos præcedunt & ſequuntur. Circa quorum monnmenta puriſſimè ſeruanda vigilantia ſemper viguit permagna in Dei Eccleſia, ſed maxima pro libris Canonicis & Sacris illæſis couſeruandis, quanta nonquam pro ſcriptura adhibita eſt quaeunque; nam cui olim gens Iudaica impensè inuigilauerat, in hac illis Chriſtiani impenſiùs ſucceſſere; de quo S. Auguſtinus lib. 18. de Cioit. Dei, Scotus in lib. 1. Cap. *Ego ſolis*; & Cap. *Si ad ſcripturas*; & Cap. *Quu neſciat*; diſt. 9. ac Bellarmious fuſo ſtylo in ſuo tomo. r.

Scriptorũ Scholaſticorum & quinque perquam maximè præconia delibata.

Qua ſolertia conſeruata perpetuò Sacra pagina.

De Oriente à quo Catholici, & pariter in quo, hanc turrim in cælum erigunt.

40. ALij ſuam ædificarunt digreſſi ab Oriẽte; poſt annos nanqoe mille, nimirum Chriſti anno 1051. prima hæreſis in ſeriptis per calamom Berengarij impetiit Euchariſtiam; qoi tam nocua ſcriptione tunc Gallias perturbauit. Iſti verò ab Oriente & ortu Chriſti Eccleſię, ſemper eius corporalitati & veritati in Euchariſtia defixè credidere; ita vt huius fundamenti initium oeſciatur, vltra illud qood in Cæna à Chriſti verbis fluxit. Quemadmodum eregionè hoc ſcimus quod contrarium tradẽte Berengario, confeſtim ei contradixit & obuiam raptim iuit Eccleſia vniuerſalis; videlicet in Conc. ſub Leone Papa IX. propterea Romæ habito; & poſtea in Vercellen. ſub eodemmet Pootifiee; vbi nemine diſcrepante damoatus Berengarius, & eius dogma profligatum. Quod poſtea indeſinenti continuatione confirmatum in iſtum modum fuit; in Conc. Turonen. Victore ſub. 2. & in Romano ſub Pontifiee Nieolao II. ſcd & iterum in Rom. ſub ſeptimo Gregorio; Innoeentioque ſub. III. in Lateranenſi celeberrimo; & in Viennen. ſub Clemente V. ae in Romano ſub Ioanne vigeſimo tertio; in Conſtanti. ſub Alexandro V. qui Vvicleſum Berengarij ſuſcitatorem condemnauit. In Florentino ſub Eugenio; quod ex PP. Latinis & Grecis

Eccleſiæ ab Oriente eſt fides Euchariſtica; at Euchariſtiæ fidem adimens à duplici Occidente, tam temporis, quàm mortis.

A congregatum ſumma fuit cum auctoritate firmatum & abſolutum; ac tandem in Tridentino ſub tribus Pontificibus Paulo III. Iulio III. & Pio Pap. IV. vbi hæretici recentes, ac maaimè Caluinus robuſtior impugnator cæleſtis Euchariſtiæ, expugnati & anathematizati de hæreſi manſere.

Cæterum ante Berengarium in Synodo Ephesioa, quæ fuit ex maioribus, ac quatuor generalibus, quas Gregorius veneratur vt quatuor Euangelia, Euchariſtiæ partes ſunt aſſertæ & declaratę; in Epiſt. quæ ibi habetur ad Neſtorium; hac autem noo ſcripta à Cyrillo Alexand. Concilij illius Præſide, ex meute Oecolampadij, ſed ab integro Coueilio, ex placito peroptimè probato noſtri Caſtro, verbo Euchariſtia

Euchariſtiã ante Berengariũ Concilium quod defenderit.

Caſtro.

B hær. 4. Vnde factum, vel hane Fidem in Eccleſia verá eſſe, vel Ecelesiam nunquam Chriſti fuiſſe ſuper terram; atqui iſtud eſt falſiſsimum, & ſymbolo repugnans, dum dicitur in eo; *Et vnam Sanctam, Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam*, ergo & illud quod exinde deducitur & ſequitur. Quo aduerſos Berengarium Lantfraneus iam fundatus ei dixit lib. vlt. *Interroga vniuerſos, qui noſtrarum literarum notitiam perceperunt, interrogaque Græcos, Armenios ſeu cuiuſque nationis Chriſtianos, vno ore hanc ſe Fidem habere teſtabuntur.* Et rectè, cum Baſilios, Nyſſenus, & Chryſoſtomus, Damaſcenus, Theophylactus, Euthymius & Cyrilli D.D. Græci fuerint; qui tamen de Euchariſtia directè iudicarunt, & optima ſcripſerunt. Quibus ſimiles Cabaſilas, Samonas & Beſ-

Lantfrancus.

C ſarioo cum aliis recentiorũ opuſculis Græcorum in lueem nuper dati; & Græci qui ſuperiùs Auguſtanam Confeſsionem Lutheri reiecere; ac tandem viri illi ex Græcię cunctis populis, Armeni, & Abyſsini cum aliis mihi oblitis Orientalibus nationibus, qui cum noſtratibus Franciſcanis in Conuentu S. Sepulchri, ſinguli quidem in locis propriis, venerantur atque conſecrant Sanctiſsimam Euchariſtiam.

Euchariſtica doctrina Eccleſiæ tanquam Sol, per totam mittit radios, & viſitur ab omnibus.

41. Bene igitur hane turrim ab Oriente noſtræ Fidei Catholici erexere; qnibus ideo tam eximium exoritur præconium, quàm hoſtibus opprobrium; nihil etenim ſic eos dedecotat & deſtruit, ae nouitas doſtrinę, cyius ſanè fundamenta ab hominibus, & non pridem cæpiſſe notum eſt; nihil

A nouitate hæreticorũ doctrina exhonorata, & Catholica ab antiquitate nobilitata & confirmata.

D verò ſic Catholicos decorat & exaltat, ac cultus antiquiſsimus, cuius ptima natalitia non niſi à Deo ipſo veniſſe dignoſcuntur, vt de Euchar. latè docet Suarez tom. 3. in 3. D. Tho. diſp. 46. ſect. 1. cum Vincent. Lirioen. eo lib. quem vulgauit in vanas nonitates. Sed longiſsimè ante iſtos Auguſtinus lib. 2. aduerſus Iulianum: *Quod veteres inuenerunt in Eccleſia, tenuerunt; quod didicerunt, docuerunt; quod à Patribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt.* Ergo nihil orthodoxum, ſed totum paradoxum, & nouum, atque confictum in technis Nouatorum, quæ ob ſolam nouitatem, & libertatẽ carni gratam probaotur viris deuiis à via veritatis; at ambulantibus per iſtam, inde magis improbautur,

Suarez.

S. Auguſtinus.

Digitized by Google

improbantur, & ab eis contemnuntur; vanitatum tanquam turres ab Oriente vitæ procul, Occidentem verò mortis æternæ valde propè, de quorum nouitate & Catholicorum antiquitate, quò ad ferculum Eucharisticum Gregor. de Valent. in 3. D. Tho. diſp. 6. q. 3. puncto t. §. 5. vltra multos, quos in locis exhibui conſentaneis.

Sed libet pro rei tantæ maiori claritate, reſpectu ſaltem illorum, qui huicce contradicunt, hæretici viuentis & doctiſſimè ſcribentis in regno Galliarum, hîc aliquid inſerere. Qualis Samuel eſt Bochartus, honorificè non ſemel ſuperiùs allegatus, qui quantumlibet dum vult curioſitati morem gerere, in aliqua labatur; cuiuſmodi eſt in primis ethymologia Luſitaniæ, quam itinere non peruio deducit ab amygdalis, quarum aſtruit magnam copiam in regno Luſitano, cum tamen ſolùm creſcant (cum fructu ſubintelligo) in angulo permodico, & ipſo regni Algarbij Luſitanico adiacenti, nihilominus eſt vir cum primis eruditus, verſatus cunctis linguis nobilioribus in orbe, & in modo ſermocinandi ſuauis ac morigerus; nec non omnibus doctrinæ præconiis commendabilis, ſi rectam ſequeretur. Sic claudicat natura; ſic cæcutit lux mundi; ſic nutat orbis robur; ſic pallet carnis ſulgor; ſic balbutit vox hominum; vt qui volant magnis alis, deficiant ſæpe greſſibus; vt qui lucent magnis radiis nigreſcant magnis tenebris; vt qui pollent magnis viribus, ſuccumbant magnis cladibus; vt qui turgent magnis dotibus, ſordeſcant magnis nęuis; vt qui fantur magnis vocibus ſubiaceant magnis erroribus aduerſus cultum Dei, & animæ ſalutem, queis omnia poſtponenda.

Ab amygdalis Luſitaniam quis dixerit vocatam.

Samuel Bochartus cõmendatus.

Doctiores deplorati.

Cuius errorum poteſt ille in primo loco poni, quo ſuam Sacram Geographiam, eruditiſſimum volumē, incepit primo cap. cum ſententia Tertulliani ab illo commendati, dicentis ad Praxeam; *Id eſſe verum quodcunque primum, id eſſe adulterum, quodcunque poſterius.* Quam ille ſic expendit; *Neceſſe enim eſt, vt veritas ſit prior mendacio, cum mendacium nihil aliud ſit quam corruptio veritatis.* In quo certè ſumit arma aduerſus ſe, & ſuos; nam ſi veritas eſt prior, mendaciúmque poſterius, cum hęreſis ſit poſterior Catholica doctrina, hæc veritas eſt quidem, mendacium verò illa commentum, & res indigna ingenio tam percelebri; quod Dominus conuertat, reduceréque velit ad viam veritatis.

Tertulliani contra hæreſes mirifica ſententia.

O vtinam mi Samuel, vt olim puer Samuel, inter ſomnia tui erroris Diuinam vocem audias; & ad tabernaculum ſuæ Eccleſiæ vocatus tandem venias; ac ex ſella peſtilentis doctrinæ cadat ille, qui non poterat niſi extinctam videre Dei lucernam, quò manendo in Tabernaculo, vt Samuel inculpabilis, hanc videas reſplendentem. Nam hæres nouæ luci, & Orienti à paucis annis exorienti in vita hominum Eccleſiæ deſertorum, & quidquid lucet ſecus quàm illa lux antiqua, non lucet ſed offuſcat ingenia tam præclara.

1. Reg. 3. 3. & 4.

Apoſtrophe Samueli prædicto collimata.

42. Alio modo in Oriente ædificant Catholici; at hæretici econtrariò ab illo valde diſſiti, quia primi in ipſo viro cui *Oriens nomen eſt*, id eſt, in Chriſto Domino vltroneè multa ponunt, & poſitiuè (velut dicunt) fatentur & conſtituunt; Omnipotentiam in Redemptore fatentes ad miracula vtcunque factibilia. Secundi verò à Chriſto deponunt & deiiciunt diuinam poteſtatem; ſicque vni conſtructores Orientis Chriſti ſunt, alij autem deſtructores; vni turris tanti Luminis operatores ſolertiſſimi, alij meri exprobratores, opinionibus indignis, qui Dominum hunc deſpiciunt, & ſic turris tam prætenſæ proſternunt ædificium.

Zachar. 6. 12

Vt Catholici in Oriente & Hæretici in Occidente occiſionis Chriſti & ſuæ doctrinæ turrim extruant.

Quibus alia Tertulliani percelebris ſententia cap. 47. in ſuo Apolog. ſic poteſt imputari; *Omnia aduerſus veritatem de ipſa veritate conſtructa ſunt; operantibus æmulationem iſtam ſpiritibus erroris.* Nam vt ipſemet dicebat in ſententia præcedente, ex veritate fœtu iniuſto mendacia deriuantur, & deriuantur contra ipſam, ex qua venerunt veritatem; operantibus operationem erroneis ſpiritibus, qui erroribus lætantur, ac turres machinantur erectas contra cælum. Reſpicite Orientem antiquitatis & claritatis, doctrinæ Eccleſiaſticæ; nam rationibus & traditionibus illius mox hærebitis, qui modus res Diuinas probandi tutus eſt; Auguſtini iuxta mentem lib. 4. cap. 24. aduerſ. Donatiſtas & Suarez tom. 3. in 3. D. Tho. diſp. 15. ſect. 2. quo loci valde latè. Aliter vobis contra nos probandi munus inerit, vt ineſt cunctis illis, qui accuſandi curam ſumunt; L. *Titia* §. *Lucius.* de *Manumiſ. Teſtam* L. *Ex facto* 19. de *Hæredibus inſtituendis.* At probabitis vt Gigantes, qui dicentes vſque ad cælum ſe turrim conſtructuros, aërium vſque ad cælum, mendaciis & confuſionibus ac vanitatibus conſtantem, hanc tantùm prouexere.

Tertullian.

Quam robuſtæ probationes traditiones ſint Eccleſiæ.

Probandi munus tantùm accuſatoribus incumbit, non priſcis poſſeſſoribus.

De Turris extructura à Fidelibus erectæ.

43. EX ſacra ſcimus pagina, antequam diuiderentur, in vnum locum filios Noëmi conueniſſe, quo vſque ad cælum turrim celebrandæ famæ gratia, concordes ſubleuarent. Hoc autem & Apoſtolici Gigantes perfecere. Dum in vnum congregati, antequam diuiderentur per orbis regiones, compoſuere Fidei ſymbolum, Apoſtolorum propter ſuos auctores nuncupatum; quod nomen Gręcum eſt, & tria, nempe, ſignum, collationem, atque iudicium ſignificat Latinè. Ob quæ omnia noſtræ Fidei Apoſtolicum compeodium vocatur rectè ſymbolum. Ob iudicium & collationem, quia in ipſum ſuum iudicium ac partem contulere, vel viritim & ſigillatim, vt ſolet circumferri, vel ſaltem generatim, Apoſtoli duodecim. Ob ſignum verò quia hoc illi repererunt, vt Chriſtiani ſigno eo ab aliis internoſcerentur religionum diuerſarum.

Quid Symbolum ſignificet, & quando, aut cur compoſitum.

Iudæi nanque ſemper pecuniis inhiantes, & nunquam ſatiati (quapropter met-

cáturæ, omiſſis aliis cauſis vbique gentium vacant) lucrandi turpi gratia, vt conſtat ex Apoſtolo, ſe Apoſtolos ſimulabant, & ad Chriſtum prædicandum hoc ſpiritu maligno dumtaxat iostigati (vt hodie quoque faciunt qui Sacerdotes ſeſe faciunt ex genere Hebręorum) adibant plures domos, quas quidem ad Chriſti Fidem nequaquam conuertebant, ſed potiùs ſubuertebant, vt Paulus aſſeuerat. Quò autem Chriſtiani ab aliis noſcerentur, Apoſtoli pro ſigno hoc ſymbolum formarunt, non autem chartis inditum, ſed cordibus impreſſum; vt ad infideles non tam facilè hoc modo perueniret; ſi autem perueniret, & illi ſe per illum inſinuarent Chriſti neſciis, iam inde veræ Fidei eis proderent doctrinam; nam vel ſymbolum incorruptum debebant ipſi tradere, vt agnoſcerentur Chriſtiani, vel nō integrum tradendo, ab illis mox ſecerni, ac ideò deuitari; de quo optimè Ruffinus in annal. Baronij anno Chriſti 44. n. 15. cum ſequenti; vbi Gigantes Babyloniæ Apoſtolis adaptat, & vtrorumque conuentionem pro ędificiis diuerſiſſimis; ac linguarum diuiſionem vtrobique tam diſſimilem; quò turris noſtræ veritas patentiùs innoreſcat. Ruffinus videatur.

Tit. 1. 11.

Iudæorum quæ deuotio, dum fiunt, atque multi ſe fingunt Chriſtianos.

Ruffinus.

At verò tria ſymbola à ſęculis quàmmultis in Chriſti ſunt Eccleſia, Apoſtolorum, quod in Matutinis, & Prima, ac Completorio ſubmiſſa voce dicitur; Nicenum, & Athanaſij; quæ dicuntur alta voce Dominicis diebus; primum in Miſſa poſt Euangelium; Secundum in ipſa Prima. Et hoc ex ratione, quia ſymbolum Apoſtolorum cum fuerit collectum eo tempore quo Fides non erat propalata, inde tacitè profertur; idque ſingulis diebus, in Matutinis atque Prima; & etiam in Completorio; quæ horæ ad diei aditum ac exitum ſoluuntur, vt à Fide operationem debere noſtram incipi, in Fidémque finiri, ſit illinc nobis patulum; & ab illa indeſinenter nocte & die cognoſcamus in vita cuſtodiri. Alia autem voce alta, & publica cantãtur, quia fuerunt concinnata iam Fide reuelata; & vtrumque eadem cauſa in ſolemnioribus diebus, in quibus plures homines concurrunt ad Eccleſiam; quia non ad proponendam, ſed ad Fidem defendendam, elucidandámque compoſita. Primum ſequens Euangelium, quia expoſitio illius eſt; ſecundum verò Primam, *Iam lucis orto ſydere*; quia fuit contra hæreticos; ac ideo pulſis tenebris idoneè decantatur; vt in ſuo Catholicon teſtatur P. Ianua.

Tria ſymbola in Eccleſia, & quomodo appellata, ac etiam recitata.

44. Lateribus & bitumine pro lapidibus & calce Gigantes vſi ſunt, & ædificatores Babylonici; at Apoſtoli virtutibus, ſęlectis pro lapidibus, & chatitate pro bitumine, ac calce ſingulari.

Quibus lapidibus & calce Eccleſiæ turris conſtet.

Virtutibus pro lapidibus, quia lapides ſunt virtutes æternùm duraturi; ęterna nanque virtus natura ſua eſt, quæ frangi nunquam poterit dum pura perdurauerit, & non fuerit ſorditie peccati maculata. Quapropter hice lapides & petræ à D. Petro vocantur viui lapides; *Et ipſi tanquam lapides*

1. Petr. 2. 5.

A *viui ſuperædificamini domos ſpirituales.* Non quatenus Chriſtiani ſunt lapides viuentes; hi nanque citò mortem inueniunt, prout reliqui; ſed quatenus virtutibus ędificati ſunt, & prædiri, quæ viuunt in æternum; & animam atque corpus ſuo tempore ſuſcitandum, ac virturum efficientia in cęlum tranſmittendum, perpetuò conſeruabunt. Vnde & ille de lapidibus tam valde duraturis ſignatè ſic eloquitur; *Superædificamini domos ſpirituales*; id eſt, ſuper domos alias, communes, & corporeas, duratione permanſuras. Qui lapides nihilominus, vt illi Babylonici (quò omnia plus conueniant) ex terra ſunt compacti; à terrenis nanque viris hi lapides virtutum procedunt, atque fiunt; de quibus D. Paulus; *Habemus theſaurum in*

Virtus lapis pretioſus; æternus, viuus, cælicus.

2. Cor. 4. 7.

B *vaſis fictilibus.* Terrena quippe vaſa ſunt corpora mortalium; immortalium verò lapidum theſaurus, quem ibidem virtutes ſub ſe claudunt. Theſauri nanque pars eximior lapilli dignoſcuntur, qui vitæ ſunt æternæ æmulatores naturaliter; Queis poreſt adaptari ſententia Eccleſ. *Quaſi lapidis virtus probatio erit in illis.* Nam lapidibus virtutum probatio virtus eſt; vt virtus eſt probatio lapidibus communibus, qui requiruntur & exiguntur probatæ qualitatis.

Eccl. 6. 22.

Charitate verò vſi pro calce & pro bitumine; quia Charitas eſt calx quæ ligat Deum & proximum; qua ſine quęquæ opera ſunt lapides ſoluti, & ædificium quantò magis in altum ſublimatum, tantò aptius vt labatur & ſuperobruat extructores, dicente Dei eloquio; *Qui in altum mittit lapidem, ſuper caput eius cadet.* Maceriæ ſunt quæ grauiter auctores ſuos macerant; & domus quę vt olim in filiis S. Iob habitatores ſuos opprimunt: Sic reliquas virtutes deficiente charitate exiſtimabat qui dicebat: *Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens.* Cum verbis quæ ſequuntur, & quæ à verbi Dei pręconibus cum fructu extendi poſſunt.

Eccleſiæ in ædificio quā bona calx ſit Charitas.

Eccl. 27. 25.

C

2. Cor. 13. 1.

Aut arctiùs hocmet ipſum ædificium ponderando, pro lapidibus & calce ſunt vſi tribus illis inſignibus virtutibus, quæ incipiunt, & continuant, ſecum ipſiſque perficiunt interiorem turrem animæ, tangentem cęlum & Deum, Theologalibus, videlicet, quarum Fides primus lapis, Spes medius & ſecundus; Charitas tertius & ſupremus. Fides turris fundamentum, teſtante D. Paulo; *Eſt autem Fides ſperandarum rerum ſubſtantia*; vel aliter Spei primarium fundamentum, & baſis huius turris, quæ neutiquam ſine Fide conſurgit in cęleſtia; *Sine Fide autem impoſſibile eſt placere Deo. Credere autem oportet accedentem ad Deum, quia eſt & inquirentibus ſe remunerator ſit.* Spes lapides & parietes perficiens turris media; Charitas autem illius tectum, quæ operit in Petro multitudinem peccatorum. Fides operis principium quæ ponit primum lapidem, & valida cæmenta. Spes medium quæ connectit extrema lateralia. Charitas autē quę conſummat huiuſmodi ędificium, cęlorum tangens verticem.

Theologales quæ virtutes in animæ ædificio.

D

Hebr. 11. 1.

N. 6.

1. Petr. 4. 8.

45.

Digitized by Google

Eccleſię nota vnitas, ſeu charitas, & qualis in ea inueniatur.

45. Hæc vna ex primis notis Eccleſiæ Chriſtianæ, quæ vna quoque eſt; *Et vnam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam*; nempe Charitas indeſinens, tam in membris quàm in placitis fidelium vniuerſorum. In placitis, quia licet Eccleſiæ ſępe filij ſint mentis & ingenij profectò ſingularis, non ſingularibus ſententiis adhęrent ſuis propriis, ſed generalibus, & communibus Eccleſiæ ſuæ matris. Nam etiam ſi multoties hi filij obtemperantes, & ſingularia in tantam matrem pręconia meditantes; longè ab illa & ſingulariter diſcurrere putentur, ad illam planè in ipſis diſcurſibus recurrunt vtiliter & pulchrè. Sicut etenim filioli cuiuſque matris placidi, dum altercantur, vel iocantur, in partes ſibi obuias declinant & diffugiunt, ſed illico confugiũt ad gremium eiuſdem matris, & quęrunt eius brachia, quæ inter priùs lac, poſtea verò offendunt ſemper maternum amorẽ patulum: ſic etiam filij Matris Catholicæ Romanæ, in varias quamuis formas viuendi diuidantur, & in varias argumentandi ſpecies ſecernantur, quæ non ſolùm repugnantes, ſed pugnantes & pręliantes videntur prima facie, ad eiuſdem matris vbera, vnde ſuxerant lac primum, reueniunt feſtinanter, & eam ſuſi vndique lætiſſimè amplexantur; quin natorum diſcrepantiæ ſint nocuæ genitrici, ſed hilates ac vtiles, cum hilaritas & vtilitas reſplendeant argumentis.

Catholicorum quæ Doctorum ſint rixæ & diſcrepantiæ.

Tertullianus ad Pręſcrip. hanc diſcordiam Catholicorum proficuè diſcordantem, conſanguinitatem opinionum appellat ſcitè & lepidè; quia ſicut conſanguinei in perſonis ſunt diuerſi, ſed in generis fundamento nullatenus diuiſi, nec ſecus in amore, quò quoties ſua intereſt facillimè vniuntur; ſic vtique ſunt viri Catholici inſtituti, in opinionibus diſcreti, ſed in veritate non ſemoti; quemadmodum ſectatores hęreticæ zizaniæ vocati rectè poſſunt vel ſanguinum congreſſus, vel ciuitas ſanguinea, quæ ciues quot occludit tot continet diſcrimina (vt ſupra viſum eſt) primariis in articulis, ita vt illi pro Conciliis ſuperiùs allegatis, conciliabulis abundent; pro pace, iugi bello; pro ſymbolo vniformi, vexillo rixæ perpetis; qua adeo ſecum pugnant, vt inde poſſent ſuum errorem abominari.

Opiniones diſcrepantes Catholicorum & hæreticorũ queis rebus ſint petſimiles.

In membris, quia Principes Catholici quantumlibet diſſentiant ob terrena, non diſſentiunt in cęleſtibus; nec dimicant vllatenus de Fidei veritate, ſed de varia cupiditate regnorum temporalium, quæ vt regna mei ac tui, vt loquitur Gregorius, diſcordias ſecum afferunt; ac ſępe vtraque ex parte, vel cauſis ex ſe iuſtis, vel ſaltem bonæ fidei, quæ ciuilibus in rebus iuſtificat aduerſos; & in eis rebus maximè, quæ arbitri atque tertij non poſſunt mente dirimi. Pręſertim cũ & regna terrena, ac terræ ipſi viuentes inclinantia diſcordias ſecum generent in tali quantitate, vt cauſæ pręliorum non ſolùm belli iurgiis, ſed etiam pacis nexibus, & matrimoniis iucunditatibus, amoribúſque plenis, frequenter renouentur.

Præliorum inter Catholicos quę detur excuſatio.

Quot prælia regnis inſint, & de iuſtitia illorum, monet.

Quod longiùs eſſet melius, ſi aliter hoc eſſet; & Dei tantùm aduerſus hoſtes tot arma verterentur. At Fidei noſtræ vnitas hinc meliùs internoſcitur, cum hęc inter dimicantium fragores tam aſſiduos nequaquam confringatur.

Apoſtoli inter ſanctos miraculis inſignes.

46. Vel dicamus, modo alio pro lateribus & bitumine, ædificatores ſacrę turris, Apoſtolos, & Martyres, Eccleſiæque DD. tribus rebus ſibi propriis, videlicet, miraculis, operibus, & verbis, fuiſſe in ea vſos. Nam Apoſtoli miraculis pręcipuè floruere, quos ſic dimiſit Chriſtus; *Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc ſequentur. In nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent, &c.* Martyres verò principaliter operibus heroïcis, peractis fortitudine, & ſtrenuitate patientiæ; queis dicitur in Luca; *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.* Doctoréſque poſtremò & verbis & ſententiis; alij alios ſuperantes, & noui ſemper veteres acuminibus maioribus poſt terga relinquentes; dicente Dei Oraculo; *Plurimi pertranſibunt, & multiplex erit ſcientia.*

Marc.16.15. 16.17.

Martyres autem patientia.

Luc.21.19.

Doctoréſq; ſcientia.

Daniel.12.4.

Non quòd omnes non habuerint hęc tria cęli dona, ſed quòd ſinguli ſigillatim pręualuerint in ſingulis, hîc eis adaptatis. Vnde & primi obtinuere curationes pro bitumine, at corpora curatorum pro operis lapidibus. Secundi verò ſanguinem & corpus ſuum proprium pro rebus his duabus. Tertij autem pro eiſdem & chartam, & attamentum; quibus Domini ſui turrem mirificè extulere. Quoniam autem per hęreticos miracula infeſtantur, hęc breuiter de illis attingam quantum attinet, ad noſtrum Sacramentum.

Primum quidem, vel Lutherum in lib. quem aduerſus Anabaptiſtas concinnauit, Sanctos plures ex noſtratibus patenter Dei dilectos cum illóque Beatos putaſſe, & diuulgaſſe; atqui Sancti miraculoſis prodigiis pręfulſere, ex Vatis teſtimonio; *Mirabilis Deus in Sanctis ſuis.* Quod de ipſorum ſaluatione non adeo vt per ſe patet, oportet explicari, hoc enim non mirabile, ſi ſaluentur, qui ſalutis fuere candidati; quam de operatione miraculorum in illis collucente; hærendo cum Lyrano locutioni literali. Sed multa ex his miraculis peracta ſunt reſpectu Euchariſtiæ Sacramenti; ergo firmum tale Sacrum, & magna illius veritas. Confirmatur hęc peroptimè ſeruore peringenti, quo tum verbis, tum operibus pro illa viri Sancti pręliati ſunt fortiſſimè; cum tamen malam Fidem habere non potuerint; ex recta quando Iuſtus in verbis viuit Pauli, *Iuſtus eſt Fide viuit* Et impoſſibile ſit Deo placere ſine illa; *Sine Fide impoſſibile eſt placere Deo.* Si igitur placuere cum Fide in Euchariſtiam, & miracula in hac Fide fecere multiformia, multiformiter & mirabiliter miraculis omnigenis, firmatur Euchariſtia. Quæ iterum munitur, ex eo quòd bis om-

Miracula atque Sanctos fatetur in Eccleſia vel etiam mens Lutheri.

Pſal.67.36.

Miracula Euchariſtiæ qua via cũcta faueant.

Hebr.10.11.

Vt Eccleſia ſine Sanctis, vel Sancti ſine miraculis exiſtere non poſſint.

nibus, amicis tanquam intimis, multa etiam non neceſſaria Deus ipſe reuelauit, at alicui non reuelaſſe rem adeo neceſſariam, nequaquam credi poteſt.

Miracula cur nec ficta patrata per hæreticos.

Secundum verò hęreticos nunquam àliquod miraculum vel à Deo, vel à diabolo, nempe, verum, ſeu confictum patrare potuiſſe; quoniam neque mendaciorum Deus teſtis eſſe valet, nec permiſit vt apparenter quemadmodum in Ægypto inſignes illi Magi hęretici ab Eccleſiæ doctrina ſeparati contra Eccleſiam quomodocunque miracula obtinerent; vt aduerſus Regem Angliæ lib. 5. cap. 11. n. 13. Suarez adnotauit.

Suarez.

Auguſtinus

Vt miraculis neceſſario fundata ſit Eccleſia; vel ſi fundata ſine miraculis, hoc maximum miraculum. Contemnentibus miracula vt debeat reſponderi.

Tertium tandem hîc præpollere dilemma celebertimum collectum ab Auguſtino lib. 22. cap. 5. de Ciuit. Dei. Nam vel facta ſunt miracula ad cibum hunc confirmandum, vel vtique non facta. Si facta ſunt, credamus; ſi non facta, hoc eſt miraculum potentiùs multò reliquis; vt res adeo perdifficilis miraculo abſque aliquo, ab orbe crederetur. Quod hęretici pro libito de figura Chriſti corporis in Euchariſtia confixere, nil mirum, cum ſit facile, vt ſiue mirabilibus à multis admittatur; ſententiam verò noſtram, quæ cum ſenſibus & cum ipſo diſcurſu mentis pugnat, quis credet, credi poſſe à viris tot ac tantis, miraculis ſemotis? niſi maximum miraculorum hoc prorſus agnoſcatur? Videatur idem Sanctus lib. 10. cap. 18. vbi agit, qua ratione contemnentibus miracula, oporteat reſponderi.

De præmio tandem turrim Euchariſticam erigentium; Vbi agitur de lingua, qua Miſſam & Sacramenta conueniat celebrari.

47. SIcut alij pro ſuperbia temeraria contra Deum diuiſione ſunt linguarum ab ipſo flagellati, ſic iſti pro humilitate & rationali obedientia, aſſentiendi voci Dei, coniunctione ſunt linguarum ab eo comprobati, nobilitati, & confirmati; vt Gregorius in Euang. hom. fert trigeſima. *Qui contra Deum turrim ædificare conati ſunt, communionem vnius linguæ perdiderunt, in ijs autem qui Deum humiliter metuebant, linguæ omnes vnitæ ſunt. Hic ergo humilitas vnitatem meruit, illic ſuperbia confuſionem.* Non ſolùm quando aduentu Spiritus Diuini Apoſtoli cunctis linguis præſentium ſunt loquuti, vel intellecti in ſua propria à cunctis circunſtantibus, quamplurimum diuerſarum, quod nihil eſt inferius; & Apoſtolicum vt prodigium Apoſtolico in ſubiecto, Antonio Luſitano, poſt ſæcula quatuordecim in orbis viſum capite. Sed etiam quando idem Spiritus Paraclitus Eccleſiæ nauis ductor per illam ſuis iuſſit, vt lingua non vulgari, vernacula, & materna, ſed in illis, quæ à naturæ eloquio ſunt ſemotæ, & Miſſa & Sacramenta dumtaxat agerentur. Excepto Matrimonio & Confeſſione, quæ neceſſitas in parte, vel in toto, in patria ſemper lingua non vetuit miniſtrari.

Gregorius.

Actor. 2. 4.

In Eccleſia quibus modis linguarum ſit coniunctio, vt Babylone ſuit diuiſio.

Ex Eccleſiæ immemoriali traditione ſit hoc patens; nam linguis in communibus à vulgo frequentatis officia nunquam egit, neque prædicta Sacramenta ſed tantùm in recedentibus à ſono naturali; cuiuſmodi eſt Latina, & Gręca, atque Chaldaica, quæ vel etiam apud Aſſyrios communis non eſt lingua; & alia, quæ in Arabia habetur ſingularis, in qua Sacra Chriſtiana Orientales viri faciunt. Quibus debet poſt excidium Hieroſolymitanæ ciuitatis Hebraica copulari, quippe quæ licet vulgaris extiterit antiquitus; vnde forſitan Liturgiam ordinatam per Iacobum Pariſiis non Hebraicè, ſed Græcè tantùm reperi, nũc Iudęis inter Gentes loquentibus diuersè, eorum lingua quondam communis cæpit eſſe peculiaris, atque idio idonea rebus Sacris.

In quibus linguis liceat myſteria celebrari.

Præ quibus ſi interroges quæ reliquas pręcedat, palma citra quamuis litem Latinæ eſt deferenda; tum ob laudes quas de illa Laurentius texit Valla in ſuis elegantiis, hanc Græcæ multùm pręferens, ac ideo cunctis aliis impolitioribus apertè; tum quia in Cruce Domini hęc fuit prima lingua, etſi illa loco vltimo ab Euangeliſtis adducatur; tum quia adminiſtratione Sacrorum in hac-ce lingua per totam S. Eccleſiæ Romanæ latitudinem, nobilitatur ſuper alias; vt anno Chriſti 22. n. 8. bene aduertit Eminentiſſimus Baronius.

Valla.

Latina cunctis linguis & melior & nobilior.

Baronius.

48. Ratio autem cur in lingua ab vberibus non hauſta; ſed in gymnaſiis cum ſtudio adoleſcentum comparata Sacrificium ſemper voluit, & Sacramenta Chriſti Eccleſia vbique celebrari, non vanæ ſunt, vel fragiles, ſed vel hoſtibus obgannientibus tam fortes, quàm & veræ.

Prima, quia impediretur commercium Eccleſiarum, non enim tum Sacerdos vnius regni in altero valeret miniſtrare, quod corporis fidelis communicationi & vnioni noceret maximopere, & à ſuis regionibus ex-tores etſi modicè conſolatione ſpiritnali officiorum Diuinorum compellerentur abdicari Chriſtiadæ inculpati. Videatur verbo lingua B. Auguſtinus; vbi agit quod ſupplicium linguarum ſit diuiſio, & quòd homines conuiuentes, at ſe minimè intelligentes, inferiores brutis ſunt, vt clarè per ſe patet.

Vna lingua & non vulgari cur ſacra celebrata.

Secunda, quia Sacramenta requirunt maieſtatem, quæ tutiùs conſeruatur in lingua non vulgari. Nam quemadmodum rationaliter in ipſis exequendis vtimur rebus non communibus; nempe, domo, & indumentis, ac variis inſtrumentis; ita congruit, vt diuerſa vtamur quoque lingua. Non quidem, quia (vt nobis obiiciunt nouatores) Latina ſit ſacratior, ſed quia eſt congruentior ſecreto rei Diuinæ, & cultui venerãdo.

Secunda ratio.

Tertia, quia conſentaneum, ac etiam neceſſarium, vt ab omnibus vno modo Sacramentorum enuntientur eloquia Sacro-Sancta, & deprauatio formalitatis Myſteriorum caueatur; quæ vna tantùm in lingua ſeruari longè poteſt, in pluribus nequaquam.

Tertia ratio.

Quarta,

Poſtrema de hoc ratio.

A Quarta, quia ſi vulgariter res Sacræ proderentur, ignorantiæ porta ampliſſima propterea panderetur. Nam Eccleſiaſtici miniſtri nil ampliùs tum curarent, quàm ſcire tantùm legere; Latinitaſque illis in tædium mox veniret, quo nec Sacras Scripturas, nec PP. vllo modo in iſtis linguis editos intelligere tunc poſſent. Bellarminus de Sacrament. in genere lib. 2. cap. 32. & lib. 6. de Euchar. cap. 11. cum ſequenti; Suarez prout ſolet diffusè tom. 3. in 3. D. Thom. & Iacobus de Ledeſma in lib. de hac re; quos omnes vnum continet Conc. Trideo. ſeſſ. 22. can. 9.

Bellarmin. Suarez. Iacobus de Ledeſma. Conci. Trident.

1. Cor. 14. 16

49. Duo nobis in contrarium obiiciont Fidei æmuli. Primum locum D. Pauli dicentis ad Corin. *Qui ſupplet locum idiotæ, quomodo dicet, Amen, ſuper tuam benedictionem? Quoniam quid dicas neſcit.* B Vnde elicitur, quòd populus officia quibus adeſt, percipere tenetur. Sed facilis reſponſio ex mente noſtri Lyrę: nempe Sacra celebrata vernaculo in ſermone fuiſſe primo tẽpore Eccleſię Chriſtianæ, ſed iſta mox ad linguam veniſſe non vernaculam, quò poſſent expeditiùs vel potiùs expedientiùs ob dictas rationes à Clericis abſolui. Multò enim magis expedit, vt à populo in confuſo (etſi neſciat quod reſpondet) reſpondeatur hæc vox, Amen, vel alia quæuis ſimilis, quàm vt ſciat populariter, & populariter ſciendo reſpondeat Sacerdoti. Inſipienti nanque populo daretur hoece modo tam multiplex quàm frequens occaſio ceſpitandi; cum Miſſa componatur ex obſcuriſſimis Myſteriis, quæ docti vix intelligunt, & indocti hæc idio- C mate vulgari excipientes, errarent ſæpeſæpius.

An Deus inuocandus in lingua ſit ignota.

Confuſa verò illa ſpecie reſpondendi ſufficienter reſpondetur. Non enim neceſſarium, vt ſciant Chriſtiani, quæ recitant orando, ac Deum deprecando; Deus nanque linguam omnem æqualiter intelligit; ſed ſatis vt intelligant, vel credant eſſe verba, queis Dominus laudatur, & ſimul exoratur. Vnde ortum, quòd Dei verbum prædicatur in Eccleſiis pernota cunctis lingua, cum tamen in Scholis dumtaxat in Latina vbique doceatur. Prædicatio quippe ſolùm exponit craſſiora, at lectura & ſcriptura ſubtiliores quæſtiones; quæ plebi inſipienti non queunt dari ſolidè, ſed facilioribus in cibis dilutę & præparatę: ſicut mater ſuis D paruulis non præbet panem integrum, ſed fractum atque præmanſum, quò proſit charis natis.

Dei verbũ cur in lingua vernacula prædicetur, & doceatur in Latina.

In Eccleſia primitiua in lingua cur vulgari res Sacræ celebratæ.

Ratiu antem cur in prima Eccleſiæ pueritia in vulgari lingua ſint, ex opinione receuſita, officia Dei peracta, ex ipſa pueritia inepta bene patet; quia pueri non ſunt tum temporis idonei ad aliam quàm maternam loquelam capeſſendam; nam in alia qualicunque doctrinam faſtidirent, & nihil prorſus ſcirent. Sicque primi illi Fideles obſcura inuenientes, vt vellent obſcuritatum credentes ſeſe facere? Res creditu eſt difficilis, & ideo vera Lyræ credenda elucidatio.

In orando & celebrando quis aptior vocis ſonus.

A Secundum verò nobis opponunt vocis ſonum, dicendo in Sacris iſtam debere ſemper claram, intelligibilémque eſſe; id autem exemplo Chriſti, qui non tacitè ſed clarè loquutus eſt in Cæna. At verò tum neceſſe, cum Apoſtoli Sacerdotes à Chriſto creabantur, & ab eo in conſecrandi notitia inſtruebantur. Vnde Epiſcopus in Miſſa qua creat Sacerdotes, in alia voce & clara pronuntiat ipſa verba & totum Miſſæ Canonem. Quo dempto melior eſt oratio variata; nam vt inquit allegatum Concil. Trident. grauitatem & venuſtatem hæc quandam præſefert; & tam orantes quàm audientes diuerſitate ſua recreat, ac excitat deuotiùs in Numinis obſequium; vel dictis attendentes cum verba latè ſonant, vel tacitè ſe colligentes ad Deum deprecandum, dum B tacet vir Sacrificus. Cæterùm Chriſtus ſi in Cruce diſtincta voce ad Patrem pro tranſgreſſoribus orauit, ſubmiſsè quoque in horto ad illum preces fudit; de quo vide. D. Tho. 3. p. q. 83. art. 4. ad. 6. Imò etiam in Crucis ara vbi ſeptem verba protulit vocali claritate, taciturnitate multò plura, mentalitérque dixit; nimirum vt multi dicunt, Dauidis Pſalmos ſex, à 21. vſque ad trigeſimum. Et quidem non credibile tam magnum Sacerdotem, in Sacrificioque tam raro, manifeſta ſeptem verba ibidem à ſe prolata, non colligaſſe multis tacitis pro hominum remedio. Nec in Crucis acerbitate non debebat multa dicere, qui in tentationibus minoribus prolixè alumnos ſuos docuerat orare.

Iſai. 53. 12. Hebr. 5. 7.

Quid clarè in Cruce Chriſtus, & quid ſubmiſsè dixerit.

Matt. 26. 41

Leuit 16. 34.

C Quod etiam faciebat Sacerdos legis ſummus, iam publicè & ſolemniter orando pro Hebræis; iam tacitè & Secretò; in Sanctorum quando Sancta intrabat ille ſolus pro populo oraturus. Quibus omnibus Baſilius lib. de Spiritu Sancto cap. 27. his verbis ſuffragatur; *Multum confert ad dignitatem & reuerentiam Myſteriorum perfectè conſeruandam, vt non aſſueſcant homines eadem ſæpius audire; vel vt efferantur ad aures vulgi. Qualia enim myſteria ſunt, quæ ad omnium aures perferuntur?* Nec diſſonat miraculũ Enarrationem iam coronans, cum paſtores quidam in campo, ex alta pronuntiatione Conſecrationis ſanctę formulę ab aliquibus incuriis Sacerdotibus audita, ea verba retinentes, per iocum ſuper panem quem habe- D bant ad prandendum ſtratum cuidam lapidi, hæc ipſa recitãtes, deſuper ſuum venit ignis, qui panem, nec non lapidem ſuppoſitum vorauit, & paſtores non reliquit illæſos à ſupplicio, ſed viuos & percuſſos in teſtes rei peractæ. Sophronius cap. 196. in prato Spirituali. Cui miraculo ſimile aliud ad Epiſcop. Leodien. refertur per Eraſmum.

Baſilius.

Silentium decerſa era

Miraculum de paſtoribus per iocum conſecrantibus.

Quàm inſcia architectura Babelis ædificij, & Catholici quam apta.

50. Ergo turrim ædificemus contrariam Babylonicæ. Nam illa cælum tangeret, (ſi poſſet ipſum tangere) acumine acutiſſimo, & terram totam impleret, vt poſſet illuc ſurgere, immenſa latitudine. Nos autem vice verſa in cælum defigamus latitudinem & fundamentum totius noſtræ ſpei, terram verò indiuiſibili vix puncto continga-

mus, vt turrim ſic firmiſſimam ad ſydera A erigamus.

At turrim ob firmitudinem huic turri coniungamus, Euchariſticam, videlicet, de qua
Cant. 4. 4. verba Canticor: *Sicut turris David collum tuum*; Aponius ſic elucidat; *Cum ad cælos*
Aponius. *Chriſtus aſcendit, nobis in arce Sion turrim car-*
Euchariſtia David turris. *nis ſuæ, cibum animarum noſtrarum, corporis & ſanguinis ſui reliquit Sacramentum, & Crucis arma in ea poſuit, vt homines protegeret.* Et de qua etiam cum Prouerb. traducere valemus;
Prouerb. 18. 10. *Turris fortiſſima Corpus Domini; ad ipſam currit iuſtus & exaltabitur.* Qua de cauſa ad iſtam cæli, & cælum contingentem penetrantem, ac ſuperantem curramus ſemper turrim, vt exaltati mereamur; & merebimur profectò, ſi cucurrerimus vt ille, B de quo immediatè; *Ad ipſam currit iuſtus, & exaltabitur*; non autem ſicut illi de quibus vir Seraphicus Dom. 1. in Quadrag. ſerm. 4. *Miraris, quod ſe Chriſtus permiſit aſ-* S. Bonau.
ſumi ab vno diabolo, & non miraris, quod quotidie à tot aliis dæmonibus, quot peruerſis hominibus, recipitur in altari. Matth 4. 1. *Imò in hoc peccatores peiores ſunt diabolo, quia iſte Chriſtum aſſumpſit in ſanctam ciuitatem, in templum, & ſuper montem, peruerſi autem homines eum aſſumunt in Babylonem, in lutum, & in ſentinam.* In Euchariſtia peraſſiduè tentatio Chriſti viſitur.
Ij enim proſternentur, vt viri Babylonici; qui licet nullam pœnam inflictam ſibi videant, nec ideo tuti erunt; nam Deus in cibo eſt mirandæ patientiæ; vt ait idem Sanctus. Et meritò cum ibi requiratur patientia præſentior, & robuſtior, vbi præſens Deus exiſtit, qui ſemper multa patitur, diſſimulat, & præterit; vt aſſerit, & docet Cap. *Epiſcopus* diſt. 3. & Ouidius huius ſupplicij Gigantum non ignarus; Patientia cur Dei maior in ſeculo Euchariſtico.

Si quoties peccant homines, ſua fulmina mittat Ouidius.
Iupiter, exiguo, tempore inermis erit.

EVCHARISTICÆ

Digitized by Google

EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ.

ENARRATIO TRIGESIMATERTIA;

QVÆ EST PRIMA MELCHISEDECH; In Figura Præoſtenſi Sacerdotij Chriſtiani.

Ad illa verba Gen cap 14. n. 18. *At verò Melchiſedech Rex Salem proferens panem & vinum (erat enim Sacerdos Dei Altiſſimi) benedixit ei, & ait: Benedictus Abraham Deo excelſo, qui creauit cælum & terram.* Et 1. ad Cor. 11. n. 24. *Accipite & comedite: Hoc eſt corpus meum.* Quæ ſuo loco catenantur. n. 20.

De continuatione *Numerus I.*

Abrahamo Melchiſedech antiquior & grãdæuior.

LICET nobis Scriptura priùs Abrahæ natiuitatem, & à Gentibus ſeparationem, quàm Sacrificium Melchiſedech deſcribat & proponat, ego tamen via prorſus contraria carpam viam, ob duas rationes. Prima, quia Melchiſedech Abrahamo clarè fuit antiquior & grandæuior, vt omnes cum Apoſtolo fatentur ad Hebræos. Secunda, quia Abraham tanqoam populi ſignati & ſegregati fundamentum; quam ſegregationem & ſignum ille in Circunciſione à Deo accepit, & ſuis pòſt reliqoit, fundamentum ſimul extitit, ſcriptę legis poſtea, ac Moſayco ſub regimine donatæ ſuis poſteris. Quapropter eo ſigno finita lex naturę in populo Hebræorum. Et cum noſter Melchiſedech eiuſdem legia fuerit perſona tunc eximior, ac pariter euectior; tum ob Regiamdignitatem, qua fuit inſignitus, tum ob miram Sanctitatem, qua fulſit præ mortalibus, & Scripturę penes ſeriem lex naturę in Rege iſto celebratiſſimo expirauerit, ideo Sanctus coronatus hac duplici corona tam Sanctitatis quàm maieſtatis hîc ponitur pro coronide voluminis præſentis, in quo legis naturalis figurę deſcribontur; quę in ſequenti, Deo dante, excurreot io Moſaycam, ſcriptam nuncupatam.

Hebr. 7. 7.

Cur in Rege Melchiſedech hic tomus finiatur.

Melchiſedech legis

Bene autem in Melchiſedech prædicta lex finitur, vt venturi Chriſti foret clariſ-

A ſima pictura, coronans legem primam, præuenienſque ſecundam; in qoo ſcriptę legis Chriſtus initium oſtenderetur, & finis naturalis; ſeu finis & initium vtriuſque legiſlatę; necnon legis per ſe ipſum adductę, quam præcurrerunt præfatę duę leges, tum auctor, tum & pariter egregius conſummator, ac ille, qui abſolutè principium & finis eſt; ſeu Alpha-Omegáque; extremę Græcis literę, in lib. Apoc. Tanquam finis vir Sacerdos, ad quem omnia, & per quem omnia à Deo diriguntur; at tanquam Rex principium, à quo reguntur omnia, creantur, ordinantur; & ab initio ſunt creata, ac optimè ordinata. Qua de cauſa Melchiſedech inſignis Chriſti vmbra, Rex fuit & Sacerdos; Pontificali atque Regali coroa
B decoratus; vt tam clariùs quàm diſtinctiùs præludia Redemptoris futuri iacerentur, & multa ac magna illius myſteria panderentur.

naturæ cur fuerit corona.

Apoc. 1. 8.

Dei Filij Melchiſedech clariſſima figura.

Quo tamen non obſtante ob figurę precellentiam, & nimiam celſitudinem, omnes eam ſummè arduam, euectam, & diſparentem à mente noſtra putant; è quibus eſt Hieronymus Epiſtol. 126. ac etiam D. Paulus, ſic dicens ad Hebrę; *Appellatus à Deo Pontifex iuxta ordinem Melchiſedech. De quo nobis grandis ſermo, & ininterpretabilis ad dicendum; quoniam imbecilles facti eſtis ad audiendum.* Quæ verba imbecillitatem non parum meam vellicant, & penitus deijcerent, ni eſſet Virgo Mater, in Filij cuius die induti carnis tegmine, multis ſæculis præmiſſis Sacrificiũ Melchiſedech à Gabriele

Et ſimul obſcuriſſima.

Hebr. 5. 11.

In die Incarnationis Melchiſedech Sacrificium.

Gabriel Biel.

ſerm. a. Annunt. Deo oblatum huiuſmodi euulgatur; *Hodie à Melchiſedech in figura longè poſt inſtituenda Euchariſtia panis & vinum offertur.* Quod quidem de Euchariſtia in Incarnationis Sacro die veriſſimè inſtituta, in Luce latè diximus. Quaſi mundi Reparator hoc facto publicaret quod pſallebat
Pſal. 39. 7. olim Vates; *Sacrificium & oblationem noluiſti, aures autem perfeciſti mihi*; ſeu *Corpus ap-*
Hebræ. 10. 5 *taſti mihi*; vt tranſtulit Apoſtolus; id eſt corpus totum aures ad tibi obtemperandum Æterne, & Summe Pater, aptiſti mibi tuo
A promptiſſimo Vnigenito. Quemadmodum ſi diceret: Quoniam, Pater, Sacrificium & oblationem à Melchiſedech hoc die tibi oblatam, vt figuram rantùm mei, pro remiſſione peccatorum delendorum meo ſanguine, accipere noluiſti; pro pane & vino illo oblato figuraliter, & inefficaciter pro culpis mortaliū obliterandis, aptaſti meum corpus; quod poſtea in pane & vino meliori reddam modo, & valore precioſiori reſtituam ſuo tempore. Hæc præſens introductio; hiſtoria nunc ſubſequitur.

QVISNAM FVERIT MELCHISEDECH ſcopus huius loci.

2. OBSCVRA valde eſt hæc quæſtio, cum Dei codex hoc in loco vbi de Melchiſedech profudit vocem primam, de tam notabilis Herois proſapia nihil aſſerat; & in Paulo vbi explicare hunc virum nobis voluit, eundem magis implicet, confundat, & obſcuret; in iſtum modum loquens;
Hebræ. 7. 3. *ſine patre, ſine matre, ſine genealogia; neque initium dierum, neque finem vitæ habens, aſſimilatus autem filio Dei manet Sacerdos in æternum.* Qua ſublimitate & maieſtate, nec non pariter obſcuritate loquendi de hoc viro, cum adiunctis ibi verbis his adhuc grandioribus, adducti ſunt nonnulli in eam opinionem exorbitantem à veritate, vt crederent Spiritum Sanctum fuiſſe Regem iſtum; vel Angelum, non hominem; quibus vtique vt longiſſimè aberrantibus hîc nulla reſponſio danda erit.

Melchiſedech tam magnus homo, vt Angelus, nō homo, ac etiam Deus putatus.

C

Quare iſtis procul miſſis, ad alios tranſeamus, qui notitiam Melchiſedech pertractant, ſiue lacerant; dum contentione diſſecantur in partes duas varias, & admodum contrarias; Rabbini aſſeuerando fuiſſe illuſtrem Semum, Noë filium primo loco ab eo benedictum; at Catholici affirmando fuiſſe Chananęum & hominē Gentilem, Dynaſtam Chanaan, maledictique ſubinde Cham prolem non remotam, & virgultum atque nepotem huic trunco valde proximum; quæ quidem duæ ſunt ſententię diuerſiſſimę; vtraque autem à viris tot ac tantis agitata vel etiam ex Chriſtianis, quos affert tam Pererius, quàm reliqui ex profeſſo elucidantes lib. Gen. vt neſcias in quam partem ſit tibi propendendum; non enim ſoli Hebræi in Semum deferuntur, ſed etiam ex noſtris aliqui momenti magni homines; nec ſoli Chriſtiani in Principem Chananæum propendent & conueniunt, ſed vnà & duo magni auctores ex Hebræis, qui reliquis pręponderant; Ioſephus nempe & Philo, Semi certè ſine vlla contexta mentione, hanc hiſtoriam Melchiſedech narrantes abſolutè; neque etiam tam abſolutè & indifferenter, quin Ioſephus lib. 7. de bello Iudaico cap. 18. Chananæum, quod eſt ampliùs, appellet huncce virum; quod Catholicis pro. DD. non modicam vim

De Melchiſedech opinionibus diuerſitas quæ detur.

B affert. Ob quæ iſta meo modulo nunc debent explicari, & ego etſi inepti obire munus arbitri.

3. Quo in nodo primo loco Hebræis video voces *Salem* & *Sem* propitia, vt ad finem Enarrat. penult, indicaui; & Semum vel tum temporis in viuis ſupereſſe; Abrahamo nanque annis, vt patet computantibus, triginta ſuperuixit; ac Hebræorum ſupercilium, renuentium vt Abrahamum auctorem gentis ſuæ alienigena præcedat, & eum benedicat, ac decimas ab illo vt ab inferiore ſuo exigat; quæ omnia ſuum pondus habere nemo ambiget. Econtra verò cerno auctoritatem. D. Pauli inferiùs exponendam, omnimodè contrariam; quamobrem
C cum Catholicis pro Chananæo ſentientibus tenemur conſentire, & ad obiecta refragantia ſolutionem præparare.

Pro Semo quæ ſint fulcra.

Præpararetur verò iſta facillimè & aptiſſimè, ac inſuper gratiſſimè huic noſtro Salem Regi, qui interpretatur pacis Rex, ſi ſententias inter iſtas paciſci pactum poſſet, & fieri pax aliqua. Poſſet autem, ſi qui ſunt ſuffragio Semi obuij, non Chananæum ſed Gentilem eundem opinarentur; nam eo caſu, & fundamento robuſto diceretur, fuiſſe ſemper Semum. Gentilis nanque fuit vir iſte tam ex nominis ethymologia bene eruta; quam etiam ex rei eſſentia in eo clarè viſa. Ex nominis ethymologia, quia Gentilis ille eſt, qui exiſtit, vt eſt genitus; nempe neque Circunciſione notatus, vt Iudæi, nec Baptiſmo mundé factus, vt viri Chri-
D ſtiani; ſic enim nomen iſtud deducit P. Ianua. Sed eo tempore non erat vel Circunciſio, vel Baptiſmus; ergo Gentilis vir quicunque pro Semo ſupponatur. At verò ex rei eſſentia, quia ſi ex definitione cunctarum vis agnoſcitur, & definitio fit à genere adiuncta differentia, ſecante genus ipſum, certè genus Abrahami agnoſcunt omnes Semum, ſed differentiam quomodo eum agnoſcent Hebræorum, qui differentiam peculiarem à Semo non ſumpſerunt, ſed potiùs ab Heber, tertia poſt generatione, vel nona, ab Abrahamo, à quorum primo
Gen. 14. 13. creditur, ac etiam confirmatur Gen. cap. 14. Hebræos nuncupatos, à ſecundo verò ſigno Circunciſionis ſibi datæ fuiſſe ſegregatos.

Sem verum vt Gētilis, Hebręus ve extiterit.

Gentiles quinā ſint, & quare ſic dicantur.

P. Ianua.

Definitio vt nam ex genere & differentia componatur.

A quo Hebræi ſic dicti.

gatos. A Sem autem nullomodo; de quo
quidem tanquam parte quamplurium natio-
num, & gentium diuerſatum ſic ait Sacra
Gen.10.31. pagina; *Iſti ſunt filij Sem, ſecundum cognatio-
nes, & linguas, & regiones in gentibus ſuis.* (*No-
ta verbum in gentibus ſuis*) *Hæ familiæ Noe iux-
ta populos & nationes ſuas. Ab his diuiſæ ſunt
gentes in terra poſt diluuium* Ergo Gentilium
pater Sem pluſquã generis Hebraici; quem
ſi ſobolis Hebræorum parentem feciſſemus,
non minus erraremus, quam ſi Noëmum
patrem omnium, peculiarem illorum fon-
tem ſtultè quis efficeret.

4. Sed nihilominus, cum nec opinio pro
Chananæo contendentium, quæ his tem-
poribus increbuit, nec auctoritas (quod eſt
magis) Apoſtoli, vel cum prædicta modifi-
catione poſſint bene de Semo elucidari,
Chananæum Melchiſedech fuiſſe reſtat di-
cere; cum his auctoribus, & Paulo. Cum
auctoribus, vno pro multis dicente Diony-
ſio, Pariſiorum luce & Præſule, de Cæleſti
S.Dionyſ. Hierar. cap. 9. *Nempe & alijs Gentibus (præ-
ter Hebræos) ex quibus & nos ad immenſum di-
uini luminis pelagus, quod paratum ſemper eſt, &
De Gentili- patet omnibus ad participandum, ex præteriti er-
bus ante roris cæcitate reſpirauimus, non præfuerunt alieni
Chriſtum aliqui Dij, ſed vnum illud omnium ac ſingulare
ſaluatis nu- principium; ad quod ſanè obſequentes ducebant
meroſè Angeli præfecti ſingulis Gentibus. Conſiderare libet
egregium Melchiſedech illũ chariſſimum Deo, qui nequaquã
teſtimoniũ. inanium Deorum, ſed Altiſſimi, æternique Dei Sa-
cerdos fuit. Non enim ſine ratione illuſtres Diuinæ
Sapientiæ viri, Melchiſedech non modo amicũ Dei,
verùm etiam Sacerdotem Dei appellarunt; ſcilicet,
vt prudentioribus apertè indicarent, non modo ip-
ſum ad verum & ſempiternum Deum eſſe conuer-
ſum, verùm & cæteris ad veram ſupremámq. Dei-
tatem prouehendis, auctorem ducémque fuiſſe.*

Cum Paulo verò Sancto huiuſmodi aſ-
ſerente, generationẽ Melchiſedech non an-
Hebr.7.6. numerari inter Hebraicas; *Cuius generatio
non annumeratur in eis.* Vnde conſtat nec re-
motè, ſupra Heberis generationem, annu-
Annumera- meratum genti Hebraicæ fuiſſe Sanctum
ri quid La- iſtum; cum annumerari iuxta vires idioma-
tinè. tis Latini, ſit ab extra, & extra numerum,
in numerum rei alterius diuerſæ qualitatis
referri, poni, reiici. Quod Paulus imme-
Eodem n.6. diatè diſtinctiùs indicauit; *Decimas ſumpſit
ab Abraham, & hunc qui habebat repromiſſio-
nes, benedixit.* Hincque patet Melchiſedech
à viro repromiſſionibus naſcituri de eo
Chriſti ditato, vt Abrahamo, fuiſſe longè
alium; ergo etiam neque Sem, quem huiuſ-
modi repromiſſiones in benedictione patris
Gen 9.26. ſui *Benedictus Dominus Deus Sem*, quaſi Domi-
nus iure proprio futurus eſſet Semi, non pa-
Hebręis cur rum contigerunt; vt libaui in loco proprio
nequaquã Enar. 31. n. 42. Et infra longè clariùs hoc
Melchiſe- ipſum reſerauit; dicens Regem Melchiſe-
dech annu- dech decimarum ſolutionem ab Abrahamo
meretur. gentis ſuæ parente ſuſcepiſſe; ac ideo à Le-
ui tribu, Sacerdotali inter Iudæos, quæ de-
cimas non ſoluebat, ſed ipſi ſoluebantur,
N. 6. quia in lumbis iam tum temporis Abraha-
mi Leui erat. *Cuius autem generatio non an-
N.9. & 10. numeratur in eis, decimas ſumpſit ab Abraham;*

A queis verbis hæc adduntur: *Et (vt ita dictum
ſit) per Abraham, & Leui qui decimas accepit,
decimatus eſt: adhuc enim in lumbis patris erat,
quando obuiauit ei Melchiſedech.* Quod Apo- Pro Mel-
ſtolus non dixiſſet, ſi Sem & Melchiſedech chiſedech
vir vnus atque idem omnimodè extitiſſet; quod non
nam cum Semus Abrahami progenitor fuiſ- ſit Semus
ſet, & Abrahã illius ſemen, nil minus tunc fortiſſimum
Leui in lumbis foret Abrahæ, quàm foret argumen-
& in Semi; ac proinde tam in lumbis ille tum.
eſſet exigentis, quàm decimas ſoluentis; quo
tandem D. Pauli argumentatio nil conclu-
deret. Qui de differentiis Sacerdotij Mel- Melchiſe-
chiſedechiani atque Leuitici, ſeu Aaronici dech cur ſi-
illic agens, vel de cruenti & incruenti, non ne patre di-
ſolùm voluit dicere, differre Sacerdotia, ſed catur atque
etiam & Sacerdotes, ita vt vnius caput, ex matre, ſine
B prole tam Abrahami, quàm etiam Semi fue- ortu, & ſine
rit, aliud verò ex filiis aliis Noemi Patriar- obitu.
chæ; & ab homine qui neutiquam nomina-
tur in Scriptura; vnde vocatur ab Apoſto- N. 3.
lo, *Sine patre, ſine matre, ſine genealogia, neque
initium dierum, neque finem vitæ habens.* Quia
illius neque ortus narratur, neque obitus.
Quam differentiam à gente Hebraica ſigni- N. 4
ficant & verba, eidem genti dicta. *Intuemi-
ni autem quantus ſit hic, cui & decimas dedit de
præcipuis Abraham patriarcha.* Nimirum ve-
ſtri generis, vt ille vir alterius, qui ideo ad
intuendum huiuſmodi prodigium, conſide-
randum, & demirandum, vocantur ab Apo-
ſtolo; *Intuemini autem quantus ſit hic*

5. Quibus addo circunſtantiam à Paulo in-
digitatam, poſt verba præcedentia imme- N. 5.
C diatè copulatam. *Et quidem de filijs Leui Sa-
cerdotium accipientes, mandatum habent, decimas
ſumere à populo ſecundum legem, id eſt à fratri-
bus ſuis: quanquam & ipſi exierint de lumbis
Abrahæ* Poſtquam illico diſcrimen gene-
rationis Melchiſedech ab Abrahamica ſub-
iungitur, cum verbis generationis in He-
braica nõ annumeratæ, & viri in cuius lum-
bis non erant illi viri, qui decimas ſolue-
bant; vt innueret etſi iſtæ ſoluerentur inter
fratres, in populo Hebræorum; illic qui-
dem non ſic eſſe, ſed ſolui viro extraneo, &
ab illorum fraternitate naturaliter ſemoto.
Quod vt rem inuſitatam & in decimarum
ſoluendarum materia nunquam viſam, Apo-
ſtolus expreſſit.

Nec credibile in Chanaan, Abrahami
tempeſtate, regnaſſe Semum eſt; nam tunc
D ſanè nec Abraham in aui ſui terra vt pere-
grinus habitaret, nec ſibi & ſuæ vxori pe-
cunia numerata in regno ſui proaui ſepul-
chrum compararet, & quod eſt ampliùs nec
naſceretur in populo infideli, in ditione Ba-
bylonica, & in terra Chaldæorum. Quare
magis veriſimile in Babylonem cum ſuis po-
ſteris, præſertim Heberis domus, Sem ho- Sem tem-
minem tunc primum captiuum ductum eſ- pore Abra-
ſe, vt Enatr. præcedent. n. 13. dictum eſt, hami vt nõ
ac ibi cum nepotibus prædictis conſediſſe, potuerit Ie-
& morti occubuiſſe, vt eadem Enar. n. 7. roſolymæ
exarau i; vnde & ortus Abrahami in illa rex eſſe de-
plaga contigit, iuxta ea quæ de hoc ſupra monſtratur.
inuenies enarrata. Poſt Semum verò abdu-
ctum à proprio Salem Regno, Chananæum

Melchiſedech ibidem imperitaſſe, Sanctimoniæ radiis tot, quot erunt attingendi; cuius tempore ibi accola & peregrinus Abrahamos, Sanctiſſimus vir etiam, cum eo caſum habuit præ manibus hîc habitum, & habuiſſe familiaritatem, exinde & ex ſanctitate vtriuſque conjectatur, ſeu potius comprobatur.

Præterea nulla ratio apparet cur voluerit ſub nomine Melchiſedech Sem Moyſes occultare, & originem ſuæ gentis, ac hominum nitorem hoc loco ſibi debitis præconiis defraudare. Et hinc Sanctum Melchiſedech fuiſſe Chananæum videtur meoti conſonum.

Chananæus Melchiſedech.

6. Nec multùm refragatur obiectio ſolùm noncatietans hanc arcem, deſumpta ab eius genere, maledictione per Noëmum non ita pridem flagellato. Nam facillimè diſſoluitur exemplo Iobi ſancti ex prole iniqua nati, huiuſmodi argumentum; & ſimul Abrahami, quem multi viri magni relati à Saliano & Spondano tom. 1. idolatram fecere, & natum ac educatum in infidelitatis nocte impia; nec ſine fondamento verborum ſacri textus de quibus n. 10. Enarrat. præcedentis. Ab ſpinis roſa ſurgit, & à parentibus infidelibus Dei ſerui fideliſſimi, vt obuiis & quammoltis exemplis manumiſſis, ex ipſa Christi linea clariſſimè eniteſcit; dum anctiſſimus Ezechias à prauo Achaz eſt natus, & pientiſſimus Ioſias ex Amone in iniquitatibus Achaz nihil diſſimili; quod temporibus Melchiſedech non adhuc tumulata Noëmi diſciplina, & Religionis ſuæ exemplo, facilius multùm eſſet.

Vt Melchiſedech eſſe patuerit ex genere Chanaan maledicto per Noëmum, & ipſe minus ſanctitate.

Matt. 1. 9. 10

Cæterùm Chriſtus fuit factus pro nobis maledictum, vt de maledicto nos redimeret, ac dicitur ad Galatas. Et quid mirum ſi ex maledicta ſtirpe natus ille, qui præ omnibus mortalibus figura fuit Chriſti? Plus eſſe Chriſtum hominem, quàm Melchiſedech eſſe Chananæum exiſtit naturaliter, & tamen cur ſecundum mirabimur, ſi primum admirationi nulli eſt? In hoc vterque ſimilis, & inſuper æqualis; quia Chriſtus nihil poſſet inferius eſſe homine, & Melchiſedech Chananæo homine nil equidem depreſſius. Vnde forſitan Apoſtolus ſine patre & ſine matre vocauit ſanctum iſtum; dicitur enim ſine patribus, vel ex terra, vt herba natus, qui naſcitur à patribus abiectis & incognitis, ſeu cognitu indigniſſimis. At inde talis filius, vt ſalus ex ſerpente euecto in ſolitudine, in vmbram filij Dei, qui poſtea per Ioannem hanc ſibi aptauit lubens, & meritò cum ſerpens nobiliſſima figura illius planè fuerit, vt in Comment. illius loci videre eſt apud Toletum. Nec nouum Deo ex Tyro veneno ſiſſimo ſerpente educere tyriacam, ſicut tandem ex ſerpentina humanitate noſtra fecit antidotum animarum.

Galat 3. 13.

Melchiſedech humano in genere abiecto Chriſto ſimilis.

Hebr. 7. 3.

Ioan 13. 14.

Cum ergo Melchiſedech figura Chriſti fulſerit cunctarum præclariſſima, vnde Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech vocatur Chriſtus, hinc ex genere indigniori euaſit vir digniſſimus, Sanctiſſimuſque iſte, ſine patre & ſine matre promouentibus eundem ad opera virtutum; vt Chriſtus ſine fide præputij naturalis, vel legalis circuncisionis, fidelium fuit caput, & noua creatura in alio non reperta; *In Chriſto enim Ieſu neque Circunciſio aliquid valet, neque præputium, ſed noua creatura.* Vnde ſtatim poſt prodigiū generationis tam mirificæ, Chriſti vmbram in Melchiſedech Apoſtolus ligauit: *Sine patre, ſine matre, ſine genealogia, neque initium dierum, neque vitæ finem habens; aſſimilatus autem filio Dei manet Sacerdos in perpetuum.* Vbi figuram inſinuando, myſterium demonſtrauit; at Myſterium demonſtrando, difficultatem de generatione Chananæa & ſine nomine longiſſimè ablegauit.

Pſal 109. 4.

Galat 6. 15.

Hebr. 7. 3.

De nomine Melchiſedech, & ipſi quando impoſitum.

7. A Patribus eſt nomē, & tamen qui his caret, nō caret duplo nomine, & nomine, quod patres ſignare filiis nequeunt; Primo quidem Melchiſedech, qui interpretatur Rex iuſtitię; Secūdo verò Rex Salem, qui pacis Rex exprimitur. Quam verſionem Paulus ipſe legentibus expoſuit, vt prædicator ſeſe faceret encomiorum viri tanti imaginis Dei Filij, filiorum nouæ formæ, dum ſine patribus eſt natus; & omnium patrum gloriæ, dum occultauit nomen patrum virtutibus inſignibus, & in ſepulchro famæ æternæ infamiam genitorum; dumque ex filio ſine patre, patriæ pater factus eſt; vt optimi ſunt Reges: & maximè ſi nominibus regalibus fruantur eo ordine quo Melchiſedech hęc duo poſſidebat. Erat enim Rex iuſtitiæ, quod ſonat Melchiſedech, & inſimul Rex pacis; quod denotat Rex Salem. Rex nanque ſuis debet iuſtitiam dare, & pacem; pacem verò poſt iuſtitiam, quia iuſtitiæ pax eſt filia; *Iuſtus autem, quaſi leo confidens abſque terrore erit.*

Hebr. 7. 2.

Elogia Melchiſedech.

Melchiſedech & Rex Salem quid nomina ſignificent.

Prou. 28. 1.

At iſta in Chriſti vmbram, quam ille Rex gerebat *Aſſimilatus Filio Dei.* Dei Filius quippe Rex dumtaxat naturaliter, vnde & nomen Regis gerit inſcriptum carni & femori; ac inſuper Rex Regum ſignanter nuncupatur Apoc. 19. Et Rex, qui quando venit, hęc duo ſuis dedit; Iuſtitiam omni credenti, vt inquit D. Paulus; *Finis enim legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti;* pacem verò vtrique populo epiſtol. ad Epheſ. *Ipſe enim eſt pax noſtra qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ, ſoluens inimicitias in carne ſua, legem mandatorum decretis euacuans, vt duos condat in ſemetipſo; in vno nouo homine faciens pacem; vt reconciliet ambos in vno corpore Deo, per Crucem interficiens inimicitias in ſemetipſo. Et veniens euangelizauit pacem vobis qui longè fuiſtis, & pacem his qui prope; quoniam per ipſum habemus acceſſum ambo in vno ſpiritu ad Patrem.* Hinc Chriſto in Bethlem nato *Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt.* Agi enim in iſto loco de Chriſti natiuitate, oſtendit bene Lyra; & in eo quondam diſſitæ virtutes hęce duæ in oſcula ruerunt. Nam pacem ſine iuſtitia habebant ante mali; & iuſtitiam ſine

Cur Chriſtus Solus Rex, & eius veri effigies.

Apoc. 19. 16.

Rom. 10. 4.

Epheſ. 2. à n. 4. vſque ad 18.

Pſal 84. 11.

Iuſtitiæ & pacis Rex dumtaxat verè Chriſtus.

ſine pace fideles quiqui boni, qui licet viri optimi ad limbum deſceodebant; *Deducetis canes meos cum dolore ad inferos.* At Chriſto promicante, & ſanguine diluente obſtaeula aduetſantia, vel ipſimet lattones ttanſiliete ſaltu vnieo ad pacem paradiſi; *Hodie mecum eris in paradiſo.* Et nota, Regem tunc fuiſſe compellatum; *Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum*; Ibi enim Rea iuſtitię, & pacis factæ ſaoguine; in Rege qoem verſamus ad viuum præſignatus.

Gen. 42. 38.

Luc. 23. 45.

N. 42.

Caietanus.

8. Caietanus Melchiſedech noo oomeo primo ab ortu exiſtimat aeceptum, ſed inditum eognomen poſt aonos multos lapſos, iuſtitiæ illius ergo eidem Regi impoſitum. Ego aotem dieam ampliùs, nee iuſtitiæ illius ergo, ſed Chriſti, euius ipſe figura, ſolo intuitu, ei nomen tantum datum. Quis enim Rea iuſtitiæ es cepto Filio Dei, cui ille aſſimilatus; quique omnibos iniuſtis iuſtitiam ſecum tulit, & iſtam ounquam factam, ſed ſibi ſemper inditam, in terra ſecum fecit, vtcunque diei poterit?

Melchiſedech cur Rex iuſtitię extiterit vocatus.

Infinities minus eſt vocari Regem iuſtom regoantem quemuis hominem, etſi omni integritate habenas regni teneat, quàm iuſtitiæ Regem, dici; & tamen aptè notat Oſorius in opuſculo de gloria eoncinnato, oullum vſqoe ad ſua tempora vocatum Regem iuſtum, oec auſum tale nomen, ob obligationis ſuæ vim, & ob naturæ vires fragiles, quantúlibet ſuperbior extitorit, ae vanior, vſurpare, ſibi ipſi, & modo aliquo arrogare. Et reuera non tantúmodo hoc ioſti cognomentum, ſed & alia multa ſunt, tam vana & riſu plena, quàm nolli protſus Regi terreno adiudicanda; vt illud *Inuictiſſimus* in qood præfactus auctor de Regis inſtitutione, opere ſuo ſatis pulehro, Sebaſtiano Regi noſtro dicato, eeſpitauit. Inuictiſſimum nanque eum in titulo vocauit, qui à Mauris primo in prælio, cum Regno magna clade, iacturaque ſuorum mæſtiſſimè eſt ſublatus. O vanitas regalis & aſſeotatio curialis in aulicis tum frequens, tum indecens, & hebes! Quod poſtea adulatiooe in dies eacteſeente, iam cootra Oſorij mentem videmus attentatum, & ioſuper eapletum, vt iuſti plus cæleſte cognomen quàm tetreſtre ſit datum alicui Regi; qoi licet valde pius & optimus extiterit, meliùs eſſet ſi Melchiſedech relinqoeret hanc gloriam, cum iſta ob Chriſtum fuerit, qui diait in Propheta; *Gloriam meam alteri non dabo.* Quod noſceos eius intimus ſie eum nuneupauit; *Sed & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum Iuſtum*, vt homines paulò ſupra peecatorum ſolo titulo illis in verbis potiuotur; *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeduximus, & veritas in nobis non eſt.* Lato modo quiuis Rex, corona non indignus impune, poterit Melchiſedech vocari viee aliqua; vt exemplo Childeberti Galliarum Regis pij, ob ſtudium in gentem Gallicam, ea carmine Fortonati Pictauienſis quondam Epiſeopi, vbi Regem de fundata Cathedrali Pariſienſi Eeeleſia commendauit, in Antiquit. Pariſien. non procul à principio relato, notum faciam.

Oſorius.

Rex iuſtus quàm ſit rarus, & vtrum decens ſit vt quiuis ſic dicatur.

Iſai. 42. 8.

1 Ioan. 1 2. 1

Ibidem, 1. 8.

Hæc pius egregio Rex Childebertus honore,
Dona ſuo populo non moritura dedit.
Totus in affectu Diuini cultus inhærens
Eccleſiæ viles amplificauit opes.
Melchiſedech noſter meritò Rex atque Sacerdos,
Compleuit laicus Religionis opus.
Publica iura regens, ac celſa palatia ſeruans,
Vnica Pontificum gloria, norma fuit.
Hinc abiens; illic meritorum viuit honore
Hic quoque geſtorum laude perennis erit.

Fortunatus Poëta Italus Epiſcopus in Gallia.

Eccleſiam Pariſienſem qui Rex ædificarit.

DE REGNO MELCHISEDECH, QVODNAM fuerit, & ab alijs quot differentiis internotum.

Salem quæ Vrbs, & vbi

9. HIERONYMVS ad Eoagrium Epiſt. 126. eaiſtimat Salem, cui imperauit Melchiſedech, iuata Scythopolim & Iotdanem fundatam floruiſſe; vbi etiam ſuo tempore palatium Melchiſedech indigenatum voce publica, collapſum videbatur; *Ex magnitudine ruinarum* (vt loquitur Hierooymus) *oſtendens magnitudinem.* Sed facilè hæ ruinę ruinam patiuntur. Sicut etiam Ieroſolymę diſtantia ab eo loco, vbi Abrahamo triomphatori occurrit Melchiſedech; quæ dubia perquàm facile ſoluootur à Pererio, & ab omnibus qui Gen. elucidaot hiſtoriam; qui quidem opinione, vel potiùs narratione, & communi relatione Hieronymi dimiſſa, hanc Salem de Hieruſalem, tractu temporis ſic dicta, vnanimes expononṫ; & præ omnibus Pererius lib. 14. diſp. 4. in iſtum modum loqoens; *Propterea valde amo, & amplector hanc ſententiam, quod ea mirificè augeat magnitudinem, & mirabilitatem eius Myſterij, quod in perſona & munere Melchiſedech continebatur. Perbellè nanque hoc ad myſteriũ Chriſti quadrat; ſi quemadmodum Dominus noſter futurus erat Rex & Sacerdos in Ieruſalem, ita & Melchiſedech qui plus duobus annorum millibus ante inſigniter eum præfigurauit, eiuſdem vrbis Rex & Sacerdos fuerit? Dominum autem Ieſum futurum Regem Ieruſalem prædixerat Dauid*, Ego aotem conſtitutos ſum Rex ab eo ſuper Sion mootem ſanctum eios. *Et idem pridie mortis ſuæ in vrbe Ieruſalem ſummo functus ſummi Sacerdotis munere, inſtituit ſub ſpecie panis & vini Sacramentum & Sacrificium Euchariſtiæ, perpetuò deinceps in Eccleſia vſque ad conſummationem ſæculi celebrandum. Vbi etiam cruentum Sacrificium corporis & ſanguinis ſui in ara Crucis Deo Patri, pro humani generis redemptione obtulit.* Videodus de hac re Pererij conterraneus Iacobus de Valentia, in Pſal. 109.

S. Hieronymus.

Pererius.

Melchiſedech eadẽ vrbe qua Chriſtus panem & vinum hæc duo Deo obtulit.

Pſal. 2. 6.

10. Fuit autem regnom iſtud Melchiſedechi Regis vnicum, & ab aliis diſcrimioa-

tum in tribus circunſtantiis. Prima, quia ſimul iunctum cum ſummo Sacerdotio, quod in populo fideli, vel Hebræorum, vel Gentilium non fuit vnquam viſum; ſicut contra in infideli hoc erat valde obuium. Nam & Reges Ægyptiorum Sacerdotio fungebantur, vt lib. de Regno 16. ſcribit Plato inclytus; & Ambro. ſerm. 18. in Pſal. 118. & Lacædæmoniorum nihilo ſecius vt Xenophoo commemorat; ac tandem Romanorum, vt tradit Iſidorus lib. 7. Ethymol. cap. 12. nec non etiam Cap. *Cleros* diſt. 21. Quorum ſanè Romanorum primus extitit Pompilius Religioni deditiſſimus; ſi Alicarna. lib. 2. completam fidem demus. Vel Romulus, ſeu Æneas quem Enarrat. 27. Laurenti prope vrbem Sacrificantem demonſtrauimus; à quo Romani Reges, & poſtea Imperatores hunc ritum coniungendi Sacerdotium cum corona, & Pontificium cum Imperio, honorum ſemper auidi, vltroneè deſumpſere. Etſi vltimi vel ſuorum adulatione temeraria, vel ipſorum Imperatorum iuſsione perquam tumida, ſunt habiti pro Diis, & publicè exorati, ac honoribus diuinis inſanè decorati; atque ideo ſicut Cæſares, ſic Diui nuncupati, vt in antiquis inſcriptionibus, vel penes ius Codiceum, frequenter reperitur.

Qui Reges Sacerdotes.
S. Iſidorus.
Qui Reges dij habiti.

At in populo Fideli, in iſto tantùm Rege, & in Chriſto cuius ille figurā pulchram fecit, Corona ſunt & Infula ad inuicem ligata. Vnde eruit D. Tho. 3. p. q. 22. art. 1. ad. 3. & q. 31. art. 2. & q. 59. art. 4. ad. 1. Regnum atque Sacerdotium in vnum copulata Solius Chriſti eſſe, ac ipſi tantùm credita. Et Suarez in Regem Anglię lib. 3. cap. 9. hoc fretus aſſeuerat, ſpirituale Regnum primum affectaſſe & vſurpaſſe Henricum amoris tetri veſania mentecaptum. Idque autem rationibus inaniter confictis; Quarum primam ex Melchiſedech præſenti deducebat; Secundam ex Patriarchis, qui Sacerdotes atque Reges aſſerebantur ab Henrico; Tertiam ex Iobo, quam per eius inter omnes Orientales teſtatam magnitudinem, & Regem fatebatur. Verùm Reges Patriarchæ nullatenus fuere, ſed tantummodo familiarum ſuarum primicerij. Et Iobus idem circiter, cui titulus Regalis inter alios tanti viri, ſi ita res fuiſſet, haudquaquam taceretur. Nec aliud iudicandum, de iis qui Dei populi poſt reditum Babylonicum ſunt clauum moderati, è quibus Sacerdotio fungentes multos nouimus. Non enim Reges erant, ſed populi Rectores, corona deſtituti. Per Samuelem nanque Reges fuere ſuſcitati, & Babylonicā poſt cladem non ampliùs renouati. Illi enim qui à Machabæis originem atque maſculam proſapiam deducentes, ab Ariſtobulo cum paucis eidem ſuccedentibus, ad libitum ſe Reges, & ſummos conſtituerunt Iudaicos Sacerdotes, indebitè hoc fecere (vt patet quia Dei nec ordine hoc tentarunt, nec vncti tanquam Reges illius gentis erant) & hæmoniç Eccleſiaſticę fuere corruptores; de quo veteris teſtamēti annales conſulantur.

An Regnū & Sacerdotium in vnum dari poſſint.
D. Thom.
Spirituale Regnum ſumere quis Regum primus auſus.
Iob. 1. 3.
Qui Reges Machabæi; & verum Sacerdotes

Nec obſtat. D. Petri & Moyſis Sancti dictum, Fideles vocans omnes *Regale Sacerdotium*; nam honorifica ſunt verba pro cunctis indiſcretè, at veridica non ita pro omnis gentis turba; niſi quatenus hic populus Sacerdotium & Regem habuit. Aliter enim quiqui eſſent Sacerdotes, atque Reges; quomodo autem non ſunt Reges, ſic neque Sacerdotes. Imò & ipſis viris Regibus tam interdictum Sacerdotium, vt Ozias lepra fuerit percuſſus hac de cauſa; quia officium Sacerdotale arripere non veritus. Ergo noſtri Melchiſedech exemplum ſingulare; in vmbram Chriſti vnicam; poſt quem ceſſauit cauſa Regalis Sacerdotij.

1. Petr. 2. 9.
Exod. 19. 6.
Percuſſus lepra Rex arripiens Sacerdotium.
2. Paralip. 26. 19.

11. Secunda, quia tale iuſtitiæ fuit Regnum, quale alterum ſub cælo non fuit vnquam viſum, vel fabulis & fictionibus poëſis decantatum. Tam reſpectu Melchiſedech, quàm pariter & Chriſti, quem ille figurabat. Reſpectu quidem Melchiſedech, quia iuſtus inter omnes terrenos fuit Reges, vt paulò ſupra. n. 7. ſufficienter prælibaui. Reſpectu verò Chriſti, quia iure, & de iuſtitia, vt dicitur vulgariter, præ cunctis mundi Regibus, is fuit tantùm Rex; idque tum iure habito à Patre ſempiterno, tum etiam à Matre Virgine; quorū iura in mundi regnum, infuſa Chriſto ſunt, naturę vi, & ſanguinis; & hæreditaria proprietate, teſtata à Patris linea per iſta Pſaltis verba; *Ego autem conſtitutus ſum ab eo, (ab eo non ab alio) ſuper Sion montem Sanctum eius: prædicans præceptum eius.* At à linea Matris Virginis per iſta Canticor; *Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem, in diademate quo coronauit illum mater ſua; in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.* Quæ de Rege Salomone à matre nunquam ſua corona decorato, præſertim in ipſo die quo nuptias celebrauit, intelligi non fas; ſed de Chriſto, quem in die deſponſationis cum hominibus (deſponſatio nanque fuit duorum in carne vna illius Incarnatio) coronauit eum Virgo, corona carnis ſuæ, vt explicat Bernardus, & Gloſſa, nec non plurimi Catholici. DD.

Chriſtus mundi à Patre & Matre de iure ſolùm Rex.
Pſal. 2. 6.
Cant. 3. 11.

Dicet impius qui perſpexerit inopiām Saluatoris, & Virginis pauperiēm, Dei Filium non fuiſſe, vel Patrem ei non dediſſe in terris quoduis Regnum; vt minimùm quò ad rem; Virginem autem nullum Regnum ei dare potuiſſe, vel etiam quò ad ius. Sed, proh Deus! à viis hominū quàm alię ſunt Dei [illegible] iura à noſtris iuribus! Quibus bene ponderatis, inhæreo præcedentibus; dicens, ſolum Chriſtum Regem tam Paternæ, quàm Maternę ſucceſſionibus potiuntem fuiſſe de iuſtitia; & hoc dicere voluiſſe præfata duo loca, quæ ego ſic expono.

12. Primum, vt Chriſtus ſuper Sion, Dei templi, atque Cęnaculi, & Euchariſtię montem Sanctum, à Patre ſuo Rex ſit verè conſtitutus. Non verò ad gubernandum externa & corporalia (nec enim tale regimē conueniens templo erat, ſuper cuius tantùm montem ſpeciatim Rex vocatur) ſed ad animas

De Regni Chriſti in terra veritate & nobilitate notanda elucidatio.

mas docendas, & præcepta eiuſdem Patris eiſdem enuntianda, tradenda, prædicanda; vnde exprimitur ſignatè; *Prædicans præceptum eius.* Quod quidem ſi aduertatur regnare verum eſt, & ſublimius multò regnum quàm omnia temporalia, etſi illic florcotiora Imperia annumerentur. Nam aliud eſt regnare caduca ſuper corpora, aliud autem ſuper animas; aliud ſolùm corporales ac etiam pecorioos vaſſallos agitare; aliud verò ſpirituales & ſempiternas prorſus pecudes in paſcua cęli ducere. Aliud regnum ad imperandum, imperio ſæpe graui; aliud regnum ad illuminandum, fulgore dulci & miti; prædicare nanque & animas illuminare reſeſt vnica; non duplex, nec diuerſa. Aliud tandem regnum habere ferinum & leoninum, cum & leones reges ſint irrationales ſuper greges, ſed reges ad inferiores vel vnguibus, vel dentibus, vt gladiis, ac tributis irrationaliter impoſitis, in fruſta laceraodos, quæ etiam in regnis hominum (naturæ cum humanæ dedecore, & exceſſu affinem ſuper aliam ferarum & belluarum, quibus corpore communicamus, tot armis in prometitos quandoque rugientibus) non paucies offenduntur; Aliud autem eregionè adminiſtrare prorſus regnum, benignum, atque Diuinum, & plus cæleſte quàm terreſtre; ac ideo tanquam Regnum cæleſte & nimis altum (vt etiam Chriſti Regnum) omnino non viſibile, vt decet prorſus Regnum humanas regens animas, quæ nemini ſunt patulæ, ad Regnúmque celſiſſimum cælorum procreatæ. Si autem quouis modo viſibile hocce regnum, viſibile profectò, vt cæli Rex viſibilis, qui quidem Sol exiſtit, vt in 1. Enar. inuenies ſæpe dictum, atque n. 85. cum voce Mantuani Georg. lib. 1.

Regna mūdi, quæ ſunt mundi politicæ paleſtræ, ferinū & belluinum, proh dolor! quā tum habeant.

Virgilius.

Per duodena regit mundi Sol aureus aſtra.

Vbi poſſumus adiungere, *Et omnia procreata* quæ ni à Sole regerentur, in tenebris non tam lucis, quàm veræ mortis eſſent.

Sol mundi, & qualis Rex.

Hic autem non hæc regit ad ſeruos prægrauandos, ſed pulchrè illuminandos, ac ipſos edocendos, & ſanè eis prædicandam notitiam Dei, & gloriæ. Nam vltra quòd ad Deum ex terra cognoſcendum, Sol cunctis creaturis ſit longo tractu aptior, vt in præfata Enar. abundè reſeruauimus, Sol certè & cæli gloriam enarrant nobis Dei, in verbis Regis Vatis; *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Dies diei eructat verbum*; id eſt, dies menti hominum, quæ dies noſtri eſt, mundi, ſcientiæ verbum tradit; *Et nox nocti indicat ſcientiam*; hoc eſt, nox ſtellis micans, ignorantiæ humanæ nocti, notitiam magnam indit, ſuperiorum luminarium, & Regni eum terreno haudquaquam comparandi. Ac etiam non ad ſeruis imperitandum cum imperio, ſed potiùs ad ſeroiendum abiectis ſeruis ſuis; quod planè Regis optimi (vt nemo inficiabitur) exemplar ſummum eſt; & Solis mundi Regis proprietas innata. Sol enim ſeruus eſt humanæ creaturæ, ei manu facem præferens, & ſeruiens, ac proficiens vtilitate tam multiplici, vt nequeat enarrari.

Sol qualis Prædicator.

Pſal. 18. 1. & 2

A 13. Vis nunc ex Euangelio claritate nullo modo ſolari inferiori, probata hæc intueri? nimirum, quòd Rex ſol, & ad ſeruieudum ſeruis ſuis ſit datus & creatus, & quòd Chriſtus ſicut Sol, ſit etiam talis ſeruus; idque in Euchariſtia, vt ab ſcopo principali nequaquam declinemus.

Seruorum ſeruus Sol, cum tamen Rex ſit mundi.

De primo procoldubio ſic Chriſtus in Matthæo. *Orate pro perſequentibus & calumniantibus vos, vt ſitis filij patris veſtri qui in cælis eſt; qui* Solem ſuum *oriri facit ſuper bonos & malos.* Vbi Chriſtus Patrem ſuum cum Sole comparauit, quò de Rege ad mundi Regem excurreret collatio. Solem autem ſui Patris miniſtrum nuncupauit, gerentem vices eius, ac loco ipſius Dei hunc mundum illuminanté, & hominibus tam bonis quàm malis inſeruientem; quid etenim eſt mortalibus præbere lucem vtilem, quàm ipſis inſeruire? & facula anteire? Itaque quod Sol in mundo viſibili eſt Rex ſummus, ſed ſeruis ſuis minimis, abiectis & terrenis perenniter deſeruiens; ad inſtar ſummi Domini, *Qui in altis habitat, & humilia reſpicit in cælo & in terra.*

Matt. 5. 45.

B

Pſal. 112. 5.

De ſecundo ſic in Cœna, periphraſi admirabili, cum Apoſtoli inter ſe de maioritate diſceptarent; *Facta eſt autem & contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe maior*; loquutus ipſe Chriſtus; *Reges gentium dominantur eorum; & qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur. Vos autem non ſic, ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor, & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Nam quis maior eſt, qui recumbit, an qui miniſtrat? Nonne qui recumbit? Ego autem* C *in medio veſtrum ſum, ſicut miniſtrat, &c.* Vbi formam imperitandi in Regibus terrenis, per dominatiouem ſuper ſuos oſtendit, atque reprobat; formam autem ſui Imperij per ſubiectionem ſuis ſubditis, extollit, atque probat. *Vos autem non ſic, ſed qui maior eſt in vobis fiat ſicut minor, & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator.* Hoc enim Solis regnum, Soliúſque Dei eſt, regnare ſeruiendo; imperare obediendo; præeſſe illominando, & ſubiiciendo ſe minoribus; ac exiſtere beneficum, non adeo poteſtate, ab inferioribus accepta, vt quæuis eſt terrena; *Et qui poteſtatem habent ſuper eos benefici vocantur*, quàm benignitate & claritate, à ſuperioribus manante io ſibi inferiores; *Vos autem non ſic, ſed qui maior eſt fiat ſicut minor, &c.* Et tanquam Solis luce, lucente ſuis ſubditis, & inſeruiente ſuis D ſeruulis. Quid enim ad Solem homo; quidve ad Chriſtum Reges? Et tamen Sol & Chriſtus ſic regnant, ſic imperitant. Vnde forſan Regum thronus, & Solium ouncupatur, quò à Sole & Chriſto diſcant huiuſmodi regnare.

Luc 22. 24. & 25.

N. 26. & 27.

Vt Chriſtus Solis inſtar non regnet dominādo, ſed illuminando, & lucem ſuam ſubiiciendo noſtris pedibus.

Vt Reges Soles ſint vocatur thronus *Solium.*

14. At ne ſomnia cordis noſtri narrare videamur, Euaogelica vltra loca tam concciona iam data; ideo dicitur de Chriſto in quodam Vaticinio; *Orietur vobis timentibus nomen meum* Sol iuſtitiæ, *& ſanitas in pennis eius.* Nam lucet qoaſi Sol, & volat quaſi pennis Rex iſte ſingularis, ſed ſanitas io pennis eius, & vita in eius radiis ad ſeruiendum ſuis ſeruulis, ad illuminandum ſuis

Malach. 4. 2

Rex Chriſtus Sol cū pennis & qualium qualitatum.

cæcis, ad proficiendum ſuis paruulis. Nec minor eſt Chtyſologi ſententia de hoc Rege ſer. 89. quo breuiter, & optimè; *Chriſtus Rex quia tota ipſe eſt origo regnandi. Chriſtus regnum, quia in ipſo eſt regni ſui tota maieſtas. Chriſtus homo, quia totus homo reparatur in Chriſto.* O admirabilis ſententia!

Chryſolog.

De regno Chriſti Domirabilis ſententia.

Nam ſi Reges ſolent regna à ſubditis accipere, tam cùm primùm ſalutantur, quam cùm poſtea obtemperantur à ſuiſmet ſubiectis, à quorum ſanè ſubiectione illorum regnum pendet, hoc Chriſtus noo iodiguit, in eúque non viſum; *Quia tota ipſe eſt origo regnandi*; non peodet eius regnum ab homine quocuoqoe, nec accipit ab aliquo regnandi poteſtatem; vnde fugit ab hominibus volentibus in Regem eundem cõſtituere, quia ridiculum ſi ab hominibus Rex factus Deus fuiſſet, ſed *ipſe tota origo regnandi in cunctis regibus*, qui regunt per hunc Regem; imperaoque fons primus ac ideo à Patre ſuo; id eſt naturæ iure, vt Rex excellentiſſimus, in monte Sion poſitus.

Ioan. 6. 15.

B

Prou. 8. 15.

Pſal. 2. 6.

Si Reges regno iodigent vt Reges eſſe poſſint, nam aliter titulares dumtaxat Reges eſſent, vt Hiſpanus quando Rex vocatur Ieroſolymæ, (ne quid ſacratum fugeret ab eius ditione) & aliæ vanitates ad riſum ſolùm aptæ; hoc Chriſto ooo neceſſe, *Quia in ipſo eſt regni ſui tota maieſtas collocata*, totum Regnum, & Regni ſui immenſa latitudo, ac regnandi adminiſtratio actualiter plus ampla, quàm cunctis terræ Regibus, quandoqoidem Angelorum, oedum hominum legiones eidem ſuppetebant.

Matt. 26. 53.

C

Siqoe tandem Reges homines videntur noo exiſtere; cum homines ſint tamen, vt reliqui, atque reliquis ſubiecti multiformiter, ac ſæpe inferiores; hic certè cũ ſit Deus, videtur totus homo; hoc autem *Quia totus homo reparatur in Chriſto*; ô acutiſſimi Chryſologi ootanda valde ratio: ooo homo, quia homo; ſed *quia totus homo reparatur in Chriſto.* Nam Chriſtus velut Sol ſeruiendo ſeruis regnat, lucendo morbis imperat, docendo mentes, regit; pellendóque peccata, & animas ſanando, regnauit in hoc mundo; virtus enim taoquam lux exibat ab hoc Rege, qua ſanabat omnes.

Luc. 6. 19.

Ergo nihil demirandum ſi de iure & de iuſtitia, ac inſuper, ſi iuſtitię, ſuper Melchiſedech & cuoctos Reges, appellem Chriſtum Regem; cum Rex fuerit vt Sol, & Solus inter Reges, tum iuſtitia tum quammultis relatis qualitatibus; quapropter *Sol iuſtitiæ* vocatur perquammerito in verbis allegatis. Quæ fuſius quàm decreueram addoxi propter Chriſti inſanos contemptores, & de illius in boc mundo paoperie oblatratores. Id aotem Regnum eius ex Patre tantùm aſſerens. Ex Matre nunc ſeorſim, minorique negotio. Nam poſt tales veritates de regno viri pauperis, faciliùs mihi credent, & Matrem eidem poſſe iuſtitiæ regnum dare.

D

Malach. 4. 2.

15. Secundum, vt Chriſtus Rex iuſtitiæ ſit à Matre per verba ſupra allata ex lib.

A

Cantic. *In die, quo coronauit illum Mater illius*; hoc creditu facillimum, apud omnes qui Mariam immaculatam cooſitentur. Sola etenim de iure eóque iure oaturali, & de iuſtitia, prout dicitur, iuſtitiæ Regem potuit progigoere, atque parere; & hoc ab ipſo partu; ac à duplici Conceptiooe tam actiua, quàm paſſiua, tam Filij quàm & ſui, quæ prorſus iuſta fuit, & nihil vidit voquam vel minimæ iniuſtitiæ. Omnis enim qui concipitur in culpa originaria, peccati ſeruus naſcitur, vt loquitur Apoſtolus. Quomodo ergo Regem gloriæ coocipetet quæ foret concepta in ſeruitute? & in peccati ſeruitute proſapiæ Dei ignota? aut quomodo Deus vellet à Matre, culpæ ſeruula iu mortem culpæ concipi?

Cant 3. 11.

Conceptio immacolata Matriæ comprobatur.

Rom. 6. 17.

Ergo Chriſtus Rex ioſtitiæ à *Matre Immaculata*; idque à Matris Conceptione, quę Cbriſto eſt deſtinata, vt iuſtitiæ Regi domos iuſtitiæ pararetur. Poſtea à ſui conceptione in ventre eiuſdem Matris, cui dixit cęli Nuntius; *Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis*; vt Regni per quam iuſti, quod iniuſtitia non corrueret, ac corruunt qoęque regna, queis ait Sacra pagina *Iuſtitia firmatur Solium.* Vnde forſitan in æternum Sacerdos Chriſtus dicitur ſecundum ordinem Melchiſedech; quia Melchiſedech Rex eſt iuſtitiæ, & iuſtitia Reges facit duratioois ſempiternæ. Tandémque à Matris partu. Vode & Magi interrogarunt *Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum?* iam nempe natus Rex? non poſt tutores & actores de quibus D. Paulus; nec poſt obitum alicuius, quo nouus Rex ſuccedit, nec poſt populi acclamatiooem, qua Reges eriguntur, ſed tantùm à matris ortu, & natiuitate ſua propria, quæ duo Regem iſtum ioſtitiæ profudere, oec poſſent ipſo iure iuſtitiæ originalis hunc fœtum non producere. Et Angeli nil minus dixerunt ad paſtores; *Nolite timere; &c. Quia natus eſt vobis hodie Saluator*: per conſequéoſque Rex ac ſummos liberator. Coius ſignum ab eis datum redolebat virum Regium; *Et hoc vobis ſignum, inuenietis infantem pannis inuolutum, & poſitum in præſepio.* Nam faſciæ panni erant corona Regis Chriſti, & diadema quod antiquitus vt infula Turcarum à faſciis circumligatis compooebatur, & imponebatur Regales ſuper frontes; prout theatrum vitæ humanæ tom. 2. latè refert. De quo Pompeius aliquando per occaſionem curandi vulneris, & ſuſpicionem Romani regni ab eo capeſſendi, inſimulatus fuit publicè, etſi vulnos, & circunligatio in fœmore ſint facta. Quæ militant oon parum pro diademate, quo in Cantic. *Coronauit Chriſtum Mater illius, in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.*

Luc. 1. 33.

Cur Chriſtus Rex iuſtitiæ à Matre ſua natus.

Matth. 2. 2.

Galat. 4. 1.

Rex natus Solus Chriſtus.

Luc. 2. 10. 11. 12.

Diadema quid antiquitus.

Pompeio cur in fœmore.

Videtur aotem mihi boc Chriſti diadema vt illod Pompeianum, in fœmore ligatum, quia dicitur de eo in lib. Apocal. *Et habebat in veſtimento & in fœmore ſcriptum, Rex Regum & Dominus Dominantium.* Ac ibi paulò ſupra *Et veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine.* Vulnus igitur in fœmore, quod non poſſet

Apoc. 19. 16.

N. 13.

poſſet exarari, quin ſanguis funderetur; & ibi quoque veſtis aſperſa eodem ſanguine; quę faſcię & diadema Dei Filij ſunt profectò; non quidem propter cauſam ambiendi mundi regnum, ſed quia mundi Rex is erat à ſe ipſo, iuſtitia & iure habito à generatione tam paterna, quàm pariter materna: fœmur enim generationis inſigne fuit Abrahæ, cum manu ſerui ſui ſub fœmore eius poſſita, ſicut hodie manum imponimus Euangeliorum ſuper librum, per Dominum ei iurauit, quem inde naſciturum vt euangelizaret veritatem, ſciebat certo certiùs. En Chriſtus coronatus à ventre Matris Virginis, & generationis primo ortu, quo mox aſperſus ſanguine cruentæ Paſſionis, cui ipſe natus erat; vnde oſtro ſui ſanguinis, ac purpura puriſſimi cruoris adornatum, in ſceptro ſuæ Crucis, vbi fudit eum largiùs ſic eum vocat Paulus; *Videmus Ieſum per Paſſionem mortis, gloria & honore coronatum.* At verò Rex vocatus in Bethlem & Ieruſalem; *Vbi eſt, qui natus eſt Rex? Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*; tam vt Filius Matris Virginis, quæ iure, & de iuſtitia Dei Filium Regem gennit, quàm vt ſucceſſor Melchiſedech, qui illic Regno floruit, & Sacrificij Chriſti vmbram litauit nobiliſſimam; à Chriſto tandem impletam, & inibi poſt eam, à viuis mox ſublato, vt aduentus ſui cauſam ob Euchariſtiam inſtituendam hoc ſigno demonſtraret.

Dei Filio cur ibidē.

Gen. 24. 3.

Rex Chriſtus de iuſtitia ex Virgine Maria.

Hebræ 2. 9.

Matth. 2. 2.

Ioan. 19. 19.

In Bethlem & Ieruſalem Rex Chriſtus ſolùm dictus.

56. Tertia autem differentia Melchiſedechi noſtri Regni, ab aliis mundi regnis, eſt, quia non tantummodo iuſtitiæ fuit Rex, ſed inſimul & pacis; cum nullus Rex exiſtat qui poſſit pacem dare, & frequenter qui vel degere in pacis bono velit. At vero Rex quem ille pacificus ſignauit, & pacis *Princeps dicitur* in verbis Iſaiæ; non ſolum iure ſanguinis iuſtitiæ Rex eſt vnicos, ſed etiam iure ſanguinis Rex pacis admirabilis; de quo dicitur quò ad pacem obtentā ſuo ſanguine ad Coloſſ. 1. *Pacificans per ſanguinem Crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt*; id eſt, homines & Deum diſſidentes quondam rixa peccati originalis, & culpa primi hominis, concilians ſuo ſanguine.

Iſai 9. 6.

Coloſſ. 1. 20

Rex pacis Chriſtus vnicè.

A At quò ad pacis Regnum admirabile in hoc Rege, in Vate nunc producto; *Et vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus, fortis, pater futuri ſæculi, Princeps pacis.*

Iſai. 9. 6.

Et hoc paterno iure, de quo dicitur ab Angelo; *Et regnabit in domo Iacob in æternum*; pacificè & tranquillè. *Et regni eius non erit finis*; quo caret eius pater; ac pariter materno; nā Mater fuit ales pacifera à Deo Patre in iſtū mundum miſſa; quocirca nato Chriſto, à cælo & terra pax incepit ſonum edere; *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus, bonæ voluntatis.* Melchiſedech Rex & Sacerdos huius pacis ſēpiternæ per pulchrum fuit ſymbolum, de quo mihi & Chriſto ſimul Chryſologus videtur huiuſmodi ſcri-
B bentem ſerm. 59. *Ab vnctione Chriſtus, Ieſus vocatus à ſalute. In hunc Regem Regum, Sacerdotem Sacerdotum tota ſe plenitudine ſpiritus diuinitatis effudit; vt Regnum & Sacerdotium quod per alios præmiſerat temporaliter, in auctorem ipſum refunderet, & redderet ſempiternum.* Ab vnctione nempe pacis, ex voce Chriſti orta; & à iuſtitia ſanguinis Chriſti ex alia Ieſu veniens; quibus quidē in Regno Chriſti plenitudo & perpetuitas promittitur, ſeu exprimitur in verbis Sancti huius; nam totus Chriſtus vnctus, & totus pro mortalibus ablutus ſuo ſanguine hoc reddidit ſecurum. Si enim Reges alij vnguntur vt ſint Reges, Chriſtus fuit totus vnctus, & vnà totus iuſtus, ne poſſet modo aliquo à regno
C ſuo cadere; à quo vtinam iuſtitiæ addiſcant cuncti Reges & pacis contubernium. Quæ de pace & de iuſtitia monentur in hoc Rege; nam fidelibus ex Regibus hunc primum Sacra pagina propterea quoque nominat, quò pacem atque iuſtitiam addiſcerent ab illo, & Religionis deſiderium; videndo in eo Regnum cum Sacerdotio copulatum; Religionis nanque Regna columnis ſuſtentantur, & religioſis Regum exemplis Vaſſalli continentur, tum in obſeqoio verſus Reges, tum in profectu verſus ſe, ac regimen domeſticum. Quoniam autem in Sacerdotium Melchiſedechianum rectò venimus, poſt alia n. 10. de illo delibata, de ipſo nunc loquamur.

Luc. 1. 33.

Luc. 2. 14.

Chryſolog.

Vt pietate atque iuſtitia ſint regna ſempiterna.

Vt Reges de Religione, de pace & de iuſtitia in Melchiſedecho doceantur.

DE SACERDOTIO MELCHISEDECH CVM REGNO coniugato, & in congreſſu cum Abraham an Sacrificium ritè vouerit; deque hominum Sacerdotum iuſtitia, & qualitatibus.

17. **F**VSSE Sacerdotem hunc Regem tam inſignem, & Sacerdotali atque Regali ornatum dignitatibus, eſt notum in lib. Gen. *At vero Melchiſedech Rex Salem, proferens panem & vinum (erat enim Sacerdos Dei altiſſimi) benedixit ei, & ait; Benedictus Abraham Deo excelſo, qui creauit cælum & terram; & benedictus Deus excelſus, quo protegente hoſtes in manibus tuis ſunt. Et dedit ei decimas ex omnibus.* Sacerdotis verò hoc loco fuiſſe functum munere, exinde clarè viſitur; quia illud verbum (enim) *Erat*
D *enim Sacerdos Dei altiſſimi*; cauſalis eſt coniunctio; quæ explicat rei cauſam; ergo cauſa cur Melchiſedech occurrit Abrahamo, Sacerdotalis palam fuit, vt illum benediceret, & Sacrificij oblatione in actionem gratiarum, obtenta pro victoria, ſatiaret, & exciperet. Benedictio à Moyſe verbis diſertis affirmatur, *Benedixit ei & ait, &c.* Sacrificij verò oblatio ēn aliis præcedentibus *Erat enim Sacerdos Dei altiſſimi*; vt illic docet Lyra; & etiam Rabbi Samuel apud Galatinum lib. 10. cap. 5. de arcanis, in iſtum modum loquens; *Textus in iſto loco ſeu-*

14. 18.

Sacrificium Melchiſedech ex Gen. probatur.

Lyra.

Rabbi Samuel.

tentias Sacerdotij tradidit, imò *& Sacrificij; quia ſtatim poſt oblationem panis & vini ſubinfertur, quòd erat Sacerdos Dei altiſsimi; locus quippe quandoque ſuſtificat habitatores ſuos.* Nec

Caſtro.

non Caſtro contra hær. verbo Miſſa hær. 2. hoc valido argumento, quia Melchiſedech fuit Sacerdos diuerſi longè ordinis, ab ordine cruento, Aaronico, & legali; de quo

Pſal. 109. 4.

dicitur in Pſal. *Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.* Vnde alicubi Scriptura tenebatur eius ritum præſcribere & exprimere; quod ſanè ſi non fuit expreſſum in pane & vino oblationis de qua hîc, dicant hoſtes veritatis vbi præſtitũ ſit hoc, vbi tradita res tanta; dum illis nos dicemus, & obiiciemus perquammeritò, fatuum eſſe ſine ritu extare Sacerdotium.

Et ex Epiſtola ad Hebræos.

Aduerſarij duo opponũt plus liuida quàm firma, imò potiùs malignitate & leuitate corruentia. Primum, dicentes Melchiſedech panem & vinum detuliſſe, non vt ipſa Deo offerret, ſed traderet Abrahamo Dei etiam Sacerdoti, qoò ille accepta munera litaret ſummo Domino. Sed futilis obiectio; nam cum Abrahamum Melchiſedech expreſsè benedixerit, vt conſtat tã ex Gen.

Hebræ. 7. 1.

quàm ex Epiſt. ad Hebræ. vbi adiungitur, & decimas ei Abrahamum perſoluiſſe, qoi has duas actiones exercuit Sacerdotis, in tertia non deficeret. Secundum, autem Sacrificium tollentes abſolutè & aſſerentes panem & vinum delatum à noſtro Rege, fuiſſe ad recreandos ſodales Abrahami, & ipſum illorum ducem à bello reuertentem. At debilior longè alia hæc præſens obiectatio, cum de regibus ab Abrahamo deoictis

Gen. 14. 11. & 24.

recentiſſimè in Gen. dicatur oneratos victualibus exiiſſe de Sodomis, quæ omnia poſt victoriã Abrahamiſtis remanſeront, vnde & decimas Melchiſedech ſoluerunt actualiter, & decimas *ex omnibus* quod indicat quammultos fuiſſe commeatus, vt tandem quatuor regum, tunc prælio deuictorum. Quare ineptum pane & vino hos viros recreare, quàm inepta claret inde coofiicta argumentatio.

An rite ſiue in vrbe Melchiſedechi Sacrificium.

18. Ergo palam Sacerdotio perfunctus Melchiſedech Abrahamo factus obuiam, & panem ac vinum proferens; quæ Deo ſacrificaſſe, non quidem in illo occurſu extra vrbem Salem facto, ſed potiùs intra vrbem in Templo & loco apto; quò Regem illos victores inuitaſſe & induxiſſe, tam Sacrificij & gratiarum idoneè ſoluendarum, quàm hoſpitij & amicitiæ vrgentibus reſpectibus, credibile ſit ſatis; & videtur magis con-

1. Reg. 16. 5.

ſonum, dicentem cum Propheta; *Ad immolandum Domino veni; Sanctificamini, & venite mecum vt immolem.* Quod etiam coniectura probabilis confirmat; videlicet, non ſolùm ad Abrahamum excipiendum exiiſſe ab vrbe ſua vrbanum Regem noſtrum, iuſtitiæ & pacis virum; quibus iuſtè, gratè & placidè ſalutationes temperarit, ſed etiam & Abrahamom eum intra ciuitatem Regalem quæſiiſſe, ob ipſummet reſpectum, illic gratias referendi & inuiſendi Sanctom illum, Dei famulum ſoblimem, notiſſimum

A in Chanaan, ab illis perquammaximè, qui vt Abraham & domus ſua Dei cultum percallebant, & iugiter eidem ac ſeruidè incumbebant.

Abraham cum Melchiſedech amicitia quàm deuinctus.

Nam qui decimas ceremonia obſequentiſſima obtulerunt, credibile eſt conſultò has ipſas reſeruaſſe, & eas voti cauſa & decimationis reportaſſe. Non quidem Noë filio, & progenitori ſuo Semo; hoc enim refragatur doctrinæ D. Pauli, de qua in huius Enarrat. principio latè egimus; Sed homini tunc tẽporis, etſi ex genere Chanaan, egregio Dei cultori, ob iuſtitiæ ſuperabundantiam, figuratiuo miſſo nomine, Regi iuſtitiæ nuncupato; & ioſtitiæ àc Sanctitatis tam notæ in illis partibus, vt idolatria ſuperueniente poſt mortem ſit Deus habitus,

Melchiſedech quàm magna Sãctitas, & ſuo tempore quàm nota.

B & à voce Melchiſedech, Melec, Moloc, Melcon, Anamalech & Adramelech, cum aliis conſimilibus ſint dicta multa idola & Chanaitica Simulachra, ſi credimus Bolducio in opere de ante legem lib. 2. cap. 10. & cap. 12. Quare magnam cum Melchiſedech eo temporis Abraham, accolam tantùm in terra illa, amicitiam contraxiſſe, non eſt cur dubitetur; & propterea contigiſſe, tam occurſum, quàm Sacrificium præ manibus nunc habita. Quare ad Templi in quo eſt factom, & Sacrificij, tum in materia, tum in forma conſiderationem, ſeriatim tranſeamus.

Bolducius.

19. De Templo perſuadeot fuiſſe in Sion monte, vbi poſtea fuit aliud extructum à Solomone, & Euchariſtia primùm condi-

C ta, quò figura Melchiſedech plus Chriſto combinaret. Nam com omnes in Melchiſedech conueniant ciuitate, dicentes Salem fuiſſe, quæ poſtea Ieroſolyma, diuinatio non putabitur, quod dicimus de templo; quandoquidem Sacerdos, & tam mirabilis Sacerdos, non eſſet ſine templo. Genebrardus lib. 2. de eo clarè loquitur, & quiqui hunc Sacerdotem Sem Filium Noë faciunt, dicentes Noë illic ei Templum condidiſſe, in quo patre vita functo exercuit Pontificium; & fuit quintus Pontifex Eccleſiæ vniuerſalis; cum quibus eſt Suarez tom. 3. in. 3. p. diſp. 46. ſect. 4. & Bolducius de ante legem lib. 2. cap. 12.

Genebrard. in Chrono.

Suarez.

Bolducius.

Vt Semus quintus Põtifex Eccleſiæ ſummus fuerit.

Nec nos ſupra rebus geſtis Noëmi Patriarchæ coronidem imponentes, hoc Templum refutaoimus, vel opinionem quòd is

D fuerit Eccleſiæ quintus Pontifex, vllatenus refellimus, ſed Sem ibi fuiſſe Melchiſedechi tempeſtate, aut Melchiſedech ipſum fuiſſe, id quamuis dictum ſit à multis doctis viris, & quò ad ſeriem Chronologiæ excurrat feliciſſimè, nequaquam nobis arridet, ob verba. D. Pauli, ſuperiùs ponderata; dum differentiam clarè ponit de Leui in lumbis Abrahæ, & non in lumbis Melchiſedech. Præterea, quòd dicendo fuiſſe ſine patre ſine matte, ſine genealogia; indicium planum eſt, diuerſum à Semo eſſe; & tandem virum aliquem, quem myſteria propter ſumma, vt ipſe Paulus indicat, eum Dominum alienigenam & incognitum in Scripturæ generatiooibus delegit. Quare ab

De Melchiſedech & Semi tẽplo in ciuitate Ieroſolima quid verius videatur.

ab eo Templo & vrbe, modo locis ſuis dicto, abductum Semum puto, quem Babylone occubuiſſe cum Martyrologio notum fecimus, & in Ieroſólyma Melchiſedech (quo tempore & qua via hoc penitus ignotum) pro eo ſubſtitutum. Nam ſatiùs multò iudico adhærendo ſacro textui hęc prorſus ignorare; quàm ſectando bonum excurſum, & ſeriem dicendorum, ab illo declinare. In quo Templo in Sion condito Rex iſte, quiſquis fuerit, figuram Chriſti geſſit; dum illic templum habuit, vbi Chriſtus ſuum corpus poſt longum tempus dedit; corpus vtique quod templum natura ſua erat; *Soluite Templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Et cauſa propter quam ſunt omnia mundi templa, ſic collimata Chriſti corpori, vt paradiſus vitæ arbori.

Ioan.2.19.

Sacrificium Melchiſedech Pacifica cui Hoſtia in forma comprobetur.

20. Sacrificium quò ad formam, hoſtiam patet citra dubium pacificam fuiſſe, pro beneficiis iam acceptis, & gratiis ex Abrahami victoria perſoluendis. Quæ inter Deum & Sacerdotes ac offerentes Sacrificium, vt in Abele dictum eſt, diuidebatur partialiter; & conuenit hiſtoriæ quæ Abraham & eius ſocios à Sacrificio non excludit. Sed plùs conuenit myſterio, & conformitati cum Dei Filio; Nam & Abelis Sacrificium (figura illius magna, ac vna ex tribus maximis) eiuſdem formæ fuit, vt diximus in illo; & ſimul Chriſti ſacrum, cum dedit ſe in Cæna; vbi Chriſtus partem ſumpſit; quæ vtique à Diuino ſuſcepta Sacerdote, Dei verè ac Sacerdoris ſuppleuit partem duplicem; tertiam verò compranſoribus diſtribuit diſcumbentibus; qui pariter cum Chriſto litabant ſacrificium; quo loci noſtrum thema ſecundum ſonat aptè; *Accipite & comedite; Hoc eſt corpus meum.* Et ſic verus Melchiſedech veris Abrahæ ſucceſſoribus in Fidei hæreditate; *Panem & vinum obtulit.* Videatur Bellarm. de Miſſæ Sacrif. lib. 1. cap. 6.

1.Cor.11.24

21. Quò ad materiam panis & vini, incruentùmque proinde fuiſſe iſtius Regis ſublime Sacrificium, ex Geneſi pateſcit; *Panem & vinum proferens. Erat enim Sacerdos Dei altiſſimi*; Deinde ex Rege Vate, dum Chriſtum Sacerdotem alterius facit ordinis, Aaronico non ſimilis; & demum ex D. Paulo epiſt. ad Hebr. Nam licet de Euchariſtia inter laudes Melchiſedech nec verbum quidem proferat, id factum, quia agebat cum incredulis in illam, quos ex differentia & excellentia Melchiſedechiani Sacerdotij ſuper Aaronicum volebat conuincere ex inſidiis, vt ex Aaronico mutato in aliud Sacerdotium, ad Chriſtianum ſic pertraheret, ac ideo in Euchariſtiam, quam in illo reperientes amarent tunc libenter. Qua omiſſa boni ducis aſtutia ſaluberrima, de Euchariſtia certè Paulus inter verba Melchiſedech, non obſcurè, ſed clariſſimè huiuſmodi eſt profatus; *De quo nobis grandis ſermo, & interpretabilis ad dicendum, quoniam imbecilles facti eſtis ad audiendum.*

Gen.14.18.
Pſal.109.4.
Hebr.7.à n.1.

Ex Melchiſedech pro Euchariſtia firmiſſima probatio.

Hebr.5.11.

Poſtquam enim ſine patre, ſine matre, & ſine vitæ principio, ſiue ve, hunc Regem nuncupauit, quid aliud præter iſtud myſterium, in Rege tanto præuiſum, poſſet promere, quod in interpretabile & inſcrutabile natura ſua eſſet? Vel etiam propter quid doctos homines in lege vocaret imbecilles ad audienda legis verba, niſi arcano ſublimiori alterius eos legis imbuere ſatageret, & & tacitè edocere? Videatur de hac re Hieronymus ad Euagrium, qui totus pro me eſt. Nec fruſtra, cum Catholicæ Eccleſiæ primi PP. vt in præfatione noſtra diximus, de Euchariſtia conſueuerint coram infidelibus non fari; vel contra Domini conſilium, tam ſanctum panem canibus dare, vel tam prætioſas margaritas proiicere ante porcos. Et meritò eum ſæpe nec ipſi plus fideles capaces dignoſcantur. Fidelium nanque capita Apoſtoli extitere; de quibus tamen Chriſtus; *Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò.*

Arcana vt euulganda.

Math 7.6.

Ioan.16.12.

22. Ergo Chriſti Melchiſedech eximius quondam typus, & Chriſtus poſtea Sacerdos verus, *Secundum ordinem Melchiſedech*; vt dicitur à Vate. Non autem quaſi particeps Melchiſedechiani Sacerdotij, ſed quaſi illius fons, faſtigium, & fundamentum; atque illius Regis vmbræ veriſſimum iam corpus, in Sacrificio ſui corporis donati propter homines. Id verò in Cœnæ Sacro, non quidem in Crucis ara; vbi cruentè ſacrificauit, & plus Aaronicus quam Melchiſedechianus Sacerdos ibi viſus. Ideo autem plus Aaronicus; quia licet Melchiſedechianus in Cœna verè fuerit; in Cruce non ſic fuit Aaronici inſtituti, ſed potiùs nullo modo. Nam victima cruenta quam obtulit in Cruce, non fuit ex præſcriptis in ordine prędicto; tum quia caro hominis in Gen. prohibita; tum quia Aaronicarum imperfectione prorſus carens; ad Hebr. 7. tum demũ quia per ipſum cruentum Sacrificium Aaronis Sacrificia cruenta ſepeliuit; & quomodo Sacerdos illius eſſet Ordinis, quem penitus deleuit? Ex Ordine dicendus Aaronis tantùm illic; non verò ſecundum ordinem; qui vnicus in Sacrificio nec Ordinis ſucceſſionem inuenit, nec reliquit; at Sacerdos ſecundum Ordinem Melchiſedechianæ functionis, quam ordine præfixo reliquit in perpetuũ; *Hoc facite in meam commemorationem.* Suarez tom. 3. in 3. D. Tho. diſp. 46. ſect. 4.

Pſal.109 4.

Secundum ordinẽ Melchiſedech Sacerdos vbi Chriſtus.

Gen. 9. 6.
Hebr.7.18.

An etiam ſecundum Ordinem Aaronicum Sacerdos.

Luc 22.19.
Suarez.

Ideo Rex de quo nunc agimus, *Dei filio aſſimilatus; manet Sacerdos in perpetuum*; vt loquitur Apoſtolus; & Dei Filius qui ſaluare in perpetuum ſolus poteſt, tam valde aſſimilationem Melchiſedechi ſuperauit, vt cum laude iſtius Sancti, cum quo ille comparatur, de Chriſto ſubligetur; *Talis enim decebat, vt nobis eſſet Pontifex, Sanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus & excelſior cælis factus.* O mirus Rex iuſtitiæ qui cælos ſupergrederis! Meritò ergo Melchiſedech vt terram & cælum ſuperans, quantumlibet in vmbra; vbi vmbra Chriſti dicitur, dicitur etiam immediatè, ſine patre & ſine matre; ac ſine aliquo dierum vel fine vel principio. Nam Chriſtus in humana natura ſine patre; & in Diuina ſine matre; in

Hebr.7.3.
N. 26.
N. 3.

Sine patre & ſine ma-

Google

ire cur dictus Melchiſedech, & ſine vitæ terminis. Iſai 53. 8.

vtraque vero ſine notitia genealogiæ. Generationem quippe eios, vel de patre ſine matre io cælis procedente; vel de matre ſine patre in terris prodeunte quis prorſus enarrabit? Quiſve finem atque principium illius, qui hęc duo in lib. Apoc. inefabiliter exiſtit profati tandem poterit?

Vt ſine patre & ſine matre ſit Chriſtianũ Sacerdotium. Anſelmus.

23. Anſelmus hæc inflectit ad noſtros Sacerdotes, qui per generationem & ſucceſſiooem carnalem non ſuccedont, ſed per creationem & ordinatiouẽ ſpititualis qualitatis; quos non pro patrum ſanguine, ſed pro vitæ ſuæ merito contendit eligendos; nec attendendam cuius generis, ſed potiùs cuius meriti. Vel ſine patre & ſine matre, quia ſine carne & ſine ſanguine Melchiſedechianus & Chriſtianus Sacerdos eſſe debet; tam reſpectu caſtitatis integerrimè ſeruandæ; quàm omnis ſanctitatis; & æquitatis verſus alios.

1. Cor. 7. 29.

Caſtitatis primum in ſe, quia vxoratis inquit Paulus; *Et qui habent vxores, tanquam non habentes ſint*; Si illis verò tale dicitur, quid erit exigendum à viris Sacerdotibus?

Anton. de Molina.

Molina in Inſtruct. tract. 1. cap. 2. §. a. Deinde ſanctitatis cuioſque ſpeciei; nam *ſanctos Sancta decent*; ne ſanguinem Dei Filij à nobis cõſecratum perturbet noſter ſanguis; vel reſpectus ſæculares Ecclesiam Dei commoueaot. Reſpectus enim quo Fideles vinciontur, & Eccleſiæ mancipantur, ſpiritualis tantùm eſt.

Iuſtitię & pacis Rex Sacerdos eſſe debet.

Si autem ſpiritualis Eccleſia noo extiterit, ſed preſſiùs ſęcularis, quis eam venerabitur? vel ſpiritum conſiderabit, vbi de ſpiritu non agitur? Hinc Fides multùm pendet; hinc gregis Chriſti ſalus. Tandem autem verſus alios mirificæ æquitatis; tam iuſtitiam adminiſtrando, inſtitiæ Melchiſedech hęredes Sacerdotes, quàm pacem procurando ſtudio iofatigabili. Annexa nanque ideo ioſtitia & pax huic Regi, qoia Rectoribos Chriſtianis hoc iuſtum & ſummè decens, iuſtitiam & pacem ouibus fidelibus exquirere; at lupis dirum bellum perpetuò conoocare.

De parentibus Melchiſedech quæ nomina aſferantur.

Hinc puto cum Bolducio lib. 2. cap. 10. de Eccleſ. ante legem, non firma ſed infirma eſſe nomina quæ Epiphanius hęr. 55. de Regis Melchiſedech parentibus adducit; Heraclam illius patrem, & Aſtaroth illius matrem ſcribens nuncupatos. Nam cum Paulus ob myſteria ſine patre & ſine matre affirmet hunc Dynaſtam, difficile ſit credi tu, voluiſſe Deum vt nomina paterent eius patrum.

De Melchiſedechiani Sacerdotij diuerſitate à Sacerdotio Aaronico, & legali.

24. HÆc elatet ex materia & forma exterioti, quæ multiplex & cruenta fiebat in Aaronico, incruenta verò & vnica, ex duplici ſubſtantia ad vnum cibom hominis natoraliter directa, nimirum ex pane & vino, in noſtro Sacrificio. Quod incruentum in pane tantùm à mundi natalitiis, Rex iſte vino cæpit otnare, & immolare; vt affert Genebrardus, & Oecumenius ad Hebr. Additur autem per Bolducium lib. 1. cap. 13. in Oggio Chriſtiano, id in templo Ieroſolymitano frequenter deuouiſſe. Et Iſaacum Melchiſedech in futurum Summum Pontificem Eccleſiæ conſecraſſe, illis verbis, quibus poſtea is Sanctus filiom ſuum ſub mortem benedixit;

Gen. 27. 28.

Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti & vini. Seruiant tibi populi, & adorent te tribus; eſto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ. Qui maledixerit tibi ſit ille maledictus; & qui maledixerit tibi, benedictionibus repleatur.

Iſaac factus per Melchiſedech Eccleſiæ Summus Pontifex.

Cooſueuiſſéque Patriarchas hac formula ante mortẽ filios ſuos primogenitos ad munia SacroSancta creare Sacerdotes; idque manuum impoſitione, & veſtibus peroptimis; quod Melchiſedechi Sacrificiom ex pane & vino factum corroborat vllatenos.

Patriarchæ vt filios ſuos crearint Sacerdotes.

Etſi Bolducius Melchiſedech Sem filium Noë aſſerat, qoa via non tam vigens hæc manet confirmatio.

Gen 14. 18. Pſal. 109. 4. Hebr. 7. per totum.

Certiores ſunt quàmualde aſſertiones Scripturæ. Nam & Melchiſedech in Chriſti vmbram panem & vinum ſacrificaſſe, ſcribitur in Gen. adiunctis tũ Dauidis tum Pauli teſtimoniis, de Chriſto panem illum ac vinum interpretantibus. Et Chriſti ſanè panis ac vinum Sacramentale non ſemel ibi patent. Vinum quidem in Iſaia, eodem Domino dicente; *Torcular calcaui ſolus.*

Iſai. 63. 3.

Quo loci ſuum ſanguinem expreſſum Crucis pręlo propterea vinom vocat; quia vini ſub ſpecie Fidelibus hunc dedit: Pagninus lib. 10. Iſago. ſup. Bibli. cap. 39.

Pagninus.

Panis & vini Sacramentalis antiqua Vaticinia.

Panem verò io Ieremia; *Mittamus lignum in panem eius*; hoc eſt, in corpus eius; vt explicat Hieronymus; & Tertullianus lib. 4. aduerſos Marcionem; vbi multa lubens fatur pro iſto Vaticinio. Panem autem & vinum ſimul in illo Iacob ſenis, prophetantis in hunc modum ſub Iuda de Dei Filio;

Gen. 49 11.

Ligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem aſinam ſuam. Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum. Nam pullus iugo legis Moſaycæ non ſubactus, Gentilis fuit populus; aſina verò gens Iudaica, ſub eius graui pondere multimodè depreſſa; vnde & aſina ſubiugalis vocatur in Matthæo;

Matt. 21. 5.

Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus, & ſedens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium ſubiugalis. His nanqoe inſedit Chriſtus, & licet modo vario, inequitat per orbẽ; ac eos in inſtitutiooe Sanctiſſimæ Euchariſtiæ vineæ & viti Sacramentali ligauit verbis illis;

Ioan. 6. 55.

Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis. Quæ enim religatio vt iſta dari poterit tam valde coarctata? Bene igitur duplicatur parabola hoius vineæ, & in ſecunda parte dicitur; *Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum.* Stolam enim & ſuum pallium, ſeo Synagogam & Chriſtianiſmum quibus tegitor in mundo emundat vino iſto; & qui illo non mundabitur, immundus ſemper erit. Vbi licet tantùm mentio de vino inueniatur, dicere

poſſumus

Matt. 26. 28.

poſſumus cum Pagnino hîc proximè relato, pendente Matthæi verba; *Hic eſt calix ſanguinis mei noui teſtamenti. Nullius corporis* (ſcribit ille) *ſanguis eſſe poteſt, niſi tantùm carnis. Ita probatio ſanguinis de teſtimonio carnis; probatio verò carnis de teſtimonio ſanguinis.*

De Sacrificio Melchiſedech pro alio à Chriſto facto teſtantur omnes Patres.

25. Nec panis atque vinum Sacrificij Melchiſedech non reperiuntur apud P. P. conciliara pani & vino quę Chriſtus in ſui corporis velamen nobis dedit; imò ratio honorificentiſſima oſtenditur de hoc in S. Cypriano Epiſt. ad Cycil. & ſerm. in Cœn. Dom. in Auguſtino ad Ionocent. Epiſtol. 95. & lib. 16. cap. 22. de Ciuit. D. & lib. 17. cap. 17. & lib. 18. cap. 35. & in Pſal. 109. cum aliis multis locis; in Caſſiodoro eod. Pſal. & in Ambroſ. de Sacram. lib. 4. cap. 3. ac etiam ſexto cap. & lib. 5. cap. 1. in Hieronym. ad Euagrium latiſſimo de hac re; & in Epiſtol. ad Marcellam. in Euſebij demonſtr. lib. 5. cap. 3. in S. Leone ſer. 2. de aſſumpſione ad Pontific. ac tandem in Miſſę Canone; & in omnibus tangentibus, vel iſtum locum Gen. vel Pſalm. 109. vel Epiſtol. ad Hebræ. è quibus pro veritatis ſtudio dicti ſatis.

Genebrardus. Galatinus.

Sed nec ipſos cæcitatis Iudaicæ ſectatores hoc ipſum quondam latuit, vt ſuper Pſal. 109. Genebrardus aſſeuerat; & Galatinus qui ex eis aſſumptus eſt ad noſtros, de arcanis Sacræ Scripturæ lib. 10. cap. 4. vbi ille tam diffuſus, vt mihi nunc ſufficiat, exprimere eius ſuccum. Ait autem Rab. Salomonem totum Pſal. 71. de Chriſto nun libenter, ſed violenter, à veritate compulſum elucidaſſe; nam pro verſu 16. *Et erit firmamentum in terra, in ſummis montium*; habetur in Hebraico; *Et erit placenta frumenti in terra*; quod compulit Salomonem, vt de futuro Sacrificio exponeret hæc verba. Sed clariùs liber quidam vocatus Chetubot, id eſt, Sponſalitiorum in cap. Sene Dayyane, nimirum, duo iudices. Et etiam Rab. Ionathas Vzielis filius, explanans ipſum Pſal. per iſtam verſionem; *Et erit Sacrificium panis in terra, in capite montium Eccleſiæ, id eſt, in capitibus Sacerdotum, qui ſunt in Eccleſia.* Nec aliuſmodi Rab. Hadarſan in expoſitione lib. Gen. Oſeæ verba citans; *In funiculis Adam traham eos, in vinculis amoris, & inclinabo ad eum cibum, vel comeſtionem*; Quæ ille ſic expendit: *Et inclinabo ad eum cibum bonum, ſuauem & magnum, cui non eſt alius ſimilis, de quo dictum eſt in Pſal. 71. Et erit placenta frumenti, vel fruſtum panis in terra.* Et tandem Rab. Aramban, qui ad illa Pſaltis verba *Et pane cæli ſaturauit eos*; Pſ. 104. huiuſmodi profatur; *Proiecit de cælis in terram pulchritudinem Iſrael.* Quam pulchritudinem Iſrael exponit Galatinus de noſtro Redemptore, dicente de ſe ipſo; *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi, &c.*

Pſal. 71. 16.

De pane & vino Melchiſedech Rabbini quid nam dixerint.

Rab. Ionathas.

Rab. Hadarſan. Oſeas 11. 4.

Rab. Aramban.

Hæc ille, quibus nulla de pane & vino Melchiſedech ſuperſunt colliganda, niſi Chryſoſtomus ſup. Gen. hom. 34. ſic loquens de hac vmbra; *Vidensi typum, cogita, oro, & veritatem, & admirare Diuinarū Scripturarum conſonantiam; quomodo ſuperioribus*

Chryſoſtomus.

A *ſæculis, & ab initio, futura præſignata ſint* Sed & Ferus prudentiſſimè ad iſtum locū Gen. *Omnia in hac figura fuere præoſtenſa; adeo, vt hæc vna ſecū ipſa multas contentiones ſedare poſſet, ſi rectè attenderetur; ac tantopere ſpiritum quæreremus, quantùm propter verba concertamus. Ad hoc enim deuentum eſt apud quoſdam, vt Scripturarum interpretatio nihil aliud ſit, quàm verborum concertatio; dumque vnus editionem vulgatam, alius Græcam, alius Hebraicam citat, interim ſenſum amittimus; imò accedentibus affectibus, manifeſtum errorem potiùs admittimus, quàm nos vinci patiamur; ſicque nimium altercando, veritas amittitur. Id quod circa hoc Sacrificium contingit; iuſto tamen Dei iudicio; quia enim hactenus tam indeuotos & ingratos nos exhibuimus, iuſto Dei iudicio permittit ipſe Dominus, vt eo ſpoliemur: quemadmodum* B *& olim, cum Iudæi templo & terra promiſſa abuterentur, permiſit Deus, vt templum exureretur*; Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum.

Ferus.

Contentio in diſputando quę mala ſecum afferat.

De antiquitate iſtius Ordinis, ad alium legis veteris.

26. IN Abele, neque ſemel Enarrat. 22. & Enarrat. 24. de incruenti Sacrificij antiquitate ſuper cruentum abundè ſcriptum eſt; vnde Adamum ſolitum eſſe frumentum deuouere, & filium eius maiorem natu, vt nobiliùs & antiquius hunc Sacrificium ſuſcepiſſe, cuius reſpectu nullo modo, ſed diſpoſitionis ſuæ malæ deſ- C pectus ille fuit, ibidem dictū manſit. Quare tantùm adijciendum, Melchiſedechianum Sacrificium, non poſt ſæcula quàm multa, vt Aaronicum circa annum 2256. à mundo fabricato, ſed ab ipſo mundi initio, initia deſumpſiſſe; niſi forſitan ab abyſſo prædeſtinationis ſempiternæ dixerimus hoc factum, cum Ambroſ. lib. 4. cap. 3. de Sacramen. apud Pagninum in Iſago. lib. 10. cap. 27. quo loci ſic pro nobis: *Accipe quæ dico, anteriora & diuiniora eſſe myſteria Chriſtianorum, quam myſteria Iudæorum; quia Iudæi à Iuda Abrahami pronepote; & manna multò poſtea ſub Moyſe pluit populo. At Euchariſtia in Melchiſedech, qui benedixit Abrahamo, & obtulit panem & vinum, micare in mun-* D *do capit. Vnde populum Chriſtianum prius eſſe quàm populum Iudæorum ſcias; quia alij à prædeſtinatione, alij verò à denominatione poſt tempora incepere.* Nota verbum à prædeſtinatione, quæ vtique eſt æterna.

Vtriuſque Sacrificij, Melchiſedechiani, atque Moſayci in antiquitate quod diſcrimen.

S Ambroſ.

Eccleſia & Chriſtiani, Synagoga atque Iudæis quam ſint antiquiores.

Euſebius Emiſſe. hom. 5. temp. Paſch. *Dum ergo à præputio, id eſt à Gentili Circumciſio futura benedicitur, Eccleſiæ gloria prædicatur, & Synagoga infidelis plebs ex Gentibus acquiſita præponitur.* Et Hieronymus ad Euagrium: *Melchiſedech ante Circumciſionem perfunctus Sacerdotio; vt non gentes ex Iudæis, ſed Iudæi à Gentibus Sacerdotium acceperint Neque vnctus oleo Sacerdotali, vt Moyſis præcepta conſtituunt, ſed oleo exultationis, & Fidei puritate.* Hos ſequitur Valentia in Pſal. 109. aduertens à Gentili non tantùm Iudæorum

Emiſſenus.

Hieronymus.

Iacobus de Valent. patentem benedictū, ſed in hominis Gentilis ædificatum templum area 2. Reg. 24.
2. Reg. 24. 23 n. 23. & Gentiles fuiſſe eius tam latomos, quàm fabros; vt denotaretur Synagogam
Templum quare per Gentiles & in Gentilis viri area extiterit fundatum. in Eccleſiam pòſt transfuſam, ædificatum iri in Gentibus, & maximè ampliandum; & inſuper has eſſe antiquiores quam Iudæi, & aptiores ad Dei cultum habendum, & venerandum.

De Melchiſedechiani Sacerdotij æternitate, & perpetuitate à Pſalte commendata.

27. HÆc ſectio à præcedenti diſſentit, atque pariter cum illamet conſentit; ad æternitatem nanque accedit, ſed tamen nuoquam peruenit, imò recedit naturaliter vetuſtas quæquæ annoſior; nam antiquum ex antiquitate iam finem præſefert, initiumque ſupponit, queis caret perpetuitas, qoare bene vtroque titulo poſt illam venit iſta (inter res Melchiſedech digniſſima explicatu) idooeè inueſtiganda.

Porro æternitas de qua inquit Diuinus
Pſal 109. 4. citharoedus *Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech*; non de æternitate
Æternitas Melchiſedechiani Sacerdotij quænam ſit. ſoli Deo tam fine quàm principio naturaliter carente, oporter explicari. Licet eoim Deus ſit Chriſtus de quo ibidem loquitur, non tamen tanquam Deus, ſed ſolùm tanquam homo Sacerdos ipſe fuit; diceote D.
Hebræ 5. 1. Paulo; *Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in iis quæ ſunt ad Deum.* Et ſecundum ordinem Melchiſedech, nempe, hominis, noo Dei, Sacerdos in æternom. Neque aliqoid iocontrarium
Iuſiurandū rebus additum in illis vt ſe habeat. euincit iuſiurandum adductum per Pſalmiſtam; *Iurauit Dominus & non pœnitebit eum; Tu es Sacerdos in æternum*; quia iuramentum, rei cui additur, naturam ſemper ſequitur.

Temporalitas & æternitas in quanam re ſint æqua. Ergo æternitas de qua hîc duratio eſt temporalis, & omnium temporum ac ſæculorum protenſa durabilitas, æternitati non abſimilis, in eo quòd æternitas dumtaxat Deo competens, nec finem nec principium dierum quoduis habet, cum finis & priocipium æternitatis Deo inſint, qui cū principium ſine principio & fiois ſine fine na-
Apocal. 1. 8. tura exiſtat propria; *Ego ſum alpha & omega, principium & finis*; duobus iſtis caret. Et
D
temporum durabilitas nec principium neque finem à mundo ſeparata, ſed prorſus mundo indita, innexaque nanciſcitur, ita vt ſanè cum principio creato naturali habuerit principium, & finem ſuo tempore habitura ſit cum fine.

Tale autem Melchiſedechianum putandum Sacerdotium; quod incipiens cū priocipio creationis vniuerſi, vt n. præceden. eſt ſatis delibatum, veraciter niſi cum fine illius finietur. Nam ceſſatio Sacrificij, quæ
Daniel 8. 11 & 12. 11. temporibus Antichriſti à Daniele prophetatur, de poblico Sacrificio dumtaxat explicatur. In fine igitur ſupremo finietur Sacrificium, quod à principio ſæculorum per-

A
uenit vſque ad Chriſtum, & in eo continuatum, confirmatum & illuſtratum tam miro modo fuit, vt ipſius Chriſti corpore nobilitatum, ex eo tempore, in omnia muu-
di ſæcula, Euangelij iuxta verba; *Ecce ego* *Matt. 28 20.*
vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi; durabit inconcuſſum. Quo ſenſu redit
iterum ſententia D. Pauli; *Sine patre, ſine* *Hebræ. 7. 3.*
matre; ſine genealogia, neque initium dierum nec finem vitæ habens; aſſimilatus autem Filio Dei *Melchiſedech cur ſine patre.*
manet Sacerdos in æternum. Quam Bolducius de ante legem lib. 2. cap. 12. colluſtrat in
hunc modum; *Melchiſedech qui ſine genealo-* *Bolducius.*
gia mortuus videbatur, viuit in Chriſto; Sacer- *Cur Papa ſic dicatur.*
dotes antē Leuitici, qui in genealogia Abrahami notiſſima viuebant, mortui ſunt in Chriſto. Qua mente & Papam noſtrum, vt omoium pa-
B
trum Patrem huiuſmodi vocatum, ſine patre & ſine matre, ſine principio, & ſine fioe conſtituit ſæculorum, quia ab Adamo Chriſtianum promanat Pontificium, ſæculorum citra finem haudquaquam finiendum.

Nec mireris Chriſti in morte, quæ Sacerdotij, & Sacrificiorū cunctorum vita fuit,
mortuos eſſe Sacerdotes Aaronici inſtituti, *Sacerdotis Chriſtiani perpetua durabilitas egregiè cōprobata.*
& Sacerdotium illorum hominum; nam Sacrificiū Chriſti corporis ex propria qualitate *Mors eſt malis, vita bonis*, quapropter Sacrificia in comparationem noſtri mala, ſunt mortua in Chriſti morte Sacrificium verò optimum eſt; vita cumulatum, & vſque ad mundi metam perenniter ſeruatum.

28. Firmatur hæcce firmitas dioino ex iuramento, quod aliud nihil fuit, quàm huius
C
Melchiſedechiani Sacerdotij confirmatio, & Aaronici infirmatio; ſtabilito nanque vno iam aliud non ſtabat, imò Deum præcedentis Sacerdotij pœoitebat, & ſubſe-
quens hilaritate iucunda perfundebat; *Iu-* *Pſal. 109. 4.*
rauit Dominus, & non pœnitebit eum; Tu es
Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Non quia retractatio & pœnitentia in Deum cadat; ſed quia effectus Deus externos ſæpe mutat, qui in affectibus & diſpoſitione interna eſt immotabilis. *Vbi æternitas in Scriptura Melchiſedechiani Sacrificij iurata inuenitatur.*

Fuit iſtud iuramentum ſolemniter emiſſum, quando Abrabæ de Dei Filio eſt facta
ſtipulatio; *Permemet ipſum iuraui, dicit Do-* *Geneſ. 22. à n. 16.*
minus, quia feciſti rem hanc, & non pepercisti filio tuo vnigenito, — benedicam tibi, & benedicentur in te omnes tribus terræ. Nam quamuis
Abrahæ no hæc facta ſit promiſſio, non qui- *Sacerdotū eſt benedicere, & inde Sacerdotiū Eccleſiæ cōprobatur.*
D
dem ſub Aaronis Sacerdotio facta fuit, ſed potiùs ſub diuerſo; gentili dando populo, & cunctis nationibus, contentis ſub eloquiis; *Et benedicentur in te omnes tribus terræ.* *Hebræ. 7. 7.*
Nam benedicere res eſt concernens Sacerdotium Gen. 14. 19. Hebræ. 7. n. 7. & henedicere omnes gentes Sacrificium quod pro omnibus in poſterum daretur, conce-
deretur in perpetuum. Ergo dandum non *Pſal 67. 30.*
cruentè, nec vno tantùm templo, vt aliud, circunſcriptum. Sed cunctis mundi geotibus, & incruentè, quò oblatio, vt eſt in Malachia immolari poſſet munda in cunctis orbis locis; de quo tandē dixit Chriſtus
illius inſtitotor; *Hic eſt ſanguis meus noui &* *Malach. 1 11*
æterni teſtamenti; id eſt, noui, & priſci ritus;
noui

noui in me, ſed priſci in panis & vini ſpeciebus; nam quantumuis in Euangelio hoc verbum *æterni* deſit; ſic eſt in Miſſæ Canone; & diuerſitatis huius ratio in cap. *Cum Martha*, de *Celebr. Miſſarum.*

29. Hæretici æternitatem Euchariſtici Sacrificij in aliud Crucis regerũt; tum quia æternus Chriſtus, qui illud celebrauit, tum quia effectus eius æternus, vt colligitur ex verbis Apoſtolicis; *Sed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta æterna redemptione inuenta.* Sed malè in re vtraque. In prima, quia Chriſtus non quatenus æternus, vel Deus Sacerdos eſt, vt diximus recenter. In ſecunda verò quia æternus in efficatia non fuit Crucis fructus; aliter enim indifferenter quicunque ſaluarentur; ſed æternus in ſufficientia, quę per Sacrificium debet aliud ad ſingulares applicari. Ergo per iſtud Melchiſedechianum à Chriſto renouatum, & in ſuo corpore creatum, appoſitè applicandum. Ideo nanque æternum dicitur; quia coæternos ſibi habet & indeſinentes Sacerdotes, qui non præteritum ſed præſentem, imò præteritum atq; præſentem deuoueant Sacrificium; vt deſumitur ex eloquiis ipſius D. Pauli; *Omnis Pontifex ad offerendum munera & hoſtias conſtituitur. Vnde neceſſe eſt, & hunc habere aliquid quod offerat.* Nimirum de præſenti. Hæc ergo Sacerdotij æternitas eſt noſtri; quod in verbis *ſecundum ordinem*, ex Pſal. 109. Sacerdotum inſeruientium ſucceſſionẽ clarè indicat; ſed ſucceſſionem non defecturam. Aliàs quæque Sacrificia, & Noëmicum præſertim, cui effectus pene æternus tribuitur in Gen. ratione effectus ſui æterna dici poſſent. At qui iſtud hocce nomine tantummodo donatur; ergo æternum propter hoc, & oppoſita argumenta, futilia, vana, & falſa.

Hebr. 9. 12.

Dubia quędam contra æternitatẽ prædictam diſſoluta.

Hebr ꝭ3.

Gen 8 21.

Sic Catholici DD. & in primis Auguſtinus lib. 1. cap. 20. contra aduerſ. leg. & Proph. & Theophylactus ad Hebr. 5. Caſſiodorus; Oecumenius; Primaſius & Anſelmus, ad ipſum 5. caput; & Genebrardus pereleganter in Pſal. 109. Quoniam autem ex inimicis venuſtior prodit veritas, videatur de hac re Rab. Moyſ. Hadarſan apud Lyram eodem Pſalmo. Et Galatinus de arcanis lib. 10. cap. 5. vbi tempore Meſſiæ Sacrificia ceſſatura & Sacrificium panis tantùm ac vini duraturum, oſtendit ex Rabbinis; quorum quidem teſtimonia vt clariſſima & antiquiſſima, ſic etiam ſunt fortiſſima aduerſus quoſque hoſtes.

Quid ſentiant de hac re Catholici & Rabbini.

De Ordinis Melchiſedech maioritate ſuper alium.

30. IN omnibus Philoſophiæ pręedicamẽtis celeberrimis, Melchiſedechianum noſtrum ſuperat antiqua ſacrificia. In ſubſtantia quia antiqua de carnibus & ſanguine brutorom tantùm erant, noſtrum autem de Chriſti corpore, pretioſiſſimóque ſanguine. Vnde & noſtrum ſacrificium antiqua reprobauit; *Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatem eius & inutilitatem.* De quo multa ſanctus idem. Et Abraham Regi Sacerdoti imperfectionis ſignum decimas perſoluit, vt ſciremus, imperfecta eſſe futura Abrahamica inſtituta, poſt Dei acceptum ſignum; & Melchiſedechianum ſolum tale, vt redderet perfectos cultores veros ſuos. Qua admiratione dixit Paulus; *Intuemini autem quantus ſit iſte, cui decimas dedit de præcipuis Abraham Patriarcha.* Quo loci non exiſtimes, & Chriſtum tunc in lumbis Abrahami conſiſtentem, has decimas ſoluiſſe imperfectionis alicuius. Nam cum Melchiſedech in iſto loco ſit potior Abrahamo, & vterque Chriſti vmbra, plus erant ei ſolutæ; quàm ipſas perſoluebat. Præterea quòd & Chriſtus in Abrahami lumbis erat, non per modum generationis peccato maculantis, ſed ſolummodo per modum ſubſtantiæ generatæ; ſeu in terminis ſcholaſticis; non ſecundum rationem ſeminalem, ſed ſecundum corporalem ſubſtantiam; de quo latè D. Thu. in ſua 3. p. q. 31. art. 8.

Hebr. 7. 18.

Hebr. 7. 4.

Vt in cunctis prædicamentis antiqua Sacrificia excedat Chriſtianam.

D. Tho.

In quantitate, quia pauca antiqua Sacrificia reſpectu Chriſtiani, quod in tot orbibus, & Regnis, in tot Eccleſiis & altaribus aſſiduè celebratur; non vt antiqua in Reguo vno; *Notus in Iudæa Deus*; & ibi in vno templo. *A templo tuo quod eſt in Ieruſalem tibi offerent Reges munera.*

Pſal. 75. 1.
Pſal. 67. 30.

In qualitate, quia mundior, decentior, atque aptior ad immolandum & diſtribuendum hæc cunctis eſt oblatio. Vnde appellatur oblatio munda antonomaſticè in Malachia; & in omni loco oblata; quod redit in quautitatem; *Ab ortu enim Solis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus; & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.*

Malach. 1. 11

In relatione quia ad Deum referimur per Deum, & per verum Filium Dei in noſtro Sacrificio, ac per filium ſimul hominis, vt Chriſtus nuncupatur; ſeu per generis, quod eſt idem, humani expreſſionem, nobiliorem rebus cunctis humanis, & terrenis; non per filios pecorinos hircorum fœtidorum, arietum, & taurorum; de quibus, & magnificè, pro ſacris faciendis, dicebat Rex Propheta; *Afferte Domino filij Dei; afferte Domino filios arietum. Afferte Domino gloriam & honorem; afferte Domino gloriam nomini eius. Adorate Dominum in atrio ſancto eius.* Vt dicere nos poſſumus; *Afferte Domino Filium Dei; Afferte Domino Filium hominis; non filios iam arietum; ſed tantùm Dei & hominis.* Quapropter ſine comparatione afferimus hîc Domino maiorem longe gloriam; oblatam non in atrio vt priſca Sacrificia, ſed in Sanctorum ſemper ſancta; & non adeo ſubter alas duorum Cherubim, quàm potiùs ſuper Cherubim & Seraphim volatum, & ſuper omnia, quæ non ſunt Deus; ſeu adhuc ſupra Deum; nam Hoſtia Deus in ara, & aræ ac eius hoſtiæ ſuperior homo illic, qui vouet Sacrificium, & immolat Dei corpus.

Exeellentia quædã mira Sacrificij Chriſtiani antiqua ſuper alia.

Pſal. 28. 1. & 2.

Et ſic in cunctis aliis prædicamentis Ariſtotelis. Quando enim, ſeu duratio, ex per-

petuitate & æternitate Melchiſedechiani Sacrificij, explicata paulò ſupra, ad oculos pateſcit. Locus & ſitus, ex Malachiæ relato teſtimonio. Habitus autem ex ſpleodore cæremoniarum tam pulchrarum, quibos agitur res Sacra. Ac taodem doo vltima, quæ Actio ſunt, & Paſſio, ex Paſſione Redemptoris, & actione Sacro-ſancta, quæ ibi exercitatur. Quare Miſſa voce alia, & *Actio* nnncupatur.

De neceſſitate qua oportuit, vt Aaronicum Sacerdotium in Melchiſedechianum verteretur.

31. EX dictis inualiditas Aaronici Sacerdotij colligitur, & cernitur; & ex multis, quibus Paulus epiſtol. ad Hebr. & Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 5. imperfectionem legis veteris, & Sacrificiorum illius exprimũt, adeo vt *vmbram futurorum*, & eam, quæ *ad perfectum nihil adduxit* vocent legem; *Sacrificiáque carnalia, emundantia tantùm carnem*; & plùs gregem Sacrificiorom, quàm Sacrificia gregum vilium; eò minus validiora, quò plurima exiſtebant, vt illorum multitudo duo nobis indicaret; & ipſorum imperfectionem, & alterius pòſt venturi perfectiooem ſingularem. Solent etenim perfecta (vt Sol reſpectu luminum) eſſe vnica ſuo in genere, imperfecta verò plura, vt ſingula imperfecta pro parte ſui modica perfectum poſſint tandem effingere, & exprimere.

Hebr. 10. 1. 7. & 7. 19. & 9. 13.

Aaronis Sacrificium in Melchiſedechianum vt verteretur, quæ fuerit neceſſitas.

Hinc optimè conuincitur, indigentia qoanta fuerit, vt Aaronicum Sacrificium in Melchiſedechianum verteretur; nam cum illud non ſufficeret ad homines ſaloandos, aliud Ordinis diuerſi, quo opus tantum fieret, venire congruebat. Quoniam autem in Scriptura duorum tantum Ordinum Aaronis, & Melchiſedech, memoria celebratur, decebat, vt inutili Aaronis reprobato, qui pecora litabat, alius mox Melchiſedech in paoe & vino offerens, poſt illum ſubintraret. Tale aotem fuit Chriſti, qui quidem corpus ſuom & ſangoinem ſub pane & vino conſecrauit; vt Diuinam in nos viodictam, Diuino quoque xenio placare rectè poſſet; nec enim niſi xenio Diuino furor Dei completè mitigatur.

32. Dices, noſtrum Melchiſedech Aaronem præceſſiſſe, ac proinde eius figuram quodammodo fuiſſe, & indebitè Melchiſedech renouari Sacrificium, cum per aliod ſuperueniens Aaronici inſtituti, extinctum verè fuerit, & prorſos antiquatum.

At primo reſpondetur, à nemine hoc putari. Nec etenim figuræ vt alibi monuimus, figura datur verè: verùm vtrumqoe proportione figuras Chriſti eſſe; Aaronem magis propriam io re ſignificata, qoia carnes Chriſti carnem ſignificantes, immolabat; Melchiſedechom verò magis in re ſignificante, quia panem & vinum tantùm, vt Chriſtus, offerebat; D. Tho. 3. p. q. 61. art. 3. Quamuis panis atqoe vinum alimentorum nobi- A liſſima, non malè carnem & ſanguinem, elborum longe optima, adumbrent Chriſti Domini; præſertim, cum ſpecies in Miſſa ſeparatæ ſeparationem Chriſti ſanguinis à corpote ad ſignificent. D. Tho. 3. p. q. 74. art. 1.

Figura an ſit figuræ.

D. Tho.

Ex duobus Sacerdotiis cruento & incruento quæ potior Chriſti vmbra.

Secundo autem dari congruè reſponſum tale poteſt. Non antiquatum, ſed ioſinuatum tantummodo in Scriptura Melchiſedechi Sacrificium; oam cum Ordo iſtius Sancti in nullo loco textus Diuini deſcribatur, & tamen memoretur, oportebat proculdubio, vt poſtea excitaretur, ſeu potiùs fuodaretur; dum olim nullus Ordo vel tempore breuiſſimo, illius planè viguit. Ordo enim ſoccesſionem diuerſarum perſonarum ſupponit ex ſe ipſo; ſed ſic eſt, quòd Melchi- B ſedech nec patrem, neque matrem, neqoe aliam ſucceſſionem, principium, finemve babniſſe diuulgatur, ergo Ordinem non fecit, ſed tantùm initiauit, qui erat propter hoc aliquando reſtauraodus, & in eius Sacrificio, in pane & vino facto, continuandus, & implendus. Illud quippe qood Bolducius in hac ipſa Enar. ſuperiùs aſſeuerat, nempe Iſaacum Melchiſedech in ſucceſſorem delegiſſe, neque dicitur in Scriptura, neque ſucceſſio dici poteſt, cum fuerit inſtituta pro alio Sacerdotio Aaronico, videlicet, cuius ſtirpis ille erat, vt geous Abrahami. Quod tamen à veritatis ſcopo non abhorret, quandoquidem Melchiſedech tunc ſuum Sacerdotium in alio quouis homine non eſſe proſequendum peroptimè cognoſcens, Pontificatum ſummum ad ordi- C nem diuerſum tranſmutauit, quemadmodum ex Aaronico mutatus fuit poſtea ad noſtrum Chriſtianum.

Qaid Ordo ex ſe ſignificet, & cur ordo Melchiſedech renouari cõgruebat.

Melchiſedech in Põtificium Aaronici inſtituti Iſaacũ cur erexerit.

33. Cæterùm Chriſtus non diſſoluere, ſed adimplere legem venit; *Nolite putare, quoniam veni ſoluere legem, aut Prophetas, non veni ſoluere, ſed adimplere.* Quæ verba cum de lege indifferenter proloquantur, & vt plurimùm de lege ligata cum Prophetis, qui à ſeculi principio fuere ſemper aliqui; dicente Zacharia; *Sicut loquutus eſt per os Sanctorum, qui a ſæculo ſunt Prophetarum eius.* Hinc etiam indifferenter de vtraque lege egu, Moſayca & naturali intelligo hanc ſententiam; vt venerit adimplere imperfectionem legis veteris, & Sacrificiorum eiuſdẽ legis, per vnum perfectiſſimum cruentæ ſpeciei, quale fuit D quod in Croce Deus Filius immolauit; & adimplere continuationem Sacrificij legis oaturæ, quod poſt mortem Melchiſedech diu fuerat ioterruptum, & propemodum ſepultum per aliud Sacrificium eiuſdem prorſus formæ, quale eſt, qood in Cænaculo inſtituit idem Chriſtus. Ea tamen diuerſitate, vt Sacrificia legis veteris per alterum cruentum perfectiſſimom adimpleta, omnino finirentur; nam illa quæ adimplentur ſuaptè finiuntur. At Sacrificium legis naturæ, Melchiſedechianum, & incruentum per aliud incruentum continuatum in Chriſto Do. nequaquam finiretur, quod etenim continuatur plus incipit qoàm deſinit, & in continuatione indefinita, plus tempus ſine

Matt. 5. 18.

Luc. 1. 70.

Quã Chriſtus legem impleuerit, & quàm apte de naturali hoc etiam intelligatur.

ſine fine, quàm vllum finem reſpicit.

Quæ impletio Sacrificiorum perſimilia Sacrificia, cruentorum per cruentum, & incruentorum per incruentum, germana demonſtratur. Cur autem deſtruendo cruenta Sacrificia, quę erant legis veteris, & incruenta continuãdo, quę naturę legis erant, hoc eſſet faciendum; omiſſa ratione continuationis & impletionis recenter aſſignata,

Hebræ. 9 12

eſt adhuc duplex alia. Prima, equidem ex natura vtriuſque Sacrificij perfacilè parata, quia Sacrificia legis veteris, cum eſſent ex animantibus hominibus inferioribus, hos neutiquam valebant à culpis ſoſpitare;

Lex vetus cur debebat inueteraſcere & conſummari; at lex naturæ renouari.

Sacrificium verò legis naturę bene poterat; ante continuationem, in Chriſti corporis figuram, quam gerebant, in quo Antonica erant paria; at poſt ſuam continuationem & perfectionem ex Chriſti carne, in ſubſtantia & veritate, ipſius Chriſti corporis. Secunda verò ex vtriuſque natura legis hauſta. Nam quę fuerat temporalis, & in medio ſæculorũ poſt longum tempus data, decebat vt poſt tempus finaliter impleta, omnino finiretur; & finem tandem vltimum videret inter homi-

Hebræ. 7. 18

nes. Vlteriùs quòd lex vetus ex præcedente ratione inutilis, & infirma, ſeneſcens, &

a. 13.

interiens, & antiquanda propter id, vt loquitur Apoſtolus, natura ſua erat; qui &

7. 8.

decimas morientes appellat ob id decimas Melchiſedecho Regi noſtro per Abrahamum quondam præſtitas. Quod autem infirmum eſt, infirmitatéque procedit, naturaliter conſumitur, quod inutile, annullatur; quod antiquandum obliteratur; quod veteraſcens & ſeneſcens, ſuaptè tumulatur, & tandem quod interiens, à vita exterminatur.

Natura quàm perpetua, æterna, & ſemper naſcens exiſtat naturaliter.

Naturæ verò lex diuerſum poſtulabat, nimirum non conſumi, ſed potiùs continuari, & poſſibili continuatione ac perfectione conſummari. Quæ enim ſunt naturę, haudquaquam contabeſcunt, ſed alternis & indefeſſis prouentibus vireſcunt; ita vt tandem ſemper noua, naſcentiaque exiſtant, & perpetua viciſſitudine æſtatis atque hyemis æterna videantur.

Æterna lex naturæ, & an legem contra illam Deus ipſe poſſit condere.

Nec male, cum naturæ poteſtas ſit Diuina; & lex naturæ, lex quam Deus naturæ ipſius Auctor, præſcripſit naturalibus. Vnde fit quòd lex naturæ Diuina verè ſit, ac ideo perquammeritò æterna nuncupata & immortali firmitudine à Deo ſtabilita, ita vt etiam nec à Deo infringi quidem poſſit, nec aliqua lex fuerit ab ipſomet dictata, quæ legis naturalis obſtiterit dictamini; vt de poteſtate legis pœnalis cap. 4. ſub initium; & cap. 8. verſus finem exponit noſter Caſtro. Quapropter hæcce lex non ſolùm ab ipſo Deo debebat non abradi, ſed potiùs renouari, ac ſemper perennari.

Eccleſ. 17. 9. & 10.

34\. Quod autem lex naturæ æterna nuncupetur, Eccleſiaſticus expreſsè; *Addidit illis diſciplinam, & legem vitæ hæreditauit illos. Teſtamentum æternum conſtituit cum illis, & iuſtitiam & iudicia ſua oſtendit illis.* Nam vltra quòd de Adam & Eua tractat illic, quibus vtique naturæ lex primùm data fuit, ſtatim ſuperadditur; *Et mandauit illis vnicuique de proximo ſuo*; ſeu vnicuique ſub bis duobus, amare ſuum proximum. Hæc autem eſt lex naturæ, quò attinet ad proximos, ſub illa voce habita; *Quod tibi non vis, alteri ne facias.* Quam Chriſtus in Matthæo explicuit per hæc verba; *Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc eſt enim lex & Prophetæ.* Dixi autem lex naturę, quò attinet ad proximos; quia ſemper cultus Dei vel tacitè vel expreſsè præmittitur humano, quantumuis valde proximo; quamobrem Chriſtus ait: *Diliges Do. D. tuum ex toto corde tuo. Hoc eſt maximum & primum mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic. Diliges proximum tuum, ſicut te ipſum. In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet, & Prophetæ.*

Matth. 7. 12.

Matth. 22. 37. 38 39.

At quod deberet conſummari hæc ipſa lex æterna, aſſertum eſt. D. Pauli cum Vaticinio Ieremiæ loquentis ad Hebræ: *Vituperans enim eos dicit; Ecce dies venient, dicit Dominus: Et conſummabo ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Iuda teſtamentum nouum, non ſecundum teſtamentum, quod feci patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem illos de terra Ægypti.* Vbi aſſerit clariſſimè quòd nouum teſtamentum confirmatio & continuatio naturę legis eſt; cum hæc ipſa confirmatio non fiat cum teſtamento Iudæorum dato patribus, ſed cum illo primis noſtris parentibus indulto; *Teſtamentũ æternum conſtituit cum illis.* Vnde oritur quòd ſicut poſt illud teſtamentum, Dei tacitè intellecti, quò ad amorem ipſius Domini; ſubſequitur lex proximi; *Vnicuique mandauit Deus de proximo ſuo*; ſic in nouo teſtamento poſt legem Dei amoris in loco Matthæi vltimo, ſubtexitur & lex amandi noſtros proximos.

Hebræ 8. 8.

Ierem. 31. 31.

Euangelij naturalis continuatio & confirmatio quamualde legis ſit.

Eccleſ. 17. 9. & 10.

Hinc Euangelium & lex naturæ ſunt vnum teſtamentum, vtrobique tam æternum, quàm nouum vocitatum; hac ſola differentia, vt noſtra Chriſti lex nouũ priùs, & deinde æternum teſtamentum propterea nuncupetur, quia nouiter cum ſit à Chriſto ſtabilita, ſeu potiùs reſtituta, ad æternam mundi legem, cum qua ipſa continuatur, retrorſum quærit nexum, ac ideo primùm nouum, poſtea verò æternũ dicitur in Miſſa teſtamentum; *Hic eſt enim ſanguis meus, noui & æterni teſtamenti.* At econuerſò lex naturæ æternum teſtamentum dicatur primo loco; *Teſtamentum æternum conſtituit cum illis*; & poſtea quoque nouom; tum quia quod æternum, hoc ſemper nouum eſt; tum quia annexa Charitas in verbis ſubſequentibus; *Vnicuique mandauit Deus de proximo ſuo*, hanc ſecum ſemper optimè conſeruat nouitatem; *Charitas* (enim) *nunquam excidit* in verbis D. Pauli.

Lex Chriſti & lex naturę vt tantummodo ſint vnum, ac idem teſtamẽtum.

1. Cor. 13 8.

35\. Quæ conuerſio legis noſtræ cum prima naturali, ita vt prima ſit nouiſſima, & nouiſſima ſit prima; illa æterna & ſimul noua, hæc noua & nihilominus æterna à mundi initio, in Epiſtola priori Ioannis clarè viſitur; *Chariſſimi non mandatum nouum ſcribo vobis, ſed mandatum vetus, quod habuiſtis ab*

1. Ioan. 2. 7.

initio. Iterum mandatum nouum, quod verum eſt, & in ipſo, & in vobis. Quid pulchrius? Quid germanius? pro Euangelij continuatione cum lege naturali? & pro legis naturali conſummatione & perfectione in culmine Euangelico?

Nouum igitur teſtamentum, non obſtante nouitate, æternum in mundo eſt, quia radicatur & æternatur in ptima mundi lege; & prima mundi lex eſt nouum teſtamentum quia in eo continuatur & conſummatur perfectiſſimè. Quocirca lex naturę nequibat abrogari, ſed debebat coronari meliori Sacrificio, quod habuit ipſa lex; hoc autem nullum fuit niſi Sacrificiū Melchiſedech, in pane & vino factum; ergo in iſto condecebat naturę legem confirmari, & ad ſummitatem promoueri. Cum hæcce verò dētur in Sacrificio Chriſtiano, ad illud eſt tranſlatum, ac ſimul eleuatum Melchiſedechianum Sacrificium; quod nullatenus valebat conſiſtere cum Aaronico, ac ideo noſtrum fuit pro illo ſubſtitutum, & illud deturbatum, ac ſimul lex Moſayca eidem copulata; nam vt arguit D. Paulus, *Tranſlato Sacerdotio neceſſe eſt, vt legis tranſlatio fiat.* Videatur P. Suarez tom. 1. in 3. p. diſp. 46. ſect. 4.

Lex naturæ continuanda, & lex Moſayca reprobāda oſtenditur, & quare,

Hebræ. 7. 12

36. Firmatur hæc doctrina ex eo quòd ſalutis (cum illa quę nunc viget, vigebitque perpetuò) tres leges extiterunt, naturæ, ſcripta, & gratię, quin ideo etia à quouis dicantur teſtamenta, ſed vetus, atque nouum, quę duo ſunt tantummodo; cum tamen lex hoc ſenſu, & teſtamentum ſit res eadem; lex nanque Regis placitum, teſtamentum verò mentis teſtatio, & publicatio natura ſua ſunt. Cur autem nō hæc tria, cum totidem ſint leges? Quia nempe lex naturę cum noſtra facit vnam; quādoquidem continuata & conſummata ab iſta fuit; quare illa cum hac vnum conſtituunt teſtamentum, teſtatamque Dei vnam efficiunt voluntatem. Nam quamuis non fruſtraneè, vt tetigi in Abele, & tangam paulò infra, prę fulſerint tres leges, teſtamenta in duo tamē diuiſas tātùm ſcimus; quia ex lege naturali connexa legi gratię, reſultat vnū ſolùm; vt adhuc fiet clarius ex tribus rationibus.

Teſtamenta cur ſint duo, & leges tres exiſtant.

Prima, quia Chriſti lex in Epiſt. Iacobi vocatur verbum inſitum, quod poteſt ſaluare animas noſtras. Ergo inſitum in rē aliam, & non prope in legem veterem, ſed procul in radices naturę legis arboris, cum *Superædificati ſupra fundamentū Apoſtolorum & Prophetarum* vocemur Chriſtiani Epiſtol. ad Epheſ. Nam fundamentum Prophetarum ab illis ſeſe extulit, *Qui à ſæculo ſunt Prophetarum eius.* Vnde & *Eccleſia primitiuorum* vocamur ad Hebræos. Et hinc Chriſtus ac Apoſtoli, vt adnotat Bolducius de Eccleſ. ante leg. cap. 8. ex Patribus frequentiùs qui Moyſem præceſſere, quàm cum ſunt ſequuti, exempla retulere; Chriſtus quidem per Matthæum; *Sicut in diebus Noë, &c.* Ad Romanos verò Paulus *Credidit Abrahā Deo*; cum locis multis aliis 11. ad Hebræ. Petrus Saræ continentiam & reuerentiā in virum ſuum; ac pariter diluuium, & Angelos apoſtatas; Iacobus Abraham; Ioannes Cain peſſimum; creationiſque hiſtoriam; & Iudas Cain ipſum.

Iacob 1. 21.

Lex Chriſti & Euangelium cur dictum verbum inſitum.

Epheſ. 2. 19.

Luc. 1. 70.

Hebrę 12. 23

Matt. 24. 37

Rom. 4. 3

1 Petr. 3. 6. & 20.

2 Petr. 2. 4.

Iacob. 2. 23.

1. Ioan. 3. & 3. 12.

Iudæ, n. 11.

Secunda, quia doctrina dilectionis proximorum, qua plenę ſunt Epiſtolę Diſcipuli dilecti, & ille quò ad vixit hanc adeo prædicauit, vt diſcipuli tædio affecti interrogarint de hoc eum, & cur ſemper dilectionis eis traderet documentum, doctrina Chriſti eſt, ac omnium ſimul hominum ab ipſo mundi initio, vt conſtat ex reſponſo; *Quia præceptum Domini eſt, & ſi fiat, ſufficit*; ac inſimul ab aditu Epiſtol. prioris; *Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus, hoc annunciamus vobis, &c.* Ideo autem antiquitatis, nec non etiam tanti Domini præceptum nuncupatum; quia Dominus conſummator naturę legis fuit, & eius Prædicator. Vnde à ſæculo inculcatam, ſed à Iudæis deprauatam, in concione quadam ſua correxit hanc doctrinam. *Audiſtis quia dictum eſt antiquis* id eſt hominibus prioribus, nam Iudæi reſpectu Chriſti antiqui non dicuntur. *Diliges proximum tuum*? Hęc erat inculcatio. *Et odio habebis inimicum tuum*; Hæc erat deprauatio. *Ego autem* qui conſummator naturę legis ſum contrarium *dico vobis*; *Diligite inimicos veſtros.* Hęc enim dilectionis eſt ſummitas, ac vertex.

Lex naturæ ab Euangeliſta Ioanne prædicatur.

Matth. 5. 44

Legis naturæ conſummator, & Prædicator Chriſtus Dominus.

Et alibi interrogatus de neceſſariis pro ſalute, reſpondit huiuſcemodi; *Diliges Dominum tuum ex toto corde tuo, &c. Hoc eſt maximum, & primum mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic; Diliges proximum tuum, ſicut te ipſum. In his duobus mandatis* vniuerſa lex *pendet & Prophetæ.* Seu lex *vniuerſalis, generalis, & Regalis* vt appellatur à Iacobo; *Si tamen legem perficitis regalem, ſecundum Scripturas, Diliges proximum tuum ſicut teipſum.* Vbi debet ponderari interrogatum de hoc Chriſtum, non ad Decalogi priora, ſed ad prima legis naturę principia recurriſſe; horum nanque quæquę alia præcepta legis veteris explicationes tantú ſunt; quemadmodum cum communi Lyranus noſter docet, Matthæi loco proximo; ita vt tandem ſi naturę ſuauitatem legis homines obſeruare voluiſſent, nunquam aliam duriorem Deus legem contuliſſet; ſed quia legem amoris ingratè contempſere, rigoris legem aliam duriſſimam accepere. Amor enim Dei & proximi operatur omne bonum; *Charitas omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet.* Hinc ait Auguſtinus tract. 7. ſup. 1. Epiſtol. Ioan. *Ama, & fac quod vis.* Et de natura & gratia cap. 7. *Charitas inchoata iuſtitia eſt, prouecta verò prouecta iuſtitia.* Quod Cicero de amicitia non ſenſu ſed eloquio diuerſo ſic profatus. *Amicitia continet ciuitates, & ſi homines ſint amici, non eſt opus iuſtitia: ſi verò ſint iuſti, egent amicitia, & quod eſt maximè iuſtum, ad amicitiam maximè pertinet.*

Matt. 22. 37.

Iacob. 2. 8.

Regalis & vniuerſalis naturæ lex vocata.

Lyra.

1. Cor. 13. 7.

S. Auguſtinus.

Cicero.

Tertia, quia prima & noſtra non in tabulis lapideis, vt fuit lex Moſayca, ſed in tabulis dumtaxat ſcriptę cordis ſunt; Ierem. 31. & ad Hebrę. 8. Nam vtraque lex eſt

Ierem. 31. 32.

Hebræ. 8 a.

In cordis tabulis cur naturæ & Chriſti lex Scriptæ.

eſt eiuſdemmet amoris, ſeu vna ex his duabus primorum corda hominum, Chriſtianorumque pręcordia amore firmo ligans, nec tantùm eiuſdem amoris, ſed eiuſdem durationis viſceribus infixę; non enim velut lapides franguntur corda hominū amore colligata, ſed potiùs in adamantes viuentes conuertuntur. Lapidibus lex duris Propheticè exarata, vicinism duritiei ipſius ſibi infeſtam ſtatim experta eſt; vbi primum nanque datę, à Moyſe ſunt confractę; at ſecundę conſeruatę, & taliter ſer- A uatæ, vt nunquam ſint repertæ; in ſignum quòd lex vetus à noua frāgeretur, hæc verò ſeruaretur, vt prorſus diſpareret; vel per iugem durationem vſque in finem ſęculorum; vel per miram conuerſionē, immerſionem, & abſconſionem in ipſam legem primam, ſub qua Chriſti lex & gratiæ ſplendet atque latet, ita vt vtraque vocetur æterna & noua lex; caduca verò vetus, deficiénſque ex ſe, ac ipſum legis veteris cognomen præſefert; *Dicendo autem nouum, veterauit prius Quod autem antiquatur, & ſeneſcit, prope interitum eſt.*

Exod.31. 19.

2. Machab. 2. 6.

Primæ tabulæ cur fractæ, at ſecundæ ita ſeruatæ vt nunquam inuentæ fuerint.

Hebræ.8,13.

DE VERITATE, QVA HÆC TANDEM *tranſlatio facta fuit.*

37. EX his patet quantùm Regnum & Melchiſedechi Sacerdotium tranſlata ſint in Chriſtum, & quantùm fuerint per Chriſtum perfecta, ac conſummata; Sacerdotium in præcedentibus, Regnum autem paulò ſupra cum verba explicaremus; *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius; prædicans præceptum eius.* Quoniam autem ſpiritualiter hæc omnia dicta ſunt, videamus, vt temporaliter æqualiter ſint vera, & temporaliter tum Regnum quàm Sacerdotium Iudæorum tranſlata in Redemptorem, vt aduerſarij hæc contuentes faciliùs contabeſcant, vel conſulentes ſibi ipſis, commodiùs reſipiſcant.

Pſal.2. 6.

Chriſti Regnum temporaliter oſtenditur propalam.

Et quidem quòd Rex Chriſtus corporaliter extiterit, probatur ex elogio quo vocatur per Ioan. *Rex regum & Dominus dominantium.* Et ex titulo Regali ei dato per Pilatum, poſtea verò magnis precibus non ſolùm non reſciſo, ſed potiùs confirmato. Sed & inſuper ab ore ipſius veritatis, quæ de Regno interrogata *Tu dicis* clarè retulit. Et alibi patenter, ac vltro per Matthæum; *Data eſt mihi omnis poteſtas, in cælo & in terra.* Nec non in Vaticiniis; è quibus miſſo illo Pſalmographi allegato, & toto Pſal. 71. qui de Regno Chriſti latè & pulchrè elucidatur, egregia ſunt hæc duo; *Suſcitabo Dauid germen iuſtum, & regnabit Rex* videlicet temporaliter, *& ſapiens erit. Et tu Bethlem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda, ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Iſrael.* nimirum eodem modo, viſibili, & corporeo. An autem temporaliter in publico regimine hoc egerit aliquando, & ritè adminiſtrauerit, Suarez tom. 1. in 3. D. Tho.

Apoc.19.16.

Ioan.19.22.

Matth.27.11.

Matt.28.18.

Matt.2.6.

Michæ.5.2.

Suarez.

Illud piis nimis certum, & mihi valde aptum, à ligno Chriſtum modo non infimo imperaſſe, cum principatus ſuper humerum illius factus eſt. Et à ligno proculdubio regnare congruebat, cui erat Crux pro ſceptro; & corona, etſi ſpinea, transfixa illius capiti, pro fixo diademate, ac purpura ſui ſanguinis, pro purpura vili ſanguine muricis colorata, nec non plurima facinora & miracula ſtupenda pro facinoribus regalibus immenſè inferioribus, ibidem perpetra- B ta. Quorum vnum fuit illud Iudæorum Regnum priſcum per vim eiuſdem Crucis transfundere in Eccleſiam, vt colligere eſt perfacilè ex apparatu Baroniano præfixo tomo primo n. 6. per hæc verba: *Vltimus Iudæorum Rex fuit Antigonus, frater Hircani, qui prius ante fratrem potitus Regno fuerat. Antigonus iuſſu Antonij in Crucem actus obijt, vt teſtatur Dion Caſsius Hiſtor. Rom lib. 49. Poſt cuius Antigoni miſerabilem occubitum, licet Hircanus frater eius à regno antea expulſus adhuc in humanis eſſet, tamen moderante Herode habenas regni, eiuſdem dolo ſublatus eſt. Quocirca cum fuiſſet ereptum tribui Iuda regium ſceptrum, per fœminas in alios, ac denique in ipſos Aſſamoneos delatum, nihil ſupererat, niſi vt is mitteretur, ex antiquorum prædictionibus, qui cælitus dilapſus* C *in Iſraël regnaret, gentes regeret, regnúmque Iudaicum, quod acto in Crucem Antigono fuerat extinctum, per Crucem quam ſubiret, reſtitueret, & amplioribus ſpatiis propagaret.*

Iſai.9. 6.

A Cruce Chriſti Regnum propalam demonſtratur.

Baronius.

Per Crucem vt Iudæorum conſumptum regnū fuerit, & per Crucē conſummatum ac continuatum in Redemptore.

38. Quòd autem & ipſe Dominus Sacerdos ſummus fuerit, non tantùm Melchiſedechiani & naturalis Sacerdotij, de quo Propheta Regius; *Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.* Sed etiam & legis veteris, exinde poteſt erui, quia tempore quo Sacerdotes vnctione iam carebant, inunctus ille fuit ab Spiritu Diuino, exultationis puro oleo, præ ſuis participibus, ſeu præ ſuis conſanguineis, Leuiticis, & Aaronicis, vt Aaronicus Sacerdos exiſteret haud dubiè in cruento Sacrificio; ſed ita ab inſtituto Aaronico ſemotus, vt ex Hoſtiæ ſubli- D mitate Aaronicus non eſſet, imò Aaronicum Sacerdotium & omnes eius hoſtias (vt ſupra dictum eſt) omnino profligaret, & prorſus tumularet.

Pſal.109.4.

Hebr.1 8.

Pſal.44.8.

Rex Chriſtus & Sacerdos.

Hinc Pontifex Pontificum vocatur ab Epiphanio hær. 29. quippe qui non ſolùm Regnum, ſed Regnum & Pontificium in vnum colligata, tanquam nouus Melchiſedech naturæ & legis veteris, à Iudaiſmo in Chriſtianiſmum traduxit honorificè, vt in Baronij tom. 1. anno 57. n. 30. ſcribit idem Sanctus, qui ita ſeſe habet: *Poſtquam Rex alienigena Herodes aduenit, & non ampliùs Dauid ſucceſſores regnarunt, tranſlata eſt Regia ſedes in Chriſto ad Eccleſiam, & à domo carnali Iuda & Iſrael Regia quidem dignitas tranſlata*

S. Epiphan.

Regnum ſimul & Sacerdotium in Eccleſia propter Chriſtum.

eſt. Firmiter autem in æternum manet thronus in Eccleſia, ex duplici origine, regia, ac Sacerdotali dignitatem habens. Regiam quidem dignitatem à D. N. Ieſu Chriſto iuxta duos modos, & quia eſt ex ſemine Dauid Regis, ſecundum carnem; & quia eſt Rex maior ſecundum Diuinitatem: Sacerdotalem verò quia eſt Pontifex, & Pontificum Præfectus.

39. Poſt quæ ille quomodo Chriſtus habuerit hæc duo, & Regnũ & Sacerdotium, ac vtrumque ſummo iure tranſtulerit in Eccleſiam, acutiſſima ſententia declarat in hunc modum; *Chriſtus D. N. eſt Sacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech, ſimúlque Rex, iuxta ordinem ex ſuperis oriundum, ac ideo præpotens, vt transferat Sacerdotium ſimul cum lege. Oportebat enim ipſum transferre ordinem, tum Sacerdotij, tum Regni; nam Regnum ipſius non eſt de terra, vt ipſe ad Pilatum dixit. Cum enim Chriſtus omnia impleat per ænigmata, argumenta de ipſo propoſita ad aliquam vſque menſuram peruenerunt. Non etenim venit, vt acciperet Regnum ab inferioribus, qui ſemper regnat, ſed vt ſub ſe conſtitutis Regnum largiretur, ne diceretur à paruis ad maiora procedere. Manet ergo in æternum Regnum ipſius, quia Regni eius ex Dauid propter Mariam, nullus vnquam erit finis, vt Angelus dixit Mariæ;* Et regni eius non erit finis, *Sed quia in ſe ipſo non habuit locum regnum terrenum, manet vtique Regnum ſimul cum Pontificatu in ſeruis ſuis, quibus id Chriſtus largitus eſt, hoc eſt in Pontificibus Catholicæ Eccleſiæ.*

Chriſti Regnum vt nõ conſtiterit in accipiendo à quouis Regnum, ſed in donandu ſuis Regnum. Luc. 1. 33.

Quod quantopere conueniens Eccleſiæ Chriſti ſit, quantumuis inde aliqua ex iniqua adminiſtratione nonnunquam mala veniant, de Eccleſ. ante leg. lib. 2. cap. 20. teſtatur ſic Bolducius: *Notent hoc noſtræ tempeſtatis hæretici, qui in Rom. Antiſtitem, ſummum Eccleſiæ Dei Pontificem ſummopere excandeſcunt, quòd magnam Italiæ partem temporali poſſideat dominio. Nimirum vellent adhuc in Papa tenuem & pauperem videre Piſcatorem, cui nullo negotio nauem, piſces, & rete furarentur. Nullo vellent Dei terribilis ſuper omnes Deos, in ſuos vices gerente deterreri fulgore maieſtatis, nullo in officio contineri, vel ſola figura potentiæ. Imò voluit Deus, vt ad huius Melchiſedechi inſtar, ferè apud omnes gentes, edoctas ab eius filiis, Sacerdotium eſſet cum Regno vnanimiter coniunctum.*

Bolducius.

In Eccleſia quàm proficuum ſit Regnum temporale.

40. Sed miraculo tam Regali quàm Sacerdotali auctoritate non vulgariter fulgente, Sacerdotium & Regnum Regis iſtius finiamus; quod Bernardus bonæuallis in Bernardi ſancti vita 2. lib. affert, & ſonat iſtiuſmodi: *Cum S. Bernardus Abbas non poſſet blanditiis vel minis Vuilhelmum Comitem Pictauienſem, Aquitaniæúmque Ducem, Schiſmaticum, magnúmque tum temporis peccatorem ad ſanam mentem reuocare, efficatiora ſibi arma arripiens, ad altare oblaturus, & ſupplicaturus accedit. Eccleſiam tunc intrauerant quibus licebat Diuinis intereſſe. Comes pro foribus ſtabat, donec peracta Conſecratione, & pace circumdata, vir, non iam ſe agens vt hominem, corpus Domini ſuper patenam ponens, ignea facie, & flammeis oculis, non ſupplicans, ſed minax foras egreditur, & verbis terribilibus aggreditur Ducem.*

Miraculum de Vuilhelmo Comite & Duce Gallicano per Euchariſtiam à mala vita & ſchiſmate auocato.

Rogauimus (inquit te) & ſpreuiſti nos. Supplicauit te in altero, quem iam tecum habuimus, conuentu ſeruorum Dei, ante te adunata multitudo, & contempſiſti. Ecce ad te procedit Filius Virginis, qui eſt caput & Dominus Eccleſiæ, quam tu perſequeris. Adeſt Iudex tuus, in cuius manus tua illa anima deueniet. Nunquid & ipſum ſpernes? Nunquid ipſum, ſicut ſeruos eius contemnes?

Bernardi ſancti actio.

Lamentabantur omnes qui aderant, & orationibus intenti præſtolabantur exitum rei. Videns Comes Abbatem in ſpiritu vehementi procedentem, & Sacratiſſimum corpus Domini in manibus ferentem, expauit, & diriguit; membriſque tremebundis ac metu diſſolutis, quaſi amens ſolo peruoluitur. Eleuatus à militibus, rurſum in faciem ruit, nec quippiam alicui loquens, aut intendens in aliquem, ſaliuis per barbam defluentibus, cum profundis efflans gemitibus Epilepticus videbatur.

Proſtratio praui Comitis.

Tunc vero famulus Dei ad eum propiùs acceſſit, & pede pulſans acclinẽ ſurgere iubet, & ſtare ſupra pedes, & Dei audire ſententiam. Præſens eſt (inquit) Pictauienſis Epiſcopus, quem ab Eccleſia ſua expuliſti. Vade, & reconciliare ei, & in oſculo pacis iungito fœdera; & ipſe ad ſedem ſuam eum reducite, & ſatisfaciens Deo redde pro contumelia gloriam, & in vniuerſo principatu tuo diuiſos & diſcordes ad Charitatis reuoca vnitatem. Subdere Innocentio Papæ, & ſicut ei omnis obedit Eccleſia, ſic tu quoque electo à Deo tanto pare Pontifici.

Bernardi repetitio, & iuſſio facta Comiti.

Audiens hæc Comes, auctoritate Spiritus ſancti, & Sanctorum Sacramentorum præſentia victus, nec audebat reſpondere, nec poterat. Sed ſtatim occurrit, & in pacis oſculo recipit Epiſcopum, & eadem qua eum abiurauerat manu, cum totius exultatione ciuitatis, ad propriam ſedem mox reduxit.

Comitis tandem reſipiſcentia.

En optimè adimpleta ſententia D. Petri; *Vos autem genus electum; Regale Sacerdotium.* Quod Regale efficiemus, ſi rexerimus paſſiones; ſi vitia correxerimus. Tunc ad inſtar Melchiſedech iuſtitiæ Reges erimus. Nam iuſti, qui ſe bene coërcent, atque regunt, iuſtiſſimè ſunt Reges. Vnde dicitur in Matthæo; *Multi Prophetæ, & iuſti cupierunt videre*; In Luca verò ita; *Multi Prophetæ & Reges.* Et ſic tandem cum ſenioribus dicemus exultantes; *Dignus es Domine —Quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo: — & feciſti nos Deo noſtro Regnum, & Sacerdotium.*

1. Petr. 2. 9.

Vt Reges qui ſe regunt.

Matt. 13. 17. Luc. 10. 23.

Apoc. 5. 10.

EVCHARISTICÆ

EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ

ENARRATIO TRIGESIMAQVARTA; QVÆ EST SECVNDA DE MELCHISEDECH.

In Figura Præſignati Chriſtiani Sacrificij.

Super verba præcedentia Gen. 14. n. 18. *At verò Melchiſedech proferens panem & vinum, &c.* Et 1. ad Corint. cap. 11. n. 24. *Accipite & comedite; Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur.* Quæ ſuo loco coniunguntur; num. 30.

De continuatione *Numerus I.*

HVCVSQVE de perſona & dignitate tam Regali quàm Sacerdotali Melchiſedech, nunc de ipſius Sacrificio, nil minus Chriſtianum Sacrificium referente agemus recto ordine; ait etenim Suarez tom. 1. in 3. p. q. 46. art. 4. *Sicut conditionibus perſonæ præfigurauit Melchiſedech Chriſti Do. perſonam, ita ſua oblatione ſuum Sacrificium adumbrauit. Nam cum præcipuus actus* A *Sacerdotis ſit Sacrificium, non fuiſſet perfecta Sacerdotij repræſentatio, niſi ſimul ipſius Sacrificij figura interceſſiſſet.* Sicut enim Princeps iſte pro Abrahami de quatuor Regibus victoria ſacrum fecit, quo eum & eius milites piiſſimè refecit, ſic militibus Chriſtianis poſt obtentam de paſſionibus, quæ quatuor ſunt in nobis, victoriam glorioſam, Chriſti corporis ſub Euchariſtia refectio non negatur. Sed iam huius Sacrificij materiam elucidemus.

Suarez.

Quantum Chriſti Sacrificium

Melchiſedechianum figurarit.

DE VERA, EAQVE TRIPLICI MATERIA *Sacrificij; & vtrum ex illis aliqua omitti rectè poſsit; vel in caſu neceſsitatis à Papa diſpenſari.*

Triplex, qualiſque materia ſit Chriſti Sacrificij.

2. MVLTI, quorùm primus eſt, inimicus homo ille, qui parat ſemper homini inſidias nocentiſſimas, voluere rebus putidis exterminare & temerare Sacrificium ex ſe mundiſſimum, vt quidem eſt Chriſtianum, & ita in Malachiç Oraculo appellatum. Dæmon pluribus ſuadendo, nos Cererem atque Bacchum vt Ethnicos recolere, & inſuper docendo quibuſdam incantamentis panem & vinom confectata imponere Dei arç, vt ſacratioris Sacrificij adoratores ſimularet; quemadmodum in Apologiis Iuſtinus Martyr ait, & Auguſtinus lib. 20. cap. 13. contra Fauſtum. Homines autem nil minores errores inſerendo; è quibus Cataphrigç ex farina mixta ſanguine anniculi pueruli materiam Sa- B cramentalem conficere ſolebant; prout hær. 26. ſcribit Auguſtious. Pepuziani, ſeu Attorytes ex farina & caſeo. Obſcæniùs Manichęi, ex re quam pudet dicere, propterea ſub ſilentio q. 74. relicta à D. Tho. quantumuis Auguſtinus hær. 46. illius nomen exprimat. Ophitæque ex pane, quem ante Conſecrationem lambebat quidam coluber, hac de cauſa in quodam antro ſeruatus prope aram, à Sacerdotibuſque alitus, & incantationibus dimiſſus, vt dictum panem lamberet; ſicut hęr. 17. recenſet idem Sanctus.

Malach. 1. 11

Iuſtinus Martyr. Apolog. 2. Auguſtinus

Materiam circa panis offerẽdi in Sacrificio quam variè ſit erratum.

Nec in pani aſſociando erratum minùs vino. Maledictionibus nanque aliqui libabant execratum. Aliqui aquam rubeſcentem pro vino ſupponebant. Alij aquam ſine vino, qui dicti ſunt aquarij. Alij in terra,

In vino quotupliciter.

quæ eſt hodie ditionis Luſitanę; pro vino lac ſumebant, contuſum ſiue botrum, vel linteum muſto tinctum, quod ſeruabant toto anno, & ad horam Sacrificij tantummodo lauabant, vt ex aqua Sacrificij offerrent in altari. Sic dicitur in 3. Conc. Bracharo. De quibus omnibus Meutiſſe in
Meutiſſe. tract. de Euchar. cap. 3. q. 1.

3. Verùm tribus frequentiſſimis puriſſimiſque rebus, tota noſtra Sacrificij ſubſtantia continetur, quæ ad exemplum Re-
Conc. 3. Carthag. demptoris Conci. 3. Carthaginen. præſcribitur his verbis. *In Sacramentis corporis & ſanguinis Domini, nihil aliud offeratur, quàm quod tradidit ipſe Dominus; hoc eſt, panis & vinum aqua mixtum.* Hæc autem vera & propria in ſuiſmet ſubſtantiis, quin aliquid adulterinum accedat ipſis rebus.

Panis quomodo ad Euchariſtiã oporteat præparari.

Panis equidem è frumento ſeu tritico confectus; qui quidem licet multis quæſtionibus cribretur, & variè ventiletur, mihi nullis argumentis videtur indigere; cum frumentum ſit ſpecies vbique nobiliſſima, & ſingulis notiſſima; ex qua modo conſueto, quo panis ſolet fieri, debet etiam Sacramentalis aptari, & præparari, quò panis verus ſit idoneus Sacrificio. Videlicet ex farina molendinario quouis modo, non verò amyli purgationibus, & decolationibus parata; de quo reddit rationem, quia ſpeciem
Scotus nempe mutat in variis qualitatibus, Scotus lib. 4. d. 11. q. 6. Deinde vera aqua elemen-
Caietanus. tatique ſubactus; quidquid velit Caietanus in 3. D. Tho. q. 74. art. 7. Nam panis factus, vel pinguedine, vel aliqua dulcedine, non panis verus eſt, nec ita nuncupatur; ſed libum, ſeu laganum; oleata ſeu placenta, quæ differunt à pane. Tandem autem, vt coctus ſit; maſſa enim plus eſt pani contraria, quàm cohærens; cum panis ſummè nutriat, at maſſa ſummè noceat, ac mortem ſecum afferat: vt n. 55. notatur à Vi-
Victoria. ctoria. Nec etiam panis puls potitur qua-
Plinius. litate, vt dicitur vel à Plinio lib. 18. cap. 8. Poſt quæ debet hicce panis quò ſeruiat Euchariſtiæ in ſua vi exiſtere, nam putris & corruptus iam panis eſſe deſiit. Panis igitur communis & verus præ requiritur; de
Suarez. quo Suarez tom. 3. in 3. D. Tho. diſp. 44. ſect. 1. de more ſatis latè.

Firmatur hæc concluſio nonnullis Vati-
Pſal. 80. n. 17. 147. n. 3. 71. n. 16. ciniis, nec deuiis, nec ineptis; *Cibauit eos ex adipe frumenti.* Pſalm. 80. *Et adipe frumenti ſatiat te*; Pſalm. 147. *Et erit firmamentum in terra in ſummis montium*; Pſal. 71. Vbi frumentum pro firmamento, & in capitibus Sacerdotum, pro montium ſummitatibus,
Oſeas 14. 8. habetur in Hebraico. *Viuent tritico*; id eſt Fideles, in vita interiori, nam dicere quod tritico exteriùs ipſi viuerent, hoc nullum
Zachar. 9. 17 Vaticinium. *Quid bonum eius, aut quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum?* Electorum, non verò hominum, alterius qualitatis. Vnde & Chriſtus ſeſe grano frumenti comparauit; *Niſi granum frumenti cadens in*
Ioan. 12. 24. *terram, &c.* Ioan. 12.

Sed & inſuper Figuris idoneis adornatur; tam in panibus propoſitionis, qui erant

A frumentarij; Leuit. 24. quàm in pane Mel- Leuit. 24. 5.
chiſedech, qui ſecundum Damaſcenum lib. Damaſcen.
4. cap. 14. triticeus quoque fuit. Nec ipſius Euchariſtię inſtitutoris veritate, hæc ipſa non ſupremò egregiè coronatur; quem ob multa & ponderoſa omnino fundamenta in triticeo ſacrificaſſe dubitare nefas eſt. En panis neceſſarius Chriſtiano Sacrificio; cuius dubia inuenientur abundè diſſoluta in Angelico D. relato apud Suarez in loco ſupra proximè, qui ibi diffuſiſsimè; & in Cap. *Firmiter* de *ſumma Trinit.* in Cap. *Omne* de *Conſecr.* d. 2. Et in Cap. *Cum Martha* de *Celebrat. Miſſ.* An pani verò ſalis miſceri quidquam poſſit, inferiùs attingetur, cum fermentati & panis azymi difficultatem enucleabimus.

B 4. Vinum citra quamuis litem requiritur de vite, quia in eo, non in alio eſt conditum hoc Myſterium, vt colligitur ex verbis illius Conditoris; *Non bibam amodo de hoc ge-* Matt. 26. 29.
nimine vitis, vſque in diem illum, cum illud bi- Luc. 22. 18.
bam vobiſcum nouum in regno Patris mei. Nam quantumlibet nonnulli non de calice Euchariſtico, ſed de illo qui poſt eſum Paſchalis ſemper agni diuidebatur circunſtantibus, nec ſine aliquo fundamento deſumpto ex D. Luca, hoc putent explicandum, quod Vinũ quale
ego tamen reor de calice Euchariſtię ger- requiratur
manius exponendum, illud ſaltem pluſ- pro poculo
quam certum, æqualem eſſe debere vtriuſ- Euchariſtico.
que potum agni, tam typici, quàm veri; vt fuit quoque panis, de quo aliquid iam dixi, & infra dicam plura. Accedit immemoria-
C lis Eccleſiæ exiſtimatio, quæ vt Chriſtum imitaretur adhibuit ſemper vinum; vt conſtat ex antiquiſſimis, grauiſſimiſque P. P.
cuiuſmodi ſunt Clemens lib. 8. cap. 17. S. Clemens.
Conſtit. Apoſtol. Irenæus aduerſ. hær. lib. Irenæus.
4. cap. 57. Baſilius in Liturg. Theodore- Baſilius. Theodoretus.
tus dialog. 1. Emiſſenus hom. 5. hebdom. Emiſſenus.
Paſchalis. Conci. Carthag. 3. Aurelianen. 4. cap. 4. Florentinum ſub Eugenio in decreto Fidei; Trullanumque ſupremò; vbi ex Miſſa S. Iacobi refertur hæc particula;
Similiter poſtquam cœnauit, accipiens calicem Gen. 27. 37.
& permiſcens ex aqua & vino, & benedicens Zachar. 9. 17
dedit, &c.

Vaticiniis (vt in pane) munitur hæcce
veritas; *Frumento & vino ſtabiliui eum. Quid* Gen. 49. 11.
bonum eius, aut quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgi-
D *nes? Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum.* Vbi Ambro. de Pa-
triarch. bened. cap. 4. *Bona ſtola caro Chri-* S. Ambroſ.
ſti, quæ omnium peccata operuit, omnium delicta ſuſcepit, omnium errores texit. Bona ſtola, quæ vniuerſos induit veſte iucunditatis. Et iterum in ſequentibus. *Benedixit vuæ ſanguine, quia ſicut vua pependit in ligno. Ipſe eſt vitis; ipſe eſt vua. Vitis ligno adhærens. Vua, quia lancea militis apertum latus emiſit aquam & ſanguinem; aquam ad lauacrum, ſanguinem ad pretium; aqua nos abluit, ſanguis nos redemit.*

Sed ſimul & figuris munitur hæcce veritas; tam in vino Melchiſedech, quàm in eo cùm ſe Chriſtus frumentum & vitem veram ſymbolicè vocauit Ioan. 12. n. 24. & 15. n. 1.

Ioan,12.24. & 15 o.1,

15.n.1. Nam ſi alibi ipſe dixit; *A fructibus eorum cognoſcetis eos*, frumenti ſane fructus triticeus panis eſt, & vinum fructus vitis.

De vite vinum congruum, non aliud, pro re Sacra. Et quare non ſint cõgrua agreſta, muſtum, ac vinum gelatum, vel acetum.

Ergo vinum tantùm vitis expreſſum, atque compoſitum, materia noſtri Sacri; nam cæteri liquores, qui vini nomen obtinent, obtinere nomen poterunt, non autem veritatem. Vnde excluditur agreſta, ex vuis immaturis; & vinum clauſum vuis, quantumuis ſint maturæ, & inſuper contuſæ; in quibus manducabile eſt vinum, non potabile; nec aptum ad demonſtrandum per hoc pronomen, *Hic*; *Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti*, quemadmodum in animante viuente demonſtrato nemo poſſet, *Hic eſt ſanguis*, de ſanguine eius dicere. Muſtum verò quia vinum compoſitum non eſt, ſed fecibus admixtum, & potui non idoneum. Vinum autem congelatum, quia ad eſum, non ad potum in illo ſtatu pertinet. Sed ſuper omnia, vinum à vini natura iam recedens, in acetúmque conuerſum. In quo neutiquam Sacerdotalis teneret conſecratio; quæ tamen in gelato & muſto, etſi cum culpa mortali, verè tenet: vtrumque nanque vinum, quantumlibet incongruum; & alterum, quod ad potum, per modicum calorem perfacilè adducetur. At ſecius in Baptiſmo, qui in aqua congelata nequaquam dari valet, cum conſiſtat in lotione, præſenti, & actuali.

Pro Sacrificio Chriſtiano quæ aqua neceſſaria.

5. Aqua vino commiſcenda vera etiam & naturalis ob ipſas rationes exigitur ſuaptè; hæc etenim ſub aquæ appellatione ſolùm venit. Quod Vaticiniis, ac figuris, & Chriſti documento, nil minus comprobatur. Vaticiniis in Prouerb. *Sapientia ædificauit ſibi domum miſcuit vinum & propoſuit menſam ſuam. Venite comedite panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis.* Seu aqua attemperaui; vt dicitur, vel etiam à Rabb. Samuele, in opuſculo de aduentu Meſſiæ præſtolati cap. 2. to. 5. in Biblioth. SS. PP. Figuris, in Melchiſedech, qui lymphatum vinum obtulit; vt aſſeritur à Gloſſa in cap. *In calicem*; de Conſecr. d. 2. & ab homil. 5. illa, hebdo. Paſchalis, quæ ſub nomine Emiſſeni communiùs circunfertur. In vinóque ſub lege, huiuſmodi in figuram, non mero ſed aquato oblato Dei conſpectui; vt teſtis eſt Hieronymus in qq. Hebraicis ad lib. 1. Paralip. cap. 11. Et in aqua quæ exiuit de ipſo Chriſti latere, vt Myſterij Sacroſancti figura panderetur, ſeu potiùs finiretur; quemadmodum in percelebri Conc. Trident. ſeſſ. 22. cap. 7. inuenies indicatum. Documento verò Chriſti, quia in Liturgia S. Iacobi & in Conſtit. Clem. lib. 8. cap. 12. hæc verba inueniuntur; *Chriſtus accepit calicem, permiſcens ex aqua & vino.* In Liturg. S. Baſilij; *Accipiens, & emiſcens calicem.* Et in Miſſa S. Chryſoſtomi; *Mittens vinum & aquam in calicem* Quibus omnium Theologorum, Canoniſtarumque ſuffragia vniformiter accedunt, cum D. Tho. 3. p. q. 74. art. 7. & cum Cap. *In Sacramento* Cap. *Cum omne*, Cap. *Non oportet*; de *Conſecr.* d. 2. & cap. *Cum Martha*, de *Celebr. Miſſarum.*

Prouer. 9. 2. & 5.

Melchiſedechi Regis vinum lymphatum & temperatū.

Vinum merum ſine aqua in tẽplo non litatum.

Conc. Trid.

S. Clement.

D. Thom.

A Quapropter non intelligo, vt poſſit tolerari, quod aſſerit Suarez tom. 3. in 3. p. diſp. 45. ſect. 2. nimirum, per Alexandrum poſt Petrum Papam ſextum, iſtiuſmodi præceptum de aqua vino addenda Sacerdotibus fuiſſe præſcriptum & commendatum; quod potiùs per id tempus crediderim mãdatum, ne quatenus res minor, & acceſſoria Sacrificij, paulatim omitteretur. Nec abhorret ab hoc ſenſu Concil. Trident. ſupremo loco datum, dum imperatum per Eccleſiam, ſed per Chriſtum ſtabilitum affirmat huncce ritum; quem à Patribus acceptum fatetur ipſe Pontifex Alexander ſextus, apud Caſtro aduerſus hæreſ. verbo Euchariſt. hær. 7.

Suarez.

Aqua vino Sacrificij a tempore quo mixta.

Caſtrò.

6. Ritus autem, vt coniectatur ex iſtis verbis vltimis, & aſſeueratur vnanimiter à B Catholicis DD. non de Sacramenti neceſſitate, ſed de præcepti tantùm obligans; & obligans in ſignum Fidelium populorum cum Chriſto iungendorum in Miſſæ Sacrificio, vt infra dicam latiùs. Ac ideo tanquam res acceſſoria principali, non principaliter conſtringens, in quantitate niſi tenui & minima applicata. Vnde iterum conuincitur non eſſe neceſſariam, dum applicatur modiciſſimè, ne materia neceſſaria cõtingat aqua perdi, inutilémque reddi: de qua minima quantitate Conc. Florent. ſub Eugen. 4. & Concil. Triburcenſ. cap. 19. Quo ſenſu interpretandus eſt S. Cyprianus epiſt. 63. & Conc. Vormatienſe Can. 4. ac Carthaginenſ. 4. Can. 24. dum videntur affirmare non dari ſine aqua Euchariſtiæ Sacramen- C tum; nimirum, ſicut decet. An verò ſit Diuinum vel Apoſtolicum hoc præceptum, de aqua commiſcenda, maiori lite fertur, in qua proxime Suarez propendet in ſecundum; multi verò quos adducit, & inter eos Hoſius, modernus longè grauis, in primum, atque Diuinum; quibus vtrique adhærere videtur inde tutius, quia præceptum Sacrificandi diuinum planè eſt; *Hoc facite in meam commemorationem*; Ergo vnà & imitatio ipſius Redemptoris, qui aquam vino infudit, cum commemoratio & imitatio, quo prima vera ſit, conſentiant maximopere. Niſi dubij verò Chriſtum in hac paruula quantitate commiſcuiſſe vino aquam, quia vtique non de poculo refrigerante compotando, ſed de altiſſimo Myſterio condendo pertractabat; quod ideo attentione præcauta & reuerenti D feciſſe, vino equidem plus myſtico, quàm miſto, quis vertet in ambiguum? Sic ſanè intelligendi quicunque PP. dicunt, dilutum & aqua miſtum fuiſſe Chriſti calicem; etſi vberior in Iudæa permitteretur hæc commiſtio, ob vina, generoſa, actiua, & conuerſiua, quæ aquam in quantitate maiori in ſe conuertunt; vt prorſus eſt neceſſe, quo poſt talem conuerſionem ſuccedat conſecratio, & in ſanguinem tota calicis materia transfundatur.

Quo præcepto in Miſſæ Sacro ſit aqua neceſſaria.

Infundendi vino aquam præceptum anne Diuinum.

Luc 22.19. Vt aquam Chriſtus miſerit in poculum Euchariſticum.

Sed quomodo totaliter in vinum fiet aqua, ſi iſta iuxta plurimos, per iunci valet cuſpidem in vinum iam immerſa, ſtillatione ſeparari? Reſpondet Bonauent. Sent.

An aqua poſſit arte à vino ſeparari.

A lib. 4. d. 8. lit. G. non aquam, ſed dumtaxat aquoſas vini partes, per iuncum trahi foras; neque etiam ſi trahatur ſubſtantia immiſſæ aqua, impediri modo vllo miſturam præcedentem; nam multa fiunt verè, quæ poſtea deſtruuntur. Hoc autem ſi hæc duo ante Conſecrationem miſceantur; nam ſi vino conſecrato infundatur quæuis aqua, vel etiam valde modica, non mutabitur in ſanguinem; miraculoſa nanque eſt huiuſmodi conuerſio; nec fit, niſi per verbum, quod illic iam prolatum; etſi aliter ſit certum vberioris aquæ copia ita vinum rareſieri, vt penitus ſubſtantia perdatur Sacramenti: facilius quippe eſt deſtruere rem aliquam, quàm ipſam conſtituere. Mus enim & quoduis animal ceſſare poteſt facere ſubſtantiam Sacramenti, at pro iſto conſecrando dumtaxat potens eſt Sacerdotale miniſterium. Bonauent. lib. 4. d. 11. q. 2. à n. 27.

Vinum aqua conuertatur in vinū conſecratum.

S. Bonau.

7. Hinc patet nullam ex tribus materiis Sacramenti omitti rectè poſſe; quamuis poſſint bene ſingulæ relinqui per incuriam, & ignorantiam Sacerdotis; vel etiam per malitiam, quin ideo Sacrificij ſubſtantia deſtruatur, ita vt valeat non tantummodo ſine aquæ admixtione, ſed ſimul ſine vino, conſecrato ſolo pane; aut rurſus econtrario; Suarez iuxta mentem in dicto tom. 3. diſp. 43. ſect. 2. licet vltimum è duobus, nempe vinum ſine pane præpoſterum ſit nimis, ac ideo magis dubium; cum neque primum careat motiuis dubitandi; vt Chriſti intentioni, Eccleſiæque contrarium; ſicut diximus agendo de intentione Sacerdotis Enarrat. 24.

An Sacrificium in vna ſpecie dumtaxat dari poſſit.

Suarez.

Illud magis veritati, & neceſſitati naturaliter rumpenti legum vincula videtur tam idoneum, quàm dignius explicatu: An in caſu neceſſitatis, de Pontificis indultu, abſque vino queat res Diuina factitari; & an queat S. Pontifex in re iſta diſpenſare. Nam abſque pane nunquam neceſſitas vrgebit, cum hic vbique creſcat, vel ſaltem magna valeat facilitate comparari, & diu conſeruari, quod in vino apud rigentes Aquilonares regiones contingit difficulter.

An in maxima neceſſitate circa vinum Sacrificij diſpenſare rectè poſſit Eccleſiæ S. Pontifex.

Suarez loco vltimo vtramque opinionem probabilem opinatur, ſed pendet in negantem; & eſſe ſuper hoc aliquando diſpenſatum enititur infringere, & falſum demonſtrare. Cui hæret & Valentia in 3. D. Tho. diſp. 6. q. 10. puncto 1. Et facit ius diuinum (ex quo vtraque eſt ſpecies) non eſſe diſpenſabile, ſed inſuper timendum, ne per talem diſpenſationem ritus tanti Sacramenti perdatur, corrumpatur; & Vnctionem ſanctam pariter ob ipſam rationem; nam & olei quod in multis prouinciis non producitur penuria poſſet tale periclitari Sacramentum; ſicque ſeptem columnarum nutare firmitudo, periculo non ſine, & Religionis vilipendio.

Suarez. Valentia. Opinio negatiua.

Henriquez verò econtra lib. 8. cap. 13. de Euchar. Sacrament. obfirmatè & inconcuſsè pro affirmante parte loquitur; dicens, bene in neceſſitate communi, pota, Regni, præſertim ſi ſit amplum, & hominibus tam plenum, tum vacuum vini ſpecie, & commoditate ad hoc habendum, tunc poſſe diſpenſare P. Romanum; adducénſque Maiorem; Palatium; Turrecrem. & Antoninum 3. p. tt. 13. cap. 6. §. 1. quibus addi poteſt Gabriel lect. 84. in Sacrum Miſſæ Can. De factóque fuiſſe diſpenſatum cum Saxonibus, ac inſimul cum Danis, per Innocent. Papa 4. & cum Noruergiis per octauum; anno noſtræ Redemptionis 1490. veriſſimum aſſeuerans; pro quo exhibet in teſtes Scholiaſt. in addit. ad Chron. Euſebij. Onufrium, Volaterranum, & Genebratdum in ſuis Chronicis; Et Claudium de Euchar. Quæ hiſtoriæ teſtimonia Bellarm. de Euchar. lib. 4. cap. 24. non auſus eſt contemnere, cum tamen eo in illis verſatior nullus fuerit. B Nititur autem ratione, quia in pane ſolo poteſt tenere Sacrificium, cum & ſanguinem concommitanter omnino ſub ſe claudat; qui nihil minus efficax, quàm ſi ſub vini ſpecie à quouis ſumeretur. Præcipuè cum & ius in caſu neceſſitatis Diuinum attemperetur; vel etiam in Sacramentis, de quibus Chriſtus tribuit Eccleſiæ poteſtatem, vt pro temporum & locorum varietate neceſſaria, ſalua ſemper Sacramentorum ſubſtantia, poſſet aliqua vtiliter diſponere. Quid autem tam petutile vel neceſſarium Chriſtianis, quam Regno oomeroſo, Chriſti corporis præſentia (quæ aliter ac ſi non eſſet pro ipſo Regno condita, ei ſuppetit haudquaquam) remedio oppitulari?

Opinio affirmatiua. An de facto diſpenſatū cum aliquibus in hoc. Bellarmin.

C Iuuat formam conſecrandi vtramque independentem ab altera & ſe eſſe, cum neutra planè ab alia expectet quidquam roboris. Ergo poſſunt hæc ſuapte natura ſeparari; ſi verò ſeparanda, hoc caſu perquam digna eſt talis ſeparatio. Cæterùm etiam vir Sacerdos iuxta Suarez allegati, nec non cap. *Comperimus*, de Conſecr. d. 2. doctrinam bene poteſt hæc duo ſeparare. Non autem ſit credibile Sacerdotem poſſe ampliùs malignitate ſola ductum, quàm poſſit Sum. Pontif. charitate & neceſſitate vrgenti prouocatus. Quare iſtis ego inductus, ſecundis accedendum ſecuri ſi iudicarim; ſi regio talis detur, vbi neque vinum creſcat, nec delatum non aſceſcat; quod in oleo non contingit, & ideo hoc verum puto, ni doctis refragetur. D

An formæ conſecrantis ad inuicem dependeant, vel poſſint per ſe ſubſiſtent.

De triplicis materiæ inſeruientis Euchariſtiæ, ad illius Sacrificium applicatione generali.

8. MVlta equidem de panis & proprietatibus ſunt vini, dum iſta ſola à Chriſto ſelecta pro re Sacra, per PP. diuulgata; de quibus Auguſtinus de S. Laurent. ſerm. 4. D. Tho. 3. p. q 66. art. 3. & q. 74. art. 5. Innocent. lib. 4. cap. 3. de hoc Myſterio; & alij ſæpe obuij; quorum omnium rationes ad quatuor reducuntur, quas Seraphicus Præceptor in ſuo centiloquio ſect. 50. exquirens cur ſic factum, in iſtum modum

S. Auguſt. D. Thom. Innoc. 3. S. Bonau.

dum promit. *Quia cibus conuenientior; communior; efficatior; ſuauiorque eſt cunctis;* Quod quàm breuiter ac verè ſit dictum, per ſe patet. Nam quæ eſca conuenientior, quàm illa quæ ab omnibus ardenter appetitur? Quæ verò tam communior, quàm quæ vbique gentium, & in copia tam perampla à cunctis inuenitur? Quæ efficacior quàm quę omnium ciborum eſt fundamentum? & tam paruulis, quàm maximis, tam iuuenibus, quàm ſenibus, tam ſanisquàm ægrotis ſalubre nutrimentum? Quæ ve vltimò ſuauior, quàm illa quę perpetuò, & in tanta quantitate mandocata, nihil prorſus faſtidij ſecum affert? præſertim, cum & epulę quęcunque dulciores ſiot tędio frequentatę?

Panis omnibus alimentis in quatdot longè maior.

Multa paucis hic aſſeruit Seraphicus Scriptor; præcipoè cum hæc ipſa & pani & vioo inſint ad noſtrũ Sacrificium. Quid enim conoenientiùs pro illo dari poſſet, quàm quod adeo conuenienter, cum maxima decentia, munditia, & reuerentia offertur, & diuiditur? Quid communius, qoàm qood locis in cunctis ſeminatur, vt in omni loco Deo, Malachiæ iuxta verba, oblatio munda fiat? Quid efficacios, quàm quod eſt comeſtibilium longè fortius? quamobrem cor humanum confirmat naturaliter? Suauius quid ve tandem, quàm qood nobis ita ſapidum, iucundum, & ſemper gratum? Bene igitur Bonauent. tam myſticè, quàm phyſicè, nihil homini conuenientius, communius, efficacius, ſuauiuſque exiſtimat, quàm panis alimonia. Quæ omoia Sacro pani adiungere perfacilè, & vino eodem modo: quorum laodes mox ſequenti in numero adducemus, præconia poſtquam aquæ (vt triplici materię ſoluamus aliquantulum) præconia libauerimus; qoæ cum pane fuit primùm initium vitæ hominis.

Quã aptus ex ſe panis pro Miſſæ Sacrificio.

Malach.1.11

Pſal.103.15.

Eccle.29.28

Huius autem, non neceſſariæ materiæ Sacrificij, encomia ſunt clariſſima, & ad inſtar aqoæ, limpida; pellocida; & perſpicua; ſicque omnibus ootiſſima, & ad vitæ ioeunditatem ac vbertatem potentiſſima. Quamobrem nooc ſufficiat, hieroglyphicum eſſe aquam munditiæ, & temperantię; quæ baſes duæ ſunt bonorum vniuerſorum; duæ alæ Beatorum, quibus vtiqoe ad palatium cæleſte tranſuolarunt; duo oculi Angelorum, qui munditia & moderaotia incumbunt ſuis moniis, & ſeruiunt ſummo Domino: Cælorum duo poli qui iſtis innituntur; & tandem duo Dei amores prædulciſſimi. Vnde Ægyptij Diis ſuis Sacrificabant poram aquam, putantes nil ei gratius, ſimilius ve exiſtere; vt teſtatur Heliodorus in rebus Æthyopicis. Quod hodie Sinæ faciunt; apud Trigautiom lib. 1. de expeditionibos Synarum.

Nonnullæ laudes aquæ.

Aqua tantùm quibus fuerit, & ſit in Sacrificium.

9. Nunc ad panem, vinumque, materias neceſſarias altaris redeamus, & vtrioſqoa naturalem præſtantiam ioſpiciamus, videlicet non myſticè, ſed phyſicè, quod rerum eſt primum fundamentum; idque cãlamo erudito Philonis Caſtellani, Valleſij, cuius mihi ſuauiſſima eſt memotia, & ſapidiſſima

A doctrina; nempe cap. 27. ſuæ Sacræ Philoſophiæ, quo ille de re hac: *Multa extant potiones ex multarum rerum ſuccis, ſola tamen qua ex vite, vocatur vinum. Ita etiam antonomaſticè, ac propriè vocatur panis, qui paratur ex farina triticea, ſubacta cum aqua; qui verò aliter paratur, panis dicitur, ſed cum adiecto, ordeaceus, vel fabaceus. Et quidem inter omnia quibus veſcuntur homines, panis & vinum tenent primas; alij omnes cibi dati ſunt hominibus ad delitias, & abundantiam; hi verò ad neceſſitatem, & ſufficientiam; & his maximè viuntur homines. Nullis cum maiori malo carere poteſt, & nullis magis contenta eſt natura; quia ſunt omnium optimè parabiles, mortalibus omnibus maximè communes, optimè omnium nutrientes, ſed aliter, atque aliter.*

Valleſius commendatus.

Panis & vinum per Valleſium præconiis commendata.

B *Panis quidem, quia ſubſtantiam accommodè habet craſſam, boni ſucci, & quæ cum ſubſtantia noſtra bene agglutinatur: habetque tanto plus alimenti, quantò medicamenti minus; cum moderatum quiddam ſit, neque calidum, neque frigidum, neque humidum, neque ſiccum, neque facultate vlla medicamentoſa, vt expurgandi, aut ſiſtendi, aut laxandi, aut aliquid huiuſmodi faciendi, particeps; tantillumque in calidum proprietate ſua pendens, quo natura gaudet, & fruitur. Itaque eſt panis pro omnibus cibis, quia mediocritatem tenet omnium, & omnium medicamentorum maximè expers, vt ſit merè alimentum. Has ob cauſas ſymbolum eſt omnis eſca, ac totius nutritionis; petenteſque huic corpori neceſſaria alimenta, ſolum panem iubemur petere; quem quotidianum vocamus, quia corpora indigent quotidiana refectione; vnde Eliæ fameſcenti, panem ſolum, eumque quotidie mittebat Deus* C *per coruum.*

Panis optimæ qualitates, & optimè enarratæ.

Cur panis omnis eſca.

Luc. 11.3.

3.Reg.17.6.

Vinum verò non nutrit tam firmiter, ſed tamen multò citiùs; quia non abit in tam firmam, ſolidamque ſubſtantiam; ſed abit quàmcitiſſimè in ſpiritus vitales, & in tenuem calefacientem lætificantemque nos ſanguinem. Hincque optimè ſecundum naturas vtriuſque, dicitur panis confirmare cor hominis, & vinum lætificare; nam in cibis cùm citiùs enutriunt noſtra corpora, citiùs etiam diſſipatur ſubſtantia ab eis præſtita; & quæ tardiùs, ea firmius reficiunt alimenta. Vinum ergo minus reficit, ſed citiùs, pluſque exhilarat, quare fuit ad iucunditatem, non ad ebrietatem procreatum. Eccleſ. 31. Cauſa verò huius lætitia, prædicta eſt ſpirituum vitalium refocillatio, calefactio, & relaxatio; quibus cor humanum funditur, & citiſſimo atque motu lætiſſimo D *perfunditur. Nam quemadmodum per triſtitiam contrahitur & torpeſcit, vt videtur in melancholicis, quia ſpirituum refectione vitalium minoratur; ita laxatur per lætitiam, titillat, & mouetur; cuius motus calor ſuauis proportionata cauſa eſt. Cæterùm vinum ſympathiam indicibilem cum corde natura ſua habet; quapropter ad iucunditatem, quæ eſt cordis latitudo, ab initio datum fuit; vnde mærentibus hoc iubet Rex ſapiens propinari.*

Vini quale nutrimentum & lætificandi innata qualitas.

Eccleſ.31.35

Cur triſtes melancholici.

Prouer 31.6

Sed inſuper & Deus in verbis lib. Iudi. lætificatur hoc liquore; vnde & ego vini colligo præſtantiam, & bonitatem. Creatis nanque omnibus, eo quòd eſſent valde bona, lætatus eſt Creator. Quare conſonum vt re quanis Deus magis delectetur, quæ reliquis ſit melior; ſeu vt melior ſit

Iud. 9. 13.

Vt vinum Deum lætificet, & ipſimet probetur; probatumque

exinde remaneat apud omnes.

res ipſa, qua magis Deo placet; nam quidquid Deo placet, in eo ſeſe probat. Magna ergo vini bonitas, niſi quis ad ebrietatem vtatur ipſo malè; facit enim ad iucunditatem tum animi, tum corporis; ac etiam ad æquitatem, & bonos vitæ mores in vre Eccle. Vinum in iucunditatem creatum eſt, & non in ebrietatē ab ioitio. Exultatio snimæ & cordis vinum moderatè potatum. Sanitas eſt animæ & corpotis ſobrius potus. *Prout dicitur de triſtitia in cap. præcedent.* Multos occidit triſtitia, & non eſt vtilitas in illa. *Quibus de cauſis ſuo in lib. de tranquillitate vitæ humanæ, ob iſtam transfigendam, diutiuſque tuendam, ebrietatem laudat Seneca, exemplis Archeſilai, Soloon, & Catonis; hæc ſunt illius verba:* Nonnunquam & vſque ad ebrietatem veniendum, ooo vt mergat nos, ſed vt deprimat curas; eluit enim curas, & animum mouet; vt morbis quibuſdam, ita triſtitiæ medetur. *Nobis autem nec ſanitatis, nec hilaritatis quauis cauſa procedendum vſque ad ebrietatem aliquando erit. Neque ad mores ſpectantia, petenda ſunt à Medicis, neque à Philoſophis, niſi quatenus conueniunt & concordant cum Diuina Sapientia, quæ in ſobrietate Chriſtiana permittit tantùm vinum.*

Eccle. 31. 35. 36. 37.

Bonum corpori atque animę. Eccle. 30. 25

Seneca.

Ebrietas laudata ea cauſis naturalibus.

10. Hæc Medicus diſertiſſimus, aliquan- A tulum cootractus; qui ideo mihi gratior, quia de rebus verſus animam, non vt Medicus & Philoſophus, ſed vt Theologus probatus de more ſemper loquitur. Adde, vioum calidum eſſe, & humidum, atque aptum ad ſanguinem creandum, & ideo per accommodum ad conſecrandum Chriſti ſaoguinem; oedum ad ipſum deſignandum; vnde Gen. 49. & Iſai. 63. ſub vino Chriſti ſangois promiſſus inuenitur; etſi Clemens Aleaand. lib. 2. Pædag. cap. 2. exinde vinum faciat aptiſsimum pro Miſſa, quia nutrimentum, medicamentum, & oblectamentum eſt naturaliter, lætitia replens cor.

Cur vinum Miſſæ aptum.

Cyrillus Alexandr.

De vino ſeparatim hæc ſatis ſuperque; de vino verò iunctim cum pane in hoc Myſterio, Algerus lib. 2. cap. 5. de Eochar. huB iuſmodi profatur. *Quia panis & vinum propriè, verus cibus & potus eſt, non beſtiarum, ſed tantùm hominum; ideo Chriſtus vtriuſque miniſterio fuit vſus; vt ſingularis & propria hominum crederetur refectio.* Et in opere de Dei gratia hæc verba Frauco Abbas; *Pulchrè in hac memoria Diuinæ Paſſionis peragitur, quorum vtrumque quodammodo patitur, teritur & premitur; quia ſicut grana teruntur vt panis fiat, ſic & vuæ calcantur, vt vinum fluat.*

Cur panis atque vinum idonea Chriſti Sacro.

S. Algerus.

Franco Abbas.

DE PANIS IAM MATERIÆ applicatione ſpeciali.

11. SEPTEM ſolent teperiri frequenter rationes, ob qoas Chriſti Sacrificium io pane celebretur. Prima, quia præC ſoppoſita neceſſitate huius Myſterij, de qua egimus perſæpe, cum Chriſtos ad manducandum ſub propria ſua ſpecie oon poſſet ſeſe dare, tum propter Fidei actum, quę prorſus tunc periret, tum etiam propter cibi vioentis & humani admirationem, horroremque; Quis nanque carnem humanam auderet manducare? Hoc horror per ſe maximos. Quis ve homo hominem alterum, quantitatis nil miuoris, idque vno tantum moiſu, ſeu vini paruo hauſtu, cogitaret poſſe edere, & intra ſe recondere? Hoc maxima admiratio. Vel quis etiam corpus Dei fulgoribus veſtitum, & fulgoribus à luce humanæ vitæ tollens, & naturaliter abſorbens quaſcunque creaturas videntes tanD tum Numen, vt dicitur in Exod. *Non videbit me homo, & viuet*; ad vitam carnis poſſet tam efficax & ſummum pro cibo lumen ſumere? Ideo cum ad Chriſti corpus conſecrandum eſſet forinſecus materia compellanda, nulla certè pani æqualis valeret adhiberi, ob rationes n. 8. à Bonauentura inſinuatas, & alias frequentiſsimè repertas in hoc opere; quæ omnes huc tranſlatæ conſtituunt meam primam. Secunda (etſi in iſta ac reliquis ſequentibus prædictas attingamus) quia panis eſt facillimus ad vſum, atque mundiſsimus ad Sactificiū celebraodum. Tertia, quia inanimarom creaturarum, & perquammaaimè illarum quæ nos alunt, primitiæ panis eſt, vt lib. 4. cap. 32. ſcribit Irenæus. Quarta, quia cibus ipſe pretioſior cunctis aliis, & prior in coouiuiis. Quinta, quia naturaliter præ omnibus eduliis, & rebus quibuſcuoque, cum Chriſto & Chriſtianis vnitatem oeceſſariam alterutrinque (vt vinum etiam) quàmualde præſefert; ex multis nanque grauis oportet panis fieri, & vinum ex multis acinis. Sexta, quia confortandi quæ propriè panis eſt, vi pollet Eochariſtia. Septima tandem, quia vinum à pane ſeparatum aptiſsima ſunt ſymbola ad deootandum Chriſtum paſſum, cuius ſanguis fuit illic præ multitudine plagarum à corpore diuiſus, à carne ſeparatus. Alenſis 4. p. q. 32. memb. 1. art. 1. D. Thom. 3. p. q. 74. art. 1. Richardus ſuper 4. d. 11. art. 2. q. 1. & Scotus ibimet q. 6.

Rationes cur in pane conficiatur Chriſti Sacrum.

Exod. 33. 20.

Panis laudes & proprietates pro Miſſæ Sacrificio.

S. Irenæus.

Alenſis.

D. Thom.

12. De prima, peroportoit velatum Chriſtum eſſe, ne Fides euaneſcerer, & Fideles ex maieſtate conſpecta contabeſcerent. Nam ſi aliter veniſſet vt aſſerit Chryſoſto. in Pſal. 50. perirent creatorę, eaſiccaretur maris aqua, & vel lumina cęleſtia deficerent ſuaptè.

De ſecuoda Bonauent. octauo datus numeto; & D. Tho. cap. 9. opuſcu. 58. quem ob aliquam dioerſitatem adijciam in loco iſto. *Primò quantùm ad inuentionem, quia cibis vniuerſis facilior eſt ſpecies, dum omni tempore, & omni loco faciliùs inuenitur. Secundò, quantùm ad conſeruationem, quia, ſi debet cuſtodiri, portari, atque leuari, commodiùs fit ſub pane, quàm ſub quouis cibo alio:* Iurauit Dominus

D. Thom.

Pſal 109. 4.

minus & non pœnitebit eum; Tu es Sacerdos in ęternum ſecundum ordinē Melchiſedech: *Qui nec oues, nec boues, nec capras, ſed tantummodo & panem & vinum obtulit. Tertiò quantùm ad adminiſtrationem; quia mundiùs & habiliùs honeſtiùſque tractatur, diuiditur, & ſumitur, à ſanis, & infirmis.*

De tertia Sanctus idem Enar. 24.

Gen. 49. 10.

De quarta verba Gen. *Aſer pinguis panis eius, & præbebit delicias Regibus.* Et Paſchaſius cap. 9. de Euchar. Sacramento.

S. Bernardinus.

De quinta Bernardinus tom. 4. ſerm. 1. ar. 1. de Euchar. *Grana frumenti tria in ſe habent. Primò enim ſunt dura. Secundò furfure cooperta. Tertiò ad inuicem diſtincta. Durities conteritur; furfur emundatur, diuiſio coadunatur; cum in panem, ſiue in hoſtiam frumentum ſolidatur. Sic quilibet peccator qui ad hoc Sacramentum accedit, per tria ſe reconciliare debet; per cordis contritionem, vbi conteritur durities; per oris Confeſſionem, vbi furfur emundatur; per fratris dilectionem vbi diuiſio aſſociatur. Prima fit Deo; Secunda Eccleſiæ; Tertia proximo.*

Vt debeant pœnitentes accedentes ad Dei panem naturam panis ſumere, & illi aſſimilari.

Pſal. 103. 15. Pſal. 22. 5. Iſai. 21. 5.

De ſexta tria loca; *Et panis cor hominis confirmat. Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus omnes qui tribulant me. Pone menſam, contemplare in ſpecula; comedentes & bibentes ſurgite principes, arripite clypeum.* Quorum vltimum de hoc Myſterio elucidat Hieronym.

De ſeptima D. Tho. 3. p. q. 76. ar. 2. ad 3. & PP. frequentiſſimè.

13. Tanta panis ad Euchariſtiam ſimilitudo recognoſcitur, vt vel panis conſecratus, iam panis nihil habens, vocetur adhuc panis, tam à PP. & à Prophetis in ſuis Vaticiniis, de pane & vino à nobis ſuperiùs allegatis, quàm pariter à Chriſto, qui vt oracula firmaret, ſe panem nuncupauit; *Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Et vinum per Matthæum, *Non bibam amodo de hoc genimine vitis, vſque in diem illum; &c.* Cuius facti rationes hę quinq; ſeſe offerunt.

Ioan. 6. 51.

Cur panis conſecratus iam nihil panis habens vocetur panis adhuc.

Prima, quia aſſimilatio, & de pane ad panem alterum ſymbolizatio magna eſt, hucuſque elucidata. Secunda, quia ex pane hic panis Cæli factus. Tertia, quia panis ſemper figuram priſcam retinet, & accidentibus velatur. Quarta, quia effectus panis, proprietatéſque conſeruat. Quinta tandem, quia Hebraicè omnis cibus panis dicitur; ac ideo vel hic cibus. Prima quidem per ſe patet, cum à ſimilitudine res multæ accipiant ſibi nomen; vnde Chriſtus iam Elias; iam Hieremias, iam Baptiſta à multis dicebatur. Secunda nihil ſecius, in virga quæ in colubrum iam penitus conuerſa, vocatur adhuc virga; & aqua in vinum verſa non perdit nomen aquæ; nec oſſis nomen Eua. Tertia claret ex ſpiritibus Angelicis qui homines dicuntur in Dei codice, cum formam ſumunt hominum. Quarta ex cibo qui in deſerto reficiente velut panis, huiuſmodi appellatur. Quinta ex Dominica oratione, vbi ſub pane quotidiano cibaria cuncta petimus; & cuncta neceſſaria.

Luc. 14. 1. Matt. 16. 14. Exod. 7. 12. Ioan. 2. 9. Gen. 2. 23. Gen. 18. 2. Thob. 5. 5.

Quibus tamen non obſtantibus; rarò panis conſecratus inuenietur panis tantùm alicubi vocatus; ſed panis cum adiecto, vt

A maximum diſcrimen exinde dignoſcatur. Quemadmodum cum additur; *Qui de cælo deſcendit;* vel *Qui dat vitam mundo;* Aut ponitur articulus, prænomenve deſignans ſubſtantiam tanti panis; *Si quis manducauerit ex hoc pane. Qui manducat hunc panem viuet in æternum.* Quo ſenſu dixit Paulus de pane nondum ſacro; *Quoniam Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panem; &c.* At pòſt de conſecrato; *Quotieſcunque manducabitis panem hunc, vel calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.*

Ioan. 6. 33. N. 51. & 58. 1 Cor. 11. 24. 26.

14. Hinc duo paradoxa dicuntur de hoc pane, ei minimè decentia, ſed ob ſimilitudinem cum pane eidem cōgruentia, ac etiam cohærentia; tum corpora nutrire; tum frangi, & teri dentibus, cum ſumitur à nobis. Sic enim PP. ſæpe loquuntur de hoc Sacro; B cum tamen neutrum verum; nec corpora ſuſtentare, nec teri manducatum. At ipſi nihilominus ex panis ſimilitudine tam debitum & ingenitum, vt quod mendax hinc videtur, ſit illinc ſummè verum. Primum ſanè, quia corpora dupliciter enutrit; tam per panis accidentia, quæ vt habent per miraculum virtutem ſubſiſtendi, ſubiecto ſine aliquo, ſic ſimul & alendi; nec malè, cum vtrumque miraculum ſit vnum, non duplex, neque plura; quàm etiam per contactum Diuini, Chriſti corporis, quod vt tale vel ſub panis occluſum ſpeciebus, corporibus vim indit ad poſtea reſurgendum; de qua Ioannes inquit: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.* Secundum verò quia Chriſtus ſub panis acciden- C tibus & teritur, & tangitur, vt Angeli in Scriptura ſub accidentibus aëreis tanguntur & videntur; & etiam vt Chriſtus ipſe de muliere tangente dumtaxat eius fimbriam, verè dixit, *Quis me tetigit?* Veſtimenta namque Chriſto ſunt panis accidentia, ſub quibus ille tangitur, & teritur à ſuis.

Vt panis conſecratus nutrire poſſit corpora, & alere realiter.

Ioan. 6. 54. Luc. 8. 45.

Dicet criticus non propriè præfato modo tangi, ac ideo neque propriè à ſuis manducari, cum dentibus haudquaquam (vt videbatur neceſſarium) tangatur & teratur. At neutiquam ad comedendum hæc actio requiſita, ſed ſufficit ab ore in ſtomachum traiectio, vt accidit puerulis & ſenibus edentulis; nec non dentatis viris, cum aliquid deglutiunt, & verè ſic res comedunt. Præterea, quòd ſi eſcam atterere neceſſum, non D vanè ſed veraciter nos Chriſti corpus edimus; tum quia non per ſe, ſed ſub panis ſpeciebus præcisè manducatur, hæ autem viſibiliter franguntur & teruntur; tum quia panis ipſe materialis & communis non atteritur à dentibus, niſi tantùm ſub accidentium ſuorum ratione; vt docet Philoſophia.

Vt Chriſtus poſſit tangi, & teri, ac manducari ſub panis accidentibus.

Ergo bene panis dicitur Euchariſtiæ Sacramentum. Vbi liceat cum Roperto ad 2. cap. Gen. rem dignam ponderatu, in nominum impoſitione, per Deum, vel per hominem, hoc loco memorare; omnia nanque in mundi initio ornata ſunt nominibus; ſed res impetituræ perpetuæ & immortales, vt

Rupertus.

Gen. 1. 1. 2. & 6.

cælum & elementa, per Deum, non per hominem; *In principio creauit Deus cælum & terram. Et ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Vocauitque Deus firmamentum cælum.* Et terram quoque, & aquas, quæ elementa duo ſunt, huiuſmodi vocauit; quandoquidem ante factum Adamum ſic vocantur; omiſſo, quòd animalia & cæli volatilia pro nominibus accipiendis ei tantùm ſunt adducta. At verò perituræ mortales, & res morti ſubiectæ, vt animantia per hominem, non per Deum, nominibus donata; quia moriturum morituris, & immoriturum immorituris decebat nomen dare. Nam cum nomen Euchariſtiæ Deus panis ſæpe dederit, tũ Ioan. ſexto cap. tum alibi non rarò, hoc nomen illi proprium, perenne, & immortale; quapropter in Matthæo; *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi.* Et quondam in Rege Vate; *Et erit firmamentum in terra, in ſummis montium*; quæ de pane hoc Sacratiſſimo multoties explicaui. Intuere concentum; *Vocauitque Deus firmamentum cælum: Et erit firmamentum in terra in ſummis montium.* Præſertim cum Euchariſtia ſit Cælum & firmamentum; firmamentum in præſentiarum; Cælum autem Ioan. 1. ad verba modò habita; *In principio creauit Deus cælum & terram.*

De nominibus per Deum impoſitis & per hominem, res valde ponderanda. Gen. 2. 19.

Cur panis Euchariſtiæ ſit nomen valde proprium, & fixum pluſquam reliqua. Matt. 28. 20. Pſal. 71. 16.

De pane, an fermentatus, vel azymus adhibendus, & quis illorum aptior, pro Miſſæ Sacrificio.

15. HÆc quæſtio, priuſquàm à pane recedamus, oportet explicari, quæ ita ſeſe habet. Fermentatus à fermento, & azymus ab eo, quòd eſt ſine fermento (cum zymos ſit fermentum idiomate Græcorum; & à copulatiua, quæ ſeorſum rei inuertit; vt anonymus ſine nomine, & axymus ſine zymo, hoc eſt, ſine fermento) vocantur huiuſcemodi. Vterque panis verus, proindéque materia idonea Sacrificio, ni vtri illorum mos Eccleſiæ aduerſaretur. Nam Græca in fermentato, Latina verò in axymo à longo ſolent tempore rem Sacram celebrare; qui ritus ab vtraque ſeruatur ſub mortali; tum ob pondus rei tam grandis; tum ne Eccleſiæ conſuetudo in aliis obſeruantiis, priore vacillante, vacillet, & perdatur. Quamobrem, vel cum iter Sacerdos per alienam confecerit Eccleſiam, vel peregrinando moram fecerit, tenetur iuxta ſuam Eccleſiam celebrare; tam ob cauſas precedentes, quàm ob temporis anguſtias, & difficultatem ritus alios, vt decet, ebibendi.

Fermentatus atque azymus cur panes ſic vocati.

In quo ritu debeat Græcus celebrare apud Latinos, & Latinus apud Græcos.

Hoc agitur in praxi; quid agi verò dignius, ex illo tantùm patet, quia Eccleſia primitiua, vel Græca vel Latina, in axymo immolabat; donec propter Ebionitas Iudaixantes in hoc pane, in fermentato cæpit vtraque Eccleſia celebrare. Qua ſecta tamen mortua, Latina ad morem priſtinum repetiit azymorum, Græca verò fermentatum retinuit Sacrificium, vt teſtatur Leo 9. epiſt ad Michaëlem Conſtant. Patriarch.

Vnde Græci atque Latini diuerſo in pane faciant.

Leo 9.

A Innocent. de hoc Myſterio lib. 4. cap. 4. Et Scotus ſup. 4. d. 11. q 6. Quæ diuiſio, ſiue prauum diuiſionis deſiderium, in cauſa fuit Græcis, ſeu ortum ab illa cauſa, vt ipſi genio proprio maleuolo in Latinos, de facili indulgentes, aduerſarij ſemper manſerint & oblatratores indefeſſi Eccleſiæ Latinorum. Nam vt dicitur in Prouerb. *Occaſiones quærit, qui vult recedere ab amico* Et conſtat, quia Latinos azymitas per ludibrium tum temporis vocabant, & poſtea ſemper morem Latinum condemnarunt, cum eos in fermentato quietè miniſtrantes Latini non coarguant. Hoc ſanè illorum ſchiſma, non autem quo vtuntur, frumentum minùs aptum ad Miſſæ Sacrificium. Quibus ideo benè quadrat quod ad verba Prouerb. prædi-
B cta ſubligatur; *Omni tempore erit exprobabilis*, occaſiones nempe quærens, vt deſerat amicum, qui debet nunquam deſeri. Cuiuſmodi nunc ſunt, & erunt ſemper Græci, exprobrabiles ob vanè machinatas rationes, quæ tanquam machinatæ in ſolum cadunt facilè, atque machinæ ruinis auctores ſuos opprimunt.

Innoc. 3. Scotus.

Prouer. 18. 1.

16. Prima quidem, dum tuentur, per verba apud Ioannem Euchariſtiæ inſtitutionem dilucidè narrantia; *Ante diem feſtum Paſchæ, ſciens Ieſus quia venit hora eius, &c.* hanc conditam non fuiſſe in die feſto Paſchæ, ſed ante feſtum illud, die proximè precedente, ac ideo in fermentato; quo Iudæi per anni curſum hauddubiè veſcebantur, exceptis Paſchæ agni diebus tantùm ſeptẽ, de quibus ſic in Exodo. *Septem diebus azyma*
C *comedetis; in die primo non erit fermentum in domibus veſtris; quicunque comederit fermentum, peribit anima illa de Iſraël, à primo die vſque ad diem ſeptimum.* Et iterum in Leuit. *Septem diebus azyma comedetis.* Ioannes namque Sanctus non computauit more Sacro, quo feſta incipiebant à veſpere præcedente in populo Hebræorum, ſed modo conſueto quo dies clarè incipit à mane illuceſcente; ſeu potiùs ſupputauit à ſolemnitate celeberrima exorientis diei Paſchæ, cui veſpera præcedens comparata feſtum erat inferius longo tractu. Probatúrque hæc ipſa intentio Euangeliſtæ ex veteri, ac nil minus ex nouo teſtamento, ex veteri à Leuitico in verbis recẽs datis immediatè præcedentibus; *Menſe primo, decimaquarta die ad* veſperam *Phaſe*
D *Domini eſt; & decimaquinta die menſis huius* ſolemnitas *azymorum Domini eſt.* Vbi veſpera & ſolemnitas ad inuicem diuiduntur, quæ in feſto & pane azymo vtrinque nectebantur. Ex nouo verò à tribus aliis Euangeliſtis, qui ſic dicunt; *Prima die azymorum acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicentes, vbi vis paremus tibi comedere Paſchali.* Ergo etiam in pane axymo. Et Marcus hiſce verbis; *Primo die azymorum, quando Paſcha immolabant.* Sed Lucas multò clariùs: *Venit dies azymorum, in quo neceſſe erat occidi Paſcha.* Neceſſitatis namque additum dubietatem cunctam tollit. Sic quatuor feliciſſimè excurrunt Euangelia, quod melius quantùm ſit, quàm dicere cum Græcis, Ioannem tanquam

vltimum

Ioan. 13. 1.

Dies feſti vt computati in populo Iudaico.

Exod. 12. 15.

Leuit. 23. 7.

Fermentum quàm prohibitum in paſcha Iudæorum.

Leuit. 23. n. 5. & 6.

Matt. 26. 17.

Marc. 14. 12.

Lucæ 22. 7.

A vltimum è quatuor Euangeliſtis, tres alios correxiſſe, hoc viderint qui volent.

17. Secunda, dum conſiderant comprehenſionem Chriſti in die præcauiſſe Iudæos feſto; *Ne forte tumultus fieret in populo*; vnde colligitur non in die Paſchali occiſũ Chriſtum, ſed in proximè præcedente; quare etiam ſi in veſpera diei feſtiuo præcedentis *Pridie quam pateretur* vt dicitur in Can. vel *in qua nocte tradebatur*, vt ſcribitur à Paulo, inſtituit Euchariſtiam, non in azymo, ſed in fermentato, quod extra Paſcha manducabatur, inſtituit hoc Myſterium. Nam quamuis hoc conſilium habuerint Iudæi, non illud conſummarunt, ſed potiùs occaſione eis data à traditore, vt Chriſtum ſine turbis, periculoque caperent, ſtatim ne hanc perderent, contrarium ſtatuere; quò etiam ex die feſto iniuria Chriſti creſceret, vt patet ex contextu. Nec etiam diem feſtum putabant violare, qui iuridicè atque iuſtè ſe agere autumabant, ac Deo in illo opere obſequium ſe præſtare.

Matth. 26. 3

1. Cor. 11. 23.

An Chriſtus verè occiſus in ipſo die Paſchæ.

B

N. 25. 56. & 17.

18. Tertia dum eodem die quo Chriſtus eſt occiſus, aduertunt mercatum ſindonẽ pernobilem Ioſephum, & mulieres aromata, ac ea præparaſſe vt Chriſti corpus vngerent; vnde dicunt citra Paſcham fuiſſe illius mortem, in quo opera ſeruilia quæcunque vetabantur; Leuit. 23. *Omne opus ſeruile non facietis in eo*; ac proinde citra feſtum in pane fermentato inſtituiſſe corporis ſui eximium Sacramentum. Nam opera ſeruilia dumtaxat tunc prohibita, non autem neceſſaria; vt eruitur ex Luca; *Cuius veſtrum aſinus aut bos in puteum cadet; & non continuò extrahet illum die Sabbathi? Et non poterant ad hæc reſpondere illi, &c.* nedum opera pietatis. Cum tamen die Paſchæ ſolẽnius eſſet Sabbathum, de quo loquitur hic locus; vt patet, quia Sabbathum habebat paraſceuem, hoc eſt diem præcedentem, quæ hodie ſexta eſt feria, ad cibos diei Sabbathi in eo præparandos: in quo etiam in ſolitudine Iudæis manna duplum Deus ſemper præparauit; vnde à cœna, quæ eſt vltima dierum manducatio; ac alias ſub ſe continens, & à parando, ſibi nomen inuenit paraſceue; dies autem feſtus Paſchæ paraſceuẽ non habebat; Ioannis quippe verba; *Iudæi ergo quoniam paraſceue erat*; non de Paſchæ paraſceue, quod Paſchæ nullum erat, ſed de ipſo Paſchæ die, qui incidit eo anno in paraſceuem diei Sabbathi, loquuntur ſatis clarè; *vt non remanerent in Cruce corpora Sabbatho; erat enim magnus dies ille Sabbathi*. Id eſt maior die Paſchæ; tum quia dies Sabbathi, tum quia infra octauã tam magni feſti incidit, quod duplo maius erat; & tamen vel tunc licita officia pietatis. Si enim corpora ante Sabbathum deponere curarunt, non fuit tanquam illicitum, ſed tanquam minus decens, pro die tam ſolemni; vt Lyra noſter ait. Ergo pietas Ioſephi & mulierum decentior in ipſo die Paſchatis.

Quæ opera licuerint in Paſchæ & die Sabbathi.

Leuit. 23. 7.

Luc. 14. 5. & 6.

C

Exod. 16. 22.

Paraſceue a quodnam ethymon, & eius diei cauſa.

D

Ioan. 19. 31.

Lyra.

19. Quarta Paſchatis dum die obſeruant noluiſſe Prætorium Iudæos ingredi, Pilati viri ritibus Gentilibus inſtructi; *vt non contaminarentur, ſed vt manducarent Paſcha*. Vnde poteſt coniectari, non dum veniſſe Paſcha, ſed ligitimum ante tempus ob mortem ſibi inſtantem, hoc Chriſtum manducaſſe, ac ſubinde in fermentato feciſſe Sacrũ Epulum. Non enim hoc verbũ Paſcha pro agno tantùm ſumitur, ſed pariter pro azymis manducatis diebus ſeptem; quamobrẽ non de agno in die præcedenti, ab ipſis iam comeſto, hæc præcautio à contaminatione Paſchali intelligenda, ſed de azymis prædictis, ea ſolemnitate comedendis, vel de Sacrificiis quæ per eos tunc plurima fiebant, vt conſtat ex Leuit. *Sed offeretis Sacrificium in igne Domino ſeptem diebus*. Ex ipſo Patre Lyra.

Pilati cur Prætorium noluerunt Iudæi ingredi.

Leuit. 23. 8.

20. Quinta tandem, dum præponderant azymorum die ſecundo teneri Iudæos primitiarum manipulum immolare, & quinquaginta exinde dies vſque ad feſtum Pentecoſtes, quò ipſum aptè celebrarent, præciſè computare; Leuit. 23. n. 9. & 15. Quocirca ſi hic dies manipuli immolati tunc venit die Sabbathi, vt hactenus expoſuit, oportebat, & Pentecoſtem venire in die Sabbathi, atqui venit in Dominico, cùm Spiritus Diuinus deſcendit in Apoſtolos; non igitur ſecunda, ſed azymorum dies prima tunc incidit in Sabbathum; ſed ſi Chriſtus ante Sabbathum, in paraſceue illius mortuus, & pridie quàm pateretur inſtituit Euchariſtiam, hinc concluditur ante Paſcha, ac proinde in fermentato inſtituiſſe tale ferculum. Non etenim ſecunda, ſed azymorum die tertia offerebatur Deo manipulus, quando ſecunda dies illa in Sabbatho occurrebat; quare tertia fuit tunc manipulus oblatus; cum autem dies talis extiterit Dominicus benè ab illo ad Pentecoſtem interfuſus fuit numerus dierũ quinquaginta; de quo Lyra 23. Leuit. videatur. Nec Dominici Pentecoſtes de quo agitur in verbis *Cum compleretur dies Pentecoſtes*, debebat computatio ſcripta à Chriſtiano, Iudaico more fieri, ſed prorſus Chriſtiano, prout hær. 76. exemplis notum facit & probat Epiphanius. Quibus, aliiſque labaſcunt Græcorum fundamenta, & in Paſcha pane azymo inſtitutum hoc Sacramentum, patenter demonſtratur.

Leuit 23. n. 9. & 15.

Pentecoſtes feſtum olim qua forma cõputatum.

Actor. 2. 1.

21. Obiiciunt, quòd in azymis Sacrificium celebrare eſt planè iudaizare, & Iudaicas ceremonias transfundere in Eccleſiam; cum tamen Paulus dicat; *Vetera tranſierunt, ecce noua facta ſunt omnia*. Et Moyſes in Leuit. *Nouis ſuperuenientibus vetera proiicietis*. Hoc autem perquamfacilè diſſoluit Innocent. lib. 4. cap. 4. de Miſſæ Sacrificio. *Sciendum* (inquit ille) *quòd non omnes antiquas legis conſuetudines abiecit Eccleſia, ſed quaſdam prouida conſideratione retinuit; vnde Sponſa dicit ad Sponſum*; Omnia poma noua & vetera, dilecte mi, ſeruaui tibi. *Adhuc enim faciem plenæ lunæ conſiderat, ne Paſcha celebret in defectu. Adhuc conficit oleum vnctionis, & thus ſuauitatis incendit. Adhuc ſoluit decimas & primitias. Adhuc habet candelabrum & lucernas; & veſtes, & vaſa, & Pontifices, & Le-*

Iudaizare verum nam ſit habere ex lege aliqua.

2. Cor. 5. 17.

Leuit. 26. 10

Innoc. III.

Cant. 7. 13.

Antiquæ legis ritus an nouæ quidquid ſeruiant.

nitat. Neque ſolùm de legalibus, verum etiam de ſcriptis Gentilium libenter aſſumit Eccleſia, ſi quid in eis probè dictum vel factum agnoſcit, & tanquam mulieris captiuæ reſecat vngues, piloſque ſuperfluos, vt ab alienigena falſitate emundata thalamum veritatis digna ſit introire. (A)

Deut. 21. 12.

Sic olim Iſraelitæ argentea nec non aurea ab Ægypriis vaſa mutuò indubitanter petiere,

Exod 11. 2. & 2, 12.

quibus tamen ſine aliquo reſtituendi cogitatu, ab illis receſſere, qui ideo furtũ fuerit, ſed mercedis non ſolutę in operibus Rameſſes retentio perquamiuſta.

Exod, 12. 2.

Vbi Lyra ſuperaddit, cum fundamentis valde firmis, quòd & arma mutuata ab ipſis accepere, quę etiam tranſtulerunt, ac ipſis bellum eis qui ex mari ſuperfuere, & Gentilibus, licet aliis, in via ſolitudinis, certamina indixere. Argentum nanque & aurum notitia eſt de Diuinis, humaniſque ſcientiis;

Gentilium qua nam forma ſciẽtiæ ſalutares.

arma verò illarum vis, dum Fidei Chriſti proſunt, & phalangibus aduerſariorum Eccleſię nimis obſunt. Nam ab iniuſtis poſſeſſoribus ſunt bona vendicanda, vt alibi iam diximus cum calamo Auguſtini lib. 2. cap. 40. de doct. Chriſtiana; & abciſis abſcindendis hæ fœminę impudicę ſcientiarum ſæcularium, efficiuntur caſtę, & Sanctę.

Fermentũ in quonam Chriſti figura, & in quo azymus.

Inſtant etiam myſtagogiam deductam ex fermentato, vtiliorem longè eſſe, & Euchariſtię longe propriam, quàm quę deducitur ex azymo; quia fermentum carnis peccati ſimilitudinem præſefert, quam ex verbis D. Pauli in carne Chriſtus ſumpſit Epiſto. ad Rom. *In ſimilitudinem carnis peccati.*

Rom. 8. 4.

Phelip. 2. 7.

Et iterum hocce modo. *Semetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus & habitu inuentus vt homo.* (C)

Fermentũ quidnam ſit.

Nam fermentum non eſt aliud quàm maſſa ſine ſale, iam acida & corrupta, vt dicitur à Plinio lib. 18. cap. 11. & Chriſtus ſine ſale Diuinę Sapientię, communis homo, & corruptibilis videbatur inter homines;

Matt. 11. 19.

ac ex conſuetudine manducandi, bibendique cum illis, corruptus vita & moribus. Sed malè, cum fermentum in ſimilitudine peccati depingat tantùm Chriſtum; at azymus ex farina puriſſima confectus, in veritate Sanctimoniæ immaculatę & à peccato omnimodè expurgatę, eundem Chriſtum referat.

Quid farinæ, quid ve furfuris habuerit Dei Filius.

At potior hæc eſt ratio, & alteri Græcorum tam valde præferenda, vt cunctis per ſe pateat. (D) Nam puriſſimus in veritate Dei Filius ſemper fuit; impurus verò ſolùm in apparentia exteriori, quam induit peccatorum. In ſe ſimila ſelecta, & planè ſine ſimili; ſeu mundiſſima farina, ac probatiſsima, & ſelectiſſima ex millibus humanis, furfur autem tantum in facie mortali quam gerebat. Quantò autem à veritate exceditur figura, tantò ſenſus præſens noſter Græcorum ſenſum ſuperat; nos enim in veritatem internamque ſubſtantiam, illi verò in Redemptoris ſpeciem exteriorem tantũmodo ſe dirigunt.

Exod. 12. 8.

Adde panibus cum azymis Paſchalem agnum edi, nec congruere cum pane communi manducari cibum

A adeo ſingularem, tum in ritibus patentibus, tum in arcanis latitantibus.

Fermentatus ne, an azymus, Melchiſedechi panis fuerit.

Sed & panem Melchiſedech ex azymis fuiſſe hinc poterit colligere, qui viderit in Iudæa hunc Principem regnaſſe, & qui verba Abenezra ad Exod. cap. 13. in iſtum modum legerit.

Abenezra in Exod.

In Iudæa, Ægypto, Arabia, ne aſtu nimio indureſcerent nimium panes, ſolebant quotidie recentes conficere; ob quamrem ſemper farinæ maſſam habebant paratam; quæ & ipſa calore nimio ne corrumperetur, fermento carebat.

22. Certè omne genus hominum peccato fuit Adæ corruptum & fermentatum. Nam ſi *Modicum fermentum corrumpit totam maſſam*; quid faceret tam immodicum, de quo in paradiſo ſcripſimus, peccatum? Hoc vetus eſt fermentum à viro primo habitum,

1. Corin 5. 6. & 7.

Fermentũ quale culpa.

B de quo ibidem Paulus *Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio.* At Deus ex maſſa humanę propaginis corrupta, corruptioni vniuerſalis putredinis occurrit;

Maria vt ſit farina à Deo ſelectiſſima, quò panis Euchariſticus ab illa tandem fieret.

non fermentũ originalis aſſumens immunditię, ſed farinam immaculatę originis in Virgine; à qua furfur incerniculo amoris infiniti, & potentię nil minoris, plus ablegauit, quàm expurgauit Spiritus Diuinus, vt farinę flos puriſſimus, mundiſſimúſque eſſet, ac loquitur Cellenſis lib. de panibus cap. 4.

P. Cellẽſis.

Vis aſpicere in Maria mundiſſimam farinam? audi quanta puritate cum Angelo loquatur; *Quomodo fiet iſtud, quomodo virum non cognoſco?*

Luc. 1. 34.

Vis cernere incerniculum à ſuperiori manu Dei commotum & agitatum, (vt C ab alicuius ſuperioris hoc manu commouetur) quo farinam Marianam à furfure quocunque longiſſimè abdicaret? Attende quid ei cæli reſponderit Legatus, *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te*;

N. 35.

En incerniculum commotum à manu Dei Spiritus; nam venit, & ſuperuenit, vt mundet plus hanc Dominam. *Et virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.*

Luc. 1. 51.

En manus incerniculum virtute ſumma mouens, & brachio potentiſſimo; de quo Virgo iam Dei Mater; *Fecit potentiam in brachio ſuo diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.* Quapropter flos farinę non adeo mundefactus, quàm potiùs mundans alios à Virgine eſt productus; de quo, cauſali forſan verbo, ob rationes modò datas, ibidem ſuperadditur; *Ideoque & quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei.*

N. 35.

D Præceſſit hoc ſub vmbra in muliere Sarephtę, cui ita vir Dei fatus; *Affer mihi obſecro & bucellam panis in manu tua*;

3. Reg. 17. 12.

quę gemitu, & iuſiurando reſpondit iſtiuſmodi; *Viuit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, niſi quantùm pugillus capere poteſt farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho; en colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illud mihi, & filio meo, vt comedamus, & moriamur.*

In muliere Sareptana Conceptionis Marianę figura non in concinna.

Reſponſio perquamapta; quia cum maſſa humanitatis in integrum periiſſet, pugillus ille ſolus farinę Marianę, & paululum eius olei, id eſt, gratiæ, quæ vel magna, reſpectu Dei eſt paruula, in hydria atque lecytho humano ſeruabatur, vt ſibi & filio ſuo edulium pararetur. Sola etenim Deipara, Dei-

patæque

paræque Filius ex farina, Deique oleo, & ex gratia ſine culpa, originalive fermento, in mundo ſunt concepti. Quam farinam tunc internere & purificare Deus incepit, cum puriſſima hęc puella, & florentiſſima Sanctorum, vt florida & cęleſtis farina fuit genita.

Petiit tamen inde ſibi Elias panem azymum, nullam olei poſt expreſſi à muliere piiſſima, adiiciens mentionem, quia vt homo fieret Deus, non gratia ſed farina tantummodo indigebat, id eſt, Adæ humanitate, quam per Angelum à Maria Omnipotens quęſiuit; quęſiuit autem panem paruulum, pugillo coarctatum, quia paruulam materiam, vt alibi iam diximus, à Virgine ſuſcepit. Quo accepto ſic Elias; *Hac autem dicit Dominus; Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur; vſque ad diem, in qua Dominus daturus eſt pluuiam ſuper terram.*

N. 14.

B

Quia ex Virginis farina à Deo ſibi vnita fecit ille panem paruulum in Euchariſtiæ Sacramento; in quo nec panis iſte, nec gratiæ ipſius oleum vſque ad pluuiam combuſturam & prçuenturam mundi finem, deficient cum Matthęo; *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſaculi.*

Matt 28.10.

Egregia ſanè res pro noſtro pane azymo, à Biuero inſinuata in Conuiuio Sapientię diſſert. 2. cap. 3. à Rabbanóque firmata, qui de farina Chriſti corporis & de chriſmate eius gratiæ hoc explicat in Gloſſa.

Biuerus. Rabbanus.

Nec non ſimul ab Ambroſ. qui ibi ſuper verba ex parte Dei prolata; *Hac autem dicit Dominus Hydria farinæ non deficiet*; rem finit eleganter; *Domini enim eſt perpetuitatem Sacramentorum ſpondere cæleſtium, & non defuturam ſpiritualis exultationis gratiam polliceri.*

S. Ambroſ.

C

23. Nec tantummodo pro meliore conuenientia verſus Deum, ſed etiam verſus homines in azymo, non in fermentato nos decet conſectare, quia azymus ſynceritati communicantium requiſitæ colludit naturaliter, vt docet D. Tho. 3. p. q. 74. art. 4. ad verba D. Pauli; *Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis azymi. Etenim paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ; ſed in azymis ſinceritatis & veritatis.*

D. Tho.

1. Cor. 5. 7.

Talis omnium Dei Eccleſiæ eſt Patrum mens vnanimis; & nominatim Cypriani ſerm. in Cœn. Do. Paulinique ad Seuerum, & Abulenſis ſup. Matth. cap. 26. q. 37. vbi maximum pro corpore Dominico ſumendo hoc vocat fundamentum; videlicet, cum azymis internæ puritatis dumtaxat manducari; vt etiam Paulus dixit, dum iſtud tantùm petiit, & reliqua contempſit; *Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat.*

Quantum puritas cõſcientiæ per azymos ſignetur.

D

1. Cor. 11. 28.

Vnde latiùs ad Orat. 41. Nazianz. ſic aſſerit Nicetas; *Quod ſeptem diebus panem fermenti expertem edere lex iubet, id nobis documentum eſt, vt omni vita noſtræ tempore in ſimplicitate, & puritate viuamus.*

Per ſeptem dies quondam cur fuerint mãducati.

Probatur à contrario ex muliere Euangelica, quæ panem fermentatum non azymum parauit; cùm fermentum ſatis tribus farinæ copulauit; in quo illa ſimilitudinem

Matt 13. 33.

A

cæleſtis Regni geſſit; non quidem triumphantis, in quo fermenti nihil, putredinisve datur; ſed Regni militantis, peccatáque plorantis; atque ore Confeſſionis edentis panem illum, qui doloris nuncupatur à Rege concentore; vt de Panibus cap. 3. Cellenſis Abbas docet.

Pſal. 116. 2. Cellenſis.

Quo caſu bene mulier in farinæ ſatis tribus fermentum tale abdidit; tres nanque Confeſſionis ſunt partes cunctis notæ; videlicet, Contritio, Abſolutio, ſatisfactio. Et iure tunc fermentum præcedit panem azymum, quia priùs de hoc fermento agendum pœnitenti, quam ſumat iuxta dictum præcedens D. Pauli de azymo Euchariſtiæ.

Confeſſio in ſatis tribus farinæ quod fermentum.

Nõ ſic Iudas primus azymi inſanus temerator, priùs comedẽs de eo, & poſtea de fermento Confeſſionis verba faciens; *Peccaui, tradens ſanguinẽ iuſtum*; proiiciénſque in templum argenteos Chriſti ſanguinis; pecunia prauè putans mercari poſſe veniam, miſericordiæ ſicut venam vendiderat pecunia; ſed præpoſterè deceptus fermentum dum poſtpoſuit, qui azymo fermentum prçponere arctabatur. Vnde arctatus fuit propetè & iuſtè mortis laqueo, qui præpoſterè ſe illaqueauerat fermento, & pani azymo, hacce duplici tortura nepharia fundens viſcera: Matth. cap. 27. & Actorum. 1.

Math. 27. 4

Actor. 1. 18.

Hoc modo pani azymo præmittitur fermentum, alio verò qualicunque ab illo ſic abiicitur & longè propulſatur, vt ab eo perquàm longum exilium patiatur; ac dicitur in Exod. vbi diebus quibus azymi edebantur in Iudæa, panis omnis fermentatus quaſi ab azymo relegatus ab illo Regno aberat; *Septem diebus fermentatum non inuenietur in domibus veſtris; qui comederit fermentatum peribit anima eius de cætu Iſrael; tam de aduenis, quàm de indigenis terræ.*

Vt fermentatus coram azymo non auſus apparere.

Exod. 12. 19.

Additque in ſuo Agno Nouatinus verſans numerum 178. exquiſitiſſima ſolertia, exulem fieri apud Iudæos fermentatum panem omnem, azymorũ priuſquam principium irradiaret; nam tubæ ſigno dato congregabatur ille populus, ad ignémque candelæ, ſilentio ſummo facto, vel in murium foraminibus quærebant fermentatum; quem inuentum vel incendio, vel aquæ fluuiali ſolemniter tradebant; quaſi ille contra iura facinoris reus eſſet, & noxæ capitalis. Quid peccauit ille panis? Quid mali Iudæis fecit? Nil peccauit, imò pauit maiori cum ſapore, qui ineſt fermentato, Iudaicam multitudinem. Nec quidquam mali fecit, ſed refecit euſque per anni totum curſum, progeniem Iſraëliticam; neque exulat quia aluit Abrahamicam familiam, ſed quia panis azymi aduentus appropinquat, & facies iam videtur; ante cuiuſmet conſpectum, Euchariſtiæ ſynceritatem futuram prænotantem, iuſtiſſimè diſparet fermentum cuiuſcunq; malitiæ, vel nequitiæ. Pro quo militat fermenti tam intima interdictio in Sacrificiis legis veteris Leu. 2. n. 12.

Nouatinus.

Fermentatus quanta cura ante aduentum panis azymi quæſitus per Iudæos, vt igni traderetur.

Leuit. 2. 11.

24. Hinc puto ab Euchariſtia arceri quoque ſal, etſi in quibuſcunque antiquis Sacrificiis miſceri iuberetur, & ipſum ſal fermenti corruptioni non ſubſeruiat, ſed potiùs aduerſetur, vt aſſerit Valleſius in Sacra

Leuit. 2. 13.

BBBbbb iij

Fermenti faciẽdi quis modus, ſiue ratio.

Philoſophia cap. 16. & Plinius lib. 18. cap. 11. per hæc verba: *Fermentum fit ex ipſa farina, qua ſubigitur, priuſquàm addatur ſal, ad pultis modum decocta, & relicta donec aceſcat. Vulgò verò neque ſubferuefaciunt, ſed tantùm pridie aſſeruata materia vtuntur.* Nam quamuis ſal fermenti putredini oon faueat, ſed magis refragetur, certam qoandam homiditatem progeoerat in pane, qua ille quamuis lentiùs ad corruptionem pergit mox, & illuc tandem peruenit. Vnde etiam qoò diutiùs perduret panis nauticus, cum ſale non cooficitur; & etiam panis Gallicus cui parcè ſal adiongitur, per menſes ſatis multos (vt ego expertus ſum) iocolomis ſeruatur, res autem quæ vel paruam corruptionẽ ſecum afferat, non parum à pane debet altaris amoueri, qui azymus ſyonceritatis, puritatíſqoe exiſtit. Chriſtus enim Agnus Paſchalis aotiqoo tantò melior, non debet qoouis modo corruptionis manducari, ſed animabos tam ſynceris, vt ſupra dixit Paulus; *Etenim paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus*; quare ibi cooſequeoter adiungit hæcce verba: *Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis.*

Sal quare amoueatur a pane Sacrificij.

B

1. Cor. 5. 7.

In ſale liquefacto Baptiſmus vtrum valeat.

Vel dicamus Euchariſtiæ ſal ideo non miſceri, quia in ea virtualiter ſub aqua ſal apponitur; ſal enim nihil aliod quam aqua eſt congelata. Vnde in ſale liquefacto ſi quia fuerit baptizatus, teoebit Sacramentum; pro vt docet cum Armilla Viualdus de Baptiſmo io aureo Candelabro o. 16. Et Euchariſtiæ panis aqua, quæ naturaliter eſt ſalſa, ſi fuerit ſubactus, idoneus Sacro erit. Cur verò non addatur artificialiter & induſtria, qood naturaliter adhibitum eſt licitom atque validum, hæc poteſt eſſe ratio; quia ſal ſaporem habet maiorem io ſua ſpecie, quàm confert aqua ſalſa, vt calleot bene omnes marini piſcatores, qui piſcibus in maris decoctis à ſe aqua, coniiciunt adhuc ſal. Omiſſo quòd eſt ſapor conſultò comparatus, hîc autem non tantummodo ſaporem nullum quærimus ſolertia cõparatum, ſed & omnia ſaporamina reiicimus in Deũ, ſobiicimúſque Fidei, quæ oeutiquam demulcere palatum ooſtrum debet, ſed potiùs ita abſtracta à tactu & ab humano ſapore ſemper eſſe, vt nihil terræ ſapiat; & in Deum à qoo credolitas Fidelium deriuatur, ſapores cunctos referat.

Euchariſtia in aqua ſalſa vt ſale ſubigatur.

C

A 25. Malitiæ vides ne fermentum quantùm pateat, & ſyncetitas Euchariſtici quàmualde panis luceat? Illod turpiter corrumpit quamcunque pulchrãm animam, vel tangeos ipſam ſolùm; hęc autem pulchram reddit vel animam plos turpem, deformem & inuenoſtam, ſi fermento cootritionis prę-miſſo manducetur; de qoibus duo optima exhibeam teſtimonia; primum animæ malitiæ fermento deturpatæ, ſecundũ verò azymo Euchariſtiæ decoratæ; illud quidem P. Cellenſis lib. de panibus cap. 4. hoc autem P. Biueri ſuperiùs memorati; quorum primus apud ſecundum relatus ſic ſe habet: *Puella, nimirum generoſa, tenera, delicata, formoſa, & candida, ignara doli; laboris inſueta, virtutum capax, damnatrix vitiorum, artium inuentrix, conſtans amore, vera in promiſſione, larga in donatione, ſocialis ad ciues, affabilis ad omnes, talis eſt anima, ſi maneat in ſynceritate naturæ & gratiæ. Sed rapitur puella; ô crimen! Generoſitas ancillatur; ô pudor! Delicata laceratur; ô pietatis naufragium! Formoſa denigratur; ô damnum pulchritudinis! Obſcuratur candida; ô gloria conuitium! Ignara doli fraude ſeducitur; ô iuſtitia exitium. Inſueta laboris, labore atteritur; ô miſerationis exilium! Capax virtutis virtutibus euacuatur; ô excluſio bonorum! Vitiatur damnatrix vitiorum, ô commutatio dæmonum! Inuentrix artium inuentorum obliuiſcitur; ô ignauia pabulum! In amore conſtans inſtabilis inuenitur; ô naturæ lubricum! Verax in promiſſione quotidie mentitur; ô peregrinationis inuium! In donatione larga, in auaram conuertitur; ô exſiccatio venarum! Socialis ſine fœdere; ô vitæ corruptionem! Affabilis infrunita redditur; ô coagulum dilectionis vaſtatum!* Secuodus verò primum exponens ſic eloquitor; *To ñ hoc damnum ex fermento malitiæ & nequitiæ procedit, & vt redeat anima in priorem illum ſynceritatis ſuæ ſtatum, expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio. Ideo enim Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, & ſingulis diebus immolatur in azymis, vt epulemur in hac menſa, in azymis ſynceritatis & veritatis. O clementia Creatoris, qui propter animarum hanc reformationem, azyma nobis in menſa proponis? Eripe animam de ore leonis, reſtitue in ſtatum libertatis, repone in deliciis priſtinis, reforma deformatam, renoua obſcuratam, libera deceptam, amoue laborem, redde virtutes, cura vitiatam, doce oblitam, confirma lapſam, pone in veritatis viam, deſtrue auaritiam, fœdus ſocietatis conſtitue, affabilem redde, quatenus tua ſacra Euchariſtia digna fiat.*

Animæ gratia decoratæ & poſtea ſpoliatæ deſcriptio elegantiſſima.

Fermenti culpæ mala.

Biuerus.

Azymi gratiæ panis bona.

DE VINI NVNC MATERIÆ APPLICATIONE SINGVLARI.

26. MVLTA dedi in ſuperioribus de vini hilaritate, quæ vini cõſecrati myſtagogiis famulantur; & multa pariter de pane, quæ negotio nullo poſſunt huic vino accommodari. Poſt quæ probatur mihi Biueri pooderatio in Conuiuio Sapient. diſſert. 2. n. 4. vbi calicem atque ſcyphum Saluatoris ooſtri Chriſti, cum illo Ioſeph confert, qui etiam fuit mundi à D Rege Pharaooe Saluator aoſpicãtus; & qui patrem, nec oon fratrem in fratres ſuos gerens; patrem, tanquam vir ſuperior. qui illis imperabat; fratrem tanquam ipſorum frater, qoi eos diligebat, cum Semel ex Ægypto frumentum ioſto pretio coemptum ſecum ferrent, pretium idem iuſſit illis ſaccorom in ore poni, at in ſacco Benjamin, vterini, ionioris, & charioris ſibi fratris, ſcyphum etiam, ſiue calicem quo ipſe Ioſeph. Gen. 44. 2.

Biuerus.
Gen. 41. 45.

inclytus

Ioſeph in fratres ſuos vt pater ſit & frater; vtrumque amore ſũmo, ac vnà ſummo exemplo.

Apoc.2. 19.

inclytus ſolebat vinum ſumere; vt ille penes quem inuentus ſcyphus eſſet, rapinæ argueretur, & tanquam latro pœnas ſubiret latrocinij. Quæ vel fratrem, vel parentem hic Sanctus ſtratagemate amoris rectè agat, tam dulcia ſunt & certa, quàm pariter timenda lectori Chriſtiano; nam pater quem plus diligit, hunc arguit pluſquam alios, hunc cruciat ſuper omnes; & tum pœna interiori tum infamia exteriori laborare ſæpe ſinit, vt ipſum plus expoliat.

Chriſtus verus Benjamin cum ſacco pleno tritici, & pretio, ſcyphoque, mirificè adaptatis.

27. Eſt autem Benjamin, dum patrem Ioſeph facit, Redemptor noſter Chriſtus, qui Filius dextræ eſt (hoc ſonat Benjamin) æterni ſui Patris; & qui inſimul ab eo in mundi Ægyptum miſſus, cum ſacco humanitatis; in quo triticum portauit futuri Sacramenti, & pretium nihilo ſecius Redemptionis noſtri generis; pretium autem ipſius tritici; & pretium prorſus idem cum tritici valore; quia omne quod Saluator ex pretio ſui ſanguinis largè contulit & ſoluit in Cruce pro mortalibus, in tritico hoc reliquit Sanctiſſimæ Euchariſtiæ; vt nec triticum ſine pretio in Cruce perſoluto Fidelibus proficiat; nec pretium ſine tritico, pro ipſis ſpecialiter (vt diximus in Abele) & efficaciter applicito. De quo pretio in vili ſacco humanitatis latitante ſic ait Auguſtinus in Pſal. 146. *Miſit Deus ad captiuitatem noſtram Redemptorem filium ſuum. Porta (inquit) tecum ſaccum; ferte ibi pretium captiuorum. Induit enim ille mortalitatem carnis; & ibi erat ſanguis, quo fuſo redimeretur.* Vtrumque verò ſimul, tam triticum quàm pretium cum ſcypho Paſſionis; quia ab illa venit pretium, ab illaque hoc triticum, quod offerre nobis iuſſit in ſuimet memoriam: *Hoc facite in meam commemorationem.*

S. Auguſtinus.

Luc. 22. 19.

Chriſtus Patris Benjamin, ſed ideo propterea de furto inſimulatus.

Matt.26.55.

Pſal. 68. 5.

Sicut autem Benjamin nequaquam furti conſcius, de furto arguebatur, repertus poſtquam ſcyphus in eius fuit ſacco; ſic poſtquam in Chriſti manibus inuentus Cænæ calix, vt latro comprehenditur; *Tanquam ad latronem exiſtis comprehendere me.* In medioque latronum, vt latro, crucifigitur; vbi velut Benjamin innoxius querebatur; *Quæ non rapui, tunc exoluebam.* Quod Angelus in horto confortans eum oſtendit, dum protulit ei calicem, quo ipſum furti reum, vt charum filium dextræ exinde demonſtraret.

28. Dum verò Ioſeph fratrem ſuorum fratrum agit, plus omnibus dilectus eſt noſter Benjamin, quicunque vir Sacerdos; qui vt alij quiqui fratres fideles Chriſtiani, ſaccum habet, nec non triticum, & pretium ipſius tritici in ore ſacci poſitum. Saccum quidẽ humanitatis ablutæ per Baptiſmum; quouſque hunc tandem exuat, & dicat cum Pſalmiſta; *Conſcidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me lætitia.* Triticum autem & eius pretium in ore eiuſdem ſacci, quando ore Communionem & triticũ Euchariſticum, vt alij fratres recipit. Sed inſuper & calicem ibidem conſtitutum, in dignitate Sacerdotali commiſſa ſibi tantùm, & liberaliter concredita; vt in lib. de Ioſeph. cap.

Pſal 29. 12.

Sacerdos Benjamin; ſed ideo quantum Chriſti obſequio mãcipatus.

S.Ambroſ.

Pſal.115.4.

A 11. per hæc verba Ambroſius indicauit; *Triticum multis datur, Scyphus vni, qui propheticæ & Sacerdotali donatur munere; non enim omnes, ſed Propheta dicit; Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.*

Sacerdotes Deo chari, ſed cariùs obiurgati.

2.Reg.12.3.

Fuit autem æquale pretium in cunctis fratrum ſaccis, ne aliquem in Communione putares inæqualem, vel ex illis qui ſub vna, vel ex aliis qui ſub duplici cõmunicant ſpecie. At ſcyphus peculiariter in ſacco Benjamin, quia licet nihil differat à fratribus in pretio, differt tamen in honore, & amore apretiatiuo quo Deo cordi eſt. Nã per idem vas potare amoris ſignum creditur. *De pane illius comedens, & de calice eius bibens, & in ſinu illius dormiens.* Sed etiam ſignũ patulum rigoris grandioris, ſi Sacerdos huic amori B non bene correſpõdeat; quibus Chriſtus in iudicio, vt in illo Ioſeph dicet; *Cur ſic agere voluiſtis? An ignoratis, quod non ſit ſimilis mei in augurandi ſcientia?* Illi verò reſpõdebunt, vt Iudas tunc reſpõdit, aduerſus ſe & ſuos, iudicium irati fratris plus acuens, & exagerans; *Quid reſpondebimus Domino meo, vel quid loquemur, aut iuſtè poterimus obtendere? Deus inuenit iniquitatem ſeruorum ſuorum.*

Gen. 44. 15.

N. 16.

Iudicium quantò grauius prouiris Sacerdotibus.

Hebræ.4.13.

29. O durum nimis verbum pro viris Sacerdotibus! *Deus inuenit iniquitatem ſeruorum ſuorum.* In ſeruis nanque Dei iniquitas eſt maior, cum ipſi non ſunt probi. Et in Deo maior eſt ſolertia pro inquirendis iſtorum iniquitatibus; in Deo cui profectò nemo ſimilis reperitur in augurandi facultate, & in perſpicuitate res rimandi, ſeu clarè inſpiciendi, quin aliquid ſubterfugere con- C ſpectum illius valeat; *Non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius; omnia autem nuda & aperta ſunt oculis eius.* In illo ſcypho dicitur augurari Ioſeph ſolitum, & infallibiliter colligere arcana penitiſſima; in iſto verò ſcypho non ſolùm Ioſeph ſapiens, ſed etiam quiuis ſciolus ſcit bene ſtrictiori iudicio quantùm vir Sacerdos teneatur, & quantùm corã iudice his erit vel ſilentium ad minimam culparum, vel locutio ſibi nocua; vel confuſio nihil dicens, vel confeſſio dicens omnia, aduerſus ſe, cum Iuda; *Quid reſpondebimus Domino meo? vel quid loquemur? aut iuſtè poterimus obtendere? Deus inuenit iniquitatem ſeruorum ſuorum.*

Sacerdos cur poſt mortem cum calice efferatur.

Malach.2.7

Videmus Sacerdotes cum calice præ manibus in funere deferri, vt cunctis Sacerdotio perfunctos indicetur; ſed meliùs vt di- D catur, poſt mortem Deo ſiſti, ſtrictiſſiméq; ibi de morte illorum agi; & maximè de Calice, cui illi miniſtrarunt, ac quem in vitæ ſortem ſublimem ſunt adépti. Quod & Angeli ſignificant calicibus appoſitis in imaginibus Crucifixi cruorem Sacro-Sanctum excipientes frequẽtiſſimè. Sacerdotes nanque Angeli ſunt penes Malachiam, qui calice fruuntur non ſolùm Chriſti ſanguinis, ſed pariter per calicem ei mortem diram inferunt, & ſanguinem eius vitæ recipiunt iniuſtiſſimè.

Gen.44. 2.

30. Hæc quidem delibata ab ipſomet Biuero; quæ iudicij præſeferunt tam dilatatam quàm & ſimul perarctã rationem; præ-

Digitized by Google

ſertim ſi attendamus, quòd ille Ioſeph ſeruus, & diſpenſator domus eius, qoi ſcrutatus fratres eſt, incepit à maioribus; maiores nanque habebont maiorem quæſtionem; Sapientiores & ditiores diſcuſſionem ſtrictiorem, & actionẽ diriorem; cum de Domioo ſcrutante ſcribat ille Sanctus, ne labiis quidem peccans;

Iob. 1. 22.

Verè ſcio, quòd ita ſit, & quòd non iuſtificetur homo compoſitus Deo. Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere vnum pro mille. Et ibi de ſe ipſo. *Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me, ſi innocentem oſtendero prauum me comprobabit.* Vltra molta ab eo illic, & alibi prolata.

Cap. 9. 2. & 20.

Iudicium Dei quam acre, vel etiam viris iuſtis.

Quo bene intelligetur vtromque aſſumptum thema. In primo naoque Rex æternus diſpenſator, & qui ſolus Melchiſedech iuſtitiæqoe Rex eſt, *Et panem & vinum profert* Sed vt proferat ſententiam aduerſus panem hunc & vinom contemocotes; nam quando Rex iuſtitiæ quodcũque munus offert, eo ipſo ſuſcipientes animadoertit de iuſtitia; monus enim per ſe monet, & de beneficio nos aduertit, vt aſſerit Gregorius ſtatim referẽdus; at munus per iuſtitię oblatum ſummum Dominum, de qua vtique iuſtitia oon ſuos commonebit? In ſecundo verò clariùs expromitur hoc ipſum, dom ipſe Rex iuſtitiæ huiuſmodi profatur; *Accipite, & comedite; hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur.* Ac ſi diceret, *Accipite* hauddubie magnom donom; cum Deus ex manu ſoa nil niſi magnom cooferat. *Comedite*, maius xenium; cum xenij & talis ferculi Deus

Dei muneraquantum moneant illorum ſuſceptores.

A ipſe ſit parator, & ſublimium deliciarum ſuarum noſtri caoſa induſtrius pręparator; *Hoc eſt corpus meum*; ſupremum beneficium, & munus pęrqoam maximum. Præcipuè cum non tantùm hunc panem nobis tradat, ſed ipſe ſit in eo multorũ contumeliis, expoſitus, & traditus. Nam licet hîc Apoſtolus loquatur de futuro *Quod pro vobis tradetur*; videlicet, in Cruce; Lucas ait de præſenti *Quod pro vobis datur*; oimirum in Euchariſtia; vbi datur atque traditur in iuges ignomioias.

1 Cor. 11. 24

Luc. 22. 19.

Reuoluamus ergo mente quod io Euang. hom. 9. Gregor. Sanctus ait; *Euangelium nos ſolicite conſiderare monet, ne qui plus cæteris in hoc mundo accepiſſe cernimur, ab auctore mundi grauius inde iudicemur. Cum enim augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum.* B *Tantò ergo eſſe humilior, atque ad ſeruiendum Deo promptior quiſque debet ex munere; quantò ſe obligatiorem eſſe conſpicit in reddenda ratione.* Obſeruemoſqoe cicutã frigidiſſimum venenum, cum ſemper ſit mortiferum, poſſe tamen obuiari, ſi ſimplex, vel ad minus bibatur extra vinom: nam in vino irremediabiliter exitium ſecum affert vt Plinius aſſeuerat; lib. 25. cap. 13. Peccato quid frigidius? quid ve calidius vino Sacro oblato ſuper aram? Ergo meliùs ſuccurretur, & faciliùs culpæ ſimplici, quàm illi quæ immergitur in vinom Sacrificij, committitúrque ibi in pane conſecrato. Hoc clarius aqua patet; ſed aquam ponderemus.

S. Gregor.

Cicuta in vino hauſta, peccatum in Euchariſtia.

Plinius.

DE MATERIÆ TANDEM AQVÆ applicatione peculiari.

31. AQVA demum, quæ de Sacrificij eſſeotia non exiſtit, nequaquam ſina culpa, & ea loogè graoi, ab illo ſeparabitur; vt ſupra indigetaui; nunc autem cum Algero lib. 1. cap. 19. de Euchar. Sacrament. hoc ita notum facio; *Cum in calice vino aqua miſcetur, Chriſto populus adunatur, copulatur, & iungitur; qua copulatio & coniunctio aqua & vini, ſic miſcetur in calice Domini*, vt mixtio illa non poſſit ſepatari. *Nam ſi vinum quis tantùm offerat, ſanguis Chriſti incipit eſſe ſine nobis.* Et rectè hæcce commixtio noo valet ſeparari, ob ſeptem rationes.

S. Algerus.

Prima, dicetur vnionis, membrorum ad ſuum capot; quia aqua mixta vino coniunctionem populorum cum Chriſto repræſentat, & quemadmodum ſine vitæ periculo non fit huiuſmodi diuiſio, ſic nec à vino aquæ; quæ, inquam, coniunctionem fidelium populorum ſignificat cum Chriſto. Nam populi ſunt aquæ in lib. Apoc. vinum verò Chriſtì ſanguis, in vino cooſecratus, cui populi redempti commooicant in Miſſa, vt Hoſtiam bene immolent, & eius vim percipiant. Hincque illam ſcitu dignam cognoſces ceremoniam, cùm aqua priuſ-

Cur aqua vino addita in Miſſæ Sacrificio.

Apoc. 17. 5.

C quam miſceatur, benedicitut; vinom autem nullo modo, vt calici infundatur; non quia vinum ex ſe ſit liquor benadictus, & aqoa maledicta, proindeque indigua benedictione Sacerdotis, vt dicerent bibaces, ſi eſſent de re iſta conſulti & requiſiti: nihil etenim eſt in muodo vtilius, ſeu fœcundius, ſuauios, ſiue mundius, beoedictionibuſque à Deo multimodis donatum, quàm fluidum elementum, ſed ideo benedicitur ad Miſſæ Sacrificium, quia populos oſtendit; de quibus in Rar. lib. 4. cap. 30. ſic aſſerit Duraodus; *Quia vinum in hoc loco ſignificat Chriſtum, qui nulla eget benedictione, aqua populum qui* D *in hac vita nequit eſſe ſine peccato; ideo indiget benedictione Dei, vt reddatur dignus ad promiſſam vnionem cum Chriſto.*

Cur aqua benedicatur, non vinũ ad Miſſæ Sacrum.

Secunda verò cibationis, qoia animæ eſt cibatio Eochariſtiæ Sacramentum; cibatio autem cibo & potu natura ſua conſtat; at potus pro natura humaua accommodatior, eſt vinum mixtum aqoa, vt panis frumentaceus eſt nobis cibus aptior; quare etiam tale ferculum, quod animę eſt cibatio conficitur hoc in pane, & vino mixto aqua. Nyſſenus in Catech. & Clem. lib. 2. cap. 2. Pædag.

Nyſſenus Clement. Alexandr.

Tertia propriæ & naturalis ſignificationis ipſius

ipſius aquæ, quæ abluit & emundat, purificat, & tergit; in ſignum quod mundorum eſt tantùm tale ferculum; hac de cauſa à Melchiſedech victoribus donatum; & Hebræis manua vmbratile poſt hoſtes iam demerſos; ac vincenti manna abſconditũ in lib. Apoc. Addit S. Ferrarien. in octau. Aſcenſ. ſerm. 3. non fruſtra quatuor Reges fuiſſe dictos hoſtes per Abrahamum ſuperatos; quatuor nanque paſſiones, amor, odium, ſpes & timor tyrannicè nos regunt, quæ debent debellari, vt poſtea tanti cibi participes fiamus. Et Antooious 3. p. tt. 14. cap. 5. §. 2. quatuor noſtræ compoſitionis hęc putat elementa, ſeu quatuor peccatorum ſpecies, atque gradus; cogitationis; locutionis; operationis; aſſuefactionis, quæ recidunt in idem, & decet conculcari, quò pani & vino veri Melchiſedechi Regis noſtri tunc congruè detur locus.

Vincentibus non victis donati ē Eucharistia Apoc 2.7.

Antoninus.

Quarta deinde expreſſionis altaris Sacrificij, quia vnio Chriſti Do. naturis in duabus ſic meliùs demonſtratur; Nicephorus in hiſtor. lib. 18. cap. 53.

Nicephor.

Quinta tutſus figurationis, quia vinum Melchiſedech, vt ſupra oſtenſum eſt, commixtum fuit aqua; & etiam Chriſti calix, in aqua à petra educta antiquitus ſignatùs; *Bibebant autem de conſequente eos petra; petra autem erat Chriſtus.*

1. Cor. 10 4.

Sexta autem impletionis figurarum præcedentium, & aliarum conſimilium; dum Chriſtus Sacra in Cœna lymphato vino vſus; vt diximus ſuperiùs, & dicitur in Conciliis Florent. & Trident. ac à S. Bonauen. lib. 4. Sent. d. 11. q. 3. n. 61.

S Bonau.

Septima tandem confirmationis, quia quod Chriſtus vitæ in fine, in Cœnaculo ſic geſſit, poſt vitam confirmauit, in ſanguine atque aqua à ſuo fuſis pectore; *Exiuit ſanguis, & aqua* Quæ aqua nunc ad caput ſectionis redeundo, ſunt gentes prophetatæ in illo Vaticinio; *Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent.* Et in alio Execbielis, per aquas quæ exibant à templi dextro latere; nam templum corpus Chriſti; de quo Iudæis dixerat; *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud* Ergo aqoa non ſeparanda à vino Sacrificij, quamadmodum nec Gentes à Chriſto ſuo capite.

Ioan 19 34. *Iſai 60 4.* *Ezech 47 2.* *Ioan 2 19.*

32. Firmetur res miraculo patrato ſuper aquas, quod ſaltem in hoc colludet huic vltimæ materiæ; de Trina nauque ego complecteus panem, & viuum, & aquam nullum reperi. De Albigenſibus ſcribit Cæſarius lib. 2. cap. 12. Quoſdam ex eis vi diabolica miracula operatos, quibus hæreſim roborarunt, & Fideles ueque paucos à Fide deturbarunt. Nam inter alia ſuper aquas, cum videutium admiratione, liberrimè ambulabant. Quod cernens quidam Clericus Catbolicus & pius, miraculáque vera, doctrina cum non vera nõ poſſe dari noſcens, ad fluuium quò quammulti ad hoc videndum confluebant, portauit Chriſti corpus, & in pręſentia vniuerſorum qui aderant, ſic dixit; *Adiuro te diabole per eum quem in manibus Sacerdotalibus meis habeo, ne in hoc flumine ad populorum ſubuerſionem, per hos homines illuſores phantaſias tot exerceas.* Poſt quæ verba ſuper vndas ambulantibus, vt priùs, Sacerdos conturbatus, in flumen corpus Domini, percitus ira, iecit. Mira Chriſti potentia! Mox enim vt elementum Sacramentum illius tetigit, illuſio ceſſit veritati, & plebia mali deceptores quaſi plumbum demerſi ſunt in aquis paulò antea ludibriis aſpernatis. Sacerdos in ſe reuerſus, de miraculo exultauit, ſed de iactura Sacramenti pro viribus indoluit. Totam noctem ſubſequentem iu lachrymis tranſegit, at Pyxidem ſuper altare cum Sacramento mane reperit.

Cæſarius.

Miraculum contra hæreticos deambulantes ſuper aquas.

33. Hæc habui de materia Chriſtiani Sacrificij, vt tibi memoratem. De forma ſuperſedeo; quia paginæ ego ſacræ figuras ſuo ordine, uon autem meo proſequor; in hac verò de Sacrificij nil forma reperitur, quæ ad locum ſuum proprium intacta reſeruatur. Quare aquæ & Enarrationi pręſenti finem faciant Paulini ſancti verſus in Chriſtum fontem editi; & Elogium Melchiſedecb, qui quidem fine ſuo, hiſtoriæ ſuæ Eoarrationibus imponet finem aptum. Paulinus in Panegyrico laudante Celſum puerum, in iſtum modum ſonat.

Rumpe meí lapidem cordis Saluator Ieſu,
Vt mollita pio viſcera fonte fluant.
Tu precor, ô fons Chriſte, meis innaſcere fibris,
Vt mihi viua tuæ vena reſultet aqua.
Nam tu fons, quo vita fluit, quo gratia manat,
Quo lux omnigenos funditur in populos.
Qui te Chriſte bibent, dulci torrente refecti
Non ſitient vltra, ſed tamen & ſitient.
Nam quos Diuini ſatiarit copia verbi
Hos dulcedo magis pota ſitire facit.

In fontem Chriſtum carmina deuotione ſumma plena.

Elogium ſic ſe habet.

ELOGIVM MELCHISEDECH, INITIVM VITÆ eius, diſcurſum, & finem continens.

34. HIc finit homo ille, qui quidem in verbis Dei, ac ideo veritatis, nec cæpit, neque finiit; ſed æternitatis æmulator, vel iſtam in ſe conuertit, vel ipſe in illam tranſiit. Et dierum tanquam vito initio ac fine caſſo, ei finis in principium, principiúmque in finem, vt finis non finiret, ſunt inuicem immutata. Æra fuit ſui natus; & anno ſine anno; ſeu æra, anno, & die natiuitatis Ieſu Chriſti; cum fuſus ſit in Chriſtum, vel Chriſtus in hunc Sanctum, ſecundum quem eſt factus Sacerdos in æternum; dicente Rege Vate; *Tu es Sacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech.*

Neque initium dierũ, neq; finem vitæ habẽs. Hebr. 7 3.

Pſal 109. 4.

CCCccc

Sine patre, ſine matre, ſine genealogia. Hebræ. 7. 3.

Vixit adeo, vt nullus ſciat ipſius vitæ curſum. Tam iuſtè *vt Rex iuſtitiæ*, iuſtorumque extiterit. Tam pacatè in conſcientia *vt fuerit Rex pacis*. Tam feliciter, vt ex decimis eidem perſolutis, arbitreris *ipſum Deum*, vel Deum in eo eſſe. Tamque in cunctis vnicè *vt Phœnix* videatur, non natus ex parentibus, ſed propriis

Cui & decimas dedit de præcipuis Abraham Patriarcha. N. 4.

ex cineribus; vel inſignibus ex virtutibus Dei igne ſummo factis, & in cineres reſurrectionis perpetuæ commutatis; ſeu cum Iobo multiplicatis in dies ſine noctibus; in lucem ſine tenebris, dedecoris cuiuſuis, caliginis omnimodæ; ſic enim dies ſunt qui vnquam mori neſciunt. Luxit autem in vitæ ſuæ huiuſmodi diebus, non ſolùm vt Rex iuſtitiæ & pacis his duobus; ſed etiam gratia & gloria, *vt Pontifex ſupremus*; qui in ſuo Pontificatu celebrauit ſemel tantùm Ordinationem menſe Decembri; in qua quidem nec Epiſcopos, nec Preſbyteros, nec Diaconos creauit actualiter; ſed Sacerdotem verè vnicum *Dei Filium Ieſum Chriſtum*. Qui Decembris 25. *ſecundum ordinem Melchiſedech*; vel ſecundum tanti Pontificis *Ordinationem ſemel factam* Sacerdos natus eſt: Et Melchiſedech in illo factus fundamentum ſui fundamenti, principium ſui principij; nec non Sacerdos illius Domini, à quo Sacerdotium fluxit omne, & dimanauit Pontificium. Ni dixerimus, quòd virtualiter in Chriſto Sacerdote Preſbyteros omnigenos, Diaconos, & Epiſcopos, ac Miniſtros quoſvis alios Eccleſiæ Dei creauit.

Iacet in Chriſto; & morti mortuus in iſto fonte vitæ, poſt mortem regnat viuus, nec in morte niſi triumphos de ipſa morte retulit. Sicut parentibus, ſic morte caruit, quam primus parens genuit; & cuius quiqui ſunt parentes ſuper terram, ſunt

Et hic quidem decimas morientes homines accipiunt: ibi autem conteſtatur quia viuit. N. 8.

etiam genitores. Sicut principio, ſic fine orbatus; & ſicut æternus, ſic nunc viuus; nec mirum, vt viuus ſit poſt mortem, qui immortali viuit robore, atque munere, & immorituro Sacerdotio; ob quæ nec decimas habet mortales, ſed omnia à morte libera. In hoc Moyſi aſſimilatus, *Quia non cognouit homo ſepulchrum eius*; Sed diſſimilis, quia Moyſes tumulatus per manum Dei in valle terræ Moab fuit; hic glorificatus à manu Dei, in terræ, & cæli vertice. Inde neſcitur eius ſepulchrum, cuius ſepulchra ſunt trophæa; mors, vita; munus, gloria; & ipſe gloria tam cæleſtis, quàm celatus & incognitus. Quis enim cognouit cæli gloriam, nec intra cæ-

Deut. 34. 6.

lum à viro magno in cælum rapto cognitam? *Ænigma foret ſui ipſius*, ni foret ſymbolum Filij Dei, tam aſſimilatus Diuino Filio, vt illum ſolùm referat; & ne-

Aſſimilatus autem Filio Dei manet Sacerdos in æternum.

que ſibi, neque aliis ſimilis viris dignoſcatur. Nec tantùm ænigma, ſed *Sacramentum*; qui vt Sacramentum nullo modo cognoſci in vita poteſt; credi poteſt; noſci non poteſt. Talis iſtius viri finis, *Dei Filij eſſe Sacramentum*; nec penetrabile, nec mortale, quà *Sacramentum tanti Domini*.



EVCHARISTICÆ

EVCHARISTICÆ CHRONOLOGIÆ

ENARRATIO TRIGESIMAQVINTA;

QVÆ ALIQVATENVS DE MELCHISEDÊCH eſt adhuc Regis tertia; & vltima huius tomi. Quintaque de ſeptenariis & extraordinariis Enar. In Figura Regis.

Ad verba bis aſſumpta Gen. 14. n. 18. *At vero Melchiſedech proferens panem & vinum, &c.* & 1 ad Cor. cap 11. n. 24. *Accipite & comedite: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur.* Quæ numero mox primo, & poſtea multis aliis germanè aſſociantur.

De continuatione Numerus I.

Coronarum nimis varia materia, nec non forma; & quinam de hoc agant.

QVONIAM Rege Melchiſedech huic tomo finem damus, figura quoque Regia eundem concludamus, coronaque Regali eiuſdem S. Regis coronidem imponamus. Quæ quidem qualis fuerit nec etiam coniecturis remotis indagabitur; cum corona tanquam res rotunda, ſæpe olim, vel temporibus proximiotibus, rotauerit, & mutauerit materiam, ac ſui formam; quæ varia recenſitur à curioſitate Pliniana lib. 16. cap. 4. & à Theatro vitæ humanæ, verbo corona tom. 3. quo loci de re multa.

Plinius.

Theatrum vitæ hum.

Melchiſedechi ex quanam re corona dici poſſit.

Moraliter impunè à quouis dici poterit, coronam Regem iſtum paniferam geſtaſſe, vt ille, cuius Regni, inſignis ve Regalis nil aliud memoratur, quàm panis vinumque arcanè delibata. Porro vinum ex ſemetipſo, materia tanquam liquida coronæ non inſeruit, ergo ex pane poſſet fieri corona illius Regis, qui panem & vinum habuit pro Regio diademate, Attaliciſque etiam, & aulæ quibuſcunque purpureis ornamentis. Neque etenim placenta, quæ torta ſimul dicitur, eſt aliud quàm corona ex pane præparata; cum planè ſit rotunda, retorta, nec non apta vt capiti imponatur. Vnde etiam à retorquendo, quod eſt aliquid ſupra ſe torqueri & circumuolui, in orbemque reflecti, huic pani nomen venit.

Niſi forſan ipſa panis corona Melchiſedech, loco aquæ vino extiterit ſubacta, & A colligata; nam panis atque vini tunc eſſet eius infula; & ille pane & vino in verbis noſtri thematis eximie coronatus; *At verò Melchiſedech proferens panem & vinum.* Proferre nanque eſt, in publicum quid ferre; ſeu in manibus, ſeu in capite hoc ipſum proferatur; cum & linguam membrum capitis, non procul à corona, expoſtulatus cito protulerit ex Machabæis ſeptem vnus æterna cedro meritus. Cui themati adamuſſim ſecundum ſic reſpondet; *Accipite & comedite: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur.* Coronam nanque ſui ſub pane conſecrato habebat tunc in manibus, quam dedit & coronæ duodecim alumnorum; *Accipite & comedite*, videlicet; in coronam. *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur*, Et in ſui traditione corona vera eſt. Nam bonus B Rex, vt infra, à nobis attingetur, pro ſuis, ſi oportuerit illotummet ſaluti, libenter debet tradi, ac etiam vt panis torta torqueri, & diuexari. Nec minus vini, fuit corona Redemptoris, dum ſub vini ſpeciebus ſic dixit ad diſcipulos; *Bibite ex hoc omnes.* Qua panis, vinique corona redimitus, videtur mihi Chriſti ſublimis ille typus, de quo illius genitor; *Frumento & vino ſtabiliui eum*; id eſt, muniui, & ſepſi, circumdedi, vallaui, ac verè coronaui; *Et tibi poſt hæc fili mi, vltra quid faciam?* Nimirum niſi tibi inducere, ſolerter & mentem talem inijcere, vt panis Regi tanto humiliter ſubdaris, ab illoque auſpicia ſalubria & neceſſaria quæcunque præſtoleris.

Melchiſedech & Chriſti ex pane vt fuerint coronæ.

2. Machab. 7. 10.

Quid Reges tolerare pro ſuis teneantur.

Matt 26 27.

Gen 27. 37.

2. At in aëra ne putes hunc ſenſum diſpa-

rere, neque aliquod offendi de hoc panis coronamento in Scipturis teſtimonium, duo tibi ſatis apta ex literis Diuinis, bumaniſque expromam. Ex bumanis, quod Marinus Hiſpanicarum rerum lib. ſcribit uobis decimo; Petrum, ſcilicer, Sereniſſimũ Aragoniæ Regem ſeptimum, per Innocentium Papa. III. corona panis azymi fuiſſe coronatum, inauguratumque feliciter in ſignum Regis optimi, quem poſtea ſanè egit. Ex Sacris verò quod ad viros Philip. proloquitur Apoſtolus, dum eos *ſuum gaudium coronamque* fatetur. Tenetur nanque Rex corona non indignus, vaſſallis coronari, & illis caput Regium velare & redimere; id eſt, illos pro virili locare ſupra caput, & ab omnibus iacturis iactura ſui tollere, curare, & ſoſpitare. Vnde & capiti Regali imponitur coronæ ſuperiùs adaperta, ad homines circumfuſos in orbem denorandos, quibus homines Regales, capitaleſque omnino oportet coronati, & ictus pro ſubiectis in patula corona ſignatos non effugere, ſed quærere, atque pati.

Marinus.

Corona panis azymi quis Regũ coronatus.

Philip. 4. 1.

Corona quid ſignificet, & oneris importet.

Hoc voluit vltro facere peccatrix illa fœmina, quæ Chriſti corpus mortuum, etſi peccatis gentis ſubiectæ ſibi graue, optabat ſecum ferre, imponereque humeris, & hilariter cum eo abire velut cælica corona venuſtata, inuidiam cunctam calcans, & cunctis ſecum faciens; *Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi, vbi poſuiſti eum, & ego tollam eum.* Sed opere id exhibuit, qui oue collum perdita ouanter circumcinxit, vt oue caput ſuum maneret coronatum, tum in celebri parabola, tum Cruce in veritate, qua dixit per Pſalmographum; *Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores; prolongauerunt iniquitatẽ ſuam.* Vbi iniquitas eſt vna, peccatores verò omnes, qui ſupra Chriſti dorſum, & collum, caputque laborum, ſeu culparum elaborauerunt ei coronã iniquitate vniuerſali intortam & circunflexam, in illa aculeorũ atrocium deſignatam. Quæ etenim corona huiuſmodi laborum, vt illa Redemptoris? Nec minus in Cænaculo, vbi populos adunauit in pane Sacrificij, & in coronam concinnauit, Dei tuba perſonante. *Quoniam vnus panis, vnum corpus multi ſumus; omnes qui de vno pane participamus.* Et in Iſaiæ Vaticinio; *Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc: (Et in corona montis huius ipſis populis in orbem ornato & coronato,) Conuiuium vindemiæ; pinguium medullatorum; vindemia defecata.*

Ioan. 20. 15.

Luc. 15. 5.

Pſal. 128. 3.

In Cruce & in Cænaculo vt Chriſtus coronatus.

1. Cor. 10. 17

DE TERNARIO PRIMO RERVM, è quibus Rex dignoſcitur.

Ex tribus quiuis humo, ſed maximè Rex notus, & qualea ſint hæ notulæ.

3. EX tribus Regem optimum dignoſci nemo ambiget; videlicet, ex nomine, ex manibus, & facie. Ex qua quidem primo loco carnaliter cognoſcimur, ſed veraciter ex hac ipſa ſuprema qualitate; cum ex facie quis dignoſci, vt mox elucidabo, cognitio ſit ſuperior. Nam ex nomine vocaliter dumtaxar quis agnoſcitur; qui infimus eſt modus. Ex manibus realiter, in rebus à ſe datis, qui medius eſt, & bonus. At ex facie ſingulariter, in factis à ſe editis & gnauiter patratis, qui ſummus, atque optimus. Et ex omnibus his Rex probatus internoſcitur, ſed meliùs Regum Rex in Euchariſtiæ Sacramento.

Rex tria, & quænam ſonet in vocibus Hebraicis.

Ex nomine, quia Rex ſignificat Hebraicè, tum Regem, tum paſtorem, tum hominem amatorem; paſtores nanque decet & hominum Rectores tenerrimos ſuorum, vel gregum, vel vtcunque ſibi ipſis ſubiectorum exiſtere amatores. Rex enim *Roghim* dicitur; & paſtor, ac amator *Roghim* in lingua Hebraica; poteſtas quippe cadit, quã amor non ſuſtentat; vt loquitur Hieronymus Epiſtol. 125. ad Damaſum Pontificem. Quantùm verò nos Dei Filius adamet in hoc cibo, conſideratione Sola poteſt Chryſoſtomi explicari, qui eiuſdẽ Chriſti nomine hom. 61. ad popul. Antioch. ſub paucis multa continet. *Nàm parentes quidem aliis ſæpe filios tradunt alendos, ego autem non ita. ſed carnibus meis alo.* Et rectè, quia matres lactantes charos liberos, in lacte ſemetipſas bibendas illis exhibent; at Chriſtus in hac eſca bibendum & manducandum, quod duplo maius eſt, Fidelibus ſe tradit. Non adeo in dulci lacte, quod dulciter emittitur, & facilè emulgetur; quàm potiùs in liquore qui exit inſuauiter; & in ſanguine, qui acriter elicitor ex corpore. Cum ergo amorem matrum hîc ſuperet tam longè, Rex eſt amoris vnicus, ex nomine pernotus.

S. Hieronymus.

S. Chryſoſtomus.

Quam magnus Chriſti amor ſub nomine Regali, & cognitus hic amor ex ſolo Regis nomine.

4. Ex manibus, quia ille qui natus ad regnandum, ad dandum natus eſt. Vnde proximè Magdalena contemptibilem hortulanum non fruſtra dixit Dominum; *Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi, &c.* Cuiuſmodi Samaritana ignoto Chriſto adhuc locuta fuit alibi; *Domine da mihi hanc aquam.* Ab illo nanque vtraque petebat beneficia, & munera expectabat; ac ideo vir incognitus & ignobilis in apparentia, vtrobi Dominus vocatur; à donis enim cognoſcuntur, & à manibus qui ſunt Domini; nec immerito cum Domini à donis ſic dicantur, & in Hiſpania *Don* prænomen nobilitatis ſit frequenter, ob iſtam rationem. Ex qua, & aliis latè patet, non tam datorẽ Dominum eſſe, quam Dominum eſſe donatorem requiri naturaliter; ac per conſequens largitorem largifluum, & liberalem, qui ſciat ſuos ſubditos beneficus ornare, munificus ditare & benefactis congruentibus cohoneſtare, ac cumulare.

Rex parens parcè Rex, & largus largè Princeps

Ioan. 20. 15.

Ioan. 4. 15.

A donis dicti Domini, & prænomina quæ ab Hiſpanis ſub voce *Don* habentur.

Quis verò ſic munificus vt Chriſtus in hoc pane, *Vbi Donator venit in donum*; prout dicitur tam latè, quàm ſimul eleganter in

Clemen.

Clemen de Reliquiis vener. quæ Sanctorum Terrenos certè Reges, ipſorum capta venia, iniuriáque remota, in rapina coronatos ex eo conſtat loco, quo per ipſam veritatem prędicitur de omnibus Regali throno inclytis;

1. Reg 8.11.

Hoc erit ius Regis, qui imperaturus eſt vobis; omnia veſtra tollet; &c. Quod maximè in Portugallo cõtingere videmus, ſi oppidi in quo Reges corona decorantur, ethymologiæ ſit hærendum. Coronantur nanque in villa, militiæ Chriſti ſede, quæ vulgo *Tomar* dicitur; & eſt idem quod Latinè, auferre, ſiue rapere; Italicè *Rapire* & Gallicè, *Rauir*. Cęleſtem verò Principem non in loco rapiendi, ſed dandi Regio eſſe diademate inſignitum, ac ideo à cęlo miſſum, vt daret ſe in cibum, ex ore illius patet; *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum.*

In rapacitate vt omnes Reges terreni coronentur, & in liberalitate Rex cæleſtis.

Ioan. 6.51.

Congruit nomen vici illius in quo voluit terræ naſci, Bethlem, ſeu domus panis; vt ab ortus ſui initio famelicis ſalutis & vitæ cęli egenis in panem ſe ſe daret, & pariter in mortem, dum panis in ſe moritur, vt aliis vitam tribuat. Itaque quod natus eſt elanguens ſiue moriens hoc ipſo deſiderio, donandi ſe in cibum & vitam profundendi quò eſcam ex ſuo corpore & ſanguine tunc poſſet hominibus conficere. Nec diſſonat pro hoc Latronis ſancti factum, cum videns morti proximum frumenti granum cęlicum, quod morte fructum vitæ humano tulit generi, ex odore quaſi ipſum vel ex donandi liberalitate cognoſceret omnino, Regem eum compellare, & in ſuppetias inuocare nec timuit, nec erubuit; *Domine memento mei, dum veneris in Regnum tuum.* Non obſtante, quòd à Regibus terrenis tantùm aberat, pro ſceptro quantùm Crucem, ſpinas pro corona; pro gemmis clauos ferreos, & ſanguinem pro purpura, contumeliáſque immenſas pro obſequiis & honoribus in illa ſuſtinebat. Sed eò Rex tunc verior, quò inſontis vitæ erat pro ſontibus profuſior, faciliórque donator. Vnde dixit Auguſtinus ſerm. de temp. 130. *Dicito mihi Latro Regnum petens, quid vides in eo, vt talia ab eo petas? Nam quod in conſpicuo eſt, clauos & Crucem cernis. Sed hæc ipſa Crux Regni inſigne eſt; & propter eam Ieſum Regem appello, quia video crucifixum. Opus enim Regis eſt vitam ſuam pro his quibus regnat opponere.*

Cur Chriſtus Rex in Cruce.

Luc 23. 42.

S. Auguſt.

Quod placuit & Gregorio 1. Reg. cap. 10. in celebri figura, qua Reges Iudęorum vnctione pro coronatione Regali donabantur. Ad quid autem in natalitiis, auſpiciiſque coronæ, vnctione Chriſtianorum extrema Reges illi, quibus omnia iuxta Paulum contingebant in figura, inauſpicatò inungebantur? *Quia qui in culmine ponitur* (reſpondet Sanctus idem) *Sacramenta ſuſcipit vnctionis*; ad vitam propter ſuos cum morte commutandam. Nec latuit hoc Ioannem ſecundum iſtius nominis in Regno Portugalli, qui vel etiam à Caſtellanis perfectus Princeps dicitur, & qui Regio pro inſigni Pelicanum roſtro pectus ad pullos circumcirca alendos proſcindentem, elogio quodam addito, de quo n. 98. Enar. 1. egimus, prudenter vendicauit. Cui ſententiæ non in vanum adhęſit & Pilatus; dum nec Chriſto Regis nomen inſcripſit niſi in Cruce, nec hoc voluit exoratus à Cruce vel deponere, vel ſaltem cancellare. Nam vbi Chriſtus fuit amoris Pelicanus, non poterat cognomine Regali ſpoliari. Cum autem hoc priùs fecerit aſſumpto in manus pane, & dicens circunſtantibus; *Accipite, & comedite; Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur*; Rex bene ex ſuis manibus largifluis internoſcitur.

1. Cor 10 11. S. Gregor.

Portugalli Rex Ioannes ſecundus commendatus.

5. Sed pręſtat pro coronide huiuſmodi doctrinæ quæſtinneulam à nonnullis propoſitam explanare. An Domini ita debeant exiſtere munifici, vt munera clientibus abſque aliquo rogatu & ſupplicatione illorum donent, vel debeant expectare ſibi bene ſeruientium peculiarem ſupplicatum, vt ſuper baſim petitionis donatio congruentiùs & naturaliùs collocetur. Nam pro parte negatiua natura dandi eſt, quæ à datis ſolis conſtat, & Solis id exemplo in dignos & indignos; nedum in illos, qui, promeritis obſequiis fideliſſimi Patronis exiſtunt, atque Dominis. Deinde verò adagium rectiſſimè adinuentum, Poſtulata non tam data, quàm empta verè eſſe. Charè enim dicitur emi, quod precibus comparatur. Tandémque arborum, fontium, & Solis exempla perquamnota; quæ quin aliquid exorentur, fructificant, & lucent, ac fundunt quidquid habent; vnde ad arbores, vel ad fontes inaugurabantur Iudæi Reges. Pro affirmatiua verò pugnat ſententia Redemptoris; *Petite & dabitur vobis; quærite, & inuenietis, pulſate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit, &c.* Vnde à contrario non accipiet, nec accipiendi dignus erit, qui ſibi vtilia non petierit. Quæ auctoritas ex repetitione, & expreſſione ſuî ipſius, ac ſimul ex auctore Dei Filio, tem videtur concludere, & abſoluere.

An ſerui ſint à Dominis neceſſaria petituri, vel ipſis Dominis donaturi, quin aliquid expoſtulent. Matt. 5. 45.

Math 7. 7. Luc. 11. 9. & 10.

Verùm bene ponderata contrariam nihil vrget, quia de rebus ſpiritualibus ad animam attinentibus tantummodo pertractat; vt conſtat ex ſequentibus: *Si ergo vos cum ſitis mali, noſtris bona data dare filiis veſtris: quantò magis pater veſter de cælo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe?* Ergo hìc de petitione ſpiritus peragitur; qui quidem frequentiſſimè & inſtantiſſimè petendus; corporalia verò quęque quò ad rectam æſtimationem nullatenus petenda, ſed parui facienda, cum ipſo Euangeliſta, in cap. ſequen: *Nolite ſoliciti eſſe animæ veſtræ, quid manducetis, neque corpori quid induamini. Anima plus eſt quam eſca, & corpus plusquam veſtimentum.* Imò n. 24. & n. 30. non in ſeruorum petitionem, ſed in prouiſionem patrisfam. hęc omnia mundi regerit; *Conſiderate coruos, quia non ſeminant, neque metunt, quibus non eſt cellarium neque horreum, & Deus paſcit illos. Hæc enim omnia gentes mundi quærunt. Pater autem veſter ſcit, quoniam his indigetis.* Et n. 29. puſillæ fidei vocat eos, qui quęrunt temporalia, quia nec Fides neceſſaria ad illa quæ Deus donat in-

Luc. 11. 13.

Luc. 12. 22.

N. 24. N. 30.

Petendi res quę formula, & ad filiorum Zebedæi petitioné quare Christus reſponderit per *neſcitis*.

fidelibus, & brutis. Quemadmodum econtrariò ad ſpiritualia conſequenda requiritur tam ebaritas, quàm aſſiduitas in petendo; de qno Marcus cap. 11. n. 24. Sed prob dolor! quod terreſtria efflagitantur tanquam cæleſtia; aſſiduitate & charitate, ad minus verſus ea; & cæleſtia tanqnam terreſtria, tepiditate & ratitate. Vnde & filiis Zebedæi ſedes priores circa Chriſtum indifferenter poſtulantibus, quiu pareat ad quod regnum hæ ſedes pertinuetint, teſpondit ipſe Dominus, *Neſcitis quid petatis:* poſtulabant nanque aliquid per Matris interuentum. *Adorans & petens aliquid ab eo.* Hoc autem magna inſcitia. Nam ſi petebant cæli ſedes, deberent *totum* dicere, pro illo verbo *aliquid*; eum cælum totum ſit ex omnibus optandis; ſi autem ſedes terræ, deberent *nihil* promere; *Adorans, & petens nihil*; quia terrena nihil ſunt.

Matt. 20. 22.

N. 20.

Hincque numeri præſentis concluſio terminatur; quia in rebus ex ſe nihil, inferiorum petitiones à ſuperioribus non debent attendi modo vllo, ſed dari non petitæ; pręfata iuxta verba; *Pater autem veſter ſcit, quoniam his indigetis.* Si arbores non attendunt petitiones, vt dent fructus, quid attendunt multi nobiles ſupplicationes ſubiectorum, vt illis ipſa donent, quæ viribus obſequij, ſeruitiique merentur: Non inqnit Deus vt mercenarij mercedem ſuam petant à viris quibus ſeruiunt, ſed vt iſti mercenariis mercedem non retineant, imò ſoluant libentiſſimè, ni velint in peccatum aduerſum cælum clamans incidere eapropter. At quomodo mercenariis inferiores ſunt putandi clientes honorarij? Nobiles contra ſentientes auari ſunt & miſeri, & rationes quas côſarciunt aſylum miſerorum. Hoc attinet ad Dominos donare liberaliter; hoc verò ad ſeruientes, gratias reddere libenter, gratanter, & hilariter. Cætetùm quiqui in aula petunt, quæ aliqui non petunt, humiliores non ſunt ideo, ſed auidiores primo loco, & ſuperbiores non ſecundo.

Leuit. 19. 13. Deut. 24. 15.

Dominorum quod officium in ſoos ſit clientes, & clientum in ſuos Dominos.

6. Ex facie tandem optimè cognoſcitur vir Rex; à facio nanque facies hoc nomine vocatur, eum perſæpe ex illa rutilent quæ quiſque poſſit facere. Hac mente Martialis libro 12. epigram. 50.

Cur facies ſic vocata.

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine luſcus,
Rem magnam praſtas, Zoile, ſi bonus es.

Animi index vultus hominis.

Et Ouidius in Metamorph. lib. 2. fabula 3.

Heu quam difficile eſt crimen non prodere vultu!

Et illi qui dixerunt: Ipſius in vultu varios errare colores vidimus. Spem vultu ſimulat, premit alto corde dolorem. Conſilium vultu tegit & ſpem fronte ſerenat. Nec non pagina Diuina; *Cur concidit facies tua? Sapientia hominis lucet in vultu eius.* Quia vultus eſt volentis, voluntatiſque ſignaculum; Sol noſtri microcoſmi, qui abdita eius prodit; ſtella poli hominum, qui viam illorum indicat; & libri humani index, catalogus, ac ſumma; nec non animi literarum ſuperſcriptio, & ſigillatio, vbi leguntur & videntur interiores characteres, multicolores cordis notæ, & animæ ſignacula.

Gen 4. 6. Eccleſ 8. 1.

Vnde ille de quo dicitur, *Speciosus forma præ filijs hominum*; hac facie quid non faceret? hoc vultu quid non boni in noſtrum genus vellet? Non ſolùm mirabilia effecit ſuper homines, ſed etiam ſupra ſe, & ſuper à ſe factas quaſcunque res mirabiles. Hoc autem in illo cibo, de quo Propheta Regius; *Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator Dominus: Eſcam dedit timentibus ſe.* Namquamuis hoc à Lyra de Euchariſtia comparata cum manna intetpretetur, vt ibi latè ait, & latiùs eo in loco Burgenſ. & Thuring. mihi magis veriſimile, probabileque eſt, mirabilia in iſto pane contenta & ſuperata, omnigena Dei eſſe, tam præterita, quàm pręſentia quàm pariter futura, & qnomodolibet euentura.

Pſal. 44. 3.

Pſal 110. 4.

Quæ facie Chriſtus fecerit.

Quo autem fecit Chriſtus hoc operum Diuinorum compendium demirandum? Potentia verbi ſui, de qua ſubditur in Pſalmo laudante illius formam, & ſpecioſam venuſtatem; *Diffuſa eſt gratia in labiis tuis; propterea benedixit te Deus in æternum.* Quare & nos collaudemus, quem ex facie tam mirabili (quæ quidem citra dubium plus fulſit in Cęnaculo) mirabilium tam multorum in iſto cibo ſacro cognoſcimus factorem, datorem, & ſummum Regem; de quo ibidem additur; *Specie tua & pulchritudine tua intende proſperè, procede, & regna.*

Chriſti verbi quæ potentia.

N. 3.

N. 5.

DE ALTERO TERNARIO, EX QVO NOSCVNTVR Reges, & quomodo in Euchariſtia hoc ipſum inueniatur.

7. TRIBVS debet præualere, vt potiatur tanto nomine, quicunque Rex extiterit; vt Medicus, & panis, ac pannus ſit ſuorum; quod graphicè & expreſſè ſcribit Iſaias, ſub hominum parabola, qui Regem quoquouerſum ſolerter exquirentes, ab illo cuiuſtandem imperium poſtularunt, hoc nacti ſunt reſponſum: *Non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis, neque veſtimentum: nolite conſtituere me principem populi.* Tenetur enim Rex curare ſoos ſubditos, cibare, conuelare; atque proprio ſuo pallio, ſi opotruerit, contegere.

Rex medicus, & panis, ac pannus ſit ſuorum.

Iſai. 3. 7.

Quod Reges Portugalli mirificè compleruntur, & ideo tot & talia in cunctis mundi plagis exiguis valde copiis facinora patrarunt. Ioannes quidem primus, qui à Caſtellæ dominatu rem ſuam vindicauit, & Regnum ſoſpirauit, belli ſuos Centuriones vulneratos, vel ægrotos amanter inuiſebat, & veluti Rex medicus ſic illis medebatur, & & in ſui beneuolentiam firmiores, ſi fas eſt, pro firmitate fidelitatis in gente Luſitana, reddebat eo medio.

Portugalli Reges obiter de tribus his laudati, & primo loco Ioannes primus.

Secundus huius nominis recenter memoratus,

Secundò autē Ioannes ſecundus perfecti Principis exemplar.

ratus, cuius Gallico ſermone donata vita fertur, & maximi Pariſiis ab omnibus habetur, plus manu ſua propria alebat & cibabat ſubiectos Luſitanos, quàm de victu & alimonia ad vitam neceſſaria cooqueſtos eos auribus paternis auſcultabat, & hilarea ac donis ab ipſis flagitatis ornatos dimittebat. Priùs etenim quam filij parentum loca peterent, ſeu decentia ſibi munera à Principe extorquerent, ipſe eadem pro illis benignus prouidebat, & prudens reſeruabat; ita vt tandem ſi quis meriti inferioris idem peteret, pro alio nominatim id ipſum ſe ſeruaſſe ingenuè reſpondebat. Vnde filij, non ſubiecti ei erant Luſitani; prout dixit Elizabetha Catholica Regina, dum à ſuis ſtimulata de inferendo Ioanni bello, eoſmet interrogauit de milite vtriuſque; qui cum duplo numeroſiorem hunc dicerent Caſtellæ, reſpondit Regni illius & Domina & Virago. Quid autem faciendum, ſi Caſtellani tanquam ſubditi, & Luſitani tanquam filij in præliis ſeſe habent? Quos etiá Rex prædictus in domibus ipſorum, quò Princeps tantus ibat, perſonaliter nubebat, velabat, deſpóſabat, vt familiariùs & honeſtiùs ſuorum ille clientum coniugio daret filias; pro cubiculario ſicut quodam indigena de *Albuquerques* ex claſſe inferiorum, quos vocant Scutarios, in Eborenſi ciuitate ei contigit, & ſæpe in actis conſimilibus. Quod hodie ex Regni eiuſdem Patritiis nullus vellet præſtare per ſeipſum. Tam magnus horum faſtus; tam facilis Ioannes. In illis ob quid, neſcio; vel potiùs ob quid ſcio, ſed taceo propter eos; in iſto verò forſan ob prolem ex domo Gallica, vbi vrbanitas inter lilia mirando modo floret. Nec mirum cum ſint Franci, & franci ad res pernobiles.

Viri Galli de vrbanitate ſranſcus ſim cōmēndati.

8. Certè Chriſtus in Euchariſtia Rex vnicus & medicus exinde comprobatur, quia vnicè de illo ſcribitur in Luca; *Homo quidam fecit cœnam magnam*; id eſt, quidam non communis, ſed à communibus ſemotus, abſtractus, elongatus, ac valde ſingolaris. Rex ergo, & inter Reges plus vnicos, hic vnicus; vt ille, qui tam Rex, quam medicus eſt rarus. Vis eum Regem vnicum in iſto cibo cernere? Matthæum Sanctum audi, de eo ſic profantem. *Simile factum eſt Regnum Cælorum homini Regi, qui fecit nuptias filio ſuo, & miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos, & nolebant venire* En Chriſtus Rex in menſa. Vis medicum conſpicere? attende quod ſubſequitur; *Exi cito in plateas, & vicos ciuitatis; & pauperes, ac debiles & cæcos & claudos introduc huc*; Non quidem, quòd Deus claudos, & pauperes, ac débiles, vt huiuſmodi conſedeant, ad ſuam menſam vocet; ſed quòd eos priuſquam aſſideant, ſanet, curet, conſolidet, & liberet à qualibet torturā, ab omnibus languoribus; ſi vocati, vocationi Diuinæ non reſtiterint, vel fuerint refractarij. Hinc factum, quod priores, ſani, diuites & nobiles, qui renuerant venire, confracti remanſerunt, vt manent quiqui à Deo ob culpas elongantur. *Quia ecce qui elongant ſe à te peribunt, perdidiſti omnes qui fornicantur abs te.* Poſteriores verò claudi, & pauperes, ac debiles fuerunt ſolidati, ſanati, & introducti ad menſam, vbi non intrant diſtorta & inquinata; Apoc. 21. n. 27. Res nota, quia ibidem abſque veſte nuptiali inuentus quidam homo, ad otcum miſſus illico; *Amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex miniſtris: Ligatis manibus & pedibus eius mitte eum in tenebras exteriores.*

Luc 14. 16.

Rex Chriſtus atque medicus in mundo ſingularis.

Math. 22. 2

Luc 14. 21.

Cur claudi & viri tales ad menſam Dei vocati

Pſal. 72. 27.

Apoc. 21. 27.

Math 22. 12. & 13.

Hancobrem forſan homo inductus à Propheta, nec medicinam, neque panem habere faſſus eſt, quaſi alios Regem ſibi ſolerter quæritantes, hoc modo iam remitteret ad hominem venturum; ad futurum Redemptorem, ad vnicumque hominem, qui foret Rex & medicus; ſupponens præter iſtum curare nullum poſſe, vel pane medicante diuinitus cibare. Quod de Rege tam ſingulari præſcoſit ille Rex, qui dixit ſic de cæteris; *Nolite confidere in principibus, in filiis hominum, in quibus non eſt ſalus.* Ac ſi diceret aliuſmodi, ex hominum proſapia nullum Regem ſurrecturum tam vtilem & potentem, qui poſſet nobis vitam ſalutemque donare; illo homine dumtaxat excepto, & ſegregato, qui non hominis ſed Virginis futurus eſſet Filius, ac ideo filius Dei, cui ſoli ex matre virgine habere filium congruit, & licet vi potentiæ omnimodè infinitæ; de quo ait Auguſtinus ad ipſa verba Pſaltis; *In vno filio hominis ſalus; non quia filius hominis; ſed quia filius Dei; non propter id quod ſuſcepit de te, ſed propter id quod ſeruauit in ſe.*

Iſai. 3. 7.

Pſal. 145. 3.

Vt Chriſtus Rex ſit medicus præ cunctis mūdi Regibus.

S. Auguſtinus.

Quòd ſi in Chriſto veram tu ſalutis cauſam petas, vllatenus hanc triplicem in verbis Auguſtini ſelatis adinuenies; propter naturam, propter potentiam, & propter vitæ ſuæ exemplum præſtantiſſimū. E quibus primum eſt eſſentia noſtri, Regis eſſentialiter proficui; nec mirum, cum & Ieſus ſalutis nomen ſit, & Chriſtus vncti Regis, qui vnctus eſt, vt vngat; vnguentiſque vaſſallos à mortis iure liberet. Secundum eiuſdem Regis exterior præpotentia. Tertium verò ſui exempli interior & exterior mirifica effluentia, quæ Regis noſtri Chriſti ſunt radij ſalutares, ad quorum lucem optimam, vt nitido in ſpeculo (ac fertur in prouerbio) componi ſolet orbis. De primo clara & celebris ſententia S. Lucæ; *Et omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat & ſanabat omnes.* Vt aqua à fonte exit effluxu naturali. Vnde elicitur quòd Chriſtus ſalutis fons exiſtit, quin poſſit à ſalute, ni media refragentur, donanda cohiberi. De ſecundo Auguſtinianum affatum peruulgatum in Confeſſ. aſſeuerans, non nos in nos conuertere etſi in paruula quantitate Euchariſtiæ Sacramentum, ſed ipſum nos in ſe. Ergo medica potentia; in hoc enim medicina diſtinguitur à cibo; *Quia cibus illud eſt quod patitur à corpore; medicina verò illud à quo patitur, & vim perſentit in ſe corpus*; prout 5. Collig. Auerroes bene ponderat. Verā igitur Medicina in eſca Sacro Sancta, à qua obice remoto omnino ſalui erimus.

Medicina quibus de cauſis ſit Chriſtus ſingularis.

Luc. 6. 19.

Salutis fons Dei Filius.

Ex eſibilibus quid cibus, quid verò medicina.

De tertio, boni exempli effectu per ſe patet; nam quoties Redemptoris virtutes intuemur, naturaliter à noſtris peccatis ſoſpitamur. Albertus Mag. de Euchar. diſt.3. tract.1. cap.4. ſic profatur; *Si cogitamus patientem humilitatem, quando in memoriam Paſſionis Chriſti corpus Domini ſumimus, non tangit nos malum ſuperbia. Si autē cogitamus Chriſti charitatem, in qua nobis ſe in carne & ſanguine communicauit, non tangit nos malum inuidia. Si quàm impiger fuerit, vt omnia faceret, quæ ad noſtram ſalutem requirebantur, in offerendo ſe pro nobis, liberamur à malo acedia. Si aduertimus, quàm liberaliter ſua & ſe nobis impendit; liberamur à malo auaritia. Si iterum ad cor reducimus patientiam ipſius & manſuetudinem, cum ſe pro nobis obtulit, liberamur à malo ira. Si rurſus ſubuenit nobis de ſebrietate illius cœna, liberamur à malo gula. Aut ſi tandem cogitamus amaritudinem eo tempore in lactucis agreſtibus, quæ amaritudinem & acerbitatem deſignant Paſsionis, liberamur à malo luxuriæ.*

Albertus Magnus.

Medicina Chriſtus ſeptuplex aduerſus ſeptem vitia.

9. Sed etiam & panis vnicus eſt Chriſtus in hoc cibo. Vel quia cum ſit vnus hic panis Euchariſticus, vniuerſa bona confert, tam corporis, quàm animæ, de quibus Auctor Gemmæ animæ lib. 1. cap. 99. huiuſmodi ſe habet; *Panis omnis Græce dicitur, & ideo hîc offertur, quia omnis ſalus animæ & corporis recipitur per eum.* Vel etiam quia panis naturalis & cōmunis eſt vnicus Rex mundi qui regit, atque fulcit, ſuſtentat & gubernat vniuerſam illius machinā; quadecauſa in præallegato Iſaiæ Vaticinio, medicinæ & veſtimenti ſatellitio bene duplici, vallatus panis eſt; *Non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis, neque veſtimentum; nolite conſtituere me principem populi.* Nimirum medicina, à parte anteriori, & à poſteriori veſtimento; quia vtrumque bonus Rex per panem deſignatus, tenetur ſuis dare; ſed priùs dare panem; quo ſine nec medicina habebit quid curandum, nec veſtis quid tegendum. Vel tandem quia Chriſtus naturalē & ſpiritualem hunc binum cibum donans, cum tanta largitate diſtribuit omni carni, & tam vnica abundantia, vt cum noluerit eſſe Rex electus ab hominibus, ſatiatit quinque millia; & cum voluerit eſſe Rex, hoc fuerit in pane, quo regit mundi vitam; *Et panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita*; ac vitam cæli tribuit; *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Non ne hic panis vnicus; vbi Chriſtus mundi Rex, interiùs & exteriùs ſuffulcit eius molem?

Panis omnia, & panis Rex.

Gemma animæ.

Rex mundi panis vnic⁹, & quanam ratione.

Iſai. 3. 7.

Ioan. 6. 15.

N. 51.

Hinc optimè Paulinus ſcribit. 9. Epiſto. *Chriſtus idem panis & Regnum eſt, quo nos ſaginamur.* Ac ideo panis vnicus, ac etiam Regnum vnicum, vt vnicus eſt Chriſtus. De quo Regno in pane vnico impunè licet Pauli inuertere ſententiam; *Non eſt Regnum Dei eſca & potus*; cum eſca & potus eius ſint verum Regnum Dei, tam vnicúmque Regnum, quàm vnicus eſt Deus, cunctarum rerum anima.

S. Paulinus.

Rom. 14. 17.

10. De vnitate cuius Regni in pane Chriſto viſa, explicari poſſunt verba prolata de Alexandro; *Et poſt decidit in lectum, &*

A *cognouit quia moreretur, & vocauit pueros ſuos nobiles, qui ſecum erant nutriti à iuuentute ſua, & diuiſit illis regnum ſuum, cum adhuc viueret.* Decumbens nanque in lecto auguſtiſſimi Cænaculi Alexander noſter maior, & largior longè alio, imò maximus & largiſſimus, humanā ſupra fidem, in mortis ſuæ veſpere, & pridie quàm pateretur, conuocatis ſuis pueris, Apoſtolis duodecim, quos enutrierat in Fide, accepit panem in Sanctas ac venerabiles manus ſuas; & ex illo conſecrato diſtribuit illis Regnum ſuum; id eſt, ſuum, non alterius cuiuſque mundi principis; cum prorſus adhuc viueret; ſi tamen is viuebat, qui morti ſeſe dederat in ipſomet edulio; præ amoreque in ſuis plus erat, quàm in ſe; quos ſuos tunc dulciſsimè propterea nuncupauit; *Cum dilexiſſet ſuos qui*

1. Machab. 1. 7.

Vt Regnū Chriſtus ſuis diſtribuerit in pane.

B *erant in mundo, in finem dilexit eos*; quia in amatis amans eſt, cum vnicè eos amat. In pane quippe iſto Dei verbis tranſmutato conſiſtit Regnum Dei, vt conſtat ex contento, & inſimul ex Luca dicente de hoc cibo; *Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam.* Quid aptius? vel germanius?

Ioan. 13. 1.

Luc. 22. 29.

Illud tamen differentiæ intercidit in hoc; quòd Alexander ſi à morbo mortali conualeſceret, reuendicaret regnum ſuum neceſſitate ſola datum, & donationem reuocaret; Chriſtus verò rediuiuus non tantùm non ademit collatum ſuis Regnum, ſed potiùs confirmauit; cum diſcipulis Emaus ſe dedit cognoſcendum in panis fractione, quem panem conſecratum fuiſſe multi

Vt datum confirmauerit.

Leuit. 24. 5.

C ſentiunt.

Imò & alia differentia peræquè noſtri panis extollens Regnum vnicum interfuit in Cænaculo, quia Alexander pueris ſuis diuiſit Regnum ſuum, hoc eſt diuiſum dedit, Chriſtus autem Regnum integrum hîc nobis ſuum donat. Nam quemadmodum in conuiuio cæleſti & triūphanti ſingulorum Beatorum tam felix Regnum erit, diuiſum totum ſingulis, & integrum conceſſum, vt conſtat ex Matthæo; *Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi.* Sic etiam in hoc Conuiuio Eccleſiæ militantis ſupernum Regnum idem in pignore & ſpe cunctorum totum eſt, & totū ſingulorum, quin ideo minuatur multiplicatis poſſeſſoribus; *Sumit vnus, ſumunt*

Vt ſingulis diuiſerit, ſed integrum & inſolidum.

Matt. 25. 34.

D *mille; quantùm iſte tantùm ille, nec ſumptus conſumitur.* Sed econtrà cum non ſumitur, tunc maximè conſumitur, & cum magis manducatur, tunc magis augmentatur; vt alibi iam tetigi cum Angelico D. opuſc. 58. cap. 14. More luminis ac lucis quæ infinito modo creſcit, ſi poſſit ſic accendi, & fontium, qui fluendo, ac terras irrigando, nequaquam minuuntur, ſed potiùs augmentantur; quę duo Chriſtus eſt in verbis Euangelicis; *Ego ſum lux mundi. Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.* Et quemadmodum dictum Regnum triumphans & cæleſte multiplicatur charitate, qua quò plures ſunt Beati, eò plura Regna ſunt Dei illis comprehenſoribus; quia Regnum vniuſcuiuſq;

Chriſtus ſumptus non conſumitur, ſed potius viceuerſa.

Ioan. 8. 12. & 7. 37.

Ex communicatione quæ Beatis ſit gloriæ redundantia.

per

per ſlternſm communicationem & fruitio- A
nem ac commixtionem lætitiæ qua concer-
tant, eſt planè vniuerſorum; & vniuerſo-
rum Regna ſunt cuiuſque in ſingulari; vt
S. Emiſſenus in Confeſſ. non Pontif. ad illa
Luc. 19. 17. Chriſti verba; *Eris poteſtatem habens ſuper de-
cem ciuitates*, explanat perquàm optimè; ita
in Regno noſtri panis cum vnicus ſit val-
de, per charitatem ſit cunctorum hoc Re-
gnum ſingulare, & per charitatem ſingulo-
Cant. 5. 1. & 10. rum. *Sumit vnus ſumunt mille; tantum iſte quan-
tum ille*. Hincque dicitur in Cant. *Comedite
amici & bibite & inebriamini chariſsimi*; ami-
citia qua ſpõſus *ex millibus electus*, vt ibi nuo-
cupatur, pro millibus ſit vnus; & ſimul tam
multimodus, vt vnus ſit pro ſingulis.

Veſtimentum in Eucharistia, & pannos quantùm Christus. 11. Enimuerò eodem modo & pannus quo-
que eſt, tam vnicæ efficatiæ, vt veſtiat nos, B
& muniat interiùs ac exteriùs, etſi exteriùs
valde ratò, vt aliquando eius potentia dum-
taxat agnoſcatur; & Fides roboretur, quò
tendit hoc Myſterium, & Sacramenta de-
ſtinantur. Ttibus autẽ ſit hoc modis. Nam
& Chriſtum nos induimus, vt aſſerit Apo-
Rom. 13:14 ſtolus; *Induimini Do. Ieſum Chriſtum*; Et tri-
pliciter induimur hoc Regio veſtimento.
Ptimũ quando baptizamur, vt inquit idem
Galat. 3. 27. Sanctus; *Quicunque enim in Chriſto baptizati
eſtis, Chriſtum induiſtis*. Deinde, quando Chri-
ſti virtutes imitamur, ſecundum D. Thom.
D. Thom. in Commentario iſtius loci: *Dicitur autem
Chriſtum induere qui Chriſtum imitatur; quia
ſicut homo continetur ſub veſtimento, & ſub eius
colore videtur; ita in eo qui Chriſtum imitatur,* C
opera Chriſti apparent. Tandem autem quan-
do Chriſtum ſub pane manducamus. Sicut
etenim per eſum exutus eſt Adam, ſeu ſal-
tem inuentus nudus, ſic veſtiti per hunc ci-
bum Chriſtiadæ inuenimur; cum poſcat
ex ſe veſtem præclaram, & nuptialem, qua
carens exturbatur à ferculo Euchariſtico,
in orcumque deiicitur, & traditur ligatus
æternis cruciatibus. Quæ veſtis nuptialis
Matt. 22. 12. eſt gratiæ primi hominis cum Deo deſpon-
ſati, & Chriſti iam conoubio in Paulo de-
ſtinati, nouella reſtitutio; non ſolùm à pa-
ne hoc, vt bene comedatur omnino requi-
ſita, ſed etiam ab eo data; dum gratia com-
parata per alia Sacramenta ad iſtud colli-
matur. Nam vel fonte Baptiſmali à noxis
emundemur, vel lachrymis pœnitentiæ
peccata diluamus, ad hoc vnicum Myſte- D
rium perfectionem reliquorum, per illa
præparamur.

Poſt quam triuam & interiorem virtu-
Deut. 29: 5. tem veſtis huius, per ipſam poſſe exterius
& veſtimenta corporalia in nobis conſer-
uari, colligere inde licet, quia indumenta
Iſraelitarum & calceamenta in ſolitudine
attrita non fuere per annos quadraginta;
quod multi ex mannæ cibo durante per id
Veſtimenta & calceamenta cur non fuerint Hebræis attrita in ſolitudine. tempus affirmant prouenire. Alij ampliùs
cibi noſtri figuras eleuando, intuitu iam
eſcæ eiuſdem paulò pòſt donandæ plebi illi
hoc potant ſimul factum, vt nullus, cum ab
Ægypti exieruot ſeruitute, infirmitate la-
botauerit; dicente Rege Vate: *Et non erat*
Pſal. 104. 37. *(eo tempore) in tribubus illorũ infirmus*. Vtrum-

A que in panis noſtri effigiẽ non negandum,
cum Iudæis ob Sacramenta Iudaica non
contigerint huiuſmodi miracula, ſed in fi-
guram futurorum, ex mente D. Pauli; *om-
nia in figura contingebant illis*; imò vtrumque 1. Cor. 10. 11.
concedendũ mirificè colludere Regali pa-
ni noſtro, qui à parte anterioti vallatur me-
dicina, & à poſteriori veſtimento *Non ſum
medicus, & in domo mea non eſt panis, neque* Iſai. 3. 7.
*veſtimentum; nolite conſtituere me principem po-
puli*. Nam priùs datum fuit Hebræis pro-
pter mãoa ægritudinibus non ſubiici, quàm
veſtibus non atteri; illud quidem cibum an-
te; hoc poſtea; nec immerito; in noſtrum
documẽtum. Nam equidem qui fuimus per
illos adumbrati ab omni morbo animæ te-
nemur priùs erui, quàm veniamus ad hunc
B panem, ſi veſtibus effectuum illius tegi vo-
lumus, & inſuper fulgoribus internis ac
externis, Diuinum iuxta placitum, non
paucies adornari.

Firmatur veſtimentum, ac fulgens orna- Apoc. 12. 1.
mentum acceptum ex Euchariſtia à myſti-
ca muliere induta Sole viſa in cælico pala-
tio. Omnes enim per mulierem intelligunt
Eccleſiam, & per Solis veſtimentum ſpon-
ſum illius Chriſtum, qui operit vt veſtis
perecharam & ſibi intimam ſponſam Eccle-
ſiaſticam; de quo optime Bernat. ſerm. in S. Bernardus.
ſignum magnũ. Vbi verò Chriſtus Sol tam
propriè quàm in cibo, cui qualitates lucis
alibi fuſiſſimè applicuimus? Nec deuium
vel in cælo hoc cibo tegi Eccleſiam, cum Euchariſtia vt veſtimentum
C vel in voto vel in re pro cælo conſequendo Beatis ſit
neceſſarium ſemper fuerit, vt ſæpius ex po- in cælo.
ſuimus, hoc ferculum expectatum, & tan-
dem à Chriſto datum. Huc attinet Chry- S. Chryſoſtomus.
ſoſt. hom. 65. ad populum Antiochiæ: *Qui
huius ſanguinis ſunt participes, cum Angelis
& Archangelis, ac cum ſupernis virtutibus com-
morantur; ipſam Regiam Chriſti ſtolam induti;
imò ipſum induti ſunt Regem.*
12. At lentiùs attendendus quàm modò de-
libaui, iſtarum rerum ordo. Nam pani me-
dicina præponitur in Vate, & veſtis ei poſt-
ponitur, quia medicinam panis exigit lan-
guentibus non dandus; & inſimul non vti-
lis, ſed nocuus atque mortifer, quò gratiis
ſuis induat Fideles manducantes. Ergo cor-
dis medicina huic pani eſt præparatio, &
veſtimentum dimanatio, protectio, & cir-
cuntectio.

D De primo Rex Propheta; *Vt exhilaret fa-
ciem in oleo, & panis cor hominis confirmet* De- Pſal. 103. 15.
bet nanque priùs oleo medicinalis Chriſti
gratiæ facies animæ, quæ factis refulget, de-
liniri, vt panis cor corroboret & impleat
chariſmatibus. Et Eccleſiaſticus nihilo ſe-
cius. *Impingua oblationem; & da locum me-
dico*; id eſt, offer oblationem, ſed priùs in Medicina vt Chriſti
te adhibe remedium medicinæ; ſæpe enim corpori idoneè præ-
in ſcriptura iſtæ duæ coniunctiones, nimi- paretur.
rum *&* ac *ſed* promiſcuè commutantur; vt Eccleſ. 38. 11.
late, doctèque affertur per Tirinum in idio- Tirinus.
tiſmis linguæ Hebraicæ præfixis Bibliæ n. 62.
magnæ, Pariſiis nuper editæ.

De ſecundo verò Pſaltes; *Mirrha, & gutta, Pſal. 44: 9.
& caſsia à veſtimentis tuis*. Nam ab interioti

Chriſti corporis dimauaut opobalſama, & A in exteriora veſtimenta illius diffunduntur. De priori quorum fuit per quãdam dictum

Cant, 1. 1.

fœminam; *Oſculetur me oſculo oris ſui, quia meliora ſunt vbera tua vino fragrantia vnguentis optimis*. De poſteriorique per aliam;

Matth. 9. 20

ſi tetigero tantum fimbriam veſtimenti eius, ſalua ero. Hinc enim ſalus manat, & febres ad hanc fimbriam accedere non audent; à qua omnis ſanitatis ebullit medicina, & fluit efficatia.

Medicina vt deriuetur à fonte Chriſti corporis.

At verò non primariò ab interiori Chriſti parte hæc venit dimanatio, ſed à ſuperiori, quæ eſt Deus; illinc manat ad interiora illius Sacri corporis, & à corpore ad veſtimenta; quæ fuerunt quoad vixit communia, velut reliqua, nunc autem vini ſunt, B & panis accidentia; in quæ virtus à Diuinitate per humanitatem Chriſti corporis mirificè deſcendit; & mirificè reſplendet (ni fallor) hæcce veritas in verbis Regis

Pſal. 132. 2.

Vatis: *Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron. Quod deſcendit in oram veſtimenti eius; ſicut ros Hermon, qui deſcendit in montem Sion.* Nam

1. Cor. 11. 3.

caput Chriſti Deus naturaque Diuina; in verbis D. Pauli. Vnde deſcendit vnguentum in barbam Aaronis noſtri, ſeu ſummi Sacerdotis; cuius barba teſte Lyra, eſt eius pars

Lyra.

robuſtior, per barbam, fortitudinis indicium, prænotata. Hæc autem Sacrificia, quia Sacrificia pars robuſtior ſunt viri Sacerdotis; & præcipuè Chriſti caro, per carnalia Sacrificia Aaronis figurata, at data in C incruento; quæ tandem ſic donata in panis alimento, is panis ſummo iure cor hominis

Pſal. 103. 15. & 71. 16.

confirmans vocatur à Pſalmographo, & Firmamentum in ſummis montium. Vnde & montis Sion mentio attexitur poſt Aaronem; & comparatio ſupperadditur;

Lyra in Pſal. 132.

Sicut ros Hermon, qui deſcendit in montem Sion; hanc mentem valde explicans. Nam ea Hermon in Sion montem non poteſt quid deſcendere, cũ ille ſit inferior & modicus in Pſalmo, vt obſeruatur à Lyrano;

Pſal. 41. 7.

Et Hermonium à monte modico; Quare debet ſpiritualiter intelligi mons iſte, qui *Anathema mæroris* Hebraica lingua ſonat. Eſt autem cælimons, à quo omnis anathematizatur mœroris indicatio, & deriuatur ſimul omnis lætitiæ dimanatio, in montem Sion fluens, vbi ſcimus eſſe conditam Sanctiſſimam Euchariſtiam, & ob eam quod ſubſequitur huic ſenſui ſuffragare; nam ſequitur immediatè; *Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem, & vitam vſque in ſæculum.* N. 3. Et de Euchariſtia dictum eſt; *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi.* Matt. 28. 20.

13. Neç deniè ad Chriſti carnem & eius accidentia, ſeu veſtimenta quibus tegitur, defluxit ſalus tanta, cum tegant Filij Dei, & tam ſupremi Regis, ad nuptias venientis ſelectum corpus illud, de quo Origen. in lib. duarum hom. ſic ait in priore; *Venit ſponſus delibutus vnguentis. Nec decebat aliter Patrem ad nuptias Filium deſtinare; venit diuerſis odoribus ſpirans.* Et maximè cum iſta B accidentium veſtimenta, ſtrictiùs Chriſti corpus contingant, quàm veſtitus contingit quemuis hominum, quantumuis eſſet illi defixus clauis ferreis. Quocirca plus ſalutis hinc profluit, quam ea fimbria, quam tetigit infirma. Si autem nihilominus hîc pauci ſoſpitantur, quod tamen non concedo, ſeu pauci ſanitate viſibili atque grandi donantur in hoc cibo, quod magis non negabo, hoc equidem non Chriſto, ſed nobis imputandũ, qui nec vigente Fide, nec etiam ſpe virente, nec charitate efferueſcente, ſed ſegniter & remiſsè, & culpa ſæpeſæpius nullatenus remiſſa (auertat Deus hoc omen) accedimus ad illum; de quo quidem non ſanitatem ſed maiorem infirmitatem hoc C modo comparamus; vt de muliere prædicta, & talibus Chryſologus ſerm. 34. *Tetigit veſtimentum mulier, & curata eſt. Miſeri, qui quotidie corpus Domini tractamus, & ſumimus, & à noſtris vulneribus non curamur. Non Chriſtus infirmantibus, ſed Fides deeſt. Nam multò magis modò in nobis manens poterit vulneratos curare, qui latentem mulierem prætcriens ſic curauit. O quàm docuit mulier, quantum ſit corpus Chriſti, quæ in Chriſti fimbria tantam eſſe monſtrauit. Audiant Chriſtiani, qui quotidie corpus Chriſti attingunt quamnam de ipſo corpore accipere poſſunt medicinam, quando mulier totam rapuit de ſola Chriſti fimbria ſanitatem? Sed quòd nobis flendum eſt, mulier de vulnere medicinam tulit, nobis medicina retorquetur in vulnus.*

Origenes.

Euchariſtiç ad medicandum cur maxima potentia.

Illius cur effectus non ſæpe videantur.

Chryſologus.

Cur ſanitas ea Euchariſtia non fluat frequentiſſimè.

DE COMITIIS AB HOC REGE PRÆDICTIS rebus inclyto, in Euchariſtia celebratis.

14. SOlent Reges cum regnorum ſuſcipiunt gubernacola, & publicas habenas, ad comitia ſibi populos ſubiectos compellare, quò publico de bono viritim diſputetur, & in rebus deordinatis, labefactatis, vel nutantibus remedium adhibeatur; ac tandem viri optimi ad munera creentur, ferantur leges vtiles, nec non propria pro negotiis ingenia ſeligantur. Quod quanta conſedentium maieſtate peragatur, dicentium grauitate, concinni- D tateque ciuili, tã ſcitè quàm conciſè Schonbornerus lib. 4. Polit. cap. 33. videtur abſoluiſſe. Quæ Chriſtus in Imperij Euchariſtici primordiis mirificè adimpleuit. Ibi etenim cum ſuis de bono vniuerſali totius mundi egit; tum in cibi Sacro-Sancti inſtitutione demiranda, tum in Cænæ prout vocant, ſermone ſubſequuto, quem capita per quatuor diſtribuit cæli Aquila. Ibi orbe labefactato per cibum in rebus animę, per alium cibum modum remedij excogitauit, applicuit, miniſtrauit. Ac ibi ſuis proceris &

Euchariſtica Comitia à Chriſto celebrata quę fuerint, & quando.

A & munera commiſit, & pariter ſuffragis; vel inibi vel locis hunc ipſum concernentibus, ab illis poſtulauit. Minutim hęc videamus.

De aula primo loco parata pro comitiis.

15. AVla fuit magna & capsx, ac parameotis condecentibus ſtrata & decorata, dequa expreſsè Lucas: Luc. 22. 12. *Et ipſe vobis oſtendet Cœnaculum magnum ſtratum, & ibi parate.* Nam etiamſi in loco naſci valde pauperi, & pauper ſummè viuere ac tandem vitam ipſam pauperrimè finire voluerit Dei Filius; in Comitiis Euchariſticis pauperiem Cœnaculum ad quid magnū ſtratum, & decoratum. faſtidiuit, atque omnia paupertatis indicia B propulſauit; vt ſciamus quam Regale exiſtat hocce ferculum, vbi amator rerum pauperum has omnes ablegauit, & procul à ſe iecit. Nec enim res tam magna non niſi in domo magna inſtitui congruebat. Non quod domus amplitudo poſſet doni magnitudinem vllatenus æquare, ſed ſaltem quòd deberet indigitare & demonſtrare pro portione competenti, & exiguitate iis comparabili contenti immenſitatem.

Quæ domus non tam domus, quàm Eccle- 2. Paral. 7. 8. ſia perquammagna, non ab introitu Emath tantùm vſque ad torrentem Regni Ægyptij, ſed ab ipſo Solis ortu vſque ad Occaſum remotiſſium, quorum limitibus & limites Ec- Malach. 1. 11. cleſiæ vinculantur in verbis Malachiæ. Nec mirum, cum hæc aula Sapientiæ ſit Diuinæ, quæ à fine vſque ad finem attingit vniuerſa; Sapien. 8. 1. Pſal. 110. 3. & 4. & Euchariſtiæ quæ *Magnificentia* vocatur à C Pſalmiſta, ac mirabilium Dei memoria, epilogus, & ſumma; vnde etiam & domum iſtam domorum decuit eſſe compendium ſingulare.

De Regio Conſiſtorio.

16. HOc planè fuit illud quod Regis tanti Sponſa videre ſatagebat, dum ardens deſideriis in ignem cordis ſui, & ſui amoris animam, curioſitate fœminina & amantium non indigna, nec peregrina & ipſis rata, ſic eum efflagitabat; Cant. 1. 7. *Indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie.* Quod alibi de Euchariſtia non ſemel explicauimus.

Conſiſtorium, non vt thronus terreni Salomonis, quatuordecim leonibus munitum 2. Paralip. 9. 18. & 19. D & decoratum, ac pariter terrificum; ſed vno tantùm Agno mitiſſimo exornatum; qui feſto ſolemniſſimo in populo Hebræorum, in vmbram aduentus ſui, quotannis erat inclytus, ac longè celeberrimus. Agno vtique coram cuius tenerrimo conſpectu proſternuntur cæli proceres, anoſi & canis graues; Apoc 5. 8. Euchariſtiæ qualis thronus & conſiſtorium in nocte Cœnæ. Apoc. 5. cap. & Agno, qui vel etiam præ cunctis aulæ gazis ſplendidis & pulchris, Apoc. 21. 23 cunctorum, & tum præcipue flagrante charitate, dignitatéque pro opere tam miro promicante, vnos oculos deuinciret, & ſolus ad ſe raperet; tanquam ille, qui lux tota Cœnaculi eſſe poſſet, vt Cæli quidem eſt in viſionibus Ioannis.

A Sed verè conſiſtorium, vt thronus Iſaiæ, Iſai. 6. 1. vbi Dominus ſedebat excelſum ſuper ſolium, ac nimis eleuatum, cuius fimbriæ veſtimentorum replebant templi orbem. Quis enim thronus altus, vt ille in quo Dei Agnus tam miro modo conſidet? Quæ verò veſtimenta replentia templi orbem, vel or- Supra n. 12. bis cuncta templa vt panis accidentia, quæ nunc Chriſti veſtimenta oſtendi paulò ſupra; & quæ oblatio velut munda, ſacrifica- Malac. 1. 11. tur & offertur iuxta Oraculum percelebre in omni mundi loco. Cæterùm illic templi N. 4. domus repleta fumo viſa; hîc verò nihilo ſecius præ altitudine Myſterij. Illic triſagium Deo ſpiritus Seraphici cantabant; hîc autem noſtro Agno ex libro Apoc. cantatur Apoc. 4. 8. idem Canticum. Illic tandem pretioſiſſimus carbunculus altaris à Vate memora- Quis carbo ſeu carbunculus Dei caro in Euchariſtia. B tur; hic noſtrum eſt Sacramentum quod carbunculum per illum à multis explicatur. Nec malè cum altaris carbunculus ſit viuus, in carbonem nunquam fragilem vel nigrum conuertendus, ſed potiùs conuerſurus in flammas Dei amoris & cælicos carbones combuſtas à ſe animas.

17. In quo quidem Conſiſtorio, tum Cœnaculi, tum menſæ editiori & cunctis aliis Qua purpura Rex Chriſtus veſtitus in Cœnaculo. nobiliori planè loco, turba cinctus duodena, Rex ſedit, vel diſcubuit. Cuius purpura tunc fuit illa charitas purpurea, puriſſima, ardentiſſima, qua ſuos ibi amore excellentiſſimo dilexit, & eos à ſe ſuos, quos dono tali emit, denominauit dilectiſſimè; Ioan. 13. 1. *Cum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.*

Sceptrum verò quod tam aureum, quàm Quo ſceptro fulgēs ibi. C extentum vt Aſſuerus in actu tanto habuit, poteſtatis fuit integræ Diuinæ iuriſdictio, potentiáque extenſa, qua in brachio ſuo forti diſperſit ſuperbos, videlicet infideles ſuperbientes frequentiſſimè, mente cordis ſui; potentéſque depoſuit de ſede erroris praui, & humiles fideles erexit ad ſe ipſum, ad mentem ſuam traxit, ac ſe illos eſurientes repleuit cunctis bonis; quibus vltimò Iſraël ſuſcepit puerum ſuum recordatus miſericordiæ ſuæ, ſicut fuerat loquutus ad patres noſtros veteres, Abraham, & ſemini eius ſequenti illius fidem, in omnia mundi ſæcula. Nam ſi Chriſtus non adhiberet potentiam cunctam ſuam, mirabilia in cibo iſto tam multa non efficeret, vt dixerit ſtupore perculſus Rex Propheta: Pſal. 110. 4. D *Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator Dominus eſcam dedit timentibus ſe.* Hinc Chriſtus in hac menſa iam Princeps iam & potens iuſtiſſimè vocatur; vbi enim nos habemus; *Quando ſederis ad menſam cum Principe;* in aliis eſt codicibus; *Quando ſederis ad menſam potentis*; de quo Viegas in Apoc. cap. 2. Prou. 23. 1. Viegas. Comment. 1. ſect. 4. n. 1.

Corona, quæ Comitiis his præfuit redimitus, Sacerdotalem atque Regalem fuiſſe Qua corona. clarè liquet; cum Rex atque Sacerdos vt ſanctus Rex Salem, cuius figuræ hîc fiiuntur [sic], veraciter extiterit; vel duodecim coronis, quibus tanquam bonus Paſtor & ſimul bonus Rex coronabatur verbis illis prolatis

libentiſſimè; *Gaudium meum & corona mea vos eſtis.* A

Et quonammodo ibi adfuerit ſub cortina.

Sed & aliis ſplendoribus ac Regiis ornamentis huic cibo Chriſtus adfuit, & prefuit in Cenaculo, vt præeſt atque adeſt vel nunc in cunctis aris, & Sacris Tabernaculis. Non equidem propalam, ſed clanculum atque more Regali ſub conopeo, & duplici cortina, in duplici alimento; viſibilis potentia pro oculis Fidelium, at inuiſibilis conſpectu; & ita plus conueniens pro Regia maieſtate, quæ reuerentior ſub cortina in publicis eſt locis; ſicut Sanctus Ferrarien. de corp. Chriſti ſerm. 1. ſcribit per hæc verba.

S. Vincent. Ferrar.

Quemadmodum enim milites adorant Regem intra cortinas, quando audit Miſſam, licet ipſum non videant, ita nos adoramus Chriſtum intra illa accidentia, quaſi intra cortinam exiſtentem Hocque ne ſemper viſus deueniat in contemptum; quod enim minus patulum, contemptui minus patet, ſicut prohibitum naturaliter auidiùs exoptatur; vt de Euchar. Sacram. Algerus Sanctus dixit; B

S. Algerus.

Auidius requiritur quod latet, & pretioſius eſt quod cum Fide quæritur. Ideo quoque pertinebant ad priſcum Tabernaculum ſub capitis periculo inuoluta portabantur, cum oporteret tranſportari, & ferri in locum alium. Num. 4. n. 15.

Num. 4. 15.

Cumque inuoluerint Aaron & filij eius ſanctuarium, & omnia vaſa eius in commotione caſtrorum, tunc intrabunt filij Caath, vt portent inuoluta, & non tangent vaſa ſanctuarij ne moriantur. Et iterum poſt pauca;

N. 20.

Alij nulla curioſitate videant quæ ſunt in ſanctuario, priuſquam inuoluantur; alioqui morientur.

Ex Chriſto in Euchariſtia velato qui prouentus.

Quod hæretici curioſi ſi curioſè ponderarent, non vtique ſe perderent, ſed dum volunt lucem tantam videre omnino patulam, ipſius luce carent. Omiſſo, quòd velamen iſtius Sacramenti eſt omnibus conueniens; ob indignitatem viris malis, & bonis ob ingentius percipiendi Fidei meritum; dicente Chriſto Thomæ,

Ioan. 20. 29.

Quia vidiſti me Thoma, credidiſti; beati qui non viderunt & crediderunt. Et ne malis viſo Chriſto contingeret quid mali, ſi non proficerent in bonum; vel etiam maius malum, ſi (vt Iudæi in ſolitudine) non reſipiſcerent à malis. Addatur naturaliter hoc fieri non poſſe, cum corpus glorioſum ab oculo mortali iactura ſine mortis videri non ſit fas. Ob quæ omnia Rex iuſtitiæ velatus iuſtè preſidet Euchariſticis comitiis. Nec fauet mediocriter ſententia Raphaëlis, quæ *Regem & Sacramentum & abſconditum ſecretum*, ne aliquid iſtorum, quæ nunc verſamus excidat, in iſtum modum colligit;

Thob. 12. 7.

Etenim Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt. At verò ad quid nam bonum? Ad Deum magis inde laudandum & reuerendum; quapropter quin eloquia ibidem collidantur, confeſtim ſuperadditur: *Opera autem Dei reuelare, & confiteri honorificum eſt.*

De Procuratoribus oppidorum, & Miniſtris, ac Magnatibus Comitiorum prædictorum.

18. ERgo Chriſto in Conſiſtorio prædicto decumbente, atque in medio diſcipulorum ſuorum conſiſtente, non tranquilla fuit prorſus illorum congregatio, ſed locorum contentione vllatenus turbata; vt in huiuſmodi conuentibus de more factum cernimus.

In Comitiis Euchariſticis vt præſidens Rex Chriſtus de bonis agat publicis.

Nam audito, quòd Dei Filius tradendus eſſet morti, in bonum vniuerſale; ante omnia propter id intentum & definitum à tota æternitate, vt ponderat Lyranus, & inquit textus ſacer:

Luc. 22. 22.

Et quidem filius hominis, ſecundum quod definitum eſt, vadit. Verumtamen væ homini illi per quem tradetur Mox ad inuicem ceperunt exquirere & diſcutere, quis eorum videretur eſſe maior, atque aptior & idoneor ad occupandum Chriſti locum;

N. 23.

Et ipſi cæperunt quærere inter ſe, quis eſſet ex eis, qui hoc facturus eſſet. Facta eſt autem & contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe maior.

Contentio inter Apoſtolos in Cæna cur nam orta.

Dominus autem qui non ſolùm de ſtatuendo bono publico, ſed & ſimul de malis publicis reſarciendis pertractabat, hoc vulnus arrogantiæ hereditariæ à primo homine, ſuæ exemplo humilitatis curauit, dicens eis;

N. 25.

Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur. Vos autem non ſic; ſed qui maior eſt in vobis fiat ſicut minor, & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator. C *Nam quis maior eſt, qui recumbit, an qui miniſtrat? Non ne qui recumbit? Ego autem in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat.* Subaudi ſuum corpus, de quo ibidem agitur, & pedum lotionem id ipſum precedentem.

Quibus ita medicatis, de bono iterum publico, in iam conditæ Euchariſtiæ conſecratione proſequenda ſub Regni de quo agimus decentiſſima parabola, hæc illis verba fecit;

N. 29.

Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus Regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in Regno meo, & ſedeatis ſuper thronos duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael.

Euchariſtia verum Regnum, ſub verbis regni datur.

Quibus inſimul vel ibi, vel alibi cum reſpectu ad Euchariſtica comitia diſtribuit ſua munera, attribuitque officia, appoſitè in hunc modum.

D 19. Petrum quidem clauis aureæ clauicularium, cum plenitudine internæ poteſtatis, ad ligandum & diſſoluendum, ad aperiendum & obſerandum, conſtituens, atque creans.

Matt. 16. 19.

Vt peccatis interclusas conſcientias aperiret, & idoneas ad Euchariſtiam auxilio tali redderet.

Officiarij qui creati in Euchariſticis comitiis.

At bene hoc datum Petro, Eccleſiæ tanquam capiti, vt à capite deſcendat facultas diſcernendi, & abſoluendi cum intellectu à criminum catenis. Rectè verò illius caput qui peccauerat negando, ac præ omnibus amauerat Magiſtrum colendiſſimum, quo Pontifex digniſſimus efficeretur per amorem, & per peccatum negationis aptiſſimus, vt de peccatis negantium & blaſphemantium Dei Filium condoleret.

Petrus primùm clauis aureæ clauicularius ſingularis.

Ioannem

Ioan.13.10.

Ioannes Chriſti eques, qui Ordo in Portugallo ex alio Tēpli fuit per Dionyſium ſuſcitatus.

Ioannem Chriſti Ordinis militiæ clarum equitem, torquatúmque pernobilem; & inſuper ſeſſorem; ſi liceat ob decubitum ſuper ſinum & Chriſti pectus, & ob figuram per me ſumptam, ac ſimilitudioem qua equites inſigne ad collum geſtant, huiuſmodi profari. Non enim falsò Chriſtum gerebat tunc in pectore, & ipſo refulgebat exteriùs inſignitus, qui erat ſupra pectus illiua requieſcens, & ſomnum, ſummáque myſteria ibidem capiens.

Iacobus princeps pincernarum, in vino Chriſti ſanguinis. Matt 20.22

Iacobum pincernarum delectum præfecturæ, cum de calice Paſſioois Euchariſtico propinquo, & non ſolum affini eius, ſed ex eodem Chriſti ſanguine contento, conſanguineo, ab eo eſt ſciſcitatus: *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?* Nam iuuat calix calici, & nimiùm ſaoguis ſanguini; ſanguis noſttæ paſſionis & mortificationis Chriſti amore, ſanguini eius Paſſioois, qui bibitur omnimodè in calice Euchariſtico.

Thomas corporis Sōmclier, & de officio, ac tali voce.

Thomam ſacri ſui corporis indutorem principalem, quem Caſtellani *Sumiller de corpus* vulgariter appellant: ex verbo nempe Gallico *Sommelier de corps* de quo Cęſaris Oudin dictionarium Hiſpano-Gallicum (cū dictio ſit ambigua) à curioſis videatur. Quod forſitan à ſubucula, quam iſte defert Regi, & illa eundem induit; vel à ſomno, à quo vt Regi cubicularius cunctis intimior, cum ſolus expergefacit, huiuſmodi eſt formatum, & cum Burguudiæ domo inclyta, ſtirpe autem Gallicanæ, ex qua Caſtellæ Reges deueniunt in hoc fine, vt Portugalli in Rege primo, deriuatum tandem fuit in Curiam Caſtellanam; oimirum quando Chriſtus ſic dixit huic Apoſtolo, *Mitte manum tuam in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis.*

Ioan.20.27.

Andræam atque Philippum Conſiliarios principales, eoſdem ſemel conſulens; *Vnde ememus panes, vt manducent hi?*

Ioan.6.5.

Secretarius Matthæus Sanctus.

Matthæum Comitiorum ſingularem Secretarium, dum ille ex diſcumbentibus deſcripſit iſta ſolus; nam Marcus atque Lucas non erant commenſales; & Ioaunes non ſcripſit huiuſmodi conuiuium, ni taotùm ſexto cap. promiſſum à Redemptore.

Theſaurarius duplex Iudas, vir duplex vel in hoc.

Iudam panis Theſaurarium, cum ſui atque ſuorum ob noſtrum exemplum habitam ei tradidit crumenam; cui & poſtea ſanguinis Chriſti, ac etiam illius corporis, quæ Euchariſtia vera ſunt, argeotum fuit traditum, etſi Chriſto ad hoc tantummodo permiſſiooe concurrente.

Omnes autem ſui ipſius permagni loci Comites, ad ipſos quando dixit; *Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis*; videlicet vt Comites, & comitatus mei aſſeclæ ſtrenuiſſimi & fideliſſimi. Comites verò ac Duces ſimul Fidelium populorum, de quibus Rex Propheta; *Principes Iuda Duces eorum.*

Luc.22.28.

Comites omnes atque Duces. Pſal.67.28.

Nec non omnes ſui Regni Magnates atque Proceres, Sacerdotes eos creaus in verbis S. Lucæ; *Hoc facite in meam commemorationem.* Sacerdotes nanque ex ſe ſunt homi-

Luc.22.19.

A num maiores, vt attigimus tranſcurſim Enarrat. 33.

Apoſtoli cur duodecim.

Et tandem cunctos illos vniuerſi mundi huius procuratores populorum, quos ideo in duodeno elegit rectè numero; *Quia per quatuor mundi cardines Trinitatem enuntiarunt*; vt ait Auguſtinus in Comment. ſup. Ioan. tract. 27. & qui orbis omnes populos, vt illorum procuratores, ad Chriſtum conuocarunt. *In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.*

S. Auguſti.

Pſal.18 5.

B

De ſententiis & ſuffragiis, ſeu votis prout dicimus, quæ hi Principes & Procuratores vniuerſorum populorum in comitiis Euchariſticis disertè protulere.

19. ERgo iſti in Procuratores delecti populorum, ſententias ſenſu grauidas in Comitiis Euchariſticis tulerunt pro hoc pane. Petrus quidem dum quæſitus à Rege Præſidente, an vellet cum incredulis, ſcaodalizatiſque ab ipſo abire, & ſeparari, hæc illi verba dedit; *Domine ad quem ibimus, Verba vitæ æternæ habes.* O pulchrum pro regnantibus reſponſum & documentum! Solent etenim à vaſſallis non paucies derelinqui, cùm verba parum lenia & aures verberantia, incautéque multoties aduerſus illos iactant; vt exemplis perquammultis ſuppreſſis palam fit, ex illo Roboami, qui vilia

Suffragia in Euchariſticis Comitiis quæ ſint data.

Ioan.6.68.

3.Reg.12,13

C propter verba, ac ſimul puerilia, ſublime regnum perdidit. Qoo caſu non vaſſalli ſed Reges ſunt in culpa, vt fideles infidelitatis laborent ægritudine, ac tandem obedientię regali moriantur; quod ipſos maximopere attendere oporteret, tum ne caderent à Regnis, ob verba quæ ſunt fructus aëriæ regionis, tum ne Regi rationem ſtrictam ſummo reddant, contra homines potentiores potentiùs exigendam. Chriſtus ſanè non terrentia eloquia ad ſuos habuit, ſed potiùs demulceotia, & ori atque palato humano corridentia, dum illis ſe in eſcam & potum gratum præbuit; quod patriæ Regum patrum ingenitum eſt officium; & medium, quo ſubiecti vt patres eos diligant; ac ipſi in rebus etiam impoſſibilibus imperitent;

Vt Reges verbis duris rebelles ſuos faciāt, & verè tunc exiſtant traditorum traditores.

Quam mitia bonis regibus oporteat eſſe verba.

D cum Ambroſius Sanctus dicat cap. 5. ſup. 1. Epiſtol. ad Tim. *Blanditiis ſolent obtineri, quæ auctoritate non poſſunt.* Quid verò magis plenum blanditiis & deliciis, quàm dare ſe in cibum fidelibus diſcipulis, at infidelibus recedendi non denegare facultatē? *Nunquid & vos vultis abire?* Dulcedine hocce fuit humanam mentem capere, & eſca piſcatorem tantopere ineſcare, vt dixerit iam captus; *Domine ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes.*

S. Ambroſ.

Vt Reges plus imperitent dulcore, quàm rigore.

Quæ verba vitę æternę hîc merito vocantur, quia vitam in manſuetudine dolcedineque portant, diceote Eccleſiaſtico; *Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos & lingua* Eucharis *in bono homine abundat.* Quod ſaltem in verbo *Eucharis* reſpondet verbis dulcibus, quibos fuit à Dei Filio

Eccleſ.6 5.

promiſſum corpus ſuum, ſub Euchariſtiæ Sacramento; ſed in alio diſcriminatur longiſſimo interuallo, quia promiſſio ex verbis dulcibus eſt tantum tranſitoria, at verò ex verbis Chriſti eſt prorſus ſempiterna; vt inquit D. Petrus; *Verba vitæ æternæ habes*. Hincque qui nomẽ Regis in altero conuiuio accipere contempſit, & fuga recuſauit, in iſto hoc cognomentum libenter acceptauit, & adeo confirmauit, vt dixerit ſignatè; *Vos vocatis me Magiſter & Dominus, & benedicitis, ſum etenim.* Et Dominus abſolutè, nimirum ſine fine, & ſine mortis debito; nam quidquid finem habet non firmum verè eſt, vt Chriſtus hîc expreſſit de ſuo dominatu; *Et bene dicitis; ſum etenim.* At Dominus & Rex in cibo benignitate largiſſima donato; donatio quippe talis eſt regia, & per ſe Domina. Quapropter canitat hymnus præconia Regis tanti; *Pange lingua glorioſi corporis myſterium, ſanguiniſque pretioſi; quem in mundi pretium fructus ventris generoſi Rex effudit gentium.* Quis enim generoſitati & bonitati tam eximiæ non grates decantabit? Et D. Thomas nos inuitat ad ipſum venerandũ: *Chriſtum Regem adoremus dominantem gentibus; qui ſe manducantibus dat ſpiritus pinguedinẽ.* Nam vaſſalli fidelitate impinguantur & dilatantur hoc modo in ſuum Regem, & Rex ipſis dominatur imperio ſecuriſſimo; *Chriſtum Regem adoremus dominantem gentibus, qui ſe manducantibus dat ſpiritus dulcedinem.*

Ioan. 13. 13.

20. Ioannes dum huic pani acerbam indixit mortem, ſi multos vellet ſibi adiungere vaſſallos, ſubiectos aduocare; *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet; ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Solent enim viri Reges qui exponunt ſe pro ſubditis, cõponere & conflare maiorem & firmiorem illorum multitudinem ad ſuam obedientiam; quemadmodum de Chriſto ſcribit ſummus Vates; *Si poſuerit animam ſuam pro peccato, videbit ſemen longæuum.* Et ipſe Chriſtus hac de cauſa multoties in Ioanne ſe panem vitæ vocat; *Ego ſum panis vitæ. Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi.* Videlicet, ad vitam pro ſuis profundendam, ac ipſos cum exceſſu vberiùs tunc lucrandos & fortiùs retinendos.

Ioan. 12. 24.

Rex moriens pro vaſſallis ſecurius vitam aget, & plures comparabit.

Iſai. 53. 10.

Ioan. 6. 48. 51.

Cur Chriſtus vitæ panem ſe ſæpius vocitarit.

Nam ſicut panis maximum eſt vitæ fulcimentum, & primum ſuſtentaculum, ſic contra vita panis continuum diræ mortis horrificum eſt tormentum, funeſtumque exemplar, nimirum cum ſub glebis inconditis reconditur, relinquitur conſultò putredini ſperatæ, ac ideo à vitę aura poſſeſſa ſuper terram, ea pulſus, etſi viuus ſæuitia tumulatur, cum falce pòſt reſurgens lætanter iugulatur; meſſores nanque læti decerpunt vitæ granum, & cædunt in frumento primarium mundi halitum; vnde forſitan Euchariſticum conſiderans frumentum à millibus tot cæſum, ſic habet Dei oraculum: *Lætabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe.* Cum dein trituratur; cum premitur, & teritur, in pulueremque vertitur ſub mola ponderoſa; cum vritur in furno; & cum iterum inter dentes molares comminuitur, ac lentè maſticatur, vt ſepultus in ſtomacho non quidem ſine exemplo humanæ ingratitudinis, omnino vitam perdat; dum far ad vitam hominis creatum ſuſtentandam, non niſi in eius pectore (quod lentiùs ponderandum) offendit veram mortem. Rex quippe panis vitæ ad plurimos vaſſallos habendos planè erit, cum Regis ipſa vita, vt panis vita fuerit, oblata ſemper mortis rigori & exterminio. Quod quantùm Chriſtus geſſerit, ignotum puto nemini.

Vt ſane vita panis ſpeculum ſit mortis.

Iſai. 9. 3.

Panis vitæ, & vita panis, vt inter ſe cohæreant, & Regibus inhæreant.

21. Voluit magnus Alexander Alexandrię ciuitatis cognominatæ à ſemetipſo, locare, ſed & priùs quocunque ſigno apto, delineare fundamenta; cumque nihil ei ad manum præter ſui commeatus farinam tunc ſuppeteret, hac mænium iaciendorum circuitum ſignauit, ad quã plurimæ mox aues volatu confluentes edendam conuenere; quo aruſpices regalis fundandæ illius vrbis auſpicati ſunt frequentiam, lautitiem, & abundantiam, ac amplum dominatum. Nec malè, cum farina quę tritici mors eſt, hoc illi factum fuerit.

Alexandrię Ciuitatis fundatio & proſperatio, vt fuerit ex hoc ſignata & auſpicata.

Idem accidit Ioſeph Ægypti pòſt Rectori; quando Solis atque Lunę & vndecim ſtellarum in ſomniis ei exhibita ſublimis adoratio, ab alia manipulorum eſt tritici præuenta. Ob vitam nanque panis adorantur Reges terrę eximia reuerentia, & cultu libentiſsimo. Sed ſimul & Rex cæli, qui, vt omnium regum norma, reliquit ſe in pane; cui quidem tam manipuli, quàm aſtra lucentiſsima, id eſt, tam res terreſtres, quàm pariter cæleſtes vt ait Interlinea in genua prouoluuntur. Felicitas hauddubiè ex moriente vita panis naturaliter exorta, nec obſcurè vaticinata in verbis Ieremię; in cuius panem lignum immiſſum venenatum, eundem panem reddidit dulciorem & meliorem, ac per orbis circunferentiam notoriè illuſtriorem; vt Origen. ibidem hom. fert octaua. *Ego verò incredibile, vel mirabile quiddam inferam. Lignum miſſum in panem eius, panem fecit meliorem, id eſt, doctrinam dulciorem; ſicut lignum per Moyſem miſſum in amaram aquam fecit eam dulcem. Ante enim quam mitteretur lignum in panem eius, quando tantùm erat panis, & non lignum, in omnem terram non exierat ſonus eorum; ſed poſtquam aſſumpſit fortitudinem per lignum, in omnem terram ſermo Paſsionis eius ſeminatus eſt. Antimo, legem non intellectam amaram eſſe aquam. Cum autem venit lignum Ieſu Chriſti, & ſermo Saluatoris in eam deſcendit, dulcoratur.*

Gen. 37. 7.

Interlin.

Ierem 11. 19

Origenes.

A morte Chriſti vita, robuſtior ipſa vita. Et à Crucis amaritudine omnimoda dulcado.

22. Iacobus, dum Ioannis ſuffragio ſe coaptans in calice ſui muneris Pincernę defert illud elogium Regis Vatis; *Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.* Debet enim calix Regius exiſtere proficuus & totus ſalutaris; proptereaque vitalis; nam ſalutaris & vitalis eſt vnumquid tantummodo, ſalutem & vitam ęqualiter reſpiciens & concernens; vt libamine vitali inuitet ad ſe plurimos, & eos ſecum alat, ſuſtentet, & conſeruet.

Pſal. 115. 4.

Vt Regibus ſit vita ſaorum vaſſallorum in calice mortali.

Sed calix nonne mortem in Sacra ſignat pagina? vt ipſemet Iacobi collatus Chriſtã calici,

Math. 10. 22.

calici, ſic calix ſatis promit? *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?* Quî ergo Regis Chriſti ſalutaris & vitalis deſcribitur hîc calix, vbi eiuſdem Regis mors aſtruitur patenter, & clarè alleuetatur? Quia mors iſtius Regis ſuorum vita fuit, vt ex agni occiſione Exo. cap. 12. notauit Oleaſter; *Vnde viſo ſanguine, quaſi iam ibi eſſet mortuus, Angelus tranſibat; & ſanguis in poſtibus eius erat ſignum, quòd iam in ea domo eſſet occiſus agnus loco primogeniti.* In quibus verbis ſunt ſolerter ponderanda; *Quaſi iam ibi eſſet mortuus*, & non ſegniter quę ſequuntur; *Quòd iam in ea domo occiſus eſſet agnus loco primogeniti.* A morte nanque Chriſtus nos ſua morte ſuſtulit, redemit, liberauit: cum autem morte Chriſti ſit plenus calix noſter, ac ſimul vera vita *Et ſanguis meus verè eſt potus*; nam in ſanguine mors eſt, & vita in vero potu; quod enim verè potat & verè cibat hominem, hoc vitam ei verè donat; vel hodie ab eius morte eſt nobis manans vita, à calicéque ſalus; vt bellum necans homines, & necibus ſe alens. At bellum hic ſolum bellum, vbi nemine cruentato, donatur vita & ſalus.

Oleaſter.

Vt calix mortis Chriſti ſit plenus vita hominum.

Ioan. 6. 55.

Vt bellum viuat mortibus, & ſine morte in Euchariſtiæ ſit pulchrum vitæ bellum.

B

23. Thomas quando mittens manum in pectus Redemptoris, cum Dominum atque Deum vocauit ſuum pio & valido clamore; *Dominus meus, & Deus meus.* Sed priùs Dominum, poſtea Deum; vtrobique verò Regem; Deus quippe Cæli Rex, & Dominus Rex terræ; ſolet enim nomen Dominus cum Regio commutari, vt probat Maldonatus in Pſal. 109. Ioanneſque in verbis ad inuicem connexis; *Rex Regum, & Dominus Dominantium.* Sed quare Thomas illic cæleſtem atque terreſtrē agnouit Chriſtum Regem? Quia pectus illi præbuit, quia viſcera illi pandit, & quia tandem ſemetipſum ex integro illi dedit. Sunt nanque Rex & Dominus ſuapte donatores, & munerum ex officio aſſidui largitores. Vnde etiam Rex terrenus quaſi homo donans munera hoc habet nomen, *Dominus* Cæleſtis verò Rex & Dominus, ſupremus, quaſi omnibus dans dona, ſeu Dominus dans omnia, Deus rectè nuncupatur, vt deducit P. Ianua ex verbis Apoſtolicis; *Qui dat omnibus affluenter & non improperat. Omne datum optimum, & omne datum optimum, & omne datum perfectum de ſurſum eſt, &c.*

Ioan. 20. 28.

Apoc. 19. 16.

A datis nomen Deus, & datis quantùm cognitus.

C

A donis dictus Dominus. Et illis quoque agnitus.

Iacob. 1. 5. & 17.

D

Quis verò ſiue rerum ſuarum quatumcunque, ſiue ſui ipſius dator vt Dominus Ieſus Chriſtus? Certè ille ſe pro ſuis (vt ſua miſſa faciam) in Cruce ſemel dedit, illic pectoris gazophylacium mucroni tradens lanceæ; at in Cænaculo ſemel & iterum, ſeu potiùs pluſquam ſemper, & ſine quouis fine; iam ſinum dans Ioanni, iam digitis nunc Thomæ, in ipſa domo Cœnæ liberalitatis Chriſti aula & centro valde proprio; iam omnibus Apoſtolis ſe totum largè donans, & inter reliquos vel Iudæ, non parum ferro lanceę in ipſum truciori; iam poſtea tandem omnibus qui ad Cænaculum quotidianum accedunt in peccato. Vnde in Cruce & in Cænaculo Rex fuit

Liberalitas quæ Chriſti, in Cruce, & in Cœnaculo.

A

Nazaræus inſcriptus à Pilato, vt ſupra tactum eſt, & Dominus vocatus; *Quoniam Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panem; &c.* Nam in Cruce ſeſe dedit in pretium vitæ noſtræ, quod ſemel tantùm ſoluitur, etſi tantis cum tormentis, vt pluries ſit ſolutum; in Cænaculo verò in ferculo quod quotidie renouatur, vt renouatur vnà in nobis neceſſitas edendi; & traditum tot impiis, vt patientia ſit in hoc indicium plus Regale, & ſignum plus amabile, amoreque compellens, ad cognoſcendum Chriſtum Regem, cum Thomaque clamandum; *Dominus meus & Deus meus.*

1. Cor. 11. 23

Quàm Chriſtus Rex nunc ſit in Euchariſtiæ Sacramento.

24. Andreas & Philippus Conſiliarij noſtri Regis, quando illi pro Conuiuio Euchariſtici figura huiuſmodi dixerunt; *Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis, vt vnuſquiſque modicum quid accipiat.* Non enim debent Conſiliarij ad Principis palatum, ſed ad mentis ſuæ normâ ingenuitate quanta fas, ſuffragia moderari, & placita proferre. Et ſicut hominis Rhetoris, ac eloquentis viri eſt, de paruis magna dicere & de magnis ſubmiſsè loqui, ſic prudentis Conſiliarij eſt negotia parui momenti conſideratione euiſcerare, ac ita exagerare incommoda quæ inde oriri tandem poterunt, vt facilia timeantur, & exiſtimentur difficilia, ita verò eregiouè actiones ſummi ponderis extenuare & eneruare, vt à nemine timeantur nec difficilia reputentur, quò vel in ſumma tranquillitate Rex iuſtè quæque timeat, vt nauclerus ipſo in portu procellas maris timet, & pro viribus contra illas quamnultis ſeſe præparat; vel in ſummo rerum turbine niſi timeat Regum animus, ſed omnia ſuis ſubditis demonſtret calcabilia, vt procellis iam immerſus nauclerus ipſe facit, ſerenum vultum deferens in media tempeſtate, & aliquantulum perturbatum dum mari ſe præmunit, in media terræ pace.

Ioan. 6. 7.

Conſiliarij Regū quales, vt munus ſuum expleant.

Facile eſſet Chriſto Regi, etſi tempore quo regnum terrenum detrectabat, ſequentibus ſe turbis abundè panem dare, tum adductione, tum creatione æqualiter ei facili; ſed rem defert in conſilium, vt æſtimet facilia, & normam præbeat regibus vel iſta conſultandi. Duoque optimi Conſiliarij hæc valde exagerarunt, ac verbis extulerunt; qui, ſi eſſet res difficilis, eandem complanarent, & nitem ac dulcem redderent; cū magnæ fidei fuerint (vt conſtat ex Ioanne) qua magna efficiuntur; ac inſuper ex prioribus, maioribuſque petris (vt ſunt fundamentales) ædificij Chriſtiani; & ideo ex ſanctioribus alumnis Redemptoris, & per conſequens ex aptioribus pro rectè conſulendo; vt dixit vel Gentilis in Moſtellaria ſua Plautus Actu. 5. per hæc verba:

In conſiliū vt vel minora à Regibus ducenda.

Ioan. 1. 40. 43. & 45.

Conſilium Sacrum optimum.

Plautus.

Tum conſilia firmiora ſunt de diuinis locis.

Bene autem panem Chriſto difficilem fecerunt; nō enim datur facilè quod datur mixtum ſanguine; vt datur panis Chriſti, ſeu Euchariſticum conſideres, ſeu ſeminatum in terra noſtra; nam primus ſanguine Paſſionis, ſecundus verò Incarnationis ſub-

Quàm carus Chriſti panis & inſimul quam facilis.

actus eſt ab eo. Sicut facerent & facilem, ſi ita res exigeret; facilis enim panis eſt qui non emitur argento ſed fide in Deum iacta, vt aſſerit Ambroſius de Ioſeph. cap. 7. *Non quæritur Chriſtus argento ſed Fide; qua argento pretioſior eſt.* Et cap. ſequen. *In hoc frumento negotiantur Patriarchæ; & illi argentum detulerunt, ſed bonus Ioſeph frumentum dedit, argentum reddidit. Non pecunia emitur Chriſtus, ſed gratia. Pretium tuum Fides eſt, hac emuntur Diuina myſteria.* Non autem nuda Fides, ſed gratia hîc memorata, & operibus quæ gratiam merentur, conueſt ita eſt pretium panis huius; cum nec Fides ſine operibus ſit Fides, ſed perfidia; & tacita infidelitas.

S. Ambroſ.

Secretarij nunc Matthæi ſententia ſubintrabat; quoniam verò Secretarij frequentiùs in Conſiliis ſententiæ vice carent, &
B illorum ſolùm eſt ſententias reliquorum ſcribere fideliter, obſignare, & ſigillare; in actaque tam clauſa quàm publica redigere, ac optimè parare; hoc ille mox efficiet poſt omnium voces datas; quamobrem Theſaurarij iam Iudæ vocem audi.

Secretarij quod officium in Regiis ſit Conſiliis.

25. Iudas prauus tale protulit iudicium in his Comitiis; pientiſſimum dum opus in obſequium Chriſti factum, perditionem nuncupauit; *Vt quid perditio iſta vnguenti facta eſt? Poterat enim vnguentum iſtud venundari plusquam trecentis denariis & dari pauperibus.* At perditus is erat, non actio quam taxabat; nec fruſtra, cum rem cultus, Religioniſque eximiæ ad infima deducere curaret verbis illis; vnde in arbore fructifera inuenit fructum mortis, qui vitæ atque ſalutis operationem præſentiſſimam deperdere
C intendebat; Hieronymus in Gloſſa; *Perditus de ſalute perditionem inuenit, vt in ficu fructifera mortis laqueum nanciſceretur.* Fuit quidem Iudas traditor in Euchariſtico conuentu traditionis tributariæ excogitator perquamſæuus, in publicúmque damnum tyrannicus delator; quos voce Luſitana vocamus *Aluitreiros* & qui plurima in Reip. perniciem machinata, viliſſiméque ſæpe ab ipſis odorata indigitant Principibus, vt ex generali detrimento, peculiare & perexiguum plerumque lucrum faciant. Hi nanque vaſa aurea, & Cruces, atque calices conflare perſuadent, & vel ipſa Sacramenta diuendere incitabunt, ſi aures ſibi patulas in Regibus inueniant.

Marc. 14. 5.

Quam iuſta Iudæ mors pro culpa illius data.

S. Hieronymus.

Reip. tyrannus & indagator tributorum vt nequam Iudas fuerit.

D Quibus tamen pro exemplo & ſuimet rubore, viros duos celeberrimos, Caſtellanum quidem vnum, Luſitanum verò alterum, libenter exhibebo, vt in vtriuſque affato & facto diſerto ac ponderoſo, tanquam in nitido & ſplendido ſpeculo ſe inſpiciant, & fatuos ſe dignoſcant. Primum Regem Caſtellanum, Philippum, cui Prudentis dederunt nomen veritas, & merita intellectus. Secundum autem Chriſtophorum de Moura, Marchionem de Caſtel-Rodrigo Philippi gratiæ Dominum, & voluntatis poſſeſſorem. Nam cum iſtum diuexandæ Reipub. indagator adiret quidam

Tributorū cuidam homini inuentori & delatori quid acciderit cum Phi-

A ſemel & verbis meditatis inducere eum vellet, vt campanas Eccleſiarum in bellica tormenta conuerteret, & funderet; quo argenti magnam copiam in ipſis expendendam ærario in ſuo poſſet hac via retinere, ſubridens ille hominem ad ſibi gratioſiſſimum, acceptiſſimumque miſit, quo ſine nihil prorſus ſolebat operari, & executioni commendare, qui audiens accedentē cum nuntio tam tyrannico, acri ſuæ mentis acie, ſolertiaque inſigni, & verſutia vel in patriam Lyſiadam aſtutiſſima, nil aliud pro reſponſo quàm hæcce verba dedit *Y que haremos a tantos badajos?* hoc eſt, quid faciendum deinceps nobis erit de tot ferreis percuſſoriis, quę ſupererunt ex cymbalis? Hiſpanè nanque hæc *Badajos* appellantur; quo nomine
B & ſtulti ibidem per ludibrium rectiſſimè dicuntur, & Gallicè *Badeans* cum ſtulti nihil ſint quam ferrea percuſſoria, dicente Rege omnes ſcientia ſuperante; *In ore ſtulti virga ſuperbia.* Nam certè hi tributorum iniqui repertortores non ferrea ſuot tantummodo, & rudia percuſſoria; ſed & aliud tantò peiùs, quantò populum & Remp. percutiunt ſummis cladibus, & tradunt cunctis necibus.

lippo prudenti nuncupato, & cum Chriſtophoro de Moura

Prouer. 14. 3

Talis autem fuit Iudas qui pretium deplorabat, & pretio panem vitæ extinguere parabat; *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* De quo de panibus P. Cellenſis in 1. fatur cap. *Dixit Dominus ad Philippum, vnde ememus panes, vt manducent hi? Domine Ieſu non quæras à Philippo, quære à proditore tuo. Habet marſupium vnum cum ſcribis
C & Phariſæis. Hic inſidiatur ſanguini tuo, hic habet denarios triginta, vnde panes ementur ad ſalutem omnis carnis.* At ille ſatagebat vt orbis perduellis, non quidem mundi vitæ, ſed potiùs vitæ panis excidium machinari, cum damno, quò ad eius directionem, vniuerſali.

Matt. 26. 15.

P. Cellenſis.

26. Quod autem fert iudicium in iſtiſmet Comitiis illorum Rex Dei Filius? in pane vt liberalis & verus Rex ſe donans? Tam breue, quàm & optimum; vtrumque verò quantùm hæc duo dari poſſunt; quod ideo tibi numero diſtincto notum faciam. Omiſſo, quòd & Regis tam magni ſingularitas ſingularem poſcit numerum à reliquis ſemotum. Iudicium tale eſt. Vaſſallos nempe Chriſti in Euchariſtiæ Sacramento il-
D lius Reges fieri; illum autem vaſſallorum vaſſallum verè reddi; vt colliges ex verbis. *In me manet, & ego in illo.*

Diuinus Rex quid dicat in Euchariſticis Comitiis.

Ioan. 6. 56.

Ad quid enim tam diſparium perſonarum commutatio, niſi vt inde tam extranea reſultet transmigratio, ſeu potiùs transformatio, & mira rerum verſio? Nec malè, cum quantumuis Deus hominis ſit gloria, homo tamen licet vilis eſt gloria Dei ipſius; dum in eo Deus manere & requieſcere delectatur; *Et deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum.* Quod frequentiùs & amantiùs in iſto pane accidit; de quo amoris Princeps. *In me manet, & ego in illo.*

Vaſſallus Regis Rex, Rex autem vice verſa in Euchariſtiæ Sacramento.

Prouer. 8. 31.

D E

DE REGALIVM COMITIORVM EVCHARISTIÆ tandem fine, & concluſione non inconcinna, deque præſentis tomi hucuſque elucubrati, appoſita coronide.

Comitioiũ terminatio & auctoris perotatio.

27. Hic igitur Euchariſtiæ Co- A
mitiorum meta figitur, &
terminus extollitur; quæ
meditata in Luſitania huic
Sacro deditiſſima, Pariſiis in ciuitate fuere
demum Regia præ omnibus Europæ, ela-
borata & celebrata; anno quidem à mundi
vita 1642. Octobris die 9. dicata eius Pa-
trono, B. Dionyſio, ibidem initiata; curren-
te verò anno 1648. Februarij die 8. in Sab-
batho ex officio immacularæ Conceptionis
à Minoritis perſoluto, eiſdem ſemper fau-
ſto, ac mihi ſemper hilari, fortuitò comple-
ta; & inopinata cogitatione confecta, &
conſummata. Ita omnes conceptiones &

Deiparæ Mariæ reſcitur hocce opus.

cogitationes mentis meæ hac Domina clau- B
dautur, ſicut omnes huius operis, à princi-
pio ad finem vſque, in omnibus quæ boni
redolere quidquid poſſunt, non ſanè meis
viribus, ſed influxu tanti ſyderis obtinuiſſe
non inficior, imò quantum cæco fas, confi-
teor, & agnoſco.

Matthæus Regis Secretarius concluſa fa-
cit ipſa Comitia Sacratiſſima; obſerata, &
ſigillata ſigillo Redemptoris, quæ plagæ
ſunt illius huic pani vinculatæ; de quo ſigil-
lo dicitur, Ioan. 6. cap. *Operamini non cibum*
Ioan. 6. 27. *qui perit, ſed qui permanet in æternum, quem Fi-*
lius hominis dabit vobis. Hunc enim Pater ſigna-

Secretarius Matthæus Regis, Comitia illius claudit.

uit Deus; nimirum Chriſti plagis huic pani C
ſemper ſociis, cum earum ſit memoria & re-
petitio nunquam ceſſans; *Hæc quotieſcunque*
feceritis, in mei memoriam facietis. Plagæ au-
tem æterni Patris ſigillum nuncupatæ, quia
ab æterno Pater Filium in ipſas dedit pla-
Ioan. 6. 16. gas; *Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium*
ſuum vnigenitum daret. Superſcripta verò di-
cta Comitia veneranda ſecundo noſtro the-
mate, quod in Matthæo ſicut in Paulo, quò
ad primam ſui partem huiuſmodi ſe habet;
Matt. 26. 26 *Accipite & comedite; Hoc eſt corpus meum.* Etſi
in Paulo adiiciatur, & in Matthæo ſuppo-
natur, *Quod pro vobis tradetur*; cum dicat ſic
N. 28. de ſanguine; *Qui pro multis effundetur in re-*
miſſionem peccatorum; vt ſicut corpus tantum D
pro nobis ſemper traditur, & nobis ſemper
datur, ſic ipſum à nobis ſemper deuotè ac-
cipiatur.

Recapitulatio ſuffragiorum Comitiorum Chriſti menſæ.

Quare omni Comitiorum clauſura reſe-
rata, ſuffragiiſque illorum in publicum pro-
latis: Quoniam Chriſtus in Euchariſtia tam
mitis Rex exiſtit, vt habeat vitæ verba, ac
dixit S. Petrus; Et opera tam optima vt vi-
tam ſuam fundat aſſiduè pro vaſſallis; quem-
admodum Iacobus, Ioannéſque dixerunt.
Pectus verò tam propatulum, vt Thomas
eſt expertus. Atque gratis ſe dat homini,
vt Andreas & Philippus Conſiliarij diuul-
garunt, dicamus cum Propheta; *Omnes ſi-*
Iſai. 55. 1. *tientes venite ad aquas, & qui non habetis argen-*
A *tum, properate, emite, & comedite* Eundémque
ad Chriſtum ibidem conuocantem & fer-
uenter inuitantem attentè contemplemur,
quò ad aquas Saluatoris & ad panem Re-
demptoris gratanter veniamus, curramus,
conuolemus, & talem cibum iugiter virtu-
tibus colamus, expenſis celebremus, mun-
ditiáque ſumamus; ac menſæ ſic iſtius pro-
uentus colligamus & gratias conſequamur.

Hæc nanque Vates ipſe deſiderat peran-
xiè, dum poſt verba compellantia pecuniis
cunctis vacuos, proclamat iſtiuſmodi; *Au-* N. 2.
dite audientes me, & comedite bonum, & delecta-
bitur in craſſitudine anima veſtra. Et tertiò vo-
cat eos affectu inexplicabili: *Inclinate aurem* N. 3.
B *veſtram, & venite ad me; audite, & viuet anima*
veſtra; & feriam vobiſcum pactum ſempiternum,
miſericordias Dauid fideles; &c. Quæ eloquia
de Euchariſtia cum aliis huius capitis feli-
citer excurrunt. Nec poſt illa Vates defi-
cit, ſed redit efficaciùs, *Quærite Dominum*
dum inueniri poteſt, inuocate eum dum prope eſt. N. 6.

Euchariſtiæ Prædicator eximius Iſaias.

At verò vbi tam prope? quam intra cibum
in noſtro ſtomacho condendum? *Dereliu-* N. 7.
quat impius viam ſuam, & vir iniquus cogita-
tiones ſuas. Quia nec actibus nec cogitati-
bus hic panis malis editur. *Et reuertatur ad*
Dominum, & miſerebitur eius & ad Deum no-
ſtrum, quoniam multus eſt ad ignoſcendum.
C Quemadmodum multus eſt ad dandum ſe
in pane. Qui enim ſic ſe dat, quid aliud non
donabit, quidve non condonabit? Quæ mu-
nera non tribuet? Quæ tributa non relaxa-
bit? Quas culpas non abſoluet? Quæ pre-
mia non concedet? Vltra multa quæ feruo-
re connectit ibi magno Eccleſiaſtes Euan-
gelicus.

Vi à principijs non à finibus ſint acta iudicanda.

Nec ſcriptoris impolitia hucuſque cla-
mitantis ſeu potiùs crepitantis, vel impro-
bitas te cogant ad panem non venire per
Vatem tam enixè clamatum & decantatum.
Non enim à fine in cardine ſe dubio reuol-
uente, ſed à principio bene iacto auſpicia
ſunt petenda; dicente Ouidij fiſtula in Phy-
li ad Demophoontem;

D *Exitus acta probat: careat ſucceſſibus opto,*
Quiſquis ab euentu facta notanda putat.

Quin etiam quòd & finis, & is animæ bea-
tæ non deeſt noſtro operi.

Ego ſupplex erratorum & commiſſorum
in quæ inciderim, Lectoris poſco veniam, à
nemine negandam, ſi ſomnus in labore (vt
fertur in prouerbio) obrepit ſemper longo;
hæc aliàs ſuppleturus cum cœptis Deus af-
flauerit; & cum mihi, qui à luce initium
meum feci, vt Soli datum fuerit, ad ortum
ipſius lucis, ac cupio, remeare. Quemad-
modum concinuit nobiliſſimus, Sanctiſſi-
mus, doctiſſimúſque Martyr, & Pater mun-
di Dominæ, Boëtius Seuerinus; quo ob ma-

Senator Vrbis inclytus Boëtius commendatus.

gnam verſus eom propenſionem mihi indi- ram, & corde meo fixam, linire ſummo gaudio hîc volo extrema labia; lib. 3. metro 2. Conſol. Philoſophiæ.

Cadit Heſpherias Phœbus in vndas
Sed ſecreto tramite rurſus
Currum ſolitos vertit ad ortus.
Repetunt proprios quæque recurſus
Reditúque ſuo *ſingula gaudent.*
Nec manet vlli traditus ordo,
Niſi quod fini iunxerit ortum
Stabiléinque ſui fecerit orbem.

Ante quem ortom probabiliter exorietur opus aliud de Euchariſtia fulgentiſſimum, præcentor cuius iſtud & olor in hoc fine, vt illud cantor inclytus iſtius erit *Epuli*; ſi perſtiterit, & diem, viſorus propediem, ſupremum tandem viderit, Orpheus ea de cauſa vocandus Euchariſticus. Cui metro & proſa vario largitur Orpheus Lyram; Charites

De Euchariſtia quodam opus futurum commendatum.

A charam gratiam in orationis venuſtate; Boëtius rei vtriuſque ligamen iucundiſſimum; Africa ipſi nigra & Sancta, ſpiritom ac feruorem; vt Gallia dedit patriam; & cantum Galli dabit ille, coi funditur in cantus. Nam ſi ante galli cantum negauit Petrus Dominum, poſt Galli iſtius cantum negaturum puto neminem Dominicum hoc Myſterium.

Romanæ ſedis cuncta examini ſubmitto; & ſi forſitan ignarus ei obuium qoidquid dixi, indictum ab orthodoxo Lectore reputetur. Poſt quæ gratiæ ſummè ſummæ ſint Triadi Sanctiſſimæ; Sanctiſſimæ Euchariſtiæ; & Virgini puriſſimæ, pro ſuis in me donis conceſſis in hoc opere; quos precor vt ad cælica Comitia nos traducere miſericorditer dignentur, vbi illorum in contubernio perpetuùm corregnemus. Amen.

Cuncta Eccleſiæ ſubmittuntur, & Deo grates perſoluuntur.

F I N I S;

Lauſque Principio; ac Fini rerum
O M N I V M.

INDEX ALIVS

COPIOSISSIMVS SENTENTIARVM

tomi huius; vbi etiam ob claritatem, & vbertatem multò maiorem verborum congerendam, notantur ſolæ paginæ, in quarum ſunt marginibus, etſi frequenter verbis alijs latioribus & clarioribus, patentia quæque latent voluminis in corpore.

A

Aaron.

AARONIS ſecundum Ordinem Sacerdos anne Chriſtus. 949. Aaronici & Melchiſedechiani diſcrimen Sacerdotij. 951. Aaronicum ſacrificium in Melchiſedechianum cur conuerti neceſſe prorſus fuerit. 954

Abel.

Eius Sacrificium cur Deo placitum. 629. Cuius generis, & an Sacramentum. 633. An vnicum, vel multiplex 634. Chriſti Sacrificij vmbra, & quomodo, ibidem. Duplex & vnicum. 635. Eius mors an ſacrificium, ibid. Vmbra Chriſti in ſacrificio. 639. Miraculum eius melotæ. 646 Sacerdos, licet ſecundò genitus. 679. Deuotio eius in ſacrificio, cum die 10 quo eſt factum, & perpeti miraculo; & cum die in quo eſt mortuus. 688. Vapor & luctus eius nomen 689. & 690. Reſpicitur ille, Cain deſpicitur, & quali nam reſpectu. 689. Ipſius hoſtia & fides plurima, Caini vero nulla. 690. Mariæ primus venerator. ibid. Gemella quæ ei vxor. 693. In cælum vultu erectus. 697. Illius morte mors deluſa. 699. Figura Chriſti, Cain Iudæi. 700. An ſimul conſepulti. 705. Vt clamet eius vox. 707. & 708. Abelis vocis echo & qualis in Euchariſtia, à. 730. Eius elogium per Alphabetum. 740. Canonizatus ab ore Dei. 742. Vide Martyr, Cain, Adam.

Abimelech.

Abimelech & Achimelech quæ ſit ethymologia. 682

Abraham.

Quinquennis cur cùm obiit. 253. Vt Moyſis legem habens. 408. Cur primus ſenex dictus. 429. Eius Sacrificij cum Euchariſtico contractus celebratus. 588. Chriſti vmbra. 634. Fidei pater pro Fidelibus, Iudæis & Gentilibus. 663. Eius patres infideles, & ipſe an aliquando. 917. In ignem propter Fidem an fuerit coniectus. ibidem. Quæ ei amicitia cum Melchiſedech. 948

Abſalon.

Cur Abſalon pax patris. 203.

Abyſſus.

Abyſſus quidnam ſit, & qualis Euchariſtia. 63

Abundantia.

Abundantia ab Euchariſtia. 173. 174

Accidens.

Vt ſubſtet ſine ſubiecto. 87. & ſuppleat eius vices. 88

Adam.

In illo & ante illum vt iam creatus Chriſtus, & pignori iam datus. 124. Adam & Eua, Chriſtus & Maria. 126. Ex Chriſto natus ille, & Chriſtus eius caput 125. 126. Vt ille ad Chriſti imaginem, & Chriſtus ad illius extiterit formatus. 126. Qua ætate & quantitate. 132. An mortalis vel immortalis. 133. Nomina dare quæ ei gloria. 136. Maieſtas quæ tunc illi. 295. Creatus vt præeſſet, & Chriſtus vt ſubeſſet. 140. An Chriſtus incarnandus & Euchariſtia inſtituenda Adamo non peccante. 126. 129. & 393. Primus Pontifex, & caput Eccleſiæ. 229. Vt ſuperbus à ligno pulſus. 277. Vbi formatus. 284. Cur exul prope paradiſum, & an in terra Damaſcena. 286. Vel aſtris peccans nocuit. 288. Quantus ſcientia, & an ſui lapſus. 294. In Euam amores eius, & nudis cur non pudor. 295 Imago Dei in vibe ab ipſo recens condita. 293. Quàm felix in paradiſo. 298. Cæli & Orci quotus ſcientia, & an viderit Dei eſſentiam. 298 & 301. Primus Propheta, & primos Sacerdos. 368 378. & 407. Vocatus ad Eccleſiam. 376. Cur poſitus in paradiſo & ibi quàm mutatus. 377. & 379. Chriſtum in ligno crucifigit. 383. & 599. Quibus amoribus ad vitæ lignum, & fructum eius teneretur. 385. 386. Creatur puer, ſed & moricos. ibid. Conſilia dantur ipſi. 387

Ob non comedendum & non ſacrificandum de ligno vitæ caſtigatur. 387. Primus Pontifex. ibid. Quid de eius ſacrificiis, & vitæ ligni, & reliquis. 388. 389. Vt inuitatus ad lignum vitæ, de illóque an ſumpſerit, vel ipſum lignum nouerit. 389. 391. Vt peccauerit in lignum vitæ. 408. Vt Fidem cum operibus Deus exigat ab eo. 432. Virtutes ipſi Theologales præceptæ ſub præceptis, & iſtas vt habuerit. 437. Qui naſcerentur non peccante. 453. An idolatra vel deceptus. 476. & 544. In quibus deliciis. 482. Tentatio illius triplex. 520. Eius & Chriſti cœnæ quales. 524. Ob Euam peccans, quid ei dicat. 544. Eius culpa mala communio, & inde cuncta mala. 545. Quæ veſtes ipſi nudo, & nuditate flagellatus in loco erubeſcentiæ. 546.

Tegitur foliis.548. An confitens vltroneè iuſtitiæ redderetur. 549

Quando peccauerit, atque Deus ad ipſum iudex venerit.552. Quando pœnitens,& vbi.554. An hæreticus,& quali crimine peccauerit ob Euā. 582. & 583. Vt ambo ſimul veniant ad actum Inquiſitorium.586. Mulctatur in ſudore.590. Poſt culpam cur conſortem viuentium vocet matrem.592. Vbi incipit pœnitere Deus incipit ei parcere.592. Quæ bona ex veſte pellium, & fici foliis cur non tectus, cum Ezechias ficu curetur.593. Vna ex tribus vt perſonis. 594. A ligno vitæ vt pulſus.595. Excommunicatur non communicans ab ipſo vitæ ligno.597. Caput Eccleſiæ, & cur à multis hoc titulo priuetur.598. Adamo pœnæ quantæ ob communionem male factam. ibid. Decem pœnæ ob decem iam præcepta conculcata. 599. Grauior culpa vt eius ſit.599. Speculum Dei iuſtitiæ. ibid. Quot dies in paradiſo, & quo in eo lapſus. ibid. & 600. Quando pœnitens & dimiſſus. ibid. Quam dura illius pœnitentia, & gratiæ reſtitutus. 601. Vbi ſepultus. 603. In pœnis iam reſpirat per V. Mariam. 611. In Sacrificiis frequentiſſimus præſertimque frumenti. 630. Feſta condit, templa, preces & ſacras ceremonias.630. Pro Abele illius luctus.641. Videatur ingratitudo, præceptum, & Matrimonium. Eua, & homo, ſerpens, iudicium.

Admiratio.

Mater ſcientiæ, & quanta in Euchar.2. & 25. Vide ſtupor.

Adorare.

Adorare & Sacrificare res ipſa in ſcriptura. 732. Adorari quod comeditur cum liceat & non liceat.888. Videantur Crux & cultus.

Adulterium.

Vnde ſic dictū.446.in abſentiis frequentiora.461

Æger.

Ægris proficit Euchariſtia. 322. vide ſalus, vita, infirmitas.

Ænigma.

Quid nam ſit.301. Vide Arcana.

Ætas.

Ætates mundi ſeptem diebus primis ſeptem pictæ. 49

Æternitas.

Quid ſit.388. Vt confirmet Euchariſtiam. 436. In quo ei ſimilis temporalitas. 932

Agapes.

Agapes quod conuiuium. 698

Ager.

Ager figuli cur ſic dictus & emptus Chriſti ſanguine in ſepulturam peregrinorum.219. videatur Chriſti ſanguis.

Agnus.

Paſchalis cur agniculus. 66. Cur eſus domo in vna.267. Et feſtinanter manducatus. 510. Cur comeſtus ſine ſale,& nec crudus neque coctus. 333. In formam Crucis aſſus, & aſperſus illius ſanguis.342. Vitam dabat vita caſſus, ibidem. Eius figura in Chriſto impleta. 732

Alacritas.

Quæ deceat Euchariſtiam manducantes. 276

Aloë.

Herba & arbor quàm ſuauis,& eius quot ſpecies. 274. 290.

Altare.

Illius etymon. 697. Altaria quænam hodie in Euchar. teſtimonium. 729

Ambitio.

Cælum petit.510. In ambientes mirum dictum,& ſimul imprecatio. 545

Ambroſius.

In Euchariſtiam ſe ſe explicat. 30

Ambroſia.

Ambroſia Nectarque deſumpta ex ligno vitæ.300

Ambulare.

Ambulare quid cum Deo. 768

Amentia.

Eius definitio.507. Ex amore, verbo amor. Qualis Deum velle agnoſcere. 508. Vide inſania.

Amicitia.

Ex Euchariſtia, 469. amplexus ipſa Dei & hominum.510. Illa tantùm amici digni. 265

Amor, Amantes, Amatoria.

Amantes vt amentes. 60. Euchariſtia quod amatorium, & in amatoria ſæpe miſſa. 60. Amoris propitiani quæ effigies. ibid. Catenæ amoris brachia.113. In abiectis & aduerſis ac mortibus probatus.139.196. amoris mors examen.863. Centro gaudens, & centro carens.177. Cordis pondus; ibimet. Quàm diligens ſit diligēs.179. Deſideriis ſeſe vulnerat. 180. Mors amor, & morientes vt viri ſint amantes.ibid. Ipſius locus medius, & medium amoris Euchar.184. In ea Chriſtus totus amor. ibid. Amor hominis vt ignis in fine acuminatos; at Chriſti dilatatus. 194. Amor proximi Dei amoris ſpeculum, & ſtatera.268. Transfert in amatum. 272.& 273. Plus vbi amat, quàm vbi animat, qua via cunctis anima. ibid. Qvis arborem, & imaginem amauerit marmoream. 313. Facilia facit ex difficilibus. 272

Schola amoris & fons amoris ac vnionis Euchariſtia. 329. Arboribus inſcribere amantibus in vſu.365. Euchar. amoris cella & ordo Charitatis.406. Amor prauus quale odium, & mors, ac morte peius. 545. 583. Caret ordine atque modo.678. Amor multiplicat, odium diminuit. 690. Amoris cibus Euchar. quo ſine languet anima.698. Amor conſcius humilitatis,& neſcius maieſtatis. 139. & 796. Vſque ad mortem eius infirmitas. 804. Mori cupit, curari odit. ibid. & 904. Plus patulus cùm clauſus. ibid. Amoris Euchar. exceſſuum fortis ratio. 904. Amor artifex ſubtilis, pro omnibus agendis. 905. Videatur Chriſti amor. Dilectio. Charitas & Centrum.

Angelus.

Vt fruatur Euchariſtia; & illis hæc ignota, cum pueris ſit patula. 30. & 35. Vbi creati mox eis Chriſtus oſtenditur,& quomodo;& quomodo prolapſi ei coltum denegantes. 128. & 129. Primus cecidit.137.& cur Miſſa illorum die Lunæ. 129. An bonus ſiue malus percuſſerit Ægyptū. ibid. Familiaritas multorum cum plurimis hominibus.137. Illorum panis cur Euchar.138. Vt poſſint eam adminiſtrate. ibid. Vt rationalis & rationale vocari poſſit animal. 182. Vt percipiant Euchariſtiam. 183. & 414. & illis hæc ſit apta.130. in Angelo ſuperiori inferiores continentur. 357. Euchariſtia Angelis ſepta, in auxilium, & in ſupplicium. 469. Noſtra ſentiunt. 600. Apparitiones Angelorum figuræ Chriſti corporis. 601. Pſallentes Euchariſtiæ, & ibi quàm freqoentes.800. Qui Angeli, vel Dei filij mulieres amarint. 769. 808. Videantur Cherubim,

rubim ;Seraphim, & filij Dei.

Anglia.

Status Angliæ illius dignus. 166

Anima.

Euchariſtię Sacramentorom vt anima ſit omnium 51. Cur ſpiraculum vitarum.131. Potentiæ illius quantùm perficiantur Sacramentis. 233. Cur iſtæ rationalis, concupiſcibilis, & iraſcibilis. 438. Similes virtutibus Theologalibus. ibid. Euchariſtiæ quantùm imago. 130. Immenſæ gratiæ capax. 614. Anima in ſanguine, vide ſaoguis. Animæ gratiæ decoratæ, & gratia ſpoliatæ deſcriptio elegantiſſ. 970

Animal.

Animalia ne adorentur iubentur quondam edi. 886. De immiſſis io arcam. Noë & arca.

Antetypon.

Quid nam ſit. 38

Antonius.

Anton. Luſitanus occultat Sanctos reliquos & alia de hoc Sancto. 70. Cur portet Ieſum puerum. 689. Antonio magno Abbati in Oratione quid cum Sole. 83

Antipoda.

Antipodas exiſtere putatum quando hæreſis. 842

Annus & annulus.

Anni quare diuerſiſſimè in Scriptura numerentur. 66. Cuius anni ſingulariter Euchariſtia ætatem habeat. ibid. Videatur Tempus, & dies. Annulus, vide verbo Fides & verbo Matrimoniū.

Apparitiones.

Dei cur ſimiles ſint illis quibus fiunt. 689

Apollo.

Cur Muſarum præcentor atque ductor. 89

Apoſtoli.

Vnde lox; cum cum lutei viri fuerint. 66. Quibus ſignati. 114. Dei boucs atque panis cultores Euchariſtici. 307. De illo in Cæna cur non mirati. 518. Gigantes turris cælicæ. 930. Mundi conuerſio facta per eos miraculum quàm magnum. ibid. Conciooati in primis vrbibus. ibid. In cæna cur cootenderint. 984. Comites omnes atqoe Duces. 985. Apoſtoli cur duodecim. 985

Aqua.

Cur ad aquæ ſignum amphoræ paretur Euchariſtia. 151. Quid aqua ſit in calice. 276. Et quæ aqua neceſſaria, cum dubiis de hac re. à pag. 961. De eius laudibus. 963 Cur aqua vino addita, & priùs benedicta. 972

Aquila.

Aquilarum non graculorum cur cibus Euchar. Et aquilæ ei quæ aptæ. 82

Ara.

Ara, Craterque cæleſtis figurant Euchariſtiam. 68

Arbor vitæ.

Euchariſtiæ Figurarum & ſumma, & ſimul vnica, ſi homo oon peccaret. 36. & 346. Duodecim eius fructus. 112. Sacrarium vitæ cibi in templi paradiſo. 296. Sacrificium & Sacramentum illius fructus, & cur iſtis nominibus orbetur. 299. Vnde nomen ligno vitæ, & an mortem à rebus cunctis arceret paradiſi. 299. Ab eo nectar & Ambroſia. 300. Corporalis & ſingularis in ſuamet ſpecie, vt verum Sacramentum; & an poſſet multiplicari. 300. Venuſtas eius atque forma. 301. Cæleſtis vis illius, vt hodie Sacrameotis. 301. & 302. Cur vitæ ouncupatum, & an bruta manducarent ex fructu ligni tanti. 302. & 403. An bruta æternùm viuerent ex illo manducato. 404. Danielis arbor ſimilis vitali, ſed illi valde inferior. 301. Quam vitam daret, & vt poſſet æternam vitam dare cum quodam dicto celebri. 302. 303. Sacramentum & longè vnicum pro tempore innocentiæ. 302. & 391

Paradiſi cur in medio. 303. Præmij, certaminis, & obedientiæ. 304. Plus proficuum ligno mortis quàm illud iſti oocens. 304. Cur non fuerit inutiliter pro homine creatum, cui tamen nihil profuit. 304. Principium paradiſi, Eccleſiæ cor, & Orieos. 309. Euchariſtia lignum vitæ pro ipſo ligno vitæ; titulis multis & multis vitis; vnde vitarum lignum dicitur. 316. 317

Vitæ & mortis lignum vt ſit Eccleſiæ in viridario. 327. 328. & 334. Fructus arboris Euchariſticæ largiri cuncta bona, & inde de his latè. 347. Perpetes, variique pro menſibus. 355. De hac varietate datur ratio. 360. Vtriuſque ligni vitę libatur abundantia, videlicet in fructu; præſtantia atque fragrantia; ſaporeſque omnigeni. 355. & 356. Vt vel mannę continuerit ſaporem, non econtrà. 357. 359. Cur omne lignum, vitæ lignum. 358. & 483. Cur ex vtraque parte fluminis, latè à pag. 361. De floribus ligni vitæ. 366. De foliis. 375. Pro viuis lignum vitę. 367. An ſemel manducatum donaret vitā homini. 369. Et impeccabilitatem cum immortalitate. 370. Præceptum affirmatiuum illius anne datum. 371. & 396. Euchariſtia vitę ligno in vita danda cur inferior. 371. In multis tamen maior illo. 372. 373. Amor quantus vitæ ligno ſuapte debeatur. 408. Cur lignum vitæ lignum non arbor nuncupetur. 438. Pro animabus fructus eius. Videatur Crux; Maria; Adam, & Mortis arbor.

Arbor mortis vel aliuſmodi ſcientiæ boni & mali.

Cur lignum boni & mali dicatur prius boni. 327. Lignum ſcientię boni & mali quàm multiplex in Eccleſia. 327. 328. Arbor mortis cur tam proxima extiterit vitali. 304. Corporalis atque vitea 304. An ficus vel quę alia. 305. Cuius formę & pulchritudinis. ibid. Nomen à Deo cur perdiderit, & retinuerit à diabolo, & nomen inditum à diabolo Deus ipſe cur firmauerit. 305. Cur dicatur iuxta arborem fuiſſe vitæ poſitam, non autem vice verſa. 306. Fel cordis paradiſi. 325. Arbores aliæ, verbo paradiſus.

Arbitrium.

Vt liberum colludat Euchar. Sacramento. 131

Arca Noemi.

Arca & diluuium ſalutis partes. 816. Cur ipſa lata inferiùs, anguſtáque ſoperiùs; & homines ac aues in eius ſummitate. 816. Feneſtra & oſtium illius Chriſtus. ibid. Dimenſiones quæ illius, & cur adinſtar humani corporis. 817. Eius nomen, & cur arca non nauis nuncupata, pro aſſeruando Sacro Panne. 818. E quibus lignis facta, in vmbram Chriſti Dom. 820. Euchariſtia velut arca procellis eleuatur. 828. Arca Fides nimis tuta. 831. triduplici ſeptenario quieſcit Noë arca. 877. Cur remanſerit altiſſima, & arca panis Sacri. 879. Cur extet & videatur, at minimè tangatur. 879. Concubitus in ea vel brutis interdictus. 884. Videatur Noe; Diluuium. Eccleſia.

Arca Teſtamenti.

Euchariſtico pro frumēto à Moyſe fabricata. 818. In ea manna, & virga, & tabulæ. 819. Cur teſtimonij & teſtamenti extiterit vocata. ibid. Vt,

Trinitas in ea. ibid. E quibus lignis facta. 820. Vt ipſa ſe portauerit & ſuos portitores. 766. Coram arca. Teſtaméti cur ſaltus Dauid egerit. 148.

Arcana.

Arcana & Sacramenta non facilè euulganda. 7. Ad arcana Dei qui optimi. 269. Arcana vt contegenda. 525. Vide Sacramentum. Spes. Obſcuritas. Arcana vt euulganda. 949

Arcus cæleſtis.

Eius cauſa; ſignificationes, & diluuij non venturi in proximo cur ſignum. 889

Argumentum.

Pro Euchariſtia nimis validum. 527. Pro ea aliud concinnatum à naturæ mirabilibus. 673

Ariſtoteles.

Quid ſenſerit de Moyſe. 261. videatur Moyſes.

Arithmetica.

Cum Creatione & Euchariſtia mirificè conoeniens. 260. An mundo ſit antiquior. ibid. Quatuor illi & quales numeri præ aliis principales & Euchariſtiæ quantum congruant. 262. Latè. Arithmeticę vt ſpecies contineat Euchar. 275. Ciſtræ literæ arithmeticæ officia atque præconia. 280. Summæ arithmeticæ mundus ſimilis. 357

Armenia.

Armeniæ quodnam ethymon, & qualis mons armeniæ in quo quieuit arca. 878

Artemiſia.

Amoris quod prodigium in mortuum virum ſuum. 220

Arx.

Cur arx ſit Euchar. & eius vas cuſtodia. 202. Arx & mænia hoc Sacrament. 253

Attributa.

Diuina in Sacramentis. 233. Quare autem ſic vocata & cuncta in Euchariſtia. 72

Augmentum.

Gratiæ & gloriæ ab Euchar. 204. Virtutum ab ipſo pane. 211. Auget animam ſuapte carentem quantitate. 349

Auguſtinus.

De eius acumine quid notandum. 19. De Euchariſtia à ſemet clarus. 31. Notandus mos illius in Scriptis de Euchar. 31. Scientia non inflatus, ſed etiam humiliatus. 45. Theologiæ quid contulerit. 780

Auis.

In aëre puriſſimo cur alites non volitent. 45

Aurum.

Durities quanta eius ad homines vincendos. 216. In auro multò altiùs vt cuncta ſint metalla. 358. Gallinæ caro ipſi venenum. ibid.

Azymus.

Azymus panis; verbo panis.

B.

Babylonia.

VT Cælum verè turris contigerit Babelis. 916. Ædificatorum quod peccatum, & ab Oriente cur profecti. 916. Deſcenſus Dei ad turrim, & Diuinitatis ac Trinitatis in illo documentum. 918. Cur turris non deiecta. 919. Babylonia ſemper infeſta idiomati Hebræorum. 919. Luxuria turris eius. 922. an putarint vſque ad cælum erigere hancce turrim. 922. Vide lingua, & Ieroſolyma. Inſcitia illius turris, & Chriſtianæ quæ ſapientia. 937

Baculus.

Baculus panis Euchariſtia Eccleſiæ vniuerſali. 748. De baculo verbo Paſtor.

Baleares.

Balearibus qui mos ad rectè iaculandum. 318

Balſamum.

Quæ Balſamo vis inſit ad corpora ſeruanda, & quare ſolùm mortua præſeruet non viuentia. 302. Æternus cibus Balſamum. 786

Baptiſmus.

Piſces viri Baptizati. 62. Baptiſmus ab initio vicinus Euchar. 64. Mirabilia connexio vtriuſque Sacramenti. 306. 336. 360. Baptiſmi vis ab Euchariſt. & eius menſæ infundens aquam ac præbens linteamina. 150. Porta Eccleſiæ & ideo in portis Eccleſiæ celebratus. 151. Euchar. Baptiſmalis munditia neceſſaria. 151. cum multis de hac re, & 336. Cur in aqua, & de Baptiſmo lachrymarum eodem in loco. Murus Eccleſiæ. 252. Paradiſi flunius, extra paradiſum Eccleſiæ non proficuus. 306. Eccleſię mare ęneum. 307. Baptizati cur coronati, Euchariſtiáque cibati. 331. Petrum Chriſtus baptizauit & ille reliquos Apoſtolos. 336. Baptizati mox communirant; & olim vel infantuli. 337. Qui capaces Euchariſt. 412. Baptiſmi quæ nobilitas, vtilitas, & claritas. 360. Virtus eius. 517. Ab Athanſio pueio validus. 650. Inter pueros Baptizatos & ordinatos quod diſcrimen. 649. Cur Fidei Sacramentum, & an in Fidei Sacramento Saluetur, qui non ſaluatur in Sacramento Fidei. 653. Eius facilitas & vis. 654. In infantibus cur validus. 655. Eius figuræ. 815. Parabola optima. 716. Plenaria indulgentia cur nam maior. 716. Cur ſigillum vel ſignum Fidei. 720. Quantum abluat. 816. Matrix fidelium; & aqua luſtralis ibidem. Vide diluuium.

Beatitudo.

Explicati cur non poſſit, & ſemper noua ſit. 320. Res optima pro illa, adducto lyræ exemplo. 343. Quam optabilis ſuapte. 521. Beati quomodo fulgebunt. 100. In Deum ſitis & ſatietas. 183. Qua via ſint in rota excruciantis deſiderij. 468. Vt Deo perfruantur finitè & infinitè. 713. Pro pænitentibus quantum iubilent. 718. Videatur gloria & Bona. Beatitudo ex multitudine vt creſcat Beatorum. 980

Benedictio.

Sacerdos in altari cur Deo benedicat. 140. Benedictio & dominatio omnigena ab Euchariſtia. 673. Cur Iſaaci benedictio de cælo & terra fuerit, aëre medio præterito. ibid. Vide verbum maledictio.

Beneficium.

Beneficia quales compedes; de quo verbo gratitudo. 381. Benefaciendi qualis omiſſio. 706. Bona vt lux communicanda. 189

Bona & Boni.

Bona cuncta tanquam lux adducit Euchar. 94. Ea continet. 173. & Chriſtus etiam. 251. & 279. Bonorum ſumma in Euchar. ac vnà ſcaturigo. 673. Non bona quæ non viſa. 463. Pro bonis infinitis optandis res egregia. 193. Bona mundi cur accendant non ſedent ſitim noſtram. ibid. Poſt bonitatem peiores boni. 808

Bellum.

Quid bella Iudæis dixerint. 32. Dei Filij Sacrificium in obſidiones & irruptiones bellorum quam per efficax. 862. Videatur verbum concordia, pro bellis inter Catholicos.

Botrus.

Botrus in vecte Chriſtus in Cruce. 11

Braſilia.

Quando inuenta & ſic vocata, cum caſu memorabili. 305. & 848. Braſilienſes quibus literis & rectè quondam caſſi. 849. Braſilia quondam infernus, nuoc verò paradiſus. ibid.

Brutum.

Vt brutum poſſit Euchariſtiam Diuinam manducare. 183

Byſſus.

Retorta byſſus charitas; & Caſtitas haud ſecus. 193

C.

Cain.

CVr ille factus reprobus. 625. eius nomen mundi bona. 691. Vxoria eius nomen. 693. Ingratus miro modo. 697. A Deo cur non reſpectus. 699. Occidit fratrem ſuum. ibid. Eius reſponſio Deo vt bona. 705. Sententia in eum trina. 732. In via vt maledictus. 735. Confeſſio illius. ibid. A Deo fuga, & timor mortis 736. Mariæ infeſtus, & quo ſigno extiterit notatus. 735. & 736. Vt diuagatus & lætatus. 739. & 740. Cur ſeptica duplicata eidē mortis pœna. 735. Cur expiata in ſeptima generatione; & Lamechia in ſeptuag. ſeptima. 810

Cælum.

Cælum factum propter hominē, non homo propter cælum. 55. Cælum Euchariſtia. 63. Cum cælo certans terra ob idem Sacramentum. 101. Cælum in principio, homo in fine cur fuerint creati. 135. De pulchritudine eius mirum. 143. Euchariſt. cælum aperit. 354. in Cælo cuncta corpora. 357. Cur ſummum ſine loco. 436. Cur cælum ſic vocatum. 827. Cælum terræ fundamentum. 194. Incorruptibile & quam ſolidum. 200

Cæna, & Cænaculum.

Cur Cæna Chriſti menſa non prandium nuncupetur. 154. Cænaculum ad quid magnum. 983

Cæcitas.

Non viſa ſummum malum. 83

Calculus.

Eius ethymon pro Euchar. 330

Calix.

Cur ſanguinis Chriſti vas ſit calix. 218. In Eccleſia cur vnus tantùm. 276. Calix ſalutatis Euchar. 362

Candela & Candelabrum.

Candela & cereus Chriſtus. 586. Candelabrum ſeptem luminum vt ſeptem Sacramenta. 52. Non verò ſeptem Planetæ. 55. Inter ſeptē̄ candelabra cur Chriſtus ſit in Cruce. 170. In templo cur ad auſtrum. 493

Canis.

Eius ethymon, & canis tam dæmon quam Iudæus. 504. Eccleſiæ canes qui. 149. Canium verbum, Quomodo. ibid. Laudes canum. 505. Rabies, ibi. & 506. expoſita allegorice. Lethale rabidis coriandrū, cum alia te notabili. 506. Roſa vtilis. 507. Inuidia canum mira. 510. 511. Mordens lapidem, In Lunam latrans, & vbi Rex ſit canis. 516. Vide Rabies. An canibus panis dandus Myſteriorum Diuinorum. 525

Capax.

Peccator vt capax Euchariſtiæ. 566. Sapientes & potentes, mulieres & pueri quo ſenſu non capaces. 499. Qui capaces. 412

Carbo.

Carbo ignitus & carbunculus Euchar. Sacramen. 276. & 983.

Caro & Carnes.

Carnes putridæ reſecandæ ne ſanæ corrumpantur. 19. Caro Chriſti cauſa vitæ & ideo tangens illa. 346. Ceruorum mira aduerſus febres. 351. Æterna caro pauî. 786. Humana vera mors. 589 Carnis via quando corrupta. 764. & in vitiis cur corruptio de carne tantùm dicta. 810. Oppoſita Euchariſtiæ. 772. Cur datæ in cibum carnes, & iſtæ ſine ſanguine. 885. An cruda manducata, & cur humana non manducabilis. 886. Ante diluuium an carnes eſæ. 887. Carnem refrenat Euchar. 348

Carcer.

Ioſeph in carcere Chriſtus in Euchar. 178. Carcer charitas, & qualis. 470. Vt carcer Euchar. 561. Carceris ethymon. 830. Amoris Carcer Euchariſtia. 178

Caſtella & Caſtellani.

Quales abſque Luſitanis. 240. Saauedra commendatus. 42. 761. Ferdinandus & Eliſabetha. 782. P. Mexia. 783. Caſtellani bis laudati. 855. Sæui ex ore ipſorummet. 860. Doloſi in Luſitanos. 864. Doloſior pax illorum. 864. Neapolis & Siciliæ defectio contra eos. 864. & 65. Eorum tumor & regni auiditas. 867. & 69. Ad pacem compellati. 866. latè. Erecti atque deiecti à ferculo Euchariſtico. 865. Vt in criminibus laudabiles. 872. De pietate commendati. 111

Caſtitas.

Euchariſtia fauens illi. 493. Martyrio iuuat caſtitas. 501. Religioſæ quæ præconia. 764. Cur illi Chriſtiani obſtricti Sacerdotes. ibid. Gentilium in Sacra qualis. 765. Noſtrorum figurata in pœna filiæ Sacerdotis. ibid. Quæ bona ex illa noſtria, & culpæ aduerſus eam vt illis dimittantur. ibid. Quàm magnæ pœnæ antiquæ in eam delinquentibus. 776. Euchariſtiæ Caſti digni, & Caſtitatis Sacerdotalis res ſcitu non indigna. 822. Perpetua demonſtratur. 884

Catharina.

Euchariſtiæ quàm impenſa Senenſis Cath. 183

Cauſa.

Quot cauſæ in Philoſophia & Euchar. quantùm ſeruiant. 56

Centrum.

Multiplex Euchariſtia, & quanto amore Chriſtus cucurrerit in hoc centrum, cum definitione centri, & aliis. 170. 71. & 72. Bonorum centrum omnium. 174. Coniunctionis noſtræ centrum. 175. Cuncta in ipſum quantùm tendant. 176. Centrum charitas, & quale. 178. Carcer naturę. ibid. Euchariſtiæ centrum homo; & Euchar. centrum hominis. 193. Centrum nihil ſuſtinet omnia. 181

Cerebrum.

Cerebri hominis præconia. 764 Cor & Cerebrum in Sacrificiis cur lege non præcepta. 419

Cæremoniæ.

A mundi initio, & quæ poteſtas ad has condendas ſit Eccleſiæ. 695. Illarū puritas & efficatia. 696.

Ceres.

Vnde deriuetur, & quid eius ſacrificio cum noſtro ſit commune. 695

Cham.

Cur Cham maledicatur in filio non in ſe. 908. Cham magus quantus fuerit, iden dictus Zoroaſtres. 913

Chanaan & Chananæus.

Chananæus an Melchiſedech. Vide Melchiſedech,

Character.

Characterem cur non imprimat Euchar. Sacramentum. 672

Chariſtia.

Chariſtia quod conuiuium. 265

Charitas.

Eccleſiæ calx vt charitas. 934

Cherubim.

Cur arcæ Cherubim in forma puerorum, de nominéque illorum. 153. & 601. Cherubim & ignis gladius vt hodie in paradiſo. 289. Paradiſi & Propitiatorij non diſſiti ſed iidem. 600

Chriſti antiquitas ante carnem & eius nomina perantiqua.

In Adamo & ante Adamum Chriſtus natus, & creatus, ac pignori tunc datus. 124 Creatis Angelis iam oſtenſus; vide verbo Angelus. In Adamo Chriſtus factus, quo omnia benedicta. 148 In Chriſto cuncta mundi vnita & ſublimata. 155. Vt homo ab ortu mundi fulget. 420. Cur Chriſtus radix omnium qui fuit Dauid fructus. 634. Hinc dicitur Principium. 48. & ſimul rerũ finis. 49. Subiectũmque totius Theologiæ, & Scripturæ, de quo ſcriptum in libri capite. 50. Alpha & Omega. ibidem. Finis etiam Noë arcæ, legis, Eccleſiæ & Trinitatis. 817. Oriens vnde cuncta exorta. 910. Saluator an Seruator ſit ipſe nuncupandus. 44. Imago Dei & quomodo. 127. Arbor ille boni & mali, ſeu vitæ mortiſque. 319

Aduentus eius, & Incarnatio.

Lucem inuexit orbi terræ. 120. Dei feſtum fieri homo & cogitare de hac re. 125. An Adamo non peccante incarnaret & inſtitueret Euchar. Sacramentum. 390. & 393. Ab Incarnatione Chriſtus in carcere. 179. Videantur centrum, & carcer. Humanitas illius Diuinitatis inſtrumentum. 317. & 242. Cur carne ſua tangens. 320. & 346. Euchariſtia ante Incarnationem an poſſet bene condi. 393. Incarnatio quali emphaſi confirmet Euchariſtiam. 435. & 615. Sol in Cancro Chriſtus in carne. 505. Arcus in nubibus Chriſtus in Virgine. 889. Chriſtus in ea Noë in arca, & litans ſacrificium. 889. Incarnatio cur dilata. 441

Natale, & Circunciſio.

Mortuus Chriſtus natus eſt. 198. Mortuus viuit, ſiue moriens pro mortuis peccatoribus, & pro aſſequenda morte Crucis, ac Sacramenti inſtituendis. ibid. & 199. Crucifixus & tumulatus ab vtero materno. 204. Ante Chriſti Paſſionem Baptiſmo vnda nam gratia. 204. Cur Chriſtus primùm ſanguinem in domo panis fuderit. 709

Virtutes variæ.

Obedientia qualis Chriſti ad vocem Sacerdotis. 88. videatur obedientia. Sine humilitate nulla ei Charitas. 139 Creatus vt ſubeſſet; Adamus vt præeſſet. 140. Pietas tanta vt nutrix ſit, ad ſimiles ſibi nos formandos. 141. Quæ maior Chriſti humilitas. 105. Liberalitate cuncta ſua ad inuicem dat nobis. 230. Illius liberalitas cum hominũ & quantoties concertans egeſtate. 278 Vt fluuius paradiſi maioribus inimicis, maiora dona tribuit. 279. Liberalis ſummè aquila. 466. Denarium ipſa atque donarium, & ſimul dator omnium. ibidem. & 467. Saptem ai artes liberales, præcipuè in Euchariſtia. ibidem. Eius manus ab æternitate liberalitate perforatæ. 472

Miſericordia nos circundat in Euchar. Sacramento. 469. Pro pietata illius optimum. 689. Amore ebrius ipſius gladius. 908. Et illo vulneratus à vitæ ſuæ initio. ibidem. De Chriſto circa legem videatur verbum lex.

Vtilitates.

Animarum qualis medicus. 116. In Chriſto cuncta bona. 147. Dies ſeptimus quietis non alius niſi Chriſtus. 170. In Sabbatho quietis cur Chriſtus laborauerit. 181. Pro nobis vitulus ſaginatus. 216. Pater, panis, & præceptor in Euchariſtiæ Sacramen. 323. Quàm magnus tam accommodus. 355. Diffuſus eius odor. 356. Omnia omnibus. 357. & 251. Qui Chriſtum non deſiderat, deſiderata cuncta neſcit. 469. Tum vnicus, tum vnicum remedium vniuerſorum. 815. Vniuerſalis mundi quies in remiſſionem peccatorum. ibidem. Vt hominum medium gaudens medio. 744. Fons aquæ vitæ optimus. 973. & 979. ibidem medicus, panis, pannus.

Regnum & Sacerdotium.

Rex in pane conſecrato. 98. Vide verba, panis, & Rex. Cur Chriſtus ſolus Rex, & Rex pacis ac iuſtitiæ. 942. Chriſtus mundi à Patre & Matre da iura ſolùm Rex; quod optimè probatur. 494. 495. Vt Sol regnat ſeruiendo, & qualibus cum pœnis. 945. De regno Chriſti Do. mirabilis ſententia. 946. Cur Rex à Matre ſua, & ſolus Rex ſit natus. 946. & 947. Rex ille ſolus pacis, & vbi Rex vocatus. 947. Secundum ordinem Melchiſedech an fuerit Sacerdos, & ſecundum Aaronis ordinem. 949. Probatur regnum Chriſti, nec non eius Sacerdotium, & à Cruce, cum rebus optimis. 957. 958. De eius regno in Euchariſtia cum comitiis & rebus pulchris. à pag. 975.

Amor in homines genericè.

Pauca illi cuncta mala, præ amoris magnitudine. 99. Ad ſupportandas culpas centrum. 182. Columna pro re ipſa. ibid. Vitam ſuam non veſtimenta nobiſcum Chriſtus mutat. 272. Dilectio cur ſic dicta, & ipſa Chriſtus ſit dilectio. 352. Saruus noſter vinculatus & ferro prænotatus. 470. Seruus orbis vniuerſi & ideo vt manna ſeruiens vniuerſorum voluntati. 471. Amoris ipſe magnum in ſuos argumentum. 746. Amoris vino vt denudatus in tribus tabernaculis. 903. cum ſeqq. Amoris Chriſti & noſtri, præſertim verſus finem notandæ differentiæ. 195

Specificè in Euchariſtia, & alijs Sacramentis.

Amentia illius amor in Euchar. Sacrament. 60. Euchar. Chriſti amoris columna vbi quotidie pro nobis flagellatur. 88. Nos ibi Chriſtiformes. 138. In Chriſto Sacramenta & Sacrificia conſummata. 148. Poſt Euchariſtiam mortem optat. 170. Sacramentorum centrum, & hominum. ibidem. Inter ſeptem candelabra cur Chriſtus pòſt in Cruce. 170. Centrum illius Euchar. in quod cucurrit ab æterno. 176. & 181 De eius ſiti in Euchariſtiam. 176. & de hac ſitã & fame latè. 188. Infernus ei hic cibus, nimirum amoris noſtri. ibidem. Centrum illius & non centrum, ſeu inſaturabilitas & ſaturitas. 177. Centris lætatur Euchariſtia. 184. Illius carcer, verbo carcer. Hic diligit poſt mortem. 244. Euchar. propter Chriſti amorem ſtabilita. 318. Ob gratias ibi leuans oculos. 384. Amoris Chriſti & noſtri antitheſes in ea. 396. Diſcedere & manere in iſto amore viſum. 461. Ante

te reſurrectionem cur Euchar. à Do. inſtituta. 461. Ibi venuſta humana ſponſa. 462. Ibi ſpeculum amoris Chriſti. 465. In Euchar. crucifixus. 471. & 615. Inſanus ibi amore quomodo. 803. Diluuium amoris eius. 815. & 826. Cur dixerit de ſuo corpore, quod pro vobis tradetur, non pro vobis crucifigetur. 873. In Euchar. Benjamin & quomodo accuſatus. 971

In Cœna & Paſsione.

Quid fecerit ante Cœnam. 81. Carnes Chriſtus niſi agni Paſchalis nunquam edens. 176. In cœna ſemel ſumpſit. 182. Dulcedinem & lætitiam ad Paſſionem inde accepit. 183. Lotio pedum diſcipulorum deſcriptio vitæ Chriſti. 199. Et cur linteo diſcipulorum, capillis verò pedes Chriſti abſterſerit Magdalena. 199. Res optima pro pedum diſcipulorum lotione. 280. Paſſio Chriſti contra originale peccatum collimata, Euchar. contra actuale. 97. Plus nos creati in Paſſione, quàm in mundi creatione. 170. Mors iugis & vitalis quam decens Chriſto fuerit. 181 Infernus Chriſto Paſſio, ſed beans, non condemnans. 189. 190. Cur homo ad vitam natus & Filius Dei ad mortem. 197. Expiratione vitæ eius in vita reſpiramus. ibid. Vt tribus noctibus in corde terræ. 212. Pecunia vt mori ſit Chriſti, & tamen ad moriendum pecunias ipſe dederit 230. Vita Chriſti tota Paſſio. 337. Auulſus à ſuis cur in horto. 353. Poſt mortem in ara ſemper patiens. 396. & 754. In Paſſione cur innocetur à præcedentibus & ſequentibus. 412. Adæ criminis contrapoſita. 599. De Paſſionis mirabilibus. 711. & 12. In ea Chriſtus fons. 725. Poſt mortem fortior, poſt Crucem dulcior. 986

In Cruce & in Sepulchro.

Spectaculum quale in Cruce. 255. Eò dulcior, quò ibi altior. 314. Ibi relinquens Patrem & matrem & hærens ſuæ ſponſæ. 249. Ibidem ſponſam ditans. 459. In ea Chriſtus muſicus. 796. & ibi illius ſitis. Amplectens orbem illius charitas. 342. Leoni in Cruce ſimilis. 361. In ipſa viuens meliùs. 454. Sacrificiorum Crux exemplar. 686 Sacrificium duplex ibi, 635. 636. Liber ſcriptus in ea Chriſtus. 639. Phœnix, & amor. 744. & 45. Omnis odor. 664. Vel Virgo Mater illic coronat Chriſtum ſpinis. 751. Ad eam caput cur inclinet. 877. In Cruce pacis arcus. 900. Indutus & præcinctus. 903. Honore atque nigrore in illa indutus Chriſtus. 907. Amore nudus ibi & ebrius. 904. latè. In filios iniurios quàm benignus. 909. Non tumulus ſed vetus ſepulchrum Redemptoris. 219. In ſepulchro cur non ſuo ſepultus rerum Dominus. ibidem, Deſcendens ad inferos an prædicarit incredulis diluuij. 819. Quibus modis poſſet Chriſtus in triduo mortis conſecrari. 394. Quid clarè & quid ſubmiſsè in Cruce Chriſtus dixerit. 937

Sanguis & plagæ.

Cur offeratur ſanguis Chriſti humano maximè interdicto. 39. Agri ſanguine Redemptoris mercati quod miraculum. 216. Cur ſepties fudit ſanguinem. 146. Vt vini ſignum hedera, ſic vitæ ſanguis Chriſti. 341. Quinque ei plagæ pro quinque ſenſibus. 29. Aligatura ſalutis noſtræ. 620. Quinque vulnera quinque porticus. 754. Ex vulnere lateris Sacramenta, ac etiam Chriſtiani. 150. Cur apertum non vulneratum. 244. & ibi vt meritorium, ac conſtans tribus mirabilibus. Aqua illius ſalſa, an dulcis. 245. Cor Chriſti vulneratum, vnde exiuit ſanguis & aqua. 246. Appoſuit latus lateri. ibid. Inde auerſus ignis gladius, & filij ac filiæ lac exugunt. 247. Amoris Chriſti ſpeculum. ibidem. Ex ſanguine lateris cur Redemptio. 248. Eccleſia ab ipſo latere, vt Eua à viri ſui. 456. Eccleſiæ quale oſtium. 826

Reſurrectio & Chriſti Aſcenſio.

Reſurrectio quam mirificè confirmet Euchar. 436 Aſcenſio Chriſti & noſtra profecta ab Euchariſtia. 73

Chriſtiani.

Chriſtiani quantùm fuerint Adami quiqui poſteri. 420. Ex Chriſti latere. 150. Antiquiores Iudæis quantò. 951

Chronologia.

Chronologia cur dicatur hoc opus Euchar. 44

Cibus.

Cibus hominum cur tantùm ſit verè corpus Chriſti. 57. à pag. 97. & 116. Cibi definitio. 97. Terrenorum tres ſpecies, & plurimi defectus. 97. & 98. Cibus omnis Euchar. 154. & 352. Cibus verus quadrifariam, & alij cibi ad nihil planè naturaliter tendentes. 154. Cibus electus atque diſſipās aëtias poteſtates. 174. Auiditate quanta ſumendus. 142. Sapidior cibus altior. 314. Per cibum cibus malus Adami ſatisfactus. 344. A cibo vita vtraque. 345. Calore Charitatis digeritur Euchariſt. 353. Alius perit, at hic permanet. 395. Signatus cur ſit cibus. 396. Creaturis ſingulis cibi idonei à Deo dati. 403. & 887. Diaboli homo cibus, & Chriſtus cibus hominis. 588. Qui duo cibi ferè æterni. 786. Euchar. cibi omnis, & omnis rerum ſapor. 787 Cur cibi Iudæis vetiti, & nullus Chriſtianis. 889. Hominibus vt feris an liceat carnes edere. ibidem. In edente nullus cibus, nec edens intra cibum Euchariſtico ſublato. 275

Ciuitas.

Sic dicta ciuium vnitas. 252. Quis primam ædificarit. 734

Circuncisio.

Euchariſtiæ cur ex omnibus figuris principalior, & à fortiori lignum vitæ. 336. Circunciſioni quæ vis fuerit. 661. Cur data, & quali gratia. 663. Legis Moſaycæ & naturalis. ibid. Cur in membro præcepta genitali. 452

Clamor.

Clamor vbi Chriſti ſanguinis. 708. In cælum vitia quæ clamantia. 707. Videatur Abel.

Claritas.

Quam optima in ſcriptoribus. 12. Qui clarior, illa doctior. 13. Non clarum per obſcurum, ſed viceuerſa elucidandum. 18. Clariſſima pro Euchar. Sanct. teſtimonia. 34. Ob claritatem per alphabetum cur Threni ſint ſcripti. 51. Euchar. quanta claritas. 35. Dei & Euchariſtiæ. 75. Deus clarus & obſcurus vtrumque in ſummo gradu. 76. Euchariſt. in claritate & obſcuritate tanquam aqua. 517. 18. & 19. & optimè. 580

Clareuallis.

Clareuallis commemoratio, & patrocinium in Portugallum. 98

Clericatus.

Quando inceptus, & qualis illius nomen. 743

Columba.

Intra columbam vt Euchar. 385. Vt columbæ cur Sacraria. 501. & 218. Columbæ ramus viridis

adductus per miraculum. 880. Inter coruum atqne columbam antitheſes præclaræ. ibidem. Corui & colnmbæ in Dei ſunt arca. ibid. Vt coruos & columbas oporteat eſſe bonos. 881. Columba vt dimittenda pro bono pacis publicæ. 882. Euchar. pacis columba. 883. Columbæ Noë ramus adducitur cum oleis. 833. Columba ter vt Chriſtus. 882. Vide pax, & Coruus.

Columbus.

Quæ Phænix in columbam, & quando ſit conuerſa. 851. Chriſtophoruc Columbus vxoratns in Luſitania, & indc illius hauſta notitia in nouos orbes. 852. & 54. Eiuselogic, & quæqnæ alia. 855

Columna.

Columnc amoris Euchar. 88. Columnas vt efficiat. 231. Columna Eccleſiæ robnſtiſſima. 231. & 232. Columnæ ſeptem quæ virtutes. 235

Color.

Opaca lux ex ſe. 91

Communio.

Cur in Paſcha. 154. Euchar. cur Communio. 263. Communione quid priuari antiquitus extiterit. ibid. Sub vtrcque an neceſſaric, & an maioris gratiæ. 363. & 373. Adami vt à temporibus hæc ipſa coarguta. 405. Communicandi quotnam modi & Sacramentalis maior reliquis. 412 Qui Euchar. modis ſingulis ſumpſere primi omnium. 414. Communicans à copula quot dies abſtinebit. 449. Communione qui priuandi. 397. Communicantibus indignæ quæ pœnæ ſint Adami. 598. Commnnio mcla malis. 704. Commnnio quid Sanctorum. 718. Quotidiana an cunctis licita. 728. Laicis olim vt manu propria. 762

Concilia.

Conciliis quot defenſum ab orbis natalitiis ſit ferculum Euchariſticum. 932

Concordia.

Scripturæ & Sancti PP. vr debeant concordari. 18. Concordis eſt Euchar. & vnde tale nomen. 900. Videatur cor. Concordia vt ſemper vigeat in Carholicis vel diſcordibus, ſeu opinionibus ſeu prælıis. 935

Confeſsio.

De confeſſione primi hominis opinio demiranda. 549. & 555. Ad illam Adam per Denm ingenio magno tractus. 551. De hominum in confeſſione excuſarionibus nonnulla. 554. Ad tria Adamo vtilis, & ipſa trina & vna nos vno & trino ligans. 555. A mundi rudimentis. ibidem. Adami & Cain qualis. ibid. Cur ab initio non præcepta. Iudæis vt fuerit & ſit hodie, & figurata in morte Lazari cc condita in Eccleſic. 556. Peccata ſoluit. 557. Feneſtræ ſimilis, ſoli gratia. ibid. Antiquitus qoæ publica, & publica annc vtilis. ibid. Cur ſemper neceſſaria. Quæ bumilis & bona. Virtutum omninm ſummus actus. 558. Landata vel à Gentilibus. ibid. Ex malis bona tribuit. Et plus facilis, quàm granis, ac facilior in Eccleſia quam in naturæ lege, & Moyſis. 559. Poſt Chriſtum cur perfecta. 560. Quomodo nata & educata, vt Deus veſtita claritate, & quibns dotibus ornata. 563. Quàm pulchra & diues cenſu, cuique datc in matrimonium. 564. De confeſſionibus ſpiritualium, & carnalium valde bomioum doctrina ponderanda. 565. Confeſſio facta offenſio, excuſatio, & accuſatio. ibid. Confitentium ſe peccata diabolus ignorat. 566. Vis eius & facilitas. 654. In ea pœnæ vt deleantur. 716. Confeſſio quæ confuſio. 735. In arca & coruo figurata. 881. Io Sacrificiorum quondam ſanguine vt fuerit ſignatc. 887. Et in farinæ ſatis tribus. 969

Confirmatio.

Confirmatio confirmatnr ab Enchar. Sacramento. 152. Cur alapa confirmati in facie ſint percuſſi. 152. Coofirmatio murus Eccleſiæ. 252

Coniugium.

Cnr coniux ſic dicatur, & qualis Encharistia. 134. Vt coninx caſta fier. ibid. Coningatorum cur nam lectus dicctur propriè rhorus. 446. Coniugium vt nsturale, myſteriúmque ſit ſimul. 447. Coniugaræ ſed non caſtæ mulieric deſcriptio. ibid. An virgines vel coniuges luxuria plus laborent. 448. Euchariſtiæ quaotùm copula vel coniugalis refragetur. ibid. De grauitate cooiugatorum in actu coniugali peroptima obſeruatio, exemplis coofirmata. 452. Coningium vndc vocatum & Euchar. quantùm qucdrct. 454. & 455. Coniugati vel beati, vel io vitc iam damncti. 319. Ad amorem coniugclem reciprocè noſceodum qnod ſignum ex Euchar. 302. Vide Matrimonium, vxor, & mulier. Quæ mala coniugstis. 544. 545

Conradus.

Coutado cuinam digiti Euchariſtici reſplenduerint. 98

Conſecrare.

Conſecrantes multi pariter vt parcs ſeſe habeant. 720.

Conſilium & Conſiliarij.

Conſilium ab inimicis ſumendum viceuerſa. 499. Conſiliarij Regum quales, & conſilium Sacrum optimum. 987

Conſolatio.

Ab Euchariſtia. 348. & conſolatio pro eis qni conſolationem nullam iouenıunt in tento Sacramento. 373

Conſuetudo.

Quam vim habeat. 52

Conſcientia.

Mala cculeis configitur internè. 543

Contactus.

Contactus Euchariſticos, cnr hodie vt Chriſti corporis non multos ſanet homines. 372. Contactu qnonam tangi oportear Chriſti corpus. 716. Videatur Chriſti caro.

Contentio.

Contentiones compeſcendæ. 698. Contentio in diſputando quæ malc ſecum afferat. 951

Contrarium.

Contrarij multi cur Euchariſtiæ, & nullus Den ac luci. 75. Contrariorum eadem natura. 425. Cootrario nihil catcns. 473

Conuerſio.

Quæ animarum in Euchar. 274. Vt panis ſit & hominis conuerſio in Eochar. ibid. Connerſio in vinum aquæ Euchar. prælibatio. 686. Connerſiones naturales, & artis, cque gratiæ Euchar. famulantes. 722

Conuiuium.

Conuiuium cur ſic dictum, à viuo non à veſcor. 329. Cur freqnens in eis Chriſtus. 458

Cor.

Sacramentorum cor Eucbar. 51. Cor locus Euchariſtiæ, & Solis, atque Regum. 95. Cor etiam

& cordis

& cordis noſtri Euchariſtia Sacramentum. 95. Fidelium cor quàm vnicum; vnde Fidelibus cor vnum,158. & 900. Euchar. cor Eccleſiæ,& Canon Miſſæ cor.162. & 314. Dei cordis atque noſtri probatur Euchar. 185. Dei cibus ſolum corda, ibid. Bonauenturæ S. cor, & militis cuiuſdam sb Euchar. perforata. 185. & 195. In ſepulchris quorum corda. 217. Pars prima noſtri corporis. 248. A corde chordæ dictæ, & & quales cordis chordæ.470. Cor cuſtodia Sacramenti.326. Cor ſtrare,corpus Eccleſiæ. 327. Vide cerebrum.

Correctio.

Vt ſit fraterna, de iure que naturæ.705. Vt facienda, & quanta mala ob eius ſint defectum. ibid. Ieſſe Virga & modus eius. 706. Correctionis contemprores damnstis ism peiores. 707

Corona.

Vt Euchariſtia nos coronet. 573. & 401. De corona aliqua & grata. 975. 976

Corpus.

In Euchar. corpus Chriſti cur dicatur tangi & atteri. 264. Compago humani corporis menſuris quibus conſtet. 618. Vt Chriſti tantùm idoneum ad mundum ſoſpitandum. 818

Coruus.

Vt coruus ſit peccator, & de tribus ſpeciebus inuadentibus Dei arcam. 881. Ingratus & impatiens. 882. Compenſat in Eliam ingratitodinem in Noemum. ibidem.

Creare.

In creatione vt Deus Sacerdos ad Sacram rem egrediens. 56. Cur per verbum imperatiuum, & Euchariſtia per ſubſtantiuum. 57. Creata ſemel cepta, & poſtea conſummata. 58. Creatio à Conſecratione quàtopere excedatur. 59. Creationis efficatiæ, & creationis piſcium & auium deſcriptio elegantiſſima. ibidem. Creatio & & conſecratio amore Dei peracta, & ambæ combioatæ. ibidem. Mundi creatio in Euchariſtia perfecta & conſummata. 170. Creatio an difficilior quàm rerum tranſmutatio, & de vtriuſque ſimilitudine. 161. De eadem ſimilitudine. 418. Creator, vide Deus.

Credere.

Inſania quanta ſit non credere Euchariſtiæ. 34. 460.

Criſtallum.

Criſtallum & lanam quomodo peruadat lux Solaris. 93. In criſtallinos atque concauos cæleſtis fulgor potens. 94

Crux.

In modum Crucis petra percuſſa à ſancto Moyſe. 242. Chriſtus auctor ſigni Crucis, & quæ benedixerit hoc ſigno. 243. Crux lucem mundo attulit. 309. Vitæ arbor, & an producta ab alia vitæ arbore. 315. Thronus ſapientiæ, & an piſcina ob illam ſalutaris. ibidem. Quid Cruci cum iudicio. 316. Vitæ & mortis ſimul arbor, & Chriſto, & Chriſtianis. 327. Crux arbor vitæ noſtræ, vel aute Crucem ipſam in ſymbolis Ægypti, & etiam mortis arbor. 340. Iterum vitæ & mortis arbor quod applicatur Euchar. & an ab arbore ſcientiæ producta Crux extiterit. 341 Crux baculus Eliſæi, & à Nazareno fructu florida. 342. Agnus aſſus in formam Crucis, & ſanguis eius ſuper poſtes in formam Crucis poſitus. ibidem. Crux viuit ſicut Lyra, & Lyra ſicut animæ poſt obitum beatæ. 343. Crux gloriæ & cæli culmen, & cur illam, non quæcunque, quæ Chriſtus tetigit, adoremus. 343. Illius fructus quot. ibidem. Eius miraculum prope Goam. ibidem. In Cruce virtutes Theologales. 436. Crux viridis & vitæ Euchar. Sacramentum. 577. Illius vis in tempora & cuncta temporalia. 616. Crux bona ſæpe malis eadem præſignatis. 696. Quot Crucis ligna, & qualia, ac triplex vitæ lignum. 745. 746. Portitores ſuos portat. 766. Clauis ipſa & quæ aperuerit. 797. Cruces quando ſuper veſtes in Germania latè viſæ. 848

Cultus Diuinus & prophanus.

Diuinus regna fulcit. 165. prophanus & corporeus quàm indecens hominibus. 319. Videatur facies, & ornatus.

Curioſitas.

Euchar. Sacramento plus omnibus aduerſa. 29. & agnoſcendis rebus Diuinis. 306. & 490. ac 499

Cuſtos & Cuſtodia.

Vt carceri & Euchariſtiæ Cuſtodiæ nomen quadret. 178. Euchariſtiæ quæ Cuſtodia aſſiſtat militaris. 201. Cuſtodia ei neceſſaria. 215. Cuſtodum Chriſti corporis mendacium ponderatum. 221. Cuſtodiæ cor & quale. 326. Sæculares & Sacerdotes Cuſtodiæ quam diuerſæ. 327

D

Damnati.

Damnandi cur tam multi. 708. 810. In damnatis cum Dei odio quæ poſſit dari charitas. 184. Vide dæmon.

Dauid.

In unctus tribus vicibus, & ita Chriſtiani. 27. Concentor Moyſis. 50. Cur iuxta cor Diuinum. 164 Dauid in cænaculo Chriſtus in Cruce vterque tribus lanceis confoſſum plangens filium. 196

Decima.

In recordationem Dei cur decimæ. 385

Dæmon, & dæmoniaci.

Vt dæmon & damnati communicarint Chriſti corpus. 183. Formidat Euchariſtiam. 215. Hæc armat contra eum. 353. Dæmoniaci vel in gratia Euchar. cur non apti. 412. *Cur, & quomodo*, duo verbo per dæmonem adinuenta. 479. & 496. Quam ſimulans, & mendax. 481. Linor eius contra hominem; allocutio cum muliere diffusè recenſita, & cum eo argumentari de Euchariſtia quam ſit nocuum. 483. Pharmacopola primus cum Eua, cum veris falſa miſcens. 484. 485. Primus Rethoricæ magiſter. ibid. Primus Dialecticus & Sophiſta. 489 Serpentes atque porci dæmonibus sccommodi. 491. Diaboli impudentia de impotentia Deum arguit. 495. Initiis tantum eger. Commiſcet vera falſis & illi an reſpondendum. 500. Dæmon inuidus in hominem & cur promiſerit eidem quod ipſe poſſidebat. 489. 510. A cælo cur ſit lapſus, & clauſus in infetno. 587. Exterribilis Euchar. 801. Aute diluuium cum mulieribus conſortium quale ei fuerit. 808. Poſt Chriſtum ad multa debilis. 913 Dæmones incubi probantur. ibidem. Vide cibus, ſerpens, hæreticus.

Defectus & deficere.

Et lux & Euchariſtia teſicinnt non deficiunt nec deficiendi ſunt capaces, imò creſcunt communicatæ, & pereunt viceuerſa 97. 98. Defectus alienos cooperire res cæleſtis. 906

Delicia.

Deliciæ Chriſti cur ſit homo, & Euchar. Sacramentum. 172. Cur noſtras ſuas dicat, 173

Digitized by Google

Deſolatio.
Deſolatæ animæ quid faciendum. 356
Deſiderium.
Deſiderij Chriſti & noſtri cur panis Euchar. 177. Deſiderium quantum Chriſto pro illa inſtituenda. 198. Deſideria pœna Tantali & quantæ acerbitatis. 483. Deſideriorum finis Chriſtus. 521.
Deuotio.
Deuotio omnis ob Euchariſtiam. 148. Deuotio cor Dei eſt. 164. Wenceſlai in Euchariſtiam quàm mira, & ſcitu digna. ibid. Communicantes quanta deceat. 194. Euchariſtia ipſa deuotio à mundi natalitiis. 354
Deus, eiúſque cognitio.
Deus ſimplex & ſimpliciter à ſe intelligibilis. 271. Simonides de Deo Hieroni quid reſponderit. 8. Noctuarum viſus mens reſpectu Diuinorum. ibidem. Deus totus in Euchariſtia vt poſſit comprehendi. 272. Scientiæ boni & mali arbor. 333. Cur negationibus non affirmationibus à nobis explicetur. 319. Diuina per humana exponere quàm malùm. 423. Cognitio Dei quàm tetra, ac ſimul luminoſa. ibidem. Eius via vna, & arcta, ac alta maximopere. 424. Deus ſcitur cum neſcitur. 508. Prodifficultate Dei tes optima. 509. Cur ipſe lux caligo. 522. Videtur clauſis oculis. 523. Diuinitatis quæ cognitio in turre Babylonis. 918. In cunctis prædicamentis Deus ſimul, & in nullo. 86. Vel mors in Deo vita. 707. Vide verbum, Difficultas.
Dei Filius.
Cur ſit vnicus, & alius eſſe nequeat. 225. Qualis vterus Diuinus ad Filium progignendum. ibid. In Patre cur ſit Filius, ab ipſomet diſtinctus. ibid. Principium quare dictus, & in creati ante principium, vt quidem creati mundi eſt. 226 Per ipſum omnia cur Deus fecerit. ibid.
Potentia & Sapientia.
Deus loquitur per facta, operatúrque per verba. 4. Homine quantùm Deus non egeat. 46. Omnipotentia maior omnibus Diuinis attributis. 71. Videatur verbum attributa. Vt ratio in factis Dei illius ſit potentia. 417. Qua via operum Dei viſibilis ſit ratio. ibid. Immenſa poteſt faceta quàm hominum mens noſcere. 497. Quid cogitandum de Dei potentia. 498. In impoſſibilibus quid Deus poſſit, & contraria cur non faciat, atque potentia vera ſit hæc facere non poſſe. 526. Humilibus quàm rebus ſublimes Deus conſeruet. 860. Eminenter cuncta in Deo. 357
A Deo illuminantur tum Angeli, tum homines. 99. Diuina Sapientia quàm vera vitæ arbor. 333. Futura contingentia quàm clarè Deus cognoſcat 918. Eius præſentia in rebus cunctis. 926
Miſericordia atque iuſtitia.
Miſericordia Dei cum cælo quamobrem comparetur. 99. Dimittere peccata Dei Sabbatum atque centrum. 180. Quadrifariam Deus nobiſcum, in tote, igne, pane, & lampade. 162. Condonare illius gloria. 558. Iuſtitia plena miſericordia. 585. Virga ipſius plena melle. 586. Vt benedicere inueniatur, non autem maledicere. 590. In Deo verè vt amor & creſcat, & non creſcat. 810. Miſericordia ſua mundum tam creans quàm & delens. 813. Miſericordiarum Deus abyſſus vbique, & vbi maior. 826. Obliuio & ita in Deo initium miſerendi, & tacordationis verſus homines. 875. & 76. Malitia cum humana benignitas Dei certans. 884. De Deo deſperare vt ipſum crucifigere. 735
Amor in homines, & dona.
Amare & ſimul ſapere cur Deo vix conceſſum. 60. Eius humilitas creantis hominem, & hominum ſuperbia. 132. In Euchariſtia homine inferior. 139. Voluntas Deus ſuorum, & ſubditus, ac ſeruus. 140. Dei amor bonitatis perpetuæ mirus circulus. 180. Hominis creatio centrum Dei. Incarnatio ſecundum centrum, & homo quies Dei, ac Sabbathum feſtiuum. 180. Amore & odio tetro vt certent Deus & homo. 212. Sacrificia cur Deus pecorum at hominum non voluit. 596. In vitam hominis Dei amor, verbo homicidium. Vt creſcat eius amor. 810. Euchariſtiæ cur Deus auctor non mera Creatura. 418
A dono verbum Deus. 464. In beneficiis requieſcit. ibid. Ad ſeptem vt redncantur Diuina beneficia. ibid. Euchariſtia longè ſummum. 465. & ſupra 141. Vt auaritiæ & liberalitatis Diuinæ manna vmbra. 465. Dari inimicis quale donum. 467. Filium date tantùm vt Dei. 596. Videatur dono.
Dij per gratiam.
Ex Euchariſtia. 139. & 523. Veſtimenta dat Diuinis, & quis habuerit commenſales cum veſtibus deorum. 524. In menſis quondam dij. ibid. Dij omnes gentilitatis & Muſæ in Euchar. 70
Diaconi.
Diaconi cur dicti diſpenſatores Chriſti ſanguinis. 156
Dialectica.
Præconia illius & opprobria. 489
Dies.
Septem primi mundi dies Eccleſia, & Sacramenta. 50. & 53. & 170. Die ſeptima nil factum, ſed omnia tunc perfecta. 52. Cur primus dies Solis nondum creato Sole. 53. Dominicus is fuit, & ſemper ſic vocatus. ibid. Illius quæ præconia, à luce, manna, & pana. 66. & 67. Dies feſti vt computati. 68. Quo die Chriſtus paſſus. 67. Euchar. luce ſua ſalutis diem facit. 87. Die ac nocte cur ſit condita. 79. Dies ſecundus atque ſextus cur non legantur benedicti. 129. 145. Dies ſeptimus quietis nullus alius niſi Chriſtus 170. Dies ſeptimus eius ſepulchrum. 196. Dies Paſchæ cur ſit altus præ omnibus diebus. 566. Vide tempus.
Difficultas.
Difficultas in Diuinis vt facilis ſit via ad ipſa cognoſcenda. 29. Euchariſtiæ quanta ſit. 224. Cur nam facilis difficultate Euchariſtia afficiatur. 272. Difficiles tes cunctæ. 501. Vida Dei cognitio.
Diligo & dilectio.
Diligentes cur amantes à diligentia nnncupentur. 113. Ab hominis creatione ei tradita dilectio. 133. Diligere inimicos vt doceat Euchar. 698
Diluuium.
Diluuium primum aquæ, & ignis cur ſecundum. 769. Corruptio carnis quæ in diluuio. 807. Quæ Fides. 808. An bene miſſum propter carnem. 809. Diluuiis peccatorem poſt diluuium cur Deus parcens. 811. Diluuium & arca ſalutis partes. 816. Vel bruta in illo caſta. 812. Miſeratio

ſeratio Dei in eo. 824. 828. & 829. Moralitas diei, & menſis eius. 824. Vt rupti fontes & cataractæ, vel in diluuio vitiorum. 825. Illius poſſibilitas; & latitudo ſine limite. 826. 828. Ex peremptis an ſalui aliqui; & poſtea in limbo ancis prædicatum. 829. 830. Ante diluuium Patrum virtus. 767. Vt ſit exterminatum. 875. Amore quidem Dei inductum & poſt destructum. 876. De aquarum & vitiorum diluuio quid notabile, & ab iſto vitiorum vt ſurgant peccatores. 876. Diluuium aquarum gratiæ in Chriſto, & Chriſtianis. 877. Aduerſitatum quale in iuſtis. 879. Diluuium amoris Euchariſtia. 828. Et aliud quantum ſuperans. 826. & 829. Euchar. tanquam diluuium occidit atque ſaluat. 830

Diſcretio.

Ad Euchariſtiam quæ neceſſaria. 415. Vide ſal.

Diſpoſitio.

Quæ ad gratiam Sacramentorum neceſſaria. 374

Diuiſio.

Per vnitatem in Euchar. Deus diuidit & quomodo. 279. Quo anno poſt diluuium diuiſio facta ſit, & etiam quonam ordine; impulſu, modoque. 912. & 919

Diuitiæ.

Cur dictę facultates 617. Diuites dæmones, atque graues ad arripiendam viam Dei. 382

Doctores, & docere.

In clypeos aureos Sol reſplendens, eſt Chriſtus in DD. & clypei quare aurei 92. Euchariſtia cibus Doctor. 323. & 625. Vide Scriptores. DD. S. Eccleſiæ cuſtodes eius Angeli, præſertim D. Thom. S. Bonauent. & vir Subtilis, ligni vitæ primarij Angeli. 608. Robuſti venatores ſunt ipſi coram Do. & quales à principio vtriuſque teſtamenti. 931. Vt diſcordantes ſint concordes. 935. Scientia quàm conſpicui. ibid.

Domus.

Domus eſſentia & definitio. 213. Euchar. domus vera. ibid. Quare ter ædificata Eccleſiæ domus fuerit. 224 Sapientiæ domus Eccleſia. 227. Perfecta è quibus conſtet. 232. Quæ ficta domus Solis, & etiam quæ veriſſima. 232. Domui quid cum Sacramentis 233. Columnarum ſeptem & qualiũ Eccleſia domus ſit. 235. Domus prius delineatur. 249. Domus tredecim quæ annis ædificata inueniatur. 250. Euchariſtiæ quid cum domo. 325

Dono, & do.

Quæ damus hæc habemus. 279. Donationes Euchariſtiæ ſunt gratiæ meliores. ibid. Quid donum ſit & datum, & quanā in re diſcreta. 466. Donandi & dandi ethymon. ibidem. Cur dicamus, do vt des; non verò, do vt dones. ibidem. A dono Deus & Dominus, & aliqua de donis. 987

Dona Spiritus.

Donis ſeptem Spiritus Sancti reſpondent Sacramenta. 236

Dotes.

Corporum beatorum in Sole, & Euchar. & Dotes animæ Beatæ in eodem Sacramen. 72

Dulcedo.

Dulcedo Dei quàm intima, abſcondita, etſi à longè conſpicua cuiuis homini. 269. Cur rari Dei Dulcedine ſuprema potiantur, communi verò plurimi. 270. Dulcedo Dei quàm ingens. 314. Ex Euchariſtia fluit hæc. 348. Vt famem atque faſtidium Dei afferat dulcedo. 787. Ex Euchariſtiâ quæ dulcedo Senenſi Cathárinæ. ibidem. Ad dulcorem Dei quærendum appoſita inuitatio. ibid. Dulcedo Cæli quanta. 798

Durities.

Emollitur Euchariſtiæ Sacramento. 352

E

Eccleſia.

A Mundi initio. 5. Inter Synagogam & cælum media. 6. & 658. Eccleſia per Euchariſtiam concertans cum cæleſti. 102. & 236. Eccleſia ex Chriſti latere. 134. Eius typus Saba Regina. 156. Quibus, nata & conſeruata, eiſdem rebus prorſus ſeruanda, & amplianda. 167. Eccleſia ob chariſtiam abundans omni cibo. 174. In ſymbolo quæ Catholica. 228. Eccleſiæ definitio, & à Synagoga quod diſcrimen. 228. Eccleſię Adamus caput. 228. An peccare contra Fidem Eccleſiæ poſſit caput. 229. Altius caput eius Chriſtus, & duplex in ea quanam via, ac Pontifice decedente Eccleſiæ quiſnam caput. 229. Columna veritatis, tam ſeptuplex, quàm ſimplex. 230. Eccleſia paradiſus, & in ea Sacramentorum ſcientia vt tantùm ſit. 231. Multiplicatur Euchariſtia. 279. Iterum terræ paradiſus in primo figuratus. 307. Corporalis, & viſibilis, ac ſita ad Orientem. 308. Chriſtus eius fundamentum in ſummo & imo poſitum. ibid. Cur deſcendat à cæleſtibus cum ipſa Cælum petat. 308. Cur portę Eccleſiarum noſtrarum ad Occidentem & Templi ad Orientem. 309

Eccleſiæ flores, verbo flures & 310. Euchariſtia cor Eccleſiæ. 324. Videantur cor, & cuſtodia. Eccleſiæ gratia patrimonium. 365. Aduerſitatibus vt creſcat. 486. In medio maris firma petra. 486. Cur eius portę patulę feria quinta in Cæn. Dom. 597. Eccleſia cùm dilectior; in laboribus, an in deliciis. 631. Antiquior Synagoga, & Petrus S. Moyſe. 634. De eius theſauro quid credendum. 717. Eccleſia qualis nauis, & Auguſtino quantum fiat auctoritas Eccleſiæ. 815. Eccleſia Noë arca. 816. Eius hoſtes mala morte ſublati ſæpeſæpius. 830. Eius amici proſperati. 832. Eccleſia prima Bracaræ, & quibus dedicata. 834. Multæ coronę in Dei Eccleſia vt illi ſint peruiſſes. 865. Laudatur ab hæreticis. 928. 929. Ab Oriente mundi fulget per orbem vniuerſalem. 932. & optime 933. Eccleſię turris qualis. 934. Eccleſiæ nota vnitas, & quomodo diſcordia Catholicorum tam in præliis quàm in opinionibus non deturbet Eccleſiaſticam vnitatem. 934. & 935. Eccleſię circa Sanctos & miracula; vide miracula. Linguarũ vnio quanta in ea, vt Babylone fuit diuiſio. 936. videatur lingua. Antiquior Synagoga. 951. De clauibus Eccleſię. Verbo Indulgentia. De Eccleſię theſauro. 717

Ebrietas.

Ebrietas ſobria ex Euchariſtia, 364. Ebrietas quod naufragium. 901. Vide vinum, & inebriatio.

Educatio puerorum.

De ea Deus ſolicitus. 144. Pro illorum educatione in venerationem Sacramentorum res quædam demiranda. 337. Pro eadem educatione Succeſſus ponderandus. 750. Pecudes meliùs quantò hominibus ſint educatæ & gubernatæ. 751. Videatur verbum Filius.

Effectus.

Cur Solis & Euchariſtię effectus nõ cernantur. 93

Elementum.

Ex verbo & elemento vt fiat Sacramentum. 57. & 74. Elementa communicantur, & commutantur inter ſe. 74

Eleemoſyna.

Cælum aperit. 466. Ipſius quanta vis. 766

Elogia.

Elogia aliqua de Euchariſtia. 364. Vide excellentias.

Eloquentia, & elegantia.

Cur viris ſapientibus familiaris non ſit ſæpe. 487. Non affectata quantùm Sacris hæ litetis proficiat. 606. Elegantiam quantùm deceat mutari cum ætatibus, ſtatibus, & negotiis 606. & 607

Enarratio.

Enarratio quidnam ſit, & qualis conſummata. 44. Enarrationes in hoc opere cur varię ſint ſeptenę. 260

Enoch & Enos.

Enoch primus Religionis ac mundi reformator, in paradiſumque tranſlatos. 768. Vitę & mortis vt ſtupor. 790. Enos virtus atque nomen. 767. & 776

Epiſcopus.

Mira Epiſcopi cur bicornis. 9. Epiſcopi quod ethymon. 217. Illorum quale munus. 252. Epiſcopis Romam ingredientibus Euchar. quondam miſſa. 265. Taxatut horum faſtus, & effuſio in conſanguineos. 734. Epiſcoporũ conſecratio à Papali confirmatione præcedi an neceſſarium, quo teneat, & ſit valida. 651. Vide Pontifex, Et Sacerdos.

Eſau.

Primogenituram ſuam vendens quæ mala perpetrarit. 678

Eua.

Quæ eius pulchritudo. 134. Cur facta ex viri latere. 133. & 246. Cur ædificata nuncupetur. 249. Cur illa in paradiſo & foris Adam factus. 443. Cur ipſa procreata & Adę copulata. 444. An idolatra. 476. Quæ acciderint ei cum pomo, & per ſerpentem an ipſi datum. 541. & 542. An Eua bona mente Adamo cibum dederit. 543. Cur illico poſt culpam ſe nudam non conſpexit. ibid. Quæ dixerit Adamo, vt comederet ex pomo. 544. Eua qualiter peccauit, & an hæretica, vel venefica. 582 & 583. De Euæ nomine poſt culpam. 592. Poſt Adamũ quare & quando à viuis ſit ſublata. 602. Cur Eua multinomis, animalia verò ſeens. 612. Eius nominis quò ad miſerias humanas mirum ethymon. 612. An ſola peccans, Adami vxor. 613. Salutatione quanam Eua promereat ſalutari. 618

Euangelium.

Cur cantetur ad partem Aquilonarem. 493. Euangelium quodnam ethymon. 813. Euangelium cur continuatio naturæ Legis ſit, non verò legis veteris. 955. Videatur verbum lex.

Euchariſtia.

Euchariſtiæ quale ethymon. 394. Cætera huius verbi & Sacri, cum volumen hoc ſit totum in obſequium illius factum, ob rerum multitudinem, & confuſionem ſubſequendam non libuit hîc attexere, ſed remittere Lectorem ad quaſlibet materias cum Euchariſtica ligatas; ita vt debeat pro vita danda, inquiri verbo vita; pro luce, verbo lux; pro motte, verbo mors, & ita in cunctis aliis.

Euidentia.

Quæ intuitiua, quæ credibilis, & Scripturæ Diuinæ quæ putanda. 17

Examen.

Vt Euchariſtiam manu acciperet examinauit Chriſtus manus. 86. Lux prima examinata, vt vltimi iudicij, Euchariſticique etiam examen prænotetur. 86

Excellentia.

Quæ Euchariſtiæ ſuper reliqua Sacramenta. 671. Cur illi in Sacramentis agatur tantùm feſtum. 674. Vide elogia.

Excommunicatio.

Quid, & qoando in mundo primùm viſa. 597

Executio.

Vltimum in Executione, in intentione primum eſt. 56

Exemplum.

Exemplis quantum ſtandum, vel etiam in indicando. 20

Exilium.

Quod ſupplicium. 598. Exilium à Deo quale. 736

F

Fabula.

CVr ſabulæ adinuentæ, & à Diuinis rebus ortæ. 6. & 8. Prima fabula quo acumine inuenta per diabolum, & de fabulis qui agant. 476. Cur fabulæ in Italia deorum plurium ortæ. 915

Facere.

Eſt ſacrificare in phraſi Scripturarum. 640

Facies.

Facierum cur vocati propoſitionis panes fuerint. 318. Faciem viris Chriſtianis componere quàm turpe. 319. Videatur cultus, & ornatus. Cur facies ſic vocata. 978

Facula.

Faculis Deos videtur neutiquam humanarum rationum. 82

Farina.

Quid in Sacrificiis. 688

Faſcinare & faſcinatio.

Faſcinatio quidnam ſit, & vtrum vera detur. 372. Faſcinandi ethymologia. 768

Faſtidium.

Spirituale qoàm animæ ſit nocens, & qualiter Euchariſtia vel augeatur, vel pellatur. 57

Fauere.

Lingnis, & Fauentia in Sacris quid Gentilium. 777.

Fermentum.

Ah agno exol, & ſymbolum ſuperbiæ, curque in lege vetitum. 277. Fermentum ab agno procul. 364. à Moyſe cur prohibitum. 688. De pane ſetmentatu & conſuetudine Græcorum à pag. 966. Fermenti faciendi ratio. 970

Feſtum.

Dies Feſti vt computati. 68. & 966

Fides; eiuſque natura, ac primùm definitio.

Quæ Fidei definitio. 410. Coram rationibus perdit meritum. 200. Vt reliquæ virtutes ſint velnti accidentia, ſubſtantiaque ſit Fides. 429. Quàm vnica ſit Fides, & noſtri cor, & anima. 420. Cor Fidei ſimulactum. ibidem. Vt Fides credi debeat. 423

Illius

Illius qua antiquitas.

Quæ Fidei ſiut principia. 426. Principia Fidei in terra à quibus intumeſcaut. ibid. Fides radius primus Dei ad homines dilapſut. 427. Ab ortu mundi fides & fide mundus ſaluus. 417. Adamo vt fides fuerit tributa ſub præceptis. 418. Quàm magna fides Adæ initio neceſſaria. 148. De fide cur Adamo præceptum nullum datum. 419. Fidei, Spei, & Charitatis cur nullum ſit præceptum. ibid. Quem fidei gradum Patres habuerint antiqui, Hebræi, atque Gentiles. 421. Vt fides orta fuerit cum fidei Sacramento SS. Euchar. 418. Quæ Fidet ante Chriſtum de ferculo Euchariſtico. 421, Fidei ſpei, & charitatis præcepta à quonam tempore. 555. Fides priſcos vt inſtroxerit in primis Sacrificiis. 626. Ab oriente mundi micat. 932. & 933

Ipſius quanta lux.

Lux prima Fides noſtra & lumen admirabile. 61. Luci Fidei & Euchariſtiæ quam magna ſit affinitas. 61. Ab Oriente magi veniuut, id eſt à luce Fidei. 61. Lux cum tenebris Fides Chriſti, & tenebræ cum luce. 63. Ad Deum cogooſcendum cur fides medium neceſſarium. 83. Vt Fide & mundo corde cernatur Euchariſt. 83. Menſura mentis fides, & lumen intellectus. 333. & 921. Diſcrimine quo fidei apprehendatur Chriſti corpus in vtraque communione Sacramentali & ſpirituali. 421. An valeant fidei res agooſci & diſputari, & argumentum de rebus fidei an licitum & proficuum. 424. Luminoſa & tetra fides. ibid. Rationibus naturalibus an fides declaretur. ibidem. Vt viſus noſtræ fidei probetur à non viſu. 425. Sine oculis qúantopere perſpiciant fidei oculi. 427. Fax ſola fides animæ. 428. Fides aperit, & obſerat. 513. Fides oriens & ſcientia ſcieutiit eunctis eertior. 920 Vt nota eius principia. 921. Probatur ex concordia DD. orthodoxorum. 921. Theologiæ quanta ſit à fide dependentia. 923. Fide accedimus ad Deum, ſtamus, alios vocamus. 255

Eiuſdem qualis firmitas.

Stabilitas in fide pro rebus agooſcendis Diuinis vtiliſſima. 94. Profeſſio quanta fidei in Æthiopia & in Hiſpania. 103. Fide vis in pertrahendis Romanis, atque Græcis. 156. Pro fide firmum ſcutum, & ſcutum quale fides. 353. Probatio valde poteus pro fide Chriſtiana. 424. Alia neutiquam debilior. 425. De rebus eius quanta dementia dubitare. 426. Vide verbo, Credere. Homini fideli prima vox, Credo. 427. Ex aqua fides petram, & ex petta eius defectio vt faciat aquam labilem. ibid. Pro re iſta mirum carmen. 428. Ibidem fides rupes in medio mari fixa, & ſimplices cur fidei Doctores Chriſtus fecerit. Vt fides Chriſti oſſea. 448. Fideles facit Martyres, & quantæ fortitudinis. 738. In garrientes contra illam egregium teſtimonium. 811. In fide cur nam opera Dei cuncta Pſaltes ponat. 418. A difficultate fides vetior. 501.

Fides cum operibus.

Enormis ſine illis. 331. Ab hæreticis cur laudata excelſiùs quàm à Catholicis. 332. Præceptis fides hæret. 417. Sub illa Dei præcepta, & illa ſub præceptis. 429. A fide cuncta opera. ibidem. Ad fidé vt redigaotur quæcunque Dei præcepta. 429. Fides fida ad quæque opera. 430. Ex facio, & dieo fides. 431. Trunca & manca ſinè operibus, ac inſuper emortua. 431. Peccatorum fides quare diabolica detetior. ibid. Plus vergens in non fidem. ibid. Fidei validæ ſine operibus à quo tempore ſit hæreſit. 431. Fides opus per ſe primum, ſed nihil ſine operibus. 432. Cur Fides chordæ muſicæ Latinè vocitentur. ibid. Euchariſtiæ quantùm fidet & opera coniuncta. 433. Vt prius fide opera. ibid. Fides cum operibus naois cum mercibus. 832. Cootra fidem ſine operibus robuſtum teſtimonium. 710. Figura fidei anuulus. 216

Fides cum Sacramentis.

Quam magna fidei ſit & Sacramentorum colligatio. 434. Fides quando Sacramentum. ibid. Verborum *Crede, & manducaſti*, communis explicatio. 434. & 435. Euchariſtiæ quanta ſit identitas cum fide. ibid. Quare Fidei Sacramentum vocetur Euchar. 434. Euchariſtiæ quantùm fides preferatur intellectui. 435. Baptiſmus & Euchariſtia cur fidei Sacramenta. ibid. Fidei vertex Euchar. & vltima perfectio. ibid. Cur Fidei Sacramentum vocetur Euchar. cum Calix couſecratur. 435. Myſteria cuncta fidei in fidei Sacramento. ibid. Infidelitas & fides ab Euchariſtia quantum pendeant. ibid. Fidei articuli duodecim ſubſcribunt Euchariſtiæ. 436. Euchariſtiæ Sacræ fidei quàm verum fundamentom. 437. Euchariſtiæ quantùm fides adhæreat naturaliter. 439. Sub Fidei ſulcis ferax Euchariſtieum frumentum. 440. Ob fidem datum Eccleſiæ eſt munus Euchariſticum. 440. Palato fidei ſapida quantopere Euchariſtia. ibid. Vt fides modo duplici excreſcat Euchariſtia. 433. Vide fidei antiquitatem in fine. Vt cibi ſatisfactio ſit cibus Euchariſticus. 344. Ad articulum quem ſymboli Euchar. fides vergat. 423.

Fidei vtilitas & laudes.

Defectu eius mors non deficit. 61. Sigillum cur ſit fides, ſignatique fideles. 216. Cur fides ſit prudentia & multa de hac re. 256. Ex fide mundi vita & homioum commercia. 421. Io infidelibus reſplendens. 422. Scientiarum mater fides. ibidem. Alexander fide qualiter edoctus à magiſtris. ibid. Vt fides iugum leue & naturalis ſit, & facilis. ibid. Fides ſcientia ſcientiarum. 423. Ipſa operum Dei vnicum, & ſine qoa nullum eſt opos. 423. Virtutum virgo mater. 429. Vt mulier fidet ſit ex lib. Apoc. 428. Corona fides gloriç, duodecim ſtellarum. ibid. Vt homini cor fides, & vita cordis eius. 429. Ex fide vita animæ. ibid. Defectu vt ſolo fidei peccetur, & quamobrem uon peccet fide integer. ibid. Fidei plurima præconia. ibid. Victoria teutationum & nitor caſtimoniæ. 430. Miraculorum fidet mater, & ad miracula maiora quæ fides requiratur. 430. Miraculum Alexander in fidelis fide fecit. 430. Dei filios parit fides. ibidem. In quo coouenniat cum Charitate. 439. Vt fidei ſignum annulus. 461. An fides maior Sacrificiis. 627. Triumphus fidei qualis, & qualiter Romanus, 764. Arca & nauis ſecuriſſima. 831.

Figura.

Quid nam ſit. 4. Quæ realis, quæ verbalis, quæ ſubſtantialis, quæ accidentalis. 4. & 5. Significat & explicat. 5. A mundi initio. ibidem. Figuræ graue plumbum à Chriſto illuminatæ. 7. Myſteriia cur conuenerint. 8. Illarum quæ obſcuritas, ethymologia, & quantùm quadrent metaphoræ Scripturæ. 10.

Illuminant & obſcurant. ibidem. Cur mul-tiplices, & quot. 13. Varietas quàm grata. 15. Duobus modis Chriſtum probant. 16. Quæ nihil probent. 17. Ipſarum quęnam veritas. 17. An explicandæ in ſingulis verbis. 20. Sunt in vtroque teſtamento. ibid. Paradiſi fluuij quatuor. 21 Deum honorant. 23. Figuræ cunctæ veteres Euchariſtiæ collimant. 26. Euchariſticæ figuræ reductæ ad tres ſpecies, & quæ illarum maior. 36. Etiam ad quatuor rediguntur, & quarta ſanguis lateris. 37. Figuris quando Chriſtus ſubſtituit veritatem. 80. Lux quomodo Euchariſtiæ figura maior ſit. 82. Vide Circuncifio. A figuris Euchariſticus ſplendor demonſtratur. 907

Filij, & filia.

Qui filij ex Euchariſtia. 93. Filius patris ſui pars. 263. Beatitudo patrum filij. 323. Filios generat Euchar. inſtituit, atque docet. ibid. Qui filij ſint legitimi, & vt veotrem ſequatur partus. 464. Dei filij quinam dicti. 743. Cur boni filij Dei & mali filij hominum dicantur in Dei verbis. 769. Quæ hominum ſint filiæ Dei filiis nocentiſſimæ. 770. Dei filij qui his nupſerint. 808 Vt filij inſtituendi. 901. Vide educatio. Cur filij pro parentibus torturæ quondam traditi. 908.

Finis.

Fine in ſummo vitæ Chriſti cur condita Euchariſtia. 56. Finis omnium Myſteriorum, & amoris non plus vltra Euchar. Sacramentum. 80. In finem quid diligere. 194. Videatur amor Chriſti.

Fiſcus.

Quid Fiſcus ſit latinè & quare malè audiat in cunctis nationibus. 580. Hebræi quibus de cauſis, & quantùm fiſco ſubſint. 580. Cur ille ſic vocatus. 857

Flores.

Flores fructus atque herbæ ſalutares in Euchar. 202. Ea ipſa flos ab vtero cum multis de hac re. 202. Florum laus, ibidem. De horum pretio quid mirandum. 203. Inter fœtores ſuauiores. 105. Super tumulos cur proiecti. 217. Qui flores in Eccleſia. 310. Pro Chriſto agones flores. ibid. Flores & fructus in Eccleſia. 313. Euchariſtia flos & fructus. ibid. Eximiæ florum laudes. 366. Quid Eſdræ demirandum contigerit cum floribus. ibid.

Fœdus.

Fœdus vnde nuncupatum, & mos illorum qualis. 266. Vt fœdera Gentilium ab Scriptura ſint accepta. ibidem.

Fœmina.

Quid fœmina ſit pulchra, & cur olim in holocauſtis immolata nunquam fœmina. 549. Vide mulier, & verbo vxor.

Folles.

Qui folles pro ſedilibus vt Chriſtus fœnum dederit. 277

Fomes.

Peccati vt minuatur per Euchar. Sacramentum. 350.

Fons.

Fons terræ paradiſi ab ipſis vitæ arboris radicibus exortus. 306. De hoc fonte verbo paradiſus. Fons vitæ vt Euchariſtia. 334. Paradiſi qualis fons. 335. Fons in ea Chriſtus qualis. ibid. Qui fontes viceuerſa è terra in cęlum influant. ibid.

Fortitudo.

Ad patiendum ex Euchariſtia. 73. Quid ſit, & qualis vera. 152. Euchar. panis fortium, & qualis fortitudinis. ibid. Communicantibus quàm neceſſaria. 215. Fortes facit Euchariſtia. 350. Fortitudo Petri in horto à ferculo Euchariſtico. 435. Martyribus paſſuris Euchar. cur donata. ibidem.

Fragmenta.

Vt numerentur in Euchar. Sacramento. 280

Fragrantia.

Vnde ſic dicta & quando magis fragrans. 356. Videatur odor.

Franciſcus, & Franciſcani.

Cur non Sacerdos. 85. Idem Sanctus Dei Eccleſiæ Sacrificium & Sacramentum. 85. Sacerdotibus pluſquam Angelis obſequium deferebat. ibid. Ob Euchar. Francos diligit. 104. Franciſcanis quænam Princeps emerit terræ ſanctæ loca 166. Prælati Franciſcani taxati de incuria. 209. Franciſcus per ſtigmata vt Chriſto ſit vnitus. 274. Eidem pulchra verba. 307. Franciſci mira laus, & vnde ei mira gratia fideles apud omnes. 642. Franciſcus Iſaac nouus. 687. Cur plagis inſignitus. 689. Cur ſemper vultu erecto. 697. Franciſcus Ximenius commendatus. 782. Franciſcus ad loquendum de Sacramentis quàm idoneus. 872

Frater.

Frater proximúſque Chriſtus in Euchar. Sacramento. 703. Cur frater ſic dicatur. 470. Fraternitas Euchariſtia, & Euchariſtia ſine fraternitate fraternitati longè obuia. 470

Fructus.

Suauior qui eſt altior 314. Videatur flos.

Frumentum.

Frumentum quàm ſit mundum & aræ imponi dignum. 686

Fugere.

A Deo fugere quod malum. 548. In Deum fugiendum. 549. A Deo quid ſit fugere. 736

Furioſi.

Vel in gratia Euchariſtiæ non capaces. 412

G

Gallecia.

CVſtodiam pro ſtemmate Gallecia cur nam habeat. 477

Gallia & Galli.

Gallorum ſtemma regium quàm floridum & laudabile. 103. In Cruce Chriſtus lilium in lilia pendens Galliæ. 104. Gallorum quæque laudes. ibid. Illorum regnum quandiu duraturum. ibid. Quæ prouidentia Dei in eos cum Caroli quinti dicto celebri. 105. De cultu in Euchariſtiam in Gallia quid ſit hodie. 577. Vide Pariſium. Ludouicus, & verbo Rex. Gallorum in Euchar. reuerentia & irreuerentia. 777. Ob terram Sanctam celebres. 832. Ob Crucem felix Gallia. 903. De vrbanitate commendata. 979.

Gaudium.

Cur gaudia ſpiritualia non poſſint explicari. 330. Dei gaudia cur ſciantur dumtaxat ab expertis. 774.

Gentiles.

Gentiles quid in Sacris doctrinis inculcandis. 7. Scripturam Sacram roborant. 64. Illorum quæ deuotio in templum Dei Iudaicum. 165. Boni an aliqui ſemper fuerint. 412. Gentiles ante

ante Chriſtum an fidem illius nouerint. 420. & 421. & 662. Gentilis auri lamina cum Chriſti Vaticinio ſepultus vbi inuentus. 421. De ipſorum conuerſione pręclarum Vaticinium. 729 Gentilium varij ritus in Diis venerandis. 776. Gentiles qui nam ſint & quare ſic dicantur. 940. De Gentilibus ante Chriſtum ſaluatis numeroſum Areopagitæ teſtimonium. 941

Generatio.

Vt auctores generationum in ipſis non ponantur. 823

Gigantes.

Cur poſſibiles in noſtra humanitate, & ante diluuium cur nam multi. 823. & 913. Cur corpore nunc pauci, malitia verò multi. 913. Gigantum quæ ſuperbia in turris extructura. 914 Vide Nembrod & Babylonia.

Gladius.

In falces cur Deus gladios promittat conuertendos. 164. Gladius & panis Euchar. 328. Quid gladius paradiſi, & quid conſumebat eius ignis; & Apocal. gladio ſimilis. 601

Gloria.

Gloria illa fruituris ex Euchar. Sacramento. 62. & 349. Ad gloriam quantùm opera virtutum neceſſaria. 330. Vide Beatitudo. Gloriæ pignus Euchariſtia. 277. Euchariſtia Chriſti gloria. 916

Gratia.

Euchariſtica cur gratia à verbo plus per corpus, quàm per Chriſti deſcendat animam. 334. Gratiæ cumulus ex Euchar. 348. Cur aqua dicta gratia. 361. Gratia bina ab Euchariſtia. 363. An à Chriſto Sacramentato, vel in cælo collocato hæc gratia deriuetur. 364. Gratia prima an conferatur ab Euchar. Sacramento. 367. Quo tempore Euchariſtiæ donetur nobis gratia. 374 Gratia & gloria ab Euchariſtia. 395. Transfertur gratia, non deperditur. 768. Gratis datur, non diuenditur Euchar. Sacramen. 174

Gratiæ, & grates.

Pro gratiis Euchariſticis Deus ſolus capax eſt. 69. Gratias agere edocemur in homine creato. 135. Creatio gratiarum primitias prærequirit. ibid. Cum bonis creſcant gratiæ. ibid. Die ſeptimo cur Deus requieuerit ob grates. 381. Salutationem verbo, *Deo gratias*, quis primus adinuenerit, ibidem. & 383. Sint gratiæ matutinæ. 381 De gratiis Deo dandis ſententia pertimenda. 382. Adami & Noë grates. ibidem. Æquales vitæ curſui. ibid. A durmientibus Deo debitæ. 383. Illarum actio quænam fornax. ibid. Verbum *Deo gratias*, quantæ vis. ibid. Gratitudo fons bonorum tum animæ, tum corporis. ibid. Ob gratias Deo redditas Maria Virgo nata. ibid. Officium ſunt diuinum, ſagittæque diuinæ. ibidem. Vt terra grata ſit, & homo ad gratias procreatus. 384. Euchariſtiæ quantùm debitæ. 385. Et non ſimplices, ſed duplices. 394 395. Gratitudo beneficiorum cuſtodia naturalis. ibidem. Vt micæ à terra debeant in menſam Dei leuari per actum gratitudinis. 468. Quàm gratæ Deo grates, & alia de hac re. 884. Optimus modus reddendi gratias, eſt dando propter Deum. 279

Græci.

Quam Deo ſemper infidi, & Turcis cur ſubiecti. 476.

Guinaa.

Guinææ quales eſtus. 283

Gula.

Vt gula ſit in omnibus ac nullo Dei præcepto. 408. Gula qualiter oppoſita præceptis Dei omnigenis. ibid. Dolia Guloſorum expreſsè effigiata. 409

H

Habitus.

QVis habitus ſit Chriſto in Euchar. Sacramento. 87

Hebraus.

Hebræi à quo ſic dicti. 940. Hebræis cur nequaquam Melchiſedech annumeretur. 941. Videatur verbum Iudæus.

Hæreticus, & Hæreſis, ac primum eius initium.

Primus hæreticus diabolus, & vt diaboli filij legitimi hæretici ſint filij. 475. Lutherus ab illo edoctus. ibid. Quis hæreſis in Euchariſtiam extiterit inuentor, cum catalogo hæreticorum retrocedendo ad primum vſque. 476. Figuraliter in paradiſo & veraciter in Iudæa, quo loco & quo ductore incepit hæcce hæreſis. 477. 478. Diaboli & hæretici in deliciis paradiſi vt Angeli educati. 481. Iconomachi qui fuerint. 476. Vbiquiſtæ qui hæretici. 488. & 489. Inuiti ſubſcribunt Euchar. 35. Berengarius eam agnoſcit. 115. Lutherus eius teſtis. ibidem. De anno quo inceperunt Lutherus & Caluinus res valde ponderanda. 847. & 853. Ab incubis dæmonibus progeniti, cum caſu Lutheri ſcitu digno. 920. A nouitate cadit hæreſis. 932. & 933. cum duabus Tertulliani mirificis ſententiis.

Scientia illorum, atque doctrina.

Ædificatio hæreticorum, bonorum demolitio. 92. Inepti ad res diuinas. 94. Hæreſis mulier valde neſcia, & clamans tantùm, ac quomodo. 157. Rana ſonans & quid ſonet. 258. Voluptas quantùm eis mutet voluntatem & intellectum. ibid. Hæreticis quæ ſtultitia pro Deo penetrando. 270. De doctrina hæreticorum præclara duo exempla. 270. Eloquentiæ hęreticorum malignitas depicta. 418. Illorum quæ calliditas. 483. Rethorici vt diabolus, ſimiæ, & ligmum boni & mali. 485. Vt arundine percuſſa doctrina illorum pereat. ibid. Verba illorum cantus ſirenarum & ventus mouens folia. 487. Quam ſubdoli in initiis, & ad ſimilitudinem ſerpentis quibus loris ſe exoluant aduerſus Euchar. 488. Ipſorum curioſitas ebibita à ſerpente, & prudentiores cur Catholicis. 489. De illorum dialectica. ibid. & 490. Subtilites & ſtudia illorum quænam ſint. 500. An illis reſpondendum, & qua fortitudine ac virtute, ibid. & 501. ac 502. Hæreticis plus amor rixandi, quam diſcendi. 513. Tanquã cerberus quæ promittant. 520. Illorum & Catholicorũ ſtudium quam diſſimile. 652. Hæreticorum ciuitates politiores cur Catholicis. 758. Contra hæreticos Sacramentarios fortiſſimum argumentum. 906. An hæreticus Theologus. 923. In eos vt parandi Catholici ſint viri. ibid. Communio ſub vtraque cur eis bene viſa. 500

Vitia linguæ.

Cur mala ſummè laudent. 258. Blaſphemi naturaliter. 261. Vt laudent Euchariſtiam & fidei multùm fidant. 367. Lutheri circa fidem & præparationem ad Euchariſtiam delirium & impudentia. 431. Mendacia illorum plurima,

Illuminant & obſcurant. ibidem. Cur multiplices, & quot. 13. Varietas quàm grata. 15. Duobus modis Chriſtum probant. 16. Quæ nihil probent. 17. Ipſarum quęnam veritas. 17. An explicandæ in ſingulis verbis. 20. Sunt in vtroque teſtamento. ibid. Paradiſi fluuij quatuor. 21 Deum honotant. 23. Figuræ cunctæ veteres Euchariſtiæ collimatæ. 26. Euchariſticæ figuræ reductæ ad tres ſpecies, & quæ illarum maior. 36. Etiam ad quatuor rediguntur, & quarta ſanguis lateris. 37. Figuris quando Chriſtus ſubſtituit veritatem. 80. Luk quomodo Euchariſtiæ figura maior ſit. 82. Vide Circuncisio. A figuris Euchariſticus ſplendor demonſtratur. 907

Filij, & filiæ.

Qui filij ex Euchariſtia. 93. Filius patris ſui pars. 263. Beatitudo patrum filij. 323. Filios generat Euchar. inſtituit, atque docet. ibid. Qui filij ſint legitimi, & vt veotrem ſequatur partus. 464. Dei filij quinam dicti. 743. Cur boni filij Dei & mali filij hominum dicantur in Dei verbis. 769. Quæ hominum ſint filiæ Dei filiis nocentiſſimæ. 770. Dei filij qui his nupſerint. 808 Vt filij inſtituendi. 901. Vide educatio. Cur filij pro parentibus torturæ quondam traditi. 908.

Finis.

Fine in ſummo vitæ Chriſti cur condita Euchariſtia. 56. Finis omnium Myſteriorum, & amoris non plus vltra Euchar. Sacramentum, 80. In finem quid diligere. 194. Videatur amor Chriſti.

Fiſcus.

Quid Fiſcus ſit latinè & quare malè audiat in cunctis nationibus. 580. Hebræi quibus de cauſis, & quantùm fiſco ſubſint. 580. Cur ille ſic vocatus. 857

Flores.

Flores fructus atque herbæ ſalutares in Euchar. 202. Ea ipſa flos ab vtero cum multis de hac re. 202. Florum laus, ibidem. De borum pretio quid mirandum. 203. Inter fœtores ſuauiores. 105. Super tumulos cur proiecti. 217. Qui flores in Eccleſia. 310. Pro Chriſto agones flores. ibid. Flores & fructus in Eccleſia. 313. Euchariſtia flos & fructus. ibid. Eximiæ florum laudes. 366. Quid Eſdræ demirandum contigerit cum floribus. ibid.

Fœdus.

Fœdus vnde nuncupatum, & mos illorum qualis. 266. Vt fœdera Gentilium ab Scriptura ſint accepta. ibidem.

Fœmina.

Quid fœmina ſit pulchra, & cur olim in holocauſtis immolata nunquam fœmina. 549. Vide mulier, & verbo vxor.

Folles.

Qui folles pro ſedilibus vt Chriſtus fœnum dederit. 277

Fomes.

Peccati vt minuatur per Euchar. Sacramentum. 350.

Fons.

Fons terræ paradiſi ab ipſis vitæ arboris radicibus exortus. 306. De hoc fonte verbo paradiſus. Fons vitæ vt Euchariſtia. 334. Paradiſi qualis fons. 335. Fons in ea Chriſtus qualis. ibid. Qui fontes viceuerſa è terra in cęlum influant. ibid.

Fortitudo.

Ad patiendum ex Euchariſtia. 73. Quid ſit, & qualis vera. 152. Euchar. panis fortium, & qualis fortitudinis. ibid. Communicantibus quàm neceſſaria. 215. Fortes facit Euchariſtia. 350. Fortitudo Petri in horto à ferculo Euchariſtico. 435. Martyribus paſſuris Euchar. cur donata. ibidem.

Fragmenta.

Vt numerentur in Euchar. Sacramento. 280

Fragrantia.

Vnde ſic dicta & quando magis fragrans. 356. Videatur odor.

Franciſcus, & Franciſcani.

Cur non Sacerdos. 85. Idem Sanctus Dei Eccleſiæ Sacrificium & Sacramentum. 85. Sacerdotibus pluſquam Angelis obſequium deferebat. ibid. Ob Euchar. Francos diligit. 104. Franciſcanis quænam Princeps emerit terræ ſanctæ loca. 166. Prælati Franciſcani taxati de incuria. 209. Franciſcus per ſtigmata vt Chriſto ſit vnitus. 274. Eidem pulchra verba. 307. Franciſci mira laus, & vnde ei mira gratia fideles apud omnes. 642. Franciſcus Iſaac nouus. 687. Cur plagis inſignitus. 689. Cur ſemper vultu erecto. 697. Franciſcus Ximenius commendatus. 782. Franciſcus ad loquendum de Sacramentis quàm idoneus. 872

Frater.

Frater proximúſque Chriſtus in Euchar. Sacramento. 703. Cur frater ſic dicatur. 470. Fraternitas Euchariſtia, & Euchariſtia ſine fraternitate fraternitati longè obuia. 470

Fructus.

Suauior qui eſt altior 314. Videatur flos.

Frumentum.

Frumentum quàm ſit mundum & aræ imponi dignum. 686

Fugere.

A Deo fugere quod malum. 548. In Deum fugiendum. 549. A Deo quid ſit fugere. 736

Furioſi.

Vel in gratia Euchariſtiæ non capaces. 412

G

Gallecia.

CVſtodiam pro ſtemmate Gallecia cur nam habeat. 477

Gallia & Galli.

Gallorum ſtemma regium quàm floridum & laudabile. 103. In Cruce Chriſtus lilium in lilia pendens Galliæ. 104. Gallorum quæque laudes. ibid. Illorum regnum quandiu duraturum. ibid. Quæ prouidentia Dei in eos cum Caroli quinti dicto celebri. 105. De cultu in Euchariſtiam in Gallia quid ſit hodie. 577. Vide Pariſium. Ludouicus, & verbo Rex. Gallorum in Euchar. reuerentia & irreuerentia. 777. Ob terram Sanctam celebres. 832. Ob Crucem felix Gallia. 903. De vrbanitate commendata. 979.

Gaudium.

Cur gaudia ſpiritualia non poſſint explicari. 330. Dei gaudia cur ſciantur damtaxat ab expertis. 774.

Gentiles.

Gentiles quid in Sacris doctrinis inculcandis. 7. Scripturam Sacram roborant. 64. Illorum quæ deuotio in templum Dei Iudaicum. 165. Boni an aliqui ſemper fuerint. 412. Gentiles

ante

ante Chriſtum an fidem illius oouerint. 420. & 421. & 662. Gentilis auri lamina cum Chriſti Vaticinio ſepultus vbi inuentus. 421. De ipſorum conuerſione pręclarum Vaticinium. 729 Gentiliom varij ritus in Diis venerandis. 776. Gentiles qui nam ſint & quare ſic dicaotur. 940. De Gentilibus ante Chriſtum ſaluatis numeroſum Areopagitæ teſtimonium. 941

Generatio.

Vt auctores generationum in ipſis non ponantur. 823

Gigantes.

Cur poſſibiles in noſtra humanitate, & ante diluoium cur nam multi. 823. & 913. Cur corpore nunc pauci, malitia verò multi. 913. Gigantum quæ ſuperbia io turris extructura. 914 Vide Nembrod & Babylonia.

Gladius.

Io falces cur Deus gladios promittat conuertendos. 164. Gladius & paois Euchar. 328. Quid gladius paradiſi, & qoid conſumebat eius ignis; & Apocal. gladio ſimilis. 601

Gloria.

Gloria illa fruitoris ea Euchar. Sacramento. 62. & 349. Ad gloriam quantùm opera virtutum neceſſaria. 330. Vide Beatitudo. Gloriæ pignus Eucbariſtia. 277. Eucbariſtia Chriſti gloria. 916

Gratia.

Euchariſtica cur gratia à verbo plus per corpus, quàm per Chriſti deſcendat animam. 334. Gratiæ cumulus ex Euchar. 348. Cur aqua dicta gratia. 361. Gratia bina ab Euchariſtia. 363. An à Chriſto Sacramentaro, vel in cælo collocato hæc gratia derioetur. 364. Gratia prima an conferatur ab Euchar. Sacramento. 367. Quo tempore Euchariſtiæ donetur nobis gratia. 374 Gratia & gloria ab Euchariſtia. 395. Transfertur gratia, non deperditur. 768. Gratis datur, non diuenditur Euchar. Sacramen. 174

Gratiæ, & grates.

Pro gratiis Euchariſticis Deus ſolus capax eſt. 69. Gratias agere edocemur in homine creato. 135. Creatio gratiarum primitias præ requirit. ibid. Cum bonis creſcant gratiæ. ibid. Die ſeptimo cur Deus reqoieuerit ob grates. 381. Salutationem verbo, *Deo gratias*, quis primus adinuenerit, ibidem. & 383. Sint gratiæ matotinæ. 381 De gratiis Deo dandis ſententia pertimenda. 382. Adam & Noe grates. ibidem. Æquales vitæ curſui. ibid. A dormientibus Deo debitæ. 383. Illarum actio quænam fornax. ibid. Verbum *Deo gratias*, quantæ vis. ibid. Gratitudo fons bonorum tum animæ, tum corporis. ibid. Ob gratias Deo redditas Maria Virgo nata. ibid. Officium ſunt diuinum, ſagittæque diuinæ. ibidem. Vt terra grata ſit, & homo ad gratias procreatus. 384. Euchariſtiæ quantùm debitæ. 385. Et noo ſimplices, ſed duplices. 394 395. Gratitudo beneficiorum cuſtodia naturalis. ibidem. Vt micæ à terra debeant in menſam Dei leuari per actum gratitudinis. 468. Quàm gratæ Deo grates, & alia de hac re. 884. Optimus modus reddendi gratias, eſt dando propter Deom. 279

Græci.

Quam Deo ſemper io fidi, & Turcis cur ſubiecti. 476.

Gutturæ.

Guttoræ quales eſtus. 283

Gula.

Vt gula ſit in omnibus ac nullo Dei præcepto. 408. Gula qualiter oppoſita præceptis Dei omnigenis. ibid. Dolia Guloſorum expreſsè effigiata. 409

H

Habitus.

QVis habitus ſit Chriſto in Euchar. Sacramento. 87

Hebræus.

Hebræi à quo ſic dicti. 940. Hebræis cur neqoaquam Melchiſedech annumeretur. 941. Videatur verbum Iudæus.

Hæreticus, & Hæreſis, ac primum eius initium.

Primus hæreticus diabolus, & vt diaboli filij legitimi hæretici ſint filij. 475. Lutherus ab illo edoctus. ibid. Quis hæreſis in Euchariſtiam extiterit inuentor, cum catalogo hæreticorum retrocedendo ad primum vſque. 476. Figuraliter in paradiſo & veraciter in Iudæa, quo loco & quo ductore incepit hæcce hæreſis. 477. 478. Diaboli & hæretici in deliciis paradiſi vt Angeli educati. 482. Iconomachi qui fuerint. 476. Vbiquiſtæ qui hæretici. 488. & 489. Inuiti ſubſcribunt Euchar. 35. Berengarius eam agnoſcit. 115. Lutherus eios teſtis. ibidem. De anno quo inceperunt Lutherus & Caluinus res valde ponderanda. 847. & 853. Ab incubis dæmonibus progeniti, cum caſu Lutheri ſcitu digno. 920. A oouitate cadit hæreſis. 932. & 933. cum duabus Tertulliani mirificis ſententiis.

Scientia illorum, atque doctrina.

Ædificatiu hæreticorum, bonorum demolitio. 92. Inepti ad res diuinas. 94. Hæreſis mulier valde neſcia, & clamans tantùm, ac quomodo. 257. Rana ſonans & quid ſonet. 258. Voluptas quantùm eis mutet voluntatem & iotellectum. ibid. Hæreticis quæ ſtultitia pro Deo penetrando. 270. De doctrina hæreticorum præclara duo exempla. 270. Eloquentiæ hęreticorum malignitas depicta. 418. Illorum quæ calliditas. 483. Rethorici vt diabolus, ſimiæ, & lignum boni & mali. 485. Vt arundine percuſſa doctrina illorum pereat. ibid. Verba illorum cantus ſirenarum & ventus mouens folia. 487. Quam ſubdoli in initiis, & ad ſimilitudinem ſerpentis quibus lotis ſe exoluant aduerſus Euchar. 488. Ipſorum curioſitas ebibita à ſerpente, & prudentiores cur Catholicis. 489. De illorum dialectica. ibid. & 490. Subtilitas & ſtudia illorum quænam ſint. 500. An illis reſpondendum, & qua fortitudine ac virtute, ibid. & 501. ac 502. Hæreticis plus amor rixandi, quam diſcendi. 513. Tanquã cerberus quæ promittant. 520. Illorom & Catholicorũ ſtodium quam diſſimile. 652. Hæreticorum ciuitates politiores cur Catholicis. 758. Contra hæreticos Sacramentarios fortiſſimum argumentum. 906. An hæreticus Theologus. 923. In eos vt parandi Catholici ſint viri. ibid. Communio ſub vtraque cur eis bene viſa. 500

Vitia linguæ.

Cur mala ſummè laudent. 258. Blaſphemi naturaliter. 261. Vt laudent Euchariſtiam & fidei moltùm fidant. 367. Lutheri circa fidem & præparationem ad Euchariſtiam delitium & impudentia. 431. Mendacia illorum plurima,

& ſimul tantùm vnicum. 486. Irriſores velut Cham in patrem ſuum Chriſtum, & quomodo rettocedendo hunc debeant coopetire. 905. 907. In honorati à ſuis filiis. 909. In linguis cur puniti. 920. Ab Oriente cur profecti. ibid. Amici Iob in Ieſum Chriſtum. 922. Babelis extructores. ibid. Lutheri contra Miſſam blaſphemiæ delibatæ. 923. Quibus ſimiles exiſtant maledica in diſcordia. ibidem. Libertinorum quiſnam pater, & quàm libertini contra Sanctos. 923. Contra imagines, in quibus conuicti à ſemetipſis. 924. Contra Pontificis & Reges. ibidem. & 514. Pro Turcis & contra Catholicos non ſemel prædicantes. ibidem. In verbis quam procaces. 925. In lingua cur puniti 927. Diuiſio illorum quanta diſcordia, & diſerepantia probata ex Lutheranis. ibid. Mendacia quæ & quanta. 928. & 929

Mala reliqua.

Communicatio illorum nocua. 3 Cur lunæ comparentur. 94. Hæretici ob defectum Euchariſtiæ diſſoluti, ae ſimul deſolati. 231. Gentilibus impuriores. 234. Vt hæreſis luxuria ſit mater atque filia. 257. Superbia ipſorum quanta. 271. Eis fides ſine fide. 431. Eorum centrum cænum. 483. 491. & 492. Superbia & auaritia. 491. Henrici regis dementia. 493. In Euchariſtiam cur inſaniant. 494. Vt ſerpentes cur recuſent ſapienter incantari, vbi ad Fidem compellantur. 497. Diſcordiæ illorum mirum. 514. Cur multi ſint & pauci. 520. Honorum ſummè auidi. 521. Illorum quæ inuidentia. 487. Cur porci ſint, non canes. 525. Hæreſis Herculis Lernæa. 578. Hæretici ad virtutes an aliquatenus cogendi. ibid. Quid faciant ipſimet à Sole colluſtrati. 605. Quæ Sacramenta inter Hæreticos exiſtant Anglicanos; quis ordo & Sacerdotium, Epiſcopique quales; & vt conficiant Sacramenta. 651. & 652. Caluini quod ſtemma. 651. Vt hæreſis ſit fornax modernæ Babyloniæ. 738. Hæraſiarchis malus exitus. 831. Hæretici vt euadant ab hæreſis diluuio. 876. A Luthero atque Caluino miracula quæ facta. 925. Infamis horum fama. 926. Lutheri quæ viſitatio Saxonica vocata. Henrici Regis quæ reformatio; & Auguſtana quæ confeſſio in dedecus illorum. 928. Eccleſiam vt ſæpe laudent. 928 929. Videatur Inquiſitio.

Herba.

Herbæ montium Salubriores, ac etiam dulciores. 314

Hiberni.

Quinam viri, & noui Machabæi. 166

Hieronymus.

Quid moribundus de Euchar. Sancta dixerit. 43

Hiſpania.

Hiſpani quam veridici, & ex illis quinam magis. 111. Hiſpania commendata de zelo verſus fidem. 576. De cultu in Euchariſtiam. 577. & 777. Poſt diluuium mox à quibus & quo loco inhabitata. 833. Primum regnum poſt Samariam ſuſcipiens fidem Chriſti. ibid. In Hiſpania vtrum Iacobus & Paulus prædicarint. 834. De Hiſpanorum oppoſitione contra Lutherum quid notabile. 855. Hiſpania vt filiorum ſit mater Zebedæi in Caſtellanis & Luſitanis, cum caſu ſcitu digno. 871

Hiſtoria.

Hiſtoria Americana nouiſſima quæ ſit? 852

Holocauſta.

Cur menſæ holocauſtorum ad intra flexa labia. 29

Homicidium.

Deo inuiſum. 885. Ab eo vt ſit prohibitum, quò mortem filij ſui iam inde prænotaret. 887.

Homo, & primùm eius creatio.

Non homo propter cælum, ſed cælum propter hominem. 55. & cælo quàm affinis. 122. Vt hominis creatio Euchariſtiæ primò primum myſterium denotarit. 122. & 126. Imago Dei in anima & corpore vt ſit homo. 123. Imago Dei per Euchariſtiam qoàm multiplex ſit ipſe. 128. Reliqua de imagine, verbo, Imago. Corporis hominis ad Euchariſtiam ſimilitudines non paucæ. 130. Reliqua de ſimilitudine verbo ſimilitudo. Homo in fine & Euchariſtia cur fuerint formati. 129. Cur homo cælo ſimilis ex cæno factus ſit. 130. Creaturis quantus honor ex hominis conſortio, & huic ex Euchariſtia. ibid. Hominis corpus vtrum fuerit ab Angelis formatum. 131. In hominis creatione vt luceat Dei humilitas & hominum ſuperbia. 132. Corpus hominis diuiſim an fuerit creatum vel pariter cum anima. 132. Vt vnicè ſe diligat, in quouis mundi homine creatur homo vnicè. 133. Cur homo in fine factus, & cælum priùs omnibus. 135. Sexta die factus homo, & ſexta ætate Sacramenta. ibidem. Homo finis creaturarum, Sacramentorum Chriſti corpus. ibid. Homo in fine mundi index. 136. Vtrum homo crearetur ſi Angelus non caderet. 137. Ab humo factus homo, vocatúſque, ne vanè de genere exaltetur. 144. Cur creatus non benedicitur. 170. Eius materia perquamuilis retundit eius faſtum. 530

Eius conditio ſine culpa.

Quam munda eius conceptio, ſi culpa non præcederet. 209. Quo tempore & quonammodo ad cælum transferendus ſi primus non peccaſſet. 301. Vide Adam, & Innocentia.

Laudes hominis.

Homo hominum principium, vt Deus cunctarum rerum. 136. Superior Angelis. ibidem. & 137. Deus & homo conuertuntur, cum aliis miris laudibus. 136. De familiaritate hominis cum Angelis; habetur verbo Angelus. Superior Deo in Euchariſtia, & ibi Creator Creatoris. 139. 141. Ibidem Deo valde ſimilis. 141. Et præſidens ipſi Domino. 142. Pro Euchariſtia accipienda creatus primùm homo. ibid. Animalia cuncta in homine, & quomodo illis præſit. 143 Homo verè cælianis, quò debet ſemper tendere. ibidem. Homo velut Dei imago in mundi ciuitate, & operum Dei ſigillum. 145. Cur non laudetur cum creatur, & homo vt ſit laudandus. 146. Homo in cunctis collaudatus, & cuncta propter hominem. ibid. Homo rerum benedictio, quo omnes benedictæ. ibidem. Rex mundi vniuerſalis, ſatellites res aliæ. 147. Homo requies Creatoris cum dedit ipſi requiem. 180. Cur ſolo in Deo requieſcat. 193. Vide Centrum. Homo Dei & paradiſi interior paradiſus. 294. Vt templum primus homo, & alius quiuis iuſtus. 297. Cur templum capax Dei, & thronus Trinitatis. ibidem. Dei homo in menſa ſocius. ibidem. Vt homo rerum ſumma & ſummus mundi honos. 307. In paradiſo quot ei bona. ibid. In homine proprietates cunctarum mundi rerum. 357. Arbor in verſa, & vt fructifera.

fructifera. 440. Com Angelis habet identitatem. 128. Videatur verbum Adam.

Ipſius mala.

Identitatem cum dæmonibus vt habeant plures homines. 128. Homo cur inſaturabilior in appetitibus ſit brutis. 193. Sepulchrum Chriſti homo, & illi Crux diriſſima. 212. 213. Scientiæ boni & mali arbor. 328. Homo Dei obliuioſus. 380. Iumentum quare fiat, cum aliis de hac re. 398. Non lapides in homines, ſed homines in lapides ſæpiſſime mutati. 919

Hortus.

Qualis Euchariſtia, & huius vocis ethymon. 202

Hoſtes.

Chriſti hoſtes Euchariſtia quàm valde confundantur, & Chriſtus exaltetur. 78

Hoſtia.

Hoſtiæ ſanctæ Pariſinæ effigies, & miraculum. 117. Cur hoſtia ſic vocata. 624. Cur manus ſuper hoſtiam. 625. & 644 Cur eleuetur in altari. 620

Huarte.

In ſuo examine quis auctor ſit auctori. 312

Humiditas.

Humiditas naturalis & calor naturalis quæ duæ qualitates. 369

Humilitas.

Humiles viri illuminaotur, ſuperbi obtenebrātor. 3. & 4. & 14. & 200. Sine humilitate nihil charitas. 139. Euchariſtiæ neceſſaria humilitas, & qualis. 214. Charitatis ignis humiles, vt ignis facit cineres. 277. Cur apti huic cibo humiles. 278. Subter menſam vt meliùs ille quàm ſuper manducetor. ibid. Humilitas cum deeſt, & virtus ſubſe perit. 378. Ex humilitate reges bomines & Deo colligati. 400. Cælo humilitas excelſior. 427. Se humiliat, & humilibus adaptat Euchariſtia. 445. Humilitas vt vitam importet corporalem. 860

I

Iacob.

PAtri ſuo benediceoti mentibos cur non fuerit. 678. Iacobus Apoſtolus cur tam citò perrexerit in Hiſpaniam. 834. Piocernarum Princeps idem. 985

Iaſpis.

Quæ iaſpidi proprietas ſubſeruiens Euchariſtię. 120.

Idolatria.

Per diabolum inuenta ſub ſetpcote. 475. Poſt diluuiū quis hanc inuenit. 914. Peccator vt idolatra. 476. Idolatriæ quæ origo in libro Sapien. & Idolorum quis inuentor. 917

Ieiunium.

Chriſti quale, & noſtr quam contrarium. 181. Ieiunij commendatio. 503. Ieiuoi tantùm apti ad Euchar. manducandam à ligni vitæ tempore. 386. Ieiunium cæli via, & quare panis figoum à Chriſto dæmon poſcat. 590. Ieiunium veſtis, gula nuditas. 594

Ieroſolyma.

Quò ad ſitum ootata & commodata. 915. Quando fundata, & eius nomina. 910. & 915. Æmulatio cum Babylone quam rigida & antiqua. 917. Vide Babylonia.

Ignis.

Cor ignis accendatur, lux autem nullo modo. 74. Ignis & manna cur Euchariſtia. 562. Pro Deo quando habitus 914. Videatur lumen.

Inæqualitas.

Sæpe æqualis. 145

Incantatio.

Cur ſic dicta, & in dæmones cur valida. 805. Videatur verbum Muſica.

Incarnatio.

Demonſtratur ex corpore Euchariſtico. 35. Incarnatio mundi lux. 55. Extenſio illius Euchariſtia. 89. An iſta priùs illa à Deo poſſet condi. 366. Incarnatio & Chriſti Paſſio in culpam originalem, Sacramentatio in actualem. 97

Indulgentia.

Materia perobſcura illarum elucidatur. 713. Tres formolæ de hac re. ibidem. Ipſarum qualis ſuperfluitas. 715. & Claues quid pro eis. ibidem. Cum indulgentiis decedentibus cur applicentur indulgentiæ. 716. Illarum ſeptem vtilitates. 717. Ex opere operantis cur valeant indulgentiæ, & pro ipſis exquirendis quæ extent rationes. 718. Miraculum pro eiſdem hauddubiè deuotiſſimum. ibidem. Quæ formula in indulgentiis nunc duret ex antiquis. ibid. De plenaria verbo Iubilæus.

Illuminare.

Illuminatio ex Euchariſtia. 348. Videatur lux.

Imago, atque imagines.

Imago vt tolleretur cum ipſa veritate. 31. Imago Dei vt homo, videatur homo. Cur ſæpe viſus Deus imagine in humana. 124. Imago Dei & hominis Euchar. Sacrament. & vt imago relicta homini. 127. Cur Filius Dei imago non autem Spiritus ſanctus. 127. Imago & ad imaginem quid differant ſuapte. ibid. Cor Seth ad patris Adæ imaginem progenitus. 127. Homo Angelo vt ſit melior imago Creatoris. 136. Imago Dei quæ luceat in Euchariſtica materia. 141. Imaginum qui primi hæretici euerſores. 476. Imagines cur olim prohibitę ſub lege. 772 Imagines à quo tempore Propitiatorij, & Sanctuarij. 776

Immolare.

Quidnam ſit & vnde vocis etbymon. 250. Quod genus Sacrificij. 624

Immortalitas.

Immortalis & mortalis creatur Euchar. 133. Immortalitatis quare pharmacum dicatur Euchar. 310. Commercium, & immortalitatis antidotum Euchar. 346

Impaſſibilitas.

Impaſſibilitas ex Euchariſtia. 73

Imperator.

Imperatores mundi globum & fortunæ ſimulacrum vt habuerint in cubiculo & reliquerint hæredibus. 165

Impotentia.

Impotentia quænam mors. 859

Inebriatio.

Amoris Dei ab Euchar. Sacrament. 348. Vide ebrietas.

Infantes.

Infantibus vt omnia Sacramenta præſtent gratiam. 337. Quis halitus vitalis illorum ſit in ſanguine. 375. An capaces Euchariſtiæ, & hæc eis poſſit dari, vel data quoodam fuerit. 412. Baptiſmi cur capaces. ibidem. Ad menſam ſapientiæ cur inuitentur, & reprobentur. 256. Pueri & paruuli videantur.

Infelicitas.

Quam magna felicitas tranſacta. 285

Infernus.

Semel tantùm à Moyſe & cur infernus memoratus. 9. Inferni ignis vt intelligat. 101. Ei vt proficiat Euchar. 184. Hæc quando ab illo ſompta. 186. Quis locus Chriſto ſæuior, inferous, an ſtomachus cuiuſque peccatoris. 186. 187. In quibus ſit acerbus. 189. Infarno amoris Dei infernom Sancti prooocant. ibidem. Voracior & tenacior inferno vt Euchaliſtia. ibidem latè. Quis ordo & prælatura inueniatur in inferoo. 158.

Inflammatio.

Ab Euchariſtia. 148

Infidelitas & infidelis.

Infidalitas vt ſit Crux, & Chriſto, & Chriſtianis. 422. Ab Eochariſtia vt nam dependeat. 435. In infideles quid perurgens. 497. Ad Euchariſtiam vt ſint conſtricti. 412. Tanquam infidelis malè communicans. 583. Videatur Fides.

Infirmus & infirmitas.

Infirmitas cur ſanis facilius ſe communicet, quàm ſanitas infirmis. 372. Iofirmis Euchariſtia deootionis tantùm ergo quo tempore delata, & quo is mos ſublatus. 410

Ingenium.

Quantùm hominis triſtitia deprimatur. 26

Ingratitudo.

Et Dei obliuio quàm inſita mortalibus. 380. Adami quàm notabilis. 381. Ex ingratitudine peccatum, & peccatum non agnoſcere. 381. Quàm nocioa & quam odibilis hominibus ac Deo. ibidem. Spoliatur beneficiis, & gratitudo cumulatur. 381. Caim iogratitudo. 382. Euchar. malè ſumere ſuprema ingratitudo. 383. Coo-culcat Deum ingratus. 384. Ingratitudo Iudæ malum. 397. Is ipſe qoàm ingratur. 385. & Cur dæmon in pectus eius intrarit iteraiò. 397. Priuat bonis atque ſeruos manumiſſos libertate. 396. Ingratus in Eochar. quis primus, & ſecundur. 397. Venenum ingrato beneficiū. ibid. Iumentum homo iogratitudioe. 398. Io gratus vara beſtia, ac beſtiis ſtolidior. 144. Ingratitudo & perquammaximè in fidem fons malorum. 906. Iogratitudini vt reginæ deſeruiuot cuocta vitia. 704

Inimicus, Inimicitia.

Inimicos cælum & lox, ac ſimul Euchar. vt diligant, & protegant. 99. Inimicitiæ tria genera Euchariſtiæ accommodata. 472. Euchariſtia coram taceor inimicorum voces animæ. 521

Innocentius, & Innocentia.

Innocentius Papa tertius auarè cōmendatus. 570. 575. Innocentij Papæ 10. inſigoa ponderatum. 871. An tempore innocentiæ futura plura templa, imagioes, literæ, & ciuitates. 392. 393. Videanrur Sacerdos, Sacramentum, & Sacrificia, & verbum Adam & homo.

Inquiſitio.

In paradiſo terræ viſa, in Synagoga, & in Eccleſia. 567. Inquiſitio poſt peccatum, & Ioquiſitorer qui poſt illod. 568. Secretum quod eis congruum, & examinatio perſooalis. 568. Poſt Apoſtolos Epiſcopi Inquiſitores ordinarij. 569. Quo Pootifice, anno, & caſu, quo auctore & quonam loco fundata vigens Inqoiſitio. ibid. Tribuoal vbi primum. 570. Familiarium Ioquiſitionis origo & cauſa nominis. ibidem. Dominicani Inquiſitores noooulli commodati. 570 Inquiſitio quaodo Romæ, in Caſtella quando, & qualis Inquiſitor R.P. Fr. Thom. à turrecremata. 570. & 571. Cur vbiqua binis vicibus. 571. In Portugallo quando fundata, & an Inquiſitio Caſtellana ſit referenda Luſitanis. 571. Quomodo fundata enucleatur, & Paramus de Saauedræ illuſiona ſuggillatur. 571 Quo anno & qoa occaſiooe poſtulata à Ioanne III. & à Ponrif. cooceſſa 574. Quo Lutherus oatus aono fundatur Inquiſitio 576.

Inquiſitio in Euchariſtia. 576. Inquiſitionis quod inſigne. 577. Pietati Chriſtianæ ao munus tale decens. ibid. In hæreticos & Iudæos probatur vtiliſſima. 578. Hæretici vt ignari hoc ipſum fateantur. ibidem. Vt Ioquiſitio longè durior extiterit io Iudæa. 578. 579. In Vaticinis prophetata. ibid. An iuſtum reis nomina teſtificantium denegare. ibid. Deus, Angelus, & Abraham eximij Inqoiſirores. ibidam. Cur permittantor Synagogæ, & non permittator Inquiſitio in aliquor terris Chriſtianis. 581. Inquiſitorum qualemunus. 583. Inquiſitioni duæ virgæ, & eius theatrū quàm horrendum. 585. Narratur eius actus, qui actus fidei dicitur. 586. Inquiſitionis ſaccus benedictus ampliſſimè explicatur. 593. Inquiſitionis vtilitates, & aliquæ eius laudes. 603. Magni conſilij Aogelus, ac Angelus paradiſi Ioquiſitionis Magiſtratus. 603. Videantur hæreticus, & Iudæus.

Inſania.

Inſania definitur. 502. Videatur verbum Credere.

Inſtrumentum.

Quod ſeparatum, & quod coniunctum. 242

Intellectus.

Intellectus ad addiſceodum ex affectu quantùm peodeat. 3. Intellectus quantùm valeat iotelligere da Deo. 8. Intellectui, & caroiſ oculis ad Deum videndum qoæ infirmitas. 9. Fides qualiter cohæreat com cerebro & intellectu. 419. Intellectus fidei baſis, & fides intellectus perfectio & conſummatio. ibidem. Oculus animæ intellectus. 425. Intellectus inter hominū potentias mutabilior. 425. Iorellectus & voluntas qua via res intelligant. 272. De intellectus infirmitate ad res Diuioas quid egregium. 527. Iutellectus vt dependeat à bona voluntate, & intellectus quinam optimus. 605. Intellectus qualis prauis, & cur omnibus ad manus è capite mutetur. 922

Inuidia.

Iouidia Angelis ex Euchariſtia. 101. Cur ita vocitetur. 461. Iouidiæ ethymologia, maligoitas, pictura. 510. Inuidia io meliora. 511. Morte moritur freqoenter; poſt mortemque res videt. ibidem. Io ſratribus quàm ſæua. 698 Iouidia voce ſua non videns lucis opera. 699. Fararum maior inuidus. 715

Inuentor.

Inueororer quioam rerum à mundi natalitiis. 758

Inutilitas.

Inutilitas. Vide vtilitas.

Ioannes vterque.

Ioanoes io Cænaculo cur ſupra pectur Dom. & Iudas eius corpore accepto mox exierit. 138. Vt aquila laudatur. 247. Ioannes Chriſti cor in Croce vt animauerit. 248. Ioannes clarior de Eochariſtia, quàm alij Euangeliſtæ. 528. Baptiſtæ laus pergrandis. 708. Euangeliſta Chriſti eques. 985

Ioſeph triplex.

Ab homine creato deuotio Ioſeph Sponſi. 144. Seruator tritici Diuini, Saluator, atque centrum. 192. Scalæ Iacob ſummitas, & alia de hoc Sancto. ibid. A Sole, Luna, & vndecim ſtellis adoratus. ibid. Maioritatis inter Sanctos pro illo teſtimonium. 191. Ioſeph. Nomen Euchariſticum. 203. Eiuſdem vocis ethymoo. 211. Ab eo vt Mater Dei euaſerit perfectior. 211. Conuiuium Ioſeph proregis amoris plenum dapibus. 218. Ioſeph ſit vir communicans. ibid. & 219. Qualis Sanctus ſit putandus Ioſeph ab Arimathia. 219

Ioſue.

Solis imago io eius tumulo. 55. Remotatio per cum Solis in Euchar. Sacrament. 88

Iſaac.

Ligator ad Sacrificium. 178. Eius benedictio de boois cæli comprehendens qoæque booa. 468. Iſaac ſub patris mortem cur oon benedictus vt Patriarchæ. 587. & 588. Iſaacus cur Sacerdos in Scriptura non legatur. 687

Iubilæus.

Quid olim fuerit, & hodie ab indulgentia plenaria in quo diſcretus. 717. & 718

Iudas.

Statim poſt bucellam cur exierit à cænaculo. 56. Cur Iudas ſignum dederit ad Chriſtum vinculandum. 138. Cur Iudas homo pacis. 203. Cur periit ruptus medius. 267. Iudas primus in Euchar. hæreticus, & quando: ac qua de cauſa ſolus traditor qui traditor in illam. 478. Diabolus cur Iudas. 479. In deliciis paradiſi vt Angeli educatus. 482. Quid in cæna communicando de Sacro pane egerit. 414. Vt errauerit in pace danda. 900. Iudæ peior deſperatio, quàm filij Dei traditio. 735. Iudæus & Serpens videantur.

Iudæi.

Chriſto circuncincti, ipſorum tamen culpa nil minus Chriſto vident. 6. Ante Chriſtum fidei Chriſti vt fuerint obſtricti. 7. Cur terrenæ promiſſiones non aliæ eiſdem factæ. 8. & 9 Captiuitates quid eis fuerint. 33. Iudęi onere ſuo proprio librorum nobis portitores. 51. Iudęus qoidam in Euchariſtiam Pariſiis impiiſſimus. 118. Iudæorum qui peiores. 219. Iudæorom in Chriſtum mortuum non mortua fraus & odium. ibid. Iudæis ex ſepulchro vt Chriſtus plos contectos, & Chriſtianis plus detectus. 221. Iudæus Philo commendatus. 238. 277. Iudæi in Euchariſtiam & imagines primi hoſtes. 476. Serpentes cur Iudæi. 479. Iudæorum cum Dei Filio certamen quàm diſſimile. 506. Cur manoæ & Euchariſtiæ præ omnibus infenſi. 506. Eorum ſtatus io Portugallu. 506

Cur canes cunctos dixerint, & hodie à cunctis dicti. 506. Quam pertam nunc permodeant. 507. Cerberus ipſi in Euchariſtiam. 507. In illam quàm amentes. 508 Duri & duro pane digni. ibid. Pro faſtidio verbi *Quomodo* ipſorum res egregia. 508. A quo tempore contra Chriſtum inuidia exagitati. 509. Inoidia eorum quanta. 510. Iudęi cur in prætorium Pilati non ingreſſi. 511. & 967. In Chriſtum & Paulom canes. 511. Illorum rabies in Euchariſtiam. 512. An iouicem ſe ament. 502. In filios baptizatos ſæuitia ipſorum mira. ibid. In ſuos ciues atque reges. 513. In Chriſtianos quæ fallaciæ, cum caſu ſatis raro. ibid. In Deum quæ contumeliæ. 514. Vt canes rabidi curſitantes. ibid. Iudæi pueriſi baptizati ſucceſſus ſtupendus. ibid. Ex filiis Dei nunc canes, & canes Filij Dei. 515

Cur menſtruum patiantur & ipſis ſit faſtidium pregnantium ac laborantium infirmitate menſtruali. 516. Ipſi qualium qualitatum, & Baptiſmum cum exceſſu cur quæſierint & oderint. ibid. Iudæi canes ęnei cum qoadam reootabili. 519. Canes iterum atque porci, & iſti cur prohibiti. 525. Iudaico verbo *Quomodo* reſpooſio memoranda. 526. De Iobi veritate res contra Iudæos quædam. 579. Io quali differeotia Hiſpaniæ Iudæi ſint. 581. De ſcriptoribus duobus Iudæis baptizatis ootatu res digniſſima. 581. Præceptis cur grauati. 628. In Chriſtianos quãtum inuidi. 700. Perſimiles Caino. 707. In vagatione non abſimiles, de qua columna eſt orbis. 734. 735. Quam vagi & ſemper ſurdi. 740. Diabolo peiores, & infideliores qua de cauſa. 799. Euchariſtiã Iudæi oderunt cum caſu memorando. 819. Iudæi in Cham expreſſi. 905. Illorum quæ deuotio dum fiunt atque booos ſe fingunt Chriſtianos. 934. Iudaizare vtrumnam ſit ex Iudæis habere aliqua. 967

Iudex, & Iudicium.

Iudicium ſioe iudicio quodcunq; Deo refragatur. a. Iudex Chriſtus pertimendus in ferculo Euchariſtico. 207. Chriſtus ſpõſus in iudicio. 217. In Cruce quale factum. 316. Cor hominẽ Deus primum vocarit ad iudicium. 550. Iudicare, atque iudicium manducare quidnam ſit. ibidem. Iudex primus corruptus donis. ibid. Cur ventus obuius Deo iudici. 551. Miſericordia greſſus iudicum. ibid. Quæ manus ſint iudicibus, & cur iuſtitiæ ſapor aquæ. ibidem. Cur *Iudices* Deus dictus. 552. Iudicium trinum & quale Dei Filius exercuerit. 552

Iu iudiciis quid citatio, & quantùm neceſſaria. ibid. Homo primus à quo accuſatus accuſatore prorſus carens. ibid. Io qua lingua Deus cum illo in iudicando diſceptarit. 553. In Adamum Dei ſeotentia tam iuſta, quàm & pia. ibidem. Vt Miſſa ſit iudicium. 560. & 561. Imago Crucifixi exemplar iudicandi, & iudicium Chriſti in Cruce. ibid. Ignis & manoa cur Euchariſtia. 562. Iudicium ei præmitteodum; nam *honor Regis iudicium diligit.* 564. Cur Angeli non iudices, ſed iuſtitiæ Dei mioiſtri. 568. In iudicij interrogatiooibus vt diuidẽdi criminoſi. 579. In Adamum Dei iudicij ordo, pietas, & iuſtitia. 587. Iudicium vltimum à mundi initio. 700. Deus hominum non iudex, ſed hominum peccata, quæ teſtes ſunt & iudices. 707. Iudicibus vnde gladij poteſtas ſit coata. 885. Io malè communicantes acre iudicium. 971. & 972

Iumenta.

Cur ſic dicta. 602

Iulianus.

Eius mors cum Nazizozeni mirabili ſeoteotia. 831. & 832

Iuriſprudentia.

Commendatur tam ex nomine, quàm ſimul ex illius profeſſoribus ſcientiis reliquis aptiſſimis. 44. 45

Iuſtinianus.

Iuſtiniani vita & mors. 832

Iuſtus & iuſtitia.

Iuſtitia quid in regibus & regnis boni ſit, & ipſa

vt Sol reſplendeat. 99. Iuſtitia ab Euchariſtia in omnibos electis. 118. Sepulchrum Chriſti iuſtus. 213. Iuſtus quare velut triticum ioſeratur in Sepulchrũ. 200. Iuſtitia originelis quid fuerit in homine. 546. Iuſtus ſingulis diebus vt cadat ſeptiee & reſurgat. 565. Mors iuſti à Deo, tantùm, & mortui à manu vitæ. 709. Iuſtorum Deus cuſtodia. 705. Poſt mortem iuſti viui, iniuſti in vita mortui. 708. Pergrendis iuſti laus. 708. Iuſtus ſignatos & quo ſigno. 737. Ioſtorum quales Cruces. 787. Obediens quantùm iuſtus. 883. Mors iuſti, vel abſentia quàm ægra pro viuentibus. 915. Iuſtitia & miſericordie vt debeant exerceri. 926. De ioſtorum tribulatione verbo Diluoium in fine aliquid.

Iuuentus.

Ex Eochariſtia. 67. & 322

L

Labor.

VT flores cum egonibus, & præmia ſint cum prȩliis. 298. Vt flores ſint labores. 310. Gloriam & menſam dant æteroam. ibid. Lætitiam ſecum afferunt. ibid. Laborantiom panis Euchariſtia. 351. & 590. Lebor ſummus nullus labor. 781

Lac.

Lacti quid cum Euchariſtia. 174. Lac ſanguis bis eſt coctus. 349

Lachryma.

Oculorum Sole Dei in lachrymas reſoluimur, & quentùm fructuoſas. 153. Ex terra rigant cȩlum. ibidem. Lachrymæ lachrymis quæ dignæ. 600. Quid plorent cum naſcuotur & pueri, & poellæ. 611

Lactuca.

Agreſtes ad quid lectucæ cum agno manducatæ. 254

Lætifico & Lætitia.

Lætitia ex ſe dilatet, triſtitie verò erctat. 103. Lætificat Euchariſtie. 150. Lætitia cæli & terræ Euchar. Sacramentum. 510. Lætitie quale ſignum in cunctis ſeruis Dei. 737. Lætitia quæ preuorum à Deo cum recedunt. 740

Lapis.

Lapis iactus per foramen rotios terrȩ globi quo loco requieſceret. 179. Ad Eochar. quiſnam oſtium appoſitus ſit lapis. 200. Vt lapis Eucheriſtia, & quare Iudȩis lapis. 201. Lapis Chriſtus, ſed aquarom; lapis in cortice, Iudæis in corde. 518. Vide Iudæus.

Lares.

Qoid fuerint & penates. 445

Latina lingua.

Illius floſcoli vt colligantur. 780. Latinitatis qùi petrôni bis vltimis temporibus. ibid. Septentriooales cut ed linguam Latinam plus idonei. 781. Latina cunctis linguis & melior & oobilior. 936. Videatur lingua.

Latro.

Qoem gratus Latro bonus, & Iodas quam ingratus. 385

Laus.

A ſè & Deo tantùm laudator Euchariſtia. 69. Euchariſt. nullis laodibus laudari bene poteſt. 70. Laudandus vt ſit homo. 146. Vt gloria ſicut fertur in fine decantetor. ibid. Antonomaſticè Eucher. Sacrificium laudis eſt. 395. Eochariſtię laudes planè debentur inceſſabiles. 675. Inoitatio ed eios laudes. 674. Cur laudis Sacrificium. 686. Silentium pro Dei laudibos. 798

Lazarus.

Cur Laxarus nominatim à Chriſto ſit vocatus, & euocetus à ſepulchru. 320

Lectio.

Lectioni quantùm ſit oratio neceſſaria, & lectio aliter periculis qoamplorimis expoſita. 12

Legatus.

Legatorum monus quale. 499

Lex.

Lex natoræ quandiu perſtitit. 13. Leges cioiles lites multæ, & alia multa mala. 18. An debeant emendari. ibid. In legibus ferendis prudentia quæ neceſſe. 41. In legum cur initiis impleri pœnas deceat. 267. Lex æterna qoænam ſit; quę Diuina, quæ homane. 388. Videator verbũ præceptũ. Legiſlator quinam primus, & alij multi celebres. 399. Duodecim tabularum quæ leges nuncupatæ. 399. Gemelli lex ac rex; vt regimen & regnum. ibid. Scientiæ legum leudes. ibid. Legis ethymon & definitio. 400. & 411. Dei lex emore impleta. 406. Lex vitæ quæ dicatur. 407. Lex Chriſti lege Moyſis, antiquior, firmior, melior. 410. Lex innocentiæ citò mortua, & quando pòſt reuixerit. 450. Lex neturæ concubina, ſed vxor Dei veriſſima. ibidem. Lex Scripta & Synegoga dilecta Dei ſponſa, ſed vxor Dei tantùm lex gretiæ. ibidem. A lege dicta lis adagio cum Italico. 473. Lex neturæ quam ſuauis, & eadem quæ Chriſti. 628. Lex vetus cor dicatur Moſayca, non oatoræ. 659. Lex naturæ & lex Moſayca quoto tempore durauerint. 662. Moſayca ab Abraham cœpta. ibidem. Lex naturæ in lege Moyſis commixta, & honorata. 663. Lea Chriſti vt ſuos portet. 766. Legem Chriſtus adimpleuit, & quomodo de naturali hoc debeer ſubintelligi. 954. Lex vetus eur oportebet conſummari, atque conſumi, & lex naturæ renouari. 955. Æterna lex naturæ, & an legem aduerſus illam Deus ipſe poſſit condere. ibid. Lex Chriſti & lex neturæ vt vnum ſint & idem dnmtaxat teſtementum. 951. Lex natoræ continuanda, & lex Moſayca reprobanda oſtenditur & quare. 956. Lex Chriſti & Euangelium cur dictum verbum inſitom. 596. Lex naturæ prædicatur à Ioanne Euangeliſta ac inſuper à Chriſto. 956. Regalis & vniuerſalis natoræ lex vocata. ibid. Vide teſtamentum. Lex Chriſti & lex naturę in quibus rebulis ſcriptę. 957. Primę tabulæ cur fractæ, ſecuodæ non inuentæ. ibid.

Libare.

Libarę quidnam ſit, & huius vocis ethimon. 624

Liber.

Eochariſtia cur ſit liber maledictionibus repletus. 33. Liber mundi qualis primus, & qoiſnam illius auctor. 779

Liberalitas, & artes liberales.

Euchariſtia quàm profuſa ſit Chriſti liberalitas. 181. Liberalitatis qualis apex, & Euchariſtiæ quàm connexue. 179. Videatur Chriſti liberalitas. Quæ artes liberales, & etiem quæ ſeruiles. 464. Virtutes quare propriè ſint artes libereles. ibidem. Euchariſtia liberalitates in numero plurali. 465. Cur manna cælo aperto pluiſſe inueniatur. 466. Liberalitas cælum aperit. ibid. Vide eleemoſinam. De liberalitate Dominorum. 977. & 978

Libido, verbo Luxuria.

Lilium.

Quid liliis cum Euchariſtia. 104. Spei lilia vt animata ſint tritico Euchariſtico. 353

Linea.

An priſcis linea torrida habitabilis ſit viſa. 854

Lingua.

In lingua cur puniti Babelis extructores; & lingua in quot diuiſa ac pœna qualis fuerit. 919. Hæreticorum pœna propria. 920. Qua in lingua, & non vulgari conueniat Sacra fieri. 936. Eccleſiæ in natalitiis cur in vulgari celebrata. 937. Qua orandum, prædicandum, & qua docendum ſit. ibidem.

Linum.

Quantum lini ſit Euchariſtico conueniens. 214

Linteum.

Dominicalia quæ linteola. 547. Euchariſtiæ menſæ linteum à quo fuerit confectum, & vbi conſeruatum. 206

Literalis, litera, & litera.

Literalis tantùm ſenſus idoneus ad res fidei. 13. In illo data Sacramenta. ibidem. Literæ codex non omittendus ob ſpiritus dulcedinem. 282. Literas Hebraicas quis inuenerit. 743. Labores literarij vtcunque commendati. 781. Deſidia literis ſummè nocet ſolertia ſummè fauet. 784

Litigium.

Non litigij ſed concordiæ eſt panis Euchariſticus. 158. Vide concordiam.

Loca.

In omnibus Deus locis, vel etiam imaginariis. 73. Vt adſit corpus Chriſti in multis ſimul locis. ibidem. & 131. Exemplum de hoc mirum. 74. Exemplum aliud. 87. Argumentum pro hoc magnum. 261. Aliud habes. 419. In multis locis corpus Chriſti permaximum miraculum. 310. In multis locis corpus Chriſti. 361. Ex traditione Eliæ ſellæ probatur in Iudæos. 361. Auctoritas de hoc optima. 636. Vt in multis locis Chriſtus ſit vnum Sacramentum. 727. Qua via hæc multa loca Euchariſtiæ demouſtrentur. 826.

Lombardus.

Euchariſticam circa materiam Lombard. ſatis clarus. 31. Lombardi quæ ſententia in ſententiarum frontiſpicio. 402

Loquor.

De hoſtibus vt loquendum. 859

Loth.

Loth caſus mirè expenſus. 902

Lotio.

Lotiones ante Sacra Gentilibus quam ſolitæ. 254.

Lucus.

Luci loci Sacrificij, & quare pòſt inhibiti. 297

Ludouicus.

Ludouici Craſſi fides quàm magna in Euchariſtiam. 168. Ludouicus S. Rex exemplar Regum omnium, cum aliis de hoc Sancto. 568. Ludouicus XIII. Rex Galliæ bis à morbo Euchar. ſoſpitatus, & mors eiuſdem regis. 321. Ludouicus Dux Anguienſis præſtrictim commendatus. ibidem. Ludouicus XIV. per occaſionem memoratus. 322. Ludouicus Pius Euchar. dies vixit quadraginta. ibidem.

Lumen.

Illuminare eſt Euchariſtiæ finalis prorſus cauſa. 56 Abſque lumine cur non bene Euchariſtia conſecretur. ibid. Quid lumen ſit in mundo, & Sol à quo deſcendit. 74. Mirabilis ſententia de luminis deſcenſu. ibid. Lumen ſecum non confundi cum multiplicatur in multis locis, nec extingui cum extinguitur, ſed in aliud lumen occultum tum temporis reſolui, Euchariſtiæ ſummè fauet. 75. Lumen neutiquam videtur, ſed corpus luminoſum. 76. Luminaria cur in nuptiis, & Lucina cur olim in puerperiis inuocata. 93. Vt gloriam, infernúmque Diuinum lumen faciat. 100. Fons luminis Euchariſtia. 116. Et quare ſine lumine nec conſecretur, nec ad infirmos conuenienter deferatur. 352.

Luna.

Cur Luna tantùm luceat, non verò calefaciat. 94

Luſitania, & Luſitani.

Luſitania in caſu vltimo creationis noui regis à Deo quàm protecta, & vnà manuducta. 105. Quo ſtemmate nobilitata in ſuo rege primo, & vt ceceperit Euchariſtia. ibid. Quæ viſio dicto regi à Chriſto facta fuerit, & de Eliſabethæ ibi Reginæ miraculo Euchariſtico. ibid. Ioannis II. Sebaſtiani Emmanuelis & Ioannis IV. quæ mens in Euchariſtiam. 106. Eiuſdem regis Ioannis IV. ſtupendiſſima acclamatio fideliſſimè & breuiſſimè per quatuor paginas depicta; vſque ad pag. 110. Talis caſus in hoc opere de Euchariſtico myſterio narratio quàm conueniens. 111.

Luſitaniæ conſuetudo in pauperes vicinos. 267. In Luſitania quod cænobium S. Mariæ da Batalha. 571. Luſitania primum Regnum inſtructum fide Chriſti. 834. Vlyſſiponis & Cætubalis ethymologiæ, & quæque laudes. 834. Aſtrolabium quando inuentum in regno Luſitano. 842. Quantùm viguerit in ea peritia nauigandi. 854. Quis terram Luſitanam ob cultum in Euchariſtiam deoſculatus ſit ex exteris. 856. Quis Luſitaniam regnum vnicum præponat cunctis regnis. 857. Stemma eiuſdem regni. ibidem. Luſitaniæ contra Caſtellam inſurrectionis quæ principia. 861. Luſitaniæ regni caſus inopinata principia, inopinata media, inopinatus finis. 863. Succeſſus duo Romæ pro Luſitania glorioſi. 863. Miſericordia Chriſti in eam. 865. Luſitaniæ quantum vineæ parabola ſit congrua. 866. Ab amygdalis Luſitaniam quis dixerit vocatam. 933

Luſitanorum regum pietas in templa & cultum Dei. 566. Alfonſi Regis primi Luſitaniæ quæ natiuitas & pietas, cum rebus aliis. 837. Zelatorum fidei nomen vt Luſitaniæ regum ſit. 574. Quam regalis cum caſu miro domus illic Brigantina. ibidem. Vt directus Luſitaniæ ſit hæres conſeruatus. 859. Vnctio Regibus Luſitanis à quo tempore conceſſa. 860. Eduardi Luſitaniæ Infantis caſus penditur. 866. In Luſitaniæ Ioannem IV. quis aſtus ex Caſtella ſupernè diſſipatus. 873. Auctoris quæ intentio in Luſitanis controuerſiis. 858. Videatur Rex, & Portugallum.

Luſitanorũ in reges ſuos ſupremus ſemper amor. 90. & 103. Chriſtiani primi & cur. 834. Nobilitas Luſitana vindicata & commendata de fidelitate verſus reges, & pietate verſus Deum. 572. & 575. Quàm ſecundus Luſitanis Iacobi Sancti dies. 834. Albuquerquius dona ei mittit. 835.

Digitized by Google

De Luſitanis Thomæ Oraculum. 835. Raſaorum ſupra fictas confictáſque ad libitum. ibid. Vt Sacramenta ſint ſtemma nationis Luſitanę, & pretium ſtemmatis ſine pretio. 837. Supra fidem illorum facta. 842. & 843. Labores & amores illorum memorautur. 842. Pro ipſorum palmis pálmæ non ſatis Orientis. 844. & 845. Lutheraniſmus, & Caluiniſmus per Luſitanos depellũtur. 847. Luſitanorum vtnam fidalitas infidelitatam ſæpe pariat. 849. Et de eadem fidelitate. 689. 752. & 753. Luſitani quantùm à Chriſto electi ſint meſſores. 851. Sanctorum nomina terris indunt. 855. In D. Thomam cultus, libeialitas, & pietas. 856. Ex India primum, aurum Euchariſtię Sanctę conſecrant. 846. Alfonſi de Albuquerque, & ſuorum commilitonum capta Goa mirum factum. 862. Luſitani & Caſtellani duo filij Zebedei, & Hiſpania illorum mater accedens ad Dei Filium, & poſtulans pro ipſis. 871

De re nauali & militari præſtrictim commendati. 239. De orbe per luſtrato. 283. De nauigationa zelo Dei incepta & conſummata. 835. Pro fida & ſupra Fidem, ſupra Phenicéámque probatur. 833. 838. 842. & 843. Auctores huius nauigationis Ioannes I. 840. Henricus eius filius. 841. Alfonſus V. 841. Ioannes II. 843. & Rax Emmanuel memorantur. 844. cum Euchariſticis elogiis. Cooperatores Vaſcus da Gamma. 239. & latè. 846. Petrus Aluarez Cabral. 305. & fusè. 848. Ferdinandus Magallanus. 239. & vbertim. 849. Incognitúſque ille, & Phænix vel in hoc, cui nidus attribuitur in Inſula lignorum. 851. Cum non abſimilibus præconiis. Quibus Didaci Batellij nauigatio annumeratur. 835. & Bartholomęi Dieſij cum aliqualibus encomiis. 848

Præter quos concelebrantur de Luſitanis claris meritis, ac inſuper miraculis, Ferdinandus Infans Martyr. & Chriſtophorus à Gamma martyrio decorati. 573. & ille qui à Martyribus deſumens cognomẽtum Confeſſor fuit inclytus. D. F. Bartholomæus à Martyribus Antiſtes Bracharenſis. 734. & 750. Ex militibus Viriatus. 751. Lupus Vaſius de Sampayo. 161: Nec non etiam ſeptem milites ſeu planetæ belli ſeptem æterna fama digni. 785. Et ex Scriptoribus Camoeñs. 41. 102. & 848. Barros. 41. 103. & 363. Couto. 41. & 103. Hector Pinto pag. 3. & 858. Oleaſter. 777. & Rodericus da Cunha. 263. Vltra aliquos viuentes, qui ideo ſubticentur.

Lux, eiuſque creatio.

A Luce lucis definitio, ac ſimul tenebrarum. 19. Lux prima, & Solis ipſa. 53. In partes tres diuiſa. 54. A luce cur Deus cęperit. ibid. Lux prima domus laus. ibid. Solis nomen atque lucis promiſcuè accipiuntur. 54. Vt domus luce egeat. 55. Creandæ lucis cauſa quæ fuerit finalis. ibid. Qui lucem primam dicant fuiſſe ſine corpore. 56. Lux vtrum corporis lucidi ſubſtãtialis forma ſit, vel ſolùm accidentalis. 57. De intentione lucis primæ ſententia demiranda. 58. Cur priùs lucis forma quàm condita materia. ibid. Quo anno, menſa, & die lux fuerit creata. 66. In Oriente lux creata. ibid. Definitio lucis & Euchariſtiæ. 65

Lucis perfectio.

Luci triplex inſtrumentum, quò videatur, neceſſarium. 61. Lux obſcuratur, cum laudatur. 69. Ipſe dũtaxat, & à Deo appoſitè laudatur. ibid. Cunctarũ laudum cauſa. 69. Illius laudes plures; incedere per rectum; colorem rebus dare, & aliæ. 69. Lux quomodo à terreſtribus aſcendat in cæleſtia. 71. Lux domorum ſuper lucem animarum pluris habita. 83. Lux expers patiendi; videatur verbum paſſio. Lux quibus odio, & quare. 921

Lucis operatio.

Lux cæli influxus currus, vehiculum, inſtrumentum. 61. Lux quomodo deſcendat ad hominum intellectum, & atiam ad res carentes intelligendi facultate. 90. Lux quomodo intellactus ſit claritas & obſcuritas. 90. Lux color clarus aſt, & color lux opaca. 91. Lux vitæ cauſa talis, vt ſi minimùm hæc deficeret, deficeret & vita. 93. Lucis calore vita conſtat in conceptu & vitæ curſu. 93. Lux medium quo de cælo ad terras cuncta bona. 94. Lux dilatat, & amplificat. 103

Lux cum Deo & Euchariſtia.

Euchariſtia lux eſt oculis & cunctis Sacramentis. 33. Sacramentorum Sol hoc Sacrum. 51. Quarto loco ſicut Sol Myſterium tale collocatur. 52. Lux prima ad Euchariſtiam ſignandam procreata. 53. In tenebris eur lux & in nocte cur creata Sanctiſſ. Euchar. 55. Lux prima abſque ſubſtantia, vt typus Euchar. 56. Cum luca in cunctis cauſis vt congruat Philoſophicis. 56. Lux corpori coniuncta Euchar. Sacramẽtum. 57. Dei verbo facta lux, & cibus Euchariſticus. 57. Cur lux creata bis, Euchariſtia verò ſemal. 58. Luce & Euchar. nil vtilius ad res Diuinas addiſcendas. 61. Lux vna, eaque triplex, quemadmodum Euchar. 65. Materia, forma, & vnitate lux vna, & Euchar. 65. Lux numerum, & menſuram, ac pondus nullum habet, ſed amplius Euchar. 70. In Deo quid ſit lux, & etiam in creaturis; ac quomodo à cæleſtibus deſcendat in terreſtria. 71. Nil clarius luce, & Deo, ac ferculo Euchariſtico. 75. Cur nullus ſit contrarius tam luci quàm & Deo, at Euchariſtiæ ſint permulti. 75. & 76. Euchariſtia lux eſt permanens, non tranſiens Sacramentum. 76. Euchar. à Deo condita, Eccleſiæ vt ſit lucerna. 78. Lux quomodo Euchar. figura maior ſit. 82. Quàm valde luce Deus excæcet curioſos. 81. Facularum quantùm peius Deus luce videatur, & quales ſint hæ faculę. 82. Ad lucem Dei habendam deuota deprecatio. 83

Lux ſummè Deum refert. 87. Mirabilis da luce quà iungitur cum Deo, aliquorum exiſtimatio. 87. Fons lucis Euchariſtia cum radiis veritatis. 90. Lux calor atque vita ex ferculo Euchar. 93. Lux reficit & non deficit, imò craſcit participata, & perit aliuſmodi, vt ſimul Euchar. 97. Nec lux, nec Euchar. deficiendi ſunt capaces. 98. Euchar. lux in tenebris. 114. Lux viuens, & viuificans. 115. Lux rationalis & animarum. 116. Lux potabilis & manducabilis. ibid. & 119. Voluntate non neceſſitate illuminans mortales. 117. Lux neſciens vllum occaſum, ni homo ab illa cadat. 116. Videatur, Fides; Lumen. Sol. & ignis, atque Rex.

Luxuria.

Abominationes libidinoſæ ab Euchariſtico defectu. 232. Luxuria vt intellectum multorum ſecum trahat & hæreſis ſit mater. 257. Luxuria menti

menti nocet, vt proficit caſtimonia. 492. Cur veneris ſuper Crucem imagn collocata. 493. Luxuriæ quæ tenacitas & praua incarceratio. 536. In queruloa de luxuria ſententia valde iniuria. 546. Hanc premit Euchariſtiæ. 547. Et Euchariſtiæ quàm oppoſita. 589. Luxuria in quibus tebus peccatis cunctis maior. 809. Luxuriæ quinam ſint peccato propiores, coniugati, an viri cælibes. 902. Luxuria turris Babyloniæ. 922

M

Machabæi.

TRium puerorum eum Machabæorum martyrium comparatum. 739. Machabæorum ad roborandos fideles quàm idoneum. ibidem. Machabæi quando finiti. 620

Mænia.

Ciuitatibus cur Mænia. 916

Magdalena.

Capillis propriis cur Chriſti pedes terſerit, & Chriſtus linteo ſuorum pedes. 199. Mag. vas odore Diuino fragrantiſſimum. 214. A ſepulchro cur non receſſit. 273. Miſericordiæ Dei ſpeculum. 599. Magdalenæ quæ coofeſſio ad pedes Chriſti facta. 715. Cum amoris Dei ſagittis cæleſtis arcus ipſa. 900

Magnificentia.

Magnificentia & opus Dei cur vnicum Euchar. 794.

Mahometus.

In Alcorano vt laudet Euchariſtiam. 115

Mali, & mala.

Innumerabilia mundi mala, vt pauca, leuia, & iuſtè inflicta ſint putanda. 298. Mali ad mala promptiores cur bonis ſint ad bona. 758

Maledictio.

Maledictionas elementorum à Sacramentis ablagatæ. 590

Manna.

Saporis manna cuncti Enchar. Sacrament. 37. Manna ſimile cur vnguibus. 271. Manna homines docebat, vt cibus & præceptor. 323. & 496. Cur manna ſimul patens, abſconditúmqua fuerit. 330. Inter manna & Euchar. quàm multæ differentiæ. 345. Cur omnis eſca dictum, & omnes ſapores ſuperauerit. 359. Cur de eo datum fuerit præceptum affirmatiuum, & homines in eo extiterint tentati. 439. Vt manna deſeruierit cunctorum voluntatibus. 471. Cur indurtuerit ad ignẽ, & liquefieret ad Solem. 515. Vt manna & Euchariſtia ad inuicem ſe præferant. 660. Manna amoris Dei diluuium, ſed Euchariſtia longè maius. 829. Videatur dies Dominica.

Manducare.

Manducatum vt nos manducet Euchar. Sacramentum. 274. Vt manducatio & exhilaratio ſit Chriſti ſalus noſtra. ibidem.

Manſuetudo.

Manſuetudini quæ vires. 753

Mare.

Philoſophus qui maris refluxus non intelligens, in ipſum ſe proiecerit. 2. Super maria elegantiſſimè deſcriptum Miſſæ Sacrum. 845. Halcionum cur nidi ſecuri in maris ripa. ibid. Oleum placat maris vndas. ibidem.

Maria, & eius nomen.

Mariæ quale ethymon. 205. Mariæ dulce nomen. 611. Maria maria gratiarum. 612. Vbi multa da nomina Aue. A Maria Ieſu nomen. 736

Conceptio immaculata.

Faſtiuè comprobatur. 44. Maria an Deum viderit concepta recentiſſimè. 115. Maria mater Adæ & Euæ pluſquam econtrà, quod conceptioni illius fauet. 125. Aſtruitur Conceptio ab omni procul labe. 191. An vſus rationis ibidem compos facta. 208. Ab originali præſeruatur. ibid. Vt ab Angelis cuſtodiatur in conceptione immaculata. 210. A mundi initio eius conceptio probatur, abſque macula. 229. Et quomodo homine peccante Eccleſiam ſuſtentarit. ibid. Maria vbi concepta, in cælo vt viſa fuerit. 313. A maledictione ſerpentina Conceptio illius viſa. 588. Innocentia quæ originalis in Chriſto, & in Maria. 598. Conceptio ab Annuntiationis eloquiis confirmata. 614. Conceptio eius & Euchariſtia perſimiles in multis. 618. Conceptio pura promittur. 946. Et in figura Sareptanæ. 968

Natiuitas Mariæ; Pulchritudo; & Paradiſi, ac Vitæ arboris epitheta.

Comparatur quoad natiuitatem non incongruè cum aurora. 622. Faciúntque pro ipſo feſto, tum Mariæ pulchritudo quæ incipit ſplendeſcere à primo vitæ ortu, tum ſimilitudines paradiſi, cum ille tunc plantatus, ſeu viſus, in quo hominem Deus poſuit Redemptorem. De pulchritudine eius duplici. 312. Cur pulchritudina naturaliter donarit caſtitatem. ibid. & ſupra 210. Vt Mariæ pulchritudinem eaquirat omne cælum. 313. De paradiſo cum Maria. 210. & 311. Ibidem eſt flos Sanctorum. Lignum vitæ. 316. & 450. & 618. Paradiſus paradiſi terreni reſtauratrix, ac inſimul cæleſtis. ibidem. Vitæ arbor & quæ in Leuit. pulcherrima vocatur. 339. Exquiritur vnde arbor vitalis ſit Maria, & fructus quot producat. 340. Da eius fructu, verbo maternitas. De paradiſo clauſo. verbo Virginitas.

Annuntiatio, gratia, & partus.

Mariæ cur non lux, ſed vmbra promittatur. 10. Quanto tempora cum Virgine ſit Angelus loquutus. 68. Maria Chriſtum geſtans claritate radiabat. 73. Horologij qualis linea, ad quam tunc Sol deſcendit. 89. Maria primùm Chriſti eo temporis ſepulchrum cum aliis de re hac. 204. Eius virtutes verbo in illo; *Quomodo fiet iſtud.* 208. Sub aduentum Angeli quid faciebat. ibidem. Ea Mariæ cordis ſanguine formatum Chriſti corpus, cum aliis de re ipſa. 248. In Virginis paradiſo vt homo ſit locatus. 376. Humilitate cæli Regina, & Domini ſit Mater. 400. Vt Eua ænigma fuerit Mariæ in eius *Aue.* 592. In illo *Aue*, quot Dei dona. 611. De verbo *Aue*, & oppoſitione ad Euam multa illic per totam Enar. Da gratia illius latè. 613. & 614. Vt ambulauerit cum Deo per gratiæ ſummæ & iugis gratiſſimos ei greſſus. 758. In dia Incarnationis Melchiſedechi Sacrificium. 939. Natum Filium cur non tangat, & illum quis in ſinum Virginalem ſubleuarit. 207. Ad panem & Chriſti corpus conficiendum quæ farina. 968.

Virginitas, & Maternitas.

An votum virginitatis emiſerit in ventre. 207. Virginitatis quàm eximium propoſitum cum dixit; *Quomodo fiet iſtud.* 208. Maria plena tritico, ſed liliis circunſepta. ibidem. & 618. Ob

virginitatem & maternitatem creatura noua. 209. Virginitas Mariæ Rabbinis non ignota. 227. Paradiſi tanquam fons Dei Mater virgo parit. 310. Et tanquam ſuum odorem odora quæque mittont. 311. Hortus concluſus, fons ſignatus. 376. Cur Virgo deſponſata futura ſemper virgo. 444. Virgo, & mater, vitrum & aurum in lib. Apoc. 617. Pro illius virginitate egregia argomentatio. 693. Virginitas & maternitas illius illuſtrantur. 744. Virginitas Mariæ in arca figurata. 813. Lux prima, & Solis Mater. 62. Virgo mater Deo congrua. 208. Pro virginis vberibus egregia. P. P. loca. 248. Quàm mirum vt creatura ſit mater Creatoris. 312. Mariæ fructus ventris quàm variè benedictus, & altus, ac ſublimis. 314. Mariæ fructua noſter quot modis dignoſcatur. ibid. Fidelium quater mater. 612. Filium ſola ſuum lactat. 615. Communicans bene, Chriſti mater. 615. & 618. Eius fructus quàm proficuus. 619

A Chriſto abſens, & iuxta Crucem.

Viuens & mortua iuxta Crucem. 205. Mariæ quanta pietas & robur prope Crucem. 210. Vt animauerit cor Filij. 248. Ibidem mortis arbor. 328. Pictura illius ibi. 615. Mater omnium iuxta Crucem, & Chriſtus omnium primogenitus. 639. Inibi facta vitæ arbor. 746. Maria quantùm filij abſentia cruciata. 183. A Virgine qua pœna aliquando Chriſtus abſens. 191

Aſſumptio, & interceſsio; Mariaque deuotio.

De Mariæ reſurrectione, & Aſſumptione res notabilia. 805. Maria vi amoris, & Euchariſtia vt mortua fuerit. 804. In cælo thronos gratiæ & Solium Dei clementiæ. 736. Vt timeat pro hominibus vel etiam in cęlo regnans. 757. Ad hoc fuiſſe aſſumptam, vt intercederet pro hominibus, in ſecreta Orat. illius Miſſæ dicitur. Quo ſuppoſito illinc eſt illuſtrationum mater omnium. 62. Sol mundi ſine qua in eo cuncta tenebræ. 63. Ibidem ſignum Virginis, à quo quæcunque bona. 94. Maria vitæ hominis ſpiraculum vitale. 122. Thronus Dei vnde reſpicimur ab oculis Diuinis. 125. Cur in literariis actionibus, & præcipuè in concionibus quæratur eius venia. 147. Stillicidium gratiarum, ingratiſque vt gratior. 205. Odoris cuncti manna. 206. Vt cuſtodia Chriſti & noſtri ab originali cuſtodita. 210. Pacis noſtræ cauſa triplex, & coram Deo potentiſſima. 211. Quàm ſublimia & quàm flexibilis. 314. Vt fide mundus ſaluus in Virgine Sanctiſſima. 417. Aquæ ductus Dei donorum. 463. Spes publica Maria. 618. Maria Noë Columba, pacifera ſuapte. 880. & 881. Ab hominis creatione Deiparæ deuotio. 144. De illa quantum nobis ſit ſemper cogitandum. 619

Excellentia, auxilium, & varia.

Maria rerum omnium perfectio, & complementum. 147. Cur melior fieri non poſſet. 147. Finis omnium, & vt Dei fines Maria terminauerit, ac alios ipſi addiderit. ibid. Regina cur Deipara Angelorum ſit, & hominum. 183. Maria triplex centrum. 191. Petra & cunctis pretioſior. 207. Vt naturaliter ſuo aſpectu donarit caſtimoniam. 210. Mariæ quantus odor. 356. A genere vt abſtracta, & vt Virgo ſine mediis attigerit extrema. 411. Vt caput ſerpentium Deipara contriuerit. 474. Roſa vtilis canum morſibus. 507. In valle Ioſaphat Maria cur ſepulta. 531. Maria mundi requies. 567. Vt virga Dei hac Virgine hominibus flectatur. 567. Fortitudo illius quanta. 613. Ibidem, qualis roſa. Eius miſericordia Chriſto profuit. 615. Ab eius vberibus Crux dulcis. ibidem. Vel voce terret dæmones. 795. Maria Noë arca. 814

Cum Euchariſtia, & Sacramentis.

Maria quibus de cauſis ſit altera, Euchariſtia. 62. Ex Maria, vt Euchariſtia terribilis reddatur. 160. Quot modis Chriſtum ſumpſerit. 191. Elaborauit mappam menſæ vbi condita Euchariſtia, & vbi hæc aſſeruetur. 206. In domo cur Mariæ, & qualiſnã Mariæ ſit condita Euchar. 206. Eidem quanta humilitas ad Chriſtum excipiendum. ibid. Cur filia Sion dicta. 207. Ex Maria quonammodo pręciſa Sacramenta. 247. Mariæ vbi reliquiæ in mundo inueniantur. ibid. Maria ex ſe vt menſam pararit Euchariſticam. 251. Vt ipſammet inſtruxerit. 257. Lac & clibanus eiuſdem panis. 257. Mariam quis accipere meditabatur in Euchariſtia. 263. Baptiſmum & Euchariſtiam dũtaxat cur ſuſceperit. 411. Partus Virginis vt confirmet Euchar. Sacramentum. 417. In verbo *Quomodo* Iudæis obuia. 507. Cibi & vitæ reparatrix. 614. Sacerdos, menſa, altare. 615. 616. Potabilem & eſibilem Dei Filium nobis reddidit. ibid. Cælum à quo manna deſcendit. ibidem. In nuptiis petit Euchariſtiam. ibid. Quid fecerit in Cænaculo, & cæna Chriſti vltima. ibid. Euchar. panem præparat, & illam prima adorat. 617. Inſtituitur ob eam, & communicat quotidie. 617. Ad communicandum bene vtilis. ibidem. Euchariſtiæ prima cuſtodia; & Euchar. Virginis Myſterium. ibidem. Mater vermis & cæli mannæ. 744. Maria vt non ſit capax Euchar. Sacramenti. 566

Maria Egniacenſis.

Reſplendet Euchariſtia. 73

Marſilius.

Commendatus. 23. & 54

Martyres & Martyrium.

Martyribus Euchariſtia firmiſſima armatura. 152. Vt Sacramenta cur Martyria, non vt Sacrificia Deus accipiat. 590. Cur mors Chriſti Sacrificium, at Martyrum non ita. 635. Cur Martyrea tantummodo in Canone ſint Miſſæ, & quid acciderit cùm aliqui contrarium pertentarunt. 691. Quis ordo in horum locis. 692. Altaria cur antiquitus in Martyrum ſepulchris. ibid. Martyrium ſine miraculis miraculoſum reputandum. 739. Patientia maior Martyrio & omnibus miraculis. 739. Copia Martyrũ quàm magna, & teſtimonij qualis prædita. 930. & 931. Martyres inclitì patientia. 935

Materia.

Euchariſticæ materiæ munditiès, & nobilitas. 689

Mater.

Quæ matres filiis lamiæ. 453. Euchariſtia mater noſtra. 454

Matrimonium.

Matrimonium ab Euchariſtia vnitatem ſuam accipit, quam illi reddit poſtea. 157. Vnitas illa Matrimonij *Erunt duo in carne* vna diffusè elucidatur pro Euchar. Sacramen. 157. In Matrimonio quæ diſcordiæ, & in Euchar. quæ concordia. 158. & 159. Matrimonij definitio Euchariſtiæ collimata. 159. Matrimoniũ quartus murus Eccleſiæ fortalitij. 262. Catechumenis

menis an licitum Matrimooij Sacramentum. 425. Matrimon. mundi primum Euchariſtici figura. 445. Quàm magnum Sacramentum, & eius definitio. ibidem. Cur Matrimonium violari dicatur, vt res ſacræ. 446. Io Eccleſia ſola datur, & quomodo à Deo conditum; quod optimè explicatur. ibidem. & 447. Ad quid datum in Innocentia, in culpa, & lege gratiæ. 447 Signum ſacrum & ſignum magnum Dei Filij cum Eccleſia. ibid. Vt Chriſtianum non ſolubile, & quales gratias in Matrimonio recipiant vaorati. 447. & 448

Matrimonium anne Adamus conſpecta vxore oderit. 448. Molle & forte naturaliter. Et repudium cur conceſſum. ibidem. In Matrim. quis Sacramentum impertiar coniugaris. 671. Mulieres vt concurrant in conferendo hoc Sacramento. 683. Euchariſtia Matrimonium quàm ſolum ſit, & verum. 449. Cur vna tantùm mulier, & vnum lignum vitæ Adamo ſint donata. 449. Cur lignum manſit homini, non verò lignum vitæ. ibid. Matrimonium Dei in virgines corruptas reddit animas. 450. Quando ratum & conſummatum Euchar. Matrimon. 451

Tres partes Matrimonij vt ſint Euchar. 451. Cur præceptum de omni ligno, & non præceptum de omni fœmina Adamo datum fuerit. ibidem. Fides, proles, Sacramentum in vtroque Matrimon. 453. Captiuitatis quæ ſpecies, & cur à matribus non à patribus vocetur matrimonium. ibid. Eius nomen ad Euchariſtiam. 454. In Matrimonio quæ diſcordiæ. 455. Quale Chriſti cum Eccleſia, & vt Patrem ac Matrem ſuam reliquerit pro ea. 457. Euchar. matrim. qua forma iuris factum. ibid. Iſaac figura Chriſti, in iugo monogamiæ. ibidem. Ad Eccleſiæ primam portam Matrimon. celebratum. 459. In Sacramentum cum ſubleuatum. ibid. Vt contrahentes ſibi inuicem hoc conferant Sacrament. 460. Euchar. & Matrimonium permanentia Sacrament. 460. Cur nuptiis datus annulus. 460. & 461. Quæ copula cum Deo in Euchar. Matrimon. ac ſimul quæ delitiæ. 461. Immunditia per munditiam vt caſtigetur Matrimonij. 851

Mathuſalem.

Quando ſublatus, & quomodo ploratus. 853

Mediator Medium.

Mediator ſolus Chriſtus, & Mediatoris quæ ſubſtantia. 245. Tenendum in rebus medium. 334. In medio virtus, & præconia. 404. Viri medij feliciores, & meliores in rep. 448

Medicina & Medicus.

Medicina pro temporibus, vt proſit, atque noceat. 541. Chriſtus medicus ſibi ægra & ægritudines reſeruauit, omnis dulcia & ſanitatem. 280. Medicis proficit Euchariſtia, nedum morbo laborantibus 322. Medicinæ quid cum Chriſto. 581. De Chriſto noſtro medico. 979. Quid cibus, quid medicina. ibid. Medina ante Euchar. 981. poſt illam ab illa fluens, & cur multi non ſanati. 982

Meditatio.

Mentis ditatio, & alia illius commoda. 24

Mel.

Dulcedinis mel ſumitas. 358. Quare ſummè inhibitum in priſcis Sacrificiis. 685. Dulcedo mellis quanta. 798

Melchiſedech.

Melchiſedech vt Chriſtianus fidelis Euchariſtiæ. 519. In quonam Chriſti vmbra. 634. Illius Sacrificij vel vigentibus cruentis honoratio & perduratio. 682. Melchiſedech cur nec initium nec finem vitæ habens. 685. Eius Sacerdotium cur æternum. ibid. In honorem Melchiſedech Abimelech qui Reges dicti. 686. Vbi Chriſtus Melchiſedech extiterit Sacerdos. 731. Melchiſedech Abraham ſenior. 939. Corona natutæ legis, quo ideo coronatur hic tomus Euchariſtus. ibid. Dei Filij qualis vmbra, & in die Incarnationis illius Sacrificium. ibid. An ipſe fuerit Semus, & qua de cauſa vel Spiritus ſanctus, vel Angelus putatus. 916. 940. & 941. Cur ſine patre & ſine matre ſine ortu & ſine obitu. ibid. 950. & 951. Chananæus, & tantus Sanctus, maledicta cur ex prole. 942. 943. Eadem vrbe qua & Chriſtus Sacrificium ſuum obtulit. ibid. Regum exemplar, & magiſter. 947.

Probatur eius Sacrificium. ibid. & 498. An rure vel intra vrbem oblatum id Sacrificium. 948. Illius ſanctitas & templum. ibidem. Pacifica cur hoſtia Sacrificium ipſius fuerit. 949. Ex Melchiſedech pro Euchar. firmiſſima probatio. 449. Secundum ordinem Melchiſedech Sacerdos vbi Chriſtus. 949. Vt ſine patre & ſine matre ipſius Sacrificium. 950. Iuſtitiæ & pacis Rex Sacerdos eſſe deber. ibid. Iſaacum Melchiſedech ad Pontificatum ſummum erigit. 950 & 954. Circa illius Sacrificium teſtantur omnes PP. 951. Aaronico quàm antiquius, ab eóque diſtinctum. ibid. Eius Sacerdotij quæ æternitas, & vbi nam iurata. 952. Quid ordo ex ſe ſignificet, & cur ordo Melchiſedech oportuerit renouari. 954. Eius Sacrificium Chriſtiani vmbra. 959. Videantur panis & vinum. Elogium laudum Melchiſed. 973. Eius corona vt panis fuerit. 975

Memoria, & memoriale.

Memoria quid dicatur. 127. Memoria noſtri, & Chriſti obliuio, Euchariſtiç Sacramentum. 140 Memoria cur vocetur Euchariſtiæ Sacrificium. 577. Memoriale quidnam fuerit in priſcis Sacrificiis. 687. Euchariſtica memoria perpetua comprobatur. 726. 787

Mendacium.

A quo inuentum. 481. Teſtibus nullum prorſus carens. 574

Menſa.

Cur Chriſtus plus in menſa, quàm alibi remanſerit. 148. Francorum quæ in menſis opipara lautities. 149. Menſam quare Salomonis Regina demirata. 156. Micam cadere ex Euchariſtica cauendum ſummè menſa. 160. Deſcenſu Chriſti ad menſam ad cælum nos conſcendimus. 187. Vt menſa locus Chriſto ad culpas dimittendas. ibidem. Ad menſam Chriſti & dæmonis inuitatio quàm diſſimilis. 554. Vt menſa Dei inſurgat in malos manducantes. 561. Iuſtiniani menſa celebris Euchariſtiæ accommodata. 827. De menſa Solis verbo Sol. De menſa Holocauſtorum, verbo Holocauſtum. Cur debiles & claudi vocati ad Chriſti menſam. 979

Menſis.

Cur menſes ſint duodecim per lunam computati. 360.

Digitized by Google

Mercurius.

Ex quouis ligno vt fiat, & non fiat. 26. Cur in aſtris Soli proximior. 89

Meridies.

Meridia quonam Chriſtus & cubet, & nos paſcat, 79. Meridies vnde dictus. 80. Meridies Ioſeph qualis in typum Ieſu Chriſti. 80. In meridie Chriſtus vmbras quamualde aliminauerit. 80. Meridies Chriſti amoris. 178

Meritum.

Euchariſtiæ quale meritum, nonc & quando fuit condita. 642. Meritorium & ſatisfactorium vt cænæ Sacrificium. 644. Videatur Miſſa, & Valor.

Metaphora.

Meraphoræ & figuræ cur quadrent ſcripturæ. 10. In metaphoris quæ ragula, Deum & homines concernens. 126

Mica.

Videatur menſa. Et de quatuor micis Euchar. à 161.

Michaël.

Quare, *Quis vt Deus?* 496

Milites & militia.

Militaris cuſtodia, vide cuſtodia. Militari cur nam tempore comeſtus agnus typicus. 217. Militiæ quanam via reſpondeat Sacramenta. 236. Militiæ qua induſtria peritia comparetur. 849. Erga milites Iulius Cæſar affabilis quam valde. 919.

Miniſtri.

Regum quales oporteat eſſe omnes. 926. Cur Angeli Dei Miniſtri. 568

Mirabilis & miracula.

Mirabilis cur Petrus & Euchariſtia nuncupentur. 324. Miracula naturalibus vt rebus adimpleta. 108. Miracula quamplurima perpetua & Euchariſtica. 119. Vt miraculoſa & naturalis res ipſa dari puſſit. 303. Miracula vt naturam expoſcant ſibi aptam. 312. Miraculum noptiarum vt maius Euchariſtico. 460. Euchariſtiæ mirabilia mirabiliter probata. 497. Quod miraculum Euchariſtia. 672. Cur in miraculis Deus rabus vtarur naturalibus. 876. Miracula atque ſanctos fatatur in Eccleſia vel lingua Lutherana; & vt Euchar. ſine miraculis conſiſtere non valeat. 935. Euchariſtiæ cuncta fauent. ibid. Eccleſia iſtis fundata, vel maximum miraculum fundari abſqua miraculis. 936. Contemnentibus miracula vt debeat reſponderi, & ab hæreticis cur nec ficta miracula nunc facta. ibidem.

Nunc miracula ſpeciatim, & primum Pariſinum, cum hiſtoria valda mirabili. 118. Miracul. da Euchariſtia aliquibus Iudæis in luce demonſtrata. 120. Mirac. non communicantis mulieris in equam verſæ. 143. Mir. de Euchar. indignis vitam tollens, & dignis vitam conferens. 167. De corde Bonauenturæ Euchariſtia penetrato. 185. Et ſimile de corde militis. 195. De abſoluto à duris vinculis tempore ſolùm ſacrificij. 186. De moniali deſiderante Euchar. Sacramentum, vt ceruus deſiderat fontes aquarum. 195. Miracula quinque panum, & vini in aquam quando facta. 103. Mir. agri ſanguinis. 216. De Euchariſtia ſub tarra condita. 221. Da muliere defuncta Euchariſtiam veneranta. 221. De Studia multis diebus illa ſola ſuſtentato. 258 Da Miniſtro Caluiniſta obmuteſcente propter muliarem quæ communicauerat ipſo die. 258. De iuuene infirmante, quia infirmitatem ſui Parochi iniuſtè declinauerat. 281. Mir. Angalæ de Fulgino diu viuentis Euchariſtia. 338. Multorum non abſimilium. 375. Mir. Euchar. in lapidem conuerſæ, ingratæ & duræ fœminæ. 397. Mir. ad obedientiam & præcepta confirmanda. 416. Mir. pro fide Euchariſtiæ roboranda. 442

De Euchariſtia fundente ſanguinem. 472. Mir. circa Euchar. Antonij Luſitani. 477. De Euchar. mutata in colubrum. 502. De ſarpentibus ob Pauli merita. ibid. De Euchar. proiecta canibus. 528. De calice efficaci aduerſus canes rabidos. ibid. Commouicantis ex manu Angeli. 610. In odium conſeruantes. 701. Multa B. Nicolai Factoris deuotione in Euchar. 722. Mir. de Euchar. in baculo paſtoris. 750. De oua & porcis, eam adorantibus. 756. De quodam miro raptu. 774. Ad vitam dilatandam. 787. & 804. Da religioſo ſemper rapto, poſt ſumptum panem ſacrum. 821. De S. Ida ad eam auiculas trahente ſola voce. 821. Mir. de paſtoribus per iocum conſecrantibus. 937. De Wilhelmo Comite & Duce per Euchar. reuocato. 958. Mir. contra hæreticos deambulantes ſuper aquas. 972.

Miſſa.

Miſſæ Sacrum & prædicatio quam ſibi ſint ſimilia. 40. Pro Miſſæ Sacrificio audiendo caſus mirus. 106. Miſſa liberat à pœnis, tum animi, tum corporis. 186. Cur Sacrificium ſemper publicum ſit Miſſa plus priuata. 392. In Miſ. vt priuilegium cur extollamus Chriſti corpus. 441. Vt Miſſa ſit iudicium. 561. In Miſ. quæ Myſteria præfulgeant ex Adamo. 601. Cur Sanctorum Miſſæ dicantur, & horum in ca nomina. 622. An Miſſæ, vel officio teneamur cum Annuntiatio in Paraſceues diem incidit. 623. Miſſa verum Sacrificium, & cur imago Crucis dicta. 636

In mundo cur nunc vnicum, & Sacrificium multinome. 638. Probatur eius præceptum, & in Eccleſia frequentatur. 640. 641. Hoſtia in altum cur eleuetur cum deprecatione deuotiſſima. ibid. Sacrificium in quibus Miſſæ ab aliis diſcernatur, vel Crucis, vel Cænaculi. 644. Miſſæ athymon. 667. *Ite Miſſa eſt*, quæ vox. 668. Miſſa nundinæ, & mercimonium, ac quando conſummata. ibidem.

In Miſſa vt valor detur ex opere operato. 709. In illa duo Sacerdores & quinam principalior. 710. 712. A quo iſtorum fiat valor ex opere operato, vel ex opere operantis. 710. Cur iſte valor propitiatorius, & impetratorius ſit ex ſa, non ſatisfactorius, vel expiatorius. 710. Bona impertit temporalia, & pœnas delet, & quo ex opere. 710. Da bonis ſpiritualibus, & venialibus quid ſit culpis. 711. Vt Miſſæ valor infinitus, & Crucis ſit finitus vtque in Cruce tot mirabilia, & tam pauca in Miſſæ Sacro. 711. & 712. Sacerdos illic Chriſto maior, & vt creſcat, vel decreſcat ex illo Miſſæ valor. ibid. In eo à quo ſint Chriſti elicitæ actiones. ibid. Vt Miſſæ valor infinitus, & Deus illum limitauerit. 713. Extentiuè quot ſit vtilis. 719. An fuerit Trajano. 720. Ad Miſſæ emolumentum ex opere operato quæ quatuor requirantur. 720. An vna multis proſit, & ſtipendia poſſint plura

pro

pro vna tantùm accipi. 721. Quantùm opus operantis excedat operatum. ibidem. Et cur Sacerdotis maius meritum quàm Chriſti ſit in Miſſa, cum pluribus miraculis. 722. Qui mereantur plus in Miſſa. 723. Vt proficiat, & non officiat vtcunque Crucis ſacro. 725. In Miſſa quæ redemptio & ſanguinis effuſio. 725. & 728. Sub Anti-Chriſto vt ſit tollenda. 729. Toleti quænam Miſſa vocata *Muſarabe.* 776

Modus.

Modu quali præſens Chriſtus in Euchar. Sacrament. 74. In rebus quiſnam modus oporteat adhiberi. 306. Modi omnes, quibus mortuus conſecrare Chriſtus poſſet. 394

Mola ſalſa.

Quid in victimis. 686

Moniales.

Quid eis ſit ad Euchar. Sacrament. 541. Monialis maritata, & vxor ocida in quo perſimiles. 597

Mons.

Qualis Euchariſtia. 877. Cur Dominus in monte promittat & exhibeat Euchar. Sacramentum. 878.

Mors.

Euchariſtia cur mors equitans. 33. Mors poſt Paſcha cur frequentior. 33. Mortuorum quorum tumuli ſint potius horti florum. 70. Vt mortui manducarint Eochar. Sacrament. & an cum mortuis ſepultum olim. 186. In Euchar. Chriſti corpus vt viuum ſit & mortuum. 198. Mortes quot in Euchar. ob carnis deſideria. 213. Quotidianæ morti cibus quotidianus aduerſatur. 216. Mors niſi à vita venit, & vt veniat ab Euchar. 328. Vt mortuis vitam det Euchar. Sacramēt. & olim data mortuis. 369. Quotidianà mortis pœna in homine, & in aſtris. 387. Cur mortis, non inferni Adamo pœna impoſita & quantùm ſit terribilis. 406. Mortuis quoodam data Euchar. & in mortuorum phantaſmata vtilis. 412. Mors iuſtis, quàm extranea. 416. Mortis ſententia in Eochariſtia. 562. Mors pœnæ terminatio putanda, pluſquam pœna. 591. Quam ferax ſit virtutibus, & Euchariſtiæ, ac fidei ſeruiens. ibid. Mors veræ vitæ ortus. ibid. Ab Euchar. multæ mortes. 704. Mors perit Euchariſtia. 809. Mortis memoria vitæ ſalus. ibidem. Mors arcæ Noë clauus & vitæ directorium. 823. Exequiæ ſeptem & nouem diebus perſolutæ. ibidem.

Moyſes.

Primus Dei ſcriptor, & Ægyptiorum quanam ſcientia extiterit inſtructus. 5. & 6. Magis ipſe Chriſtianorum, quàm Iudæorum dux, & caput. 8. Ariſtotelea an de Moyſe vulgarit quod profertur; *Bene loquutus eſt ruſticus, ſi probaſſet.* 16. Cur manus Moyſi graues, & his leuatis vicerit. 21. Imago quædam Moyſis taxata, & explicata. 51. Cur Moyſes verba perdidit, poſt locutionem eum Dei verbo. 487. Moyſes quatenus Iudæus rebellis Euchariſtiæ. 519. Cur Moyſes non prophetans Propheta nuncupetur. 779. Moyſes expoſitus ſeruatus, & ſeruatus tunc expoſitus. 840

Mulier.

Ædificata cur dicatur. 134. & 540. Cur creata in paradiſo. ibid. Vt molles mulieribus reddantur vxorati, quod reparatur Euchar. ibidem. Muliebris vagationis mirabilis probatio, & vt teneantur domus eſſe. 134. & 135. Mulieris quæ tyrannis in multos viros ſanctos. 257. Mulieres vt lunæ in laudibus & fraudibus. 295. Ad Euchariſtiam compellantur. 323. Quàm guloſæ, & ipſa gula. 409. Secreta illis vt vulganda. 443 Adiutorium in quibus viro 444. De nomine virago. 445. A dæmone prior cur tentata. 481. Mendacium duplicauit. ibidem. Malitia illius quanta. ibid. Inuidia contra Deum. 482. Amore ſæua & odio; curioſa, elata, auara, cum rebus viſu dignis. ibid. De mulierum prudentia notabile prouerbium. 494. Serpenti ſimilis, & loquens. ibid. & 495. 496. Huius locutionis quanta mala. 498. 499

Mulier faciens canes rabidos, & ſerpentibus quàm peior. 529. & 530. Cur mulier terram comedat. ibidem. Cur mulier & non ſerpens tentatit primum hominem. ibid. Crucifigit virum ſuum, cui eſt contradictorium. 531. Baſiliſcus viſa, & videns. 533. Cur fucatæ templis ſimiles. ibid. Vt peccent ſe ornantes. 535. An compta digna ſit accedere ad Euchar. 537. Cantantes quondam in Miſſa, & quare is mos ſublatus. 538. Cunctis peior, & ſola peſſima. 539

Euchariſtiam cur in manibus nunquam mulieres acceperint; nec Miſſæ miniſtrarint, vel etiam moniales, & cur in ſeptis monialium, olim Miſſa, hodie verò non permittatur Euchariſtia. 542. A viris cur antiquitus communicarint ſeparatæ & ſeparatim tumulatæ. 542. & 543. In viros vis, & lachrymæ. 544. Viro virus, morſque amore. 583. Superbia illius quanta. ibidem. Reſiſtens Euchariſtiæ. 589. Cur mulier Chriſtum concipit non vero Chriſtum conſecrat. ibidem. Mulieris quæ pœnæ, & ipſæ interiores; hominis verò exteriores. ibid. Cur mulier manſit homini, non autem lignum vitæ. 602. Mulieribus inſignibus & illuſtribus quid decens. 758. Mulierum cur mundus poteſtas nuncupetur. 778

Multiplico.

Euchariſtia multiplicatur obededon fidelis. 279

Mundities.

Quæ debeatur Euchar. Sacrament. 214. Gentilibus quanta in ſuis Sacris. 254. De munditie Sacerdotum peroptimè. 695

Mundus.

Mundi quantùm ab Euchar. dependeat conſeruatio. 182. Mundus extra paradiſum an ſemper habitandus. 289. Quàm vanum mundi robor. 358. Mundus ſeruatus ob Euchariſtiam. 885.

Murus.

Murus ſeptimus Euchariſtia Eccleſiæ fortalitij. 253. Murus Euchariſtia. 353

Muſica.

De lyra res mirabilis pro gloria Beatorum, & maximè Redemptoris. 343. Chriſtus in Cruce inſtrumentum muſicum, & de concentu verborum eius. ibid. In cantum ſæuæ tigrides. 509 Coturnices in plenilunio cantantes vſque ad mortem. ibid. Inuentor quiſnam muſicæ & quomodo, cur vt Pythagoræ tribuatur. 792. De illius efficatia, vel contra ſaxa, cælum, & orcum. 793. De ſcriptoribus & laudibus illius ſatis latè 793. 794. Cur ſeptem illius voces, & quomodo Chriſtus muſicus in Cruce & in cænaculo. 796. Cum amore & cum conuiuiis. ibidem. Vt manus ſit & clauis in Muſica Euchariſtica, non autem manus computum. 797.

Digitized by Google

798. Vt muſica Euchariſtica per Bequadratum non cantetur. 799. Vt vox ſit Angeli & tonitrui. 800. Vt Angeli ipſi pſallant & Chriſtus factus Angelus. 800. & 801. Cantare & amare res connexa. 802. Sed & inſuper inſanire, ac mittere ſuſpiria. 803. In ſenſus quæ vis Muſicæ. 802. Magiſter muſicæ amor honeſtus. 803. A muſica quantum penduli affectus & effectus. 803. Ad aniculæ quis cantum abſorptus 300. annos. ibid. Ad vitam prolatandam & ad mortem tum lætitia ſuſcipiendam cantus aptus. 804. Facit neruoſos, & eneru es, & dæmones progenerat. 805. Diluuij cauſa muſica, & vis ad quæque mala. 806. In Eccleſia qualis cantus oporteat adhiberi. 808

Myrrha.

Euchar. myrrha à vermibus præſeruans peccatorum. 185. Myrrha & aloë cur nam conditum Euchariſticum Myſterium. 198. Myrrha debet præuenire Euchar. Sacramentum. 213. In carnem quantum myrrha Euchariſtica ſit efficax. 352

Myſteria.

Cur conuenerit figuris obuelari. 8. Myſteria legis nouæ antiqua quantum ſuperent. 271

N

Naſcer.

CVt nati non ſaluandi. 810

Natura.

In naturantem & naturatam diuiſa, & qualis ſit quæ reſpicit Euchar. 799. Natura quàm perpetua, æternaque exiſtat. 955. De lege naturæ verbo lex.

Nauigatio.

Nauigationis primus auctor, quantopere inſectatus. 814. Quid faciant nautæ tenentes portum. 884. De nauigatione verbo Luſitani.

Neceſſitas.

Euchariſtiæ quæ neceſſitas. 272. Hæc ipſa comprobatur. 365

Nemrob.

Gigantum Dux, & qualis. 913. Noëmi abnepos, & qua linea. ibid. Robuſtus coram Domino venator cur dicatur. 914. Quæ ipſi cauſa fuerit à Deo deſciſcendi. ibid. Nemrob ſe Deum faciens. 917. Illius natus Ninus, & qualis erga patrem. ibidem. Cur Belus dictus Nemrob, & inde multa idola. ibid. Ipſius qualis mors. 919.

Neomenia.

Quid antiquitus, & hodie in Dei Eccleſia. 382

Noë.

Ex voce ſua requies. 812. Agricola in quo primus, & iuſtus nuncupatus. ibid. Eius caſtitas Dei quies, & arca mundi prima. 813. Quo anno vxorem duxerit, & qualiter ac quare. ibidem. Eius prædicatio de diluuio. 814. Præconia Noë arcæ. ibidem. Vt Chriſtus ſit Noe cum arca & ſeptem Eccleſiis. 817. Chriſtus finis Noe arcæ. ibid. Quam magna Noe fides. ibid. & 831. ac 832. Cibaria & animalia in Euchariſtica quæ arca. 820. Quanto amore hæc ſit linita & quinquamerata pro mortalibus. ibid. Animantia Noe arcæ Euchar. accommodata. 821. Noe virtutum ſumma, & pro Euchar. quàm idoneus. ibidem. Caſtitate Noe arca formata & gubernata. 822. Animalia cur in ea binaria & ſeptenaria, & caſtitatem nos docentia, ibid. Arca repleta vt Sacrificij. ibidem.

Mors arcæ Noe clauus, Qua hora in eam intrauerit, & quot dies iam in ea expectauerit diluuium. 823. Ætatis Noe moralitas, diluuium cum incepit, & nomina eius nuruum; ac ille Eccleſiæ quartus Pontifex. 824. Noemi ſuper maria quò ad intra, & quo ad extra deſcripta Nauigatio. 826. & 827. Euchar. Noe arca, ſed illam ſummè excedens. ibid. Euchar. ad nauigandum quam fauens & propitia. 845. Obedientia Noe quanta. 879. Columbæ & Corui emiſſio. 880. Noe quæ gratitudo, & cur Deo bene oluerit illius Sacrificium. 884. In permiſſionibus & promiſſionibus Adamo Noe æqualis. 885. Aratri & vineæ auctor. 901. Eius filij, & quænam vmbræ duorum populorum. 905. In filium prauum maledictio. 908. In bonos benedictio, vel in populos ſelectos. 909. Saturni fabula Noemo inflexa. ibid. Quandiu vixerit, & vbi mortuus. 910. Quo anno inebriatus, & quo plantauit vineam. ibid. An fuerit in Italia, & Ianus nuncupatus, ac quare bino vultu. ibid. Noemicum epitaphium. 711. In Latio quotonomis. 915. Ieroſolymæ ipſe conditor, & quid in ea fecerit. ibidem.

Nomen.

Cur Soli & Euchariſtiæ ſint nomina quammulta. 79. Nomen ſequitur rei eſſe. 310

Noua & nouitas.

Noua & nouis viris debita Sanctiſſ. Euchar. 209. Quæ nouitas hîc deceat. 224

Nox.

Cur nocte non verò die ſit condita Euchar. 64. Quid tenebræ ſint pro luce, & peccata ſint pro gratia. ibidem.

Nuditas.

Nuditatis quamuis licitæ pericula quæ viſæ. 452. Quis pudor nuditatis. 546. Videatur verbum Adam. Quàm ægra probis oculis. 453. Nuditatis in innocentia quæ ratio & commendatio. ibidem.

Numerus.

Numerus quindecim è quibus factus, & eius ſenſus myſticus. 828. Numeri centum & quinquaginta moralis ponderatio. 829. De numero ſeptem, vide ſeptem. Binarius cur à Deo benedictione ſpoliatus. 236

Nuptiæ.

In nuptiis qualis pudor, & quare ſic vocatæ. 454. Cur nuptiæ ſint prohibitæ aliquibus temporibus. 449. In illis vt nam vinum in aquam conuertatur. 455. Euchariſtiæ quantum nomen conueniat nuptiarum. ibid. Nuptialibus in conuiuiis quę veſtes & ornatus. 458. In nuptiis aqua & ignis. 418. Sanſoni cur ad nuptias properanti occurrat leo. 459

Nutrio, & nutrix.

Nutritio fit à ſimili. 57. Euchariſtia nutrit animam, & optima eius nutrix. 349. & 445. Quod ſapit nutrit. 350. 357

O

Obedientia.

CHriſti cibus, & ideo ſæpe edens in domo obedientiæ. 163. Plus videos ſine oculis & ambulans ſine pedibus. 522. Obediens nunquam mortuus. 707. Obedientia vt Sacrificium & Sacrificiorum longe maximum. 763. Euchariſtiæ quã cohærens. 764. Chriſti quanta in Euchariſtia. ibidem. Obedientiæ quare meritum excedat omne meritum. 788. Obedientia

dientia vt plus ligatos plus liberos conſtituat. 400.

Obligatio.

Per ipſas cauſas contrahitur, & ſoluitur. 541

Obſcuritas.

Circa Euchariſtiam quænam fuerit à PP. ſeruata. 28. Euchar. in obſcuritate porta clauſa Ezechielis, & alia ſcitu digna. ibid. Obſcuritas in Eochariſtiam apod Figuras & DD. oſtenditur, & ſoluitur. 19. Tres regulæ ad Euchariſtiæ obſcuritatem elucidandam. 30. Obſcuritas myſteriis oaturaliter conueniens. 518. Vide claritas, & difficultas.

Occaſio.

De occaſione & tentatiooe quid valde ponderandum. 902

Oculus.

Quid oculi ad Diuina. 9. Cur oculis apertis videri Deus non valeat. 522. & 523. In Fidem valde nocui. ibid. & 541. Oculi fidei & lyncis quales. 523. Ab Euchariſtia illuminantur vel etiam corporales. ibid. De oculorum mortificatione ſententia celeberrima. 541. 541

Odor.

Deo connexus, & quàm debitus. 214. Euchariſtiæ qoantus ſit. 311. A Chriſto qualis veniat. 312. Quo odore deuotionis ſuſcipiendum, Chriſti corpos. 775. Cur odor ſit figura, & de Euchar. odore aliqua. 884

Officium Eccleſiaſticum.

Cur ſeptem conſter horis. 384

Oleum & oliua.

Quid Chriſto ſit cum oleo. 520. 551. & 552. Quid oleum in Sacrificiis. 688. Quid etiam in Sacerdotibus. 689. Oliua pacis ſymbolum. 880. & 882. De oliuæ ramo viridi, quem detulit columba. ibid. Sancta Sanctorum facti poſtes ex lignis oliuarum. 882. Cur ramis oliuarum incipiatur Chriſti paſſio. 883

Omnis.

Omnis eſca eſt Euchar. 359. ac ſimul omne bonum. 363

Opera.

Principium & finis Chriſtus vt operis iſtius. 47. Sol opera, & Dei cibus. 313. Dei verbum in manu ſooans. 433. Sine operibus ad menſam vt Chriſti non eator. ibid. Pro operibus quid optimum ex ficu maledicta. 548. Opera aſtra cunctis aſtris ſuapre illuſtriora. 921

Ophir.

Vbi terrarum. 103. & 854

Opinio.

Quantùm poſſit cooſtitui ab ſcriptore. 14

Oratio.

Ad occidentem cur Iudæi, nos antem ad Orientem orationem faciamus. 309. Oratio & contemplatio Religioſis neceſſaria. 771. Vocalis fulcitur Eochariſtia. 775. Oratio Dominica cor aliarum, & aliæ ipſius laudes. 775. Cur Miſſa quondam dicta oratio. ibidem. Mentalis vis in Deum & dignitas ſuper aliam. 773. Sine rapribus imperfecta. 774. A Miſſa nunquam abſens. 776

Orbis.

Orbis quanta pulchritudo ſi homo oon peccaſſet. 288

Ordo.

Quæ ordinis definitio, & qoomodo ſeptem ordines ad vnum redigantur. 155. Cur ſeptem, & vt ab aræ obſequlo deducantur. 156. Ordinati quæ inſignia recipiant ab Epiſcopo. ibid. Ordo Eccleſiæ ſextus murus. 253. Cur Ordo ſit tam vnicos quàm multiplex in gratia. 373. Ordinari an poſſint pueri, & cogi ad Sacerdotium. 649

Oriens.

Cur Orieos mundi initium, 284. Ad Orientem cur nam Chriſtus aſcenderit in cælum. 309

Ornatus.

Molierum compoſitio quàm magna incompoſitio. 454. Ornare vt ſeſe debeant communicantes & mulieres. 459. Dæmon primus qui mulierem fucauit, & ornauit. 532. Cur mundus appelletur ornatus fœminarum. 533. Ornatus capitis mulierum duodecim ſtultitiæ. ibid. Vt peccent ſe ornantes, & debeant ſe ornare. 535. & 536. Io iuuenem ſe comentem Diogenis ſententia. 536. Vt iuuenes oroandi. 537. Imagines Sanctarum, vt debeant adornari. 538

Oſculum.

Quæ oſculi natura, in Miſſaque cur detur. 265. Vt oſculis ioternis communicetur Chriſti corpus. 269

Oſſa.

Quæ oſſa Noe ſecum iotulerit in arcam. 288

Otium.

Otij vide multa mala. 540

P

Palatium.

PAlatij ethimologia, & multa illius mala, 580. Palatium vnde dicatur, & vbi Chriſto palam. 903

Palpare.

Quod palpatur, id corrumpitur. 517

Panis.

Panis rex alimentorum & hominum ab initio. 96 Cibis omnibus quàm melior, & vnde ſic vocatus. ibid. Panem Chriſtus venit mittere quò à Chriſtianis comedatur. 142. Pani vnitas quæ triplex. 268. In plurali cur quotidie à patréque petatur. 266. Superbia ex pane terræ, ex cæli verò humilitas. 277. Panis ethymon. 281. & 363. Aues rapaces pane pereũt, & corruptioni panis obuius, 351. Cur panis tam optatus, à pueriſque maximè. 441. Panis & lapis Chriſtus omoibus. 515. Cur panis ſæpe dictus. ibidem. Quot modis Chriſtum panis antiquitus ſignarit. 643. Panis ad Chriſtum ſimilitudo. 687. Panis & petra, panis & gladius quàm ſimul Enchar. 800. Panis altaris quis agricola, & quot laboribus paratus. 903. Sacramentalis quæ oracula. 950. 951. Qui neceſſarios pro Enchar. 960. Panis præconia & qualitates. 963. Cur aptum, & vinum ad Sacrificium. 964. De pane multa quò ad Sacrificium. à 965. De pane azymo & fermentato, & qualis congruentior. à 966. Panis omnia, & mundi Rex. 980. Vita panis imago mortis, ſed ideo vitæ oſtium. 986. Quo pretio hic panis emitur. 988. 989

Papa.

Papa & Sacramenta correlatiua, & duo poli Eccleſiæ. 651. Videatur Pontifex.

Paradiſus deliciarum.

Corporeus & terrenus, ac vnicus in orbe. 283. Ad partem orientalem & cur creatus à principio. 284. Vtrum in campo Damaſceoo, & Damaſcus qualis paradiſus. 185. Vnde fontis eius ortus. ibid. Illius quæſtio quàm difficilis. 187. Vt fuerit cor terræ, & vtrum nunc ſuperſtes. 282.

An ſit in ao Henuch & qua forma & loco fuerinrſcientiæ & vitæ arbores. 287. Inuantu vt impoſſibilis, & aliter facillimus. 290. Paradiſus parans viſum, vel cum arboribus ſyloeſtribus, & de floribus, ac eantibus, & aliis deliciis paradiſi; ibid. & 293. vbi cognitus à Poëtis. Paradiſus cor tam pulchet. 294. & illius quæ vtilitas cum nemini proſuerit. 299. Eius epitheta & præconia, intra quæ celebre templum pingitur à pag. 295. vſque ad pag. 297. An in paradiſo mors ſotura, vel animantibus & arboribus. 299. Peregrinatio ad paradiſum quàm magna ex mundo foret. 300. Paradiſi ſumma dignitas habere intra ſe hominem. 317. Videatur homo.

Fontis & fluminum paradiſi figura & diſpoſitio. 287. Cur hodie diſtantiſſima. 288. Cur inſipidæ nunc aquæ, qoondam autem ſapidiſſimæ. 289. A fonta paradiſi, vt dulcis omnis aqua. ibid. Præconia illius fontis. ibid. & 290. Ignis gladios & Cherubim vt hodia in paradiſo. 289 Euchariſtia paradiſos cunctarum deliciarum. 309. Chriſtus fluuius paradiſi quadrifidus pro nobis. 310. Fons vitæ ſolus Chriſtus. 317 Et cur in Euchar. ibid. Fluuiorum paradiſi quæ primitus ſuauitas. 358. De fluuio eodem latè. 361. Labor homini in paradiſo quàm foret delectabilis. 377. Paradiſi elogia. ibid. An ſola contemplatio futura cibus illic. 402. Omnes arbores paradiſi fructiferæ in tres claſſes. 403. Et quò ad præceptum in alias tres. 404. An bruta in paradiſo. ibid. Paradiſus Enoch qualis. 786. Euchariſtia Paradiſus. 790

Paraſceue.

Paraſceuas quodnam athymon; & eius diei cauſa. 967

Pariſium.

In ſingulari cur ciuitas vocanda. 44. Eius academia à quonam tempore. 780. Ecclaſia Cathedralis Pariſina à quo ſundata. 943. Pariſium commendatum. 104. & 119

Paſſio, pati, & patientia.

Euchariſtia ſicut lux non patitur qoid mali. 88. Patiendi impatientia quæ Chriſto ſit in ea. 99. Paſſio affinis Euchariſtiæ. 218. Paſſionis cur effectus Eochariſtiæ non ſint omnes. 368. Patientia Dei cur maior in ferculo Euchar. 938. Impatientia ſignum dæmonis. 739. Patientia iuſtorum ſignum ſupra. 738. Altior & clarior cælo ipſo, & cunctis miraculis mirabilior. ibidem & 739. latè.

Paſtor.

Prælati paſtor ſymbolum. 743. Paſtor bonus Phænix rarus. ibid. Onus eorum qualibus humeris. 744. Paſtoris etbymon & definitio. 746. Cur bono baculus & virga. 747. Cur oſtium bonus paſtor, & ouium ſint ei notulæ. ibid. Chriſti ouem requirentis peralegans deſcriptio. ibid. Quid baculus, & cur Romano non Pontifici. 748. Dormiens Chriſtus maliùs paſcit; & ad pacem gregis Chriſti paſtores inuitati, ibid. Paſtoris boni qui Exemplaria, & quales qualitates. 749

Paſtores quales reges. 750. Et quid paſtores in Hebraico. 751. A paſtoribus & ruricolis Romanis qoæ cognomina. 751. Quàm melius gubernatæ ſint pecudes quàm homines. ibid. Oue coronatus Paſtor bonus. ibid. Paſtorem paſtum fiari vt amor ſit ſupremus. 753. Paſtor, pater, atque panis in pane Chriſtus ſacro. ibid. Paſtor Phænix & Pellicanus in ipſo Sacrament. ibid. Cur oſtium ſe appellarit. 754. 755. Paſtoribus vt domus conueniant ſine portis, val portæ ſine domibus. 754. Paſtor bonus vt per ſe vadat, & nos per illum in illum. 755

Pater, & Patria.

A paſcendo patris nomẽ. 323. Vt Patres ante Chriſtum communicarint Euchariſtiã. 412. Pater & mater Euchar. 454. 455. Patria poteſtas quæ in filios. 679. Pręceptum cur non patribus de filiis diligendis. 753. Vt filij verſus patriam, & patria verſus filios habere ſeſe debeant. 849. Cur patria ſimul patris ac matris nomen habeat; & patriæ eqoites quàm vtiles. ibidem.

Paulus.

Sapientia cum humilitate in Paulo contendebat. 4. Vas plenum Dei odore. 214

Pauor.

Euchar. pauor mentium. 25. Vide admiratio.

Pauper, & paupertas.

Pauperum lachrymas vt Deus audiat. 161. Feliciores, quàm ſunt diuites, & Deo propiores. 382. Vt pauper ſit leproſus. 614. Abeles pauperes in diuites, præcipuè Sacerdotes 734. Paupertas voluntaria quale Martyrium, & Sacramentum. 766. Quorum pauperum Euchar. 767. Admirationi cur Deo pauperes. ibidem.

Pax.

Vt redeat non recepta. 100. Euchar. pacis cibus. 203. Pace cibat, atque cingit. 211. Euchariſtiæ pax ligata per ſingulas ætates. 218. Pacem lapſis dare, quid. ibid. Quæ pax homini ab Euchar. 265. Viri placa quænam Dea pro pace componenda. 266. Quam pacem & pacis pactum in Euchar. Chriſtus fecerit. ibid. Pacis tumulus & monumentum Euchar. Sacramen. 277. Eadem pactio & pacis actio. 277. & 900. Pax ipſa, & pacis panis 883. Pacis nominis moralitas in laudem Trinitatis. 883. Pax Chriſtus, ibimet, & etiam verbo oliua. Pax & Euchar. commutantur. 900. In Miſſæ pace danda vt Iudas abetrauerit, & ſe ideo condemnauerit. ibid. Peruerſis qualis pax aduerſus Deum & bonos. 922. Deſcripta pax Europæ & regibus indicta. 870

Peccator, & peccatum.

Peccatum nihil eſt. 33. Peccatores nihil ſunt. 76. Luci ac Deo cur contrarij. ibid. Peccator quotnam crimina peccando in Deum agat. 187. Peccatoribus ad non peccandum conſideratio validiſſima. 187. Ad non paccandum maius frenum ? 188. Peccator Deo infernus. 188. Peccatoribus ad reſurgendum perurgens exhortatio. 194. Peccatores cur aptiores ad menſam cæli panis. 278. Euchariſtia reformantur. 348. Peccata quæqoe vt tollat Euchar Sacramentum. 351. Poſt communionem mox peccare quàm magnum ſit peccatum. 374. Euchariſtiæ quantus honos peccata non delere. 368. Cur venialia cum Euchar. peccata tollerentur, venialia nullo modo. ibid. Venialia an ante lapſum Adami poſſibilia. 379. Venialia an commotentur in crimina mortalia. ibidem.

Vt Chriſtum crucifigat peccator quiois peccans. 383. Peccator Euchar. indignus miniſtrator. 395. Peccare in Euchar. peccandi quale ſignum. 397. Peccatum in Enchar. brutale & ſingulare. 414. A peccato originali quo paruuli

Gentilium

Gentilium & fœmellæ Iudçorum remedio liberati. 434. Peccatis Deus poſtponitur. 495. Derelinquente Deum homine, quid Deo ſit, & homini. 516. Peccator longè à Deo, in motúque continuo. 553. Peccati pondus maximum. 559. Peccator terrę maledictio. 589. ac etiam ſui ipſius. 590 Ex peccato quotnam vulnera. 602. Chriſtus frater peccatoris, peccator Chriſti hoſtis. 704. Peccati mira grauitas. 718. Peccatorum quæ felicitas. 787. Peccator ſylua horrida pro igne ſempiterno. 809. Peccatum flumen creſcens. ibid. E diluuio peccatorum vt peccatores eruantur. 876. Peccatores Soli vt ſimiles. 916. In admirationem vt Deum rapiant. 916

Pellis.

Pelles Adami ex Chriſto agno, & ſuperpelliceum cur ſic dictum. 593

Penetro.

Penetratio quæ in luce, & quæ in Chriſto detur. 755

Pentecoſtes.

Pentecoſtes feſtum quale, & qualiter computatum. 967

Peregrinare, & peregrini.

Peregrinationes quid Iudæis. 32. Peregrini qui ſepulti in agro Chriſti ſanguinis. 220. Peregrinationes quibus proſint. 789

Permanens.

Non pertranſiens Sacrament. ſed permanens Euchar. 76. & 326

Perfectio.

De imperfecto ad plus perfectum procedunt vniuerſa 6. Perfectioni vt obligemur. 194. Perfectum quid dicatur. 357

Perpetuitas.

Eccleſiæ & Euchariſtiæ vſque in finem quæ perennitas. 77. Perpetuitas quotidiana Euchariſtiæ neceſſaria. 724. 726. 729. & à 730

Petitio.

Qua de cauſa ſit vnica Euchariſtia. 573

Petrus & petra.

Petrus ſole in ſalem verſus. 153. Petri palatum pro Euchar. 518. Clauicularius clauis aureæ. 984. Petra deſerti an Iudæos ſequuta, 660.

Phœnix.

Phœnicis laudes plures. 743. Mors & color. 745. Vide paſtor.

Pictores.

Vt depingant, & quantum poſſint facere. 6. Depictum vt plumbo quondam Euchar. Sacrament. 27

Pignus.

Non ſolùm pignus gloriæ, ſed etiam inueſtituta. Euchar. Sacrament. 441

Piſcina.

An propter Crucem vel Angelum curarit. 315 Piſcina cur probatica. 638

Pœna.

Pœnas omnes atque culpas vt tollant Sacrament. 235. Quot pœnæ per peccatum, ibid. Pœnas peccati ſoluit Euchar. 521. Cicatricibus pœnæ ſimiles. 715

Pœnitentia.

Pœnitentiæ definitio, & quomodo ab Euchar. deſumat ſalem & Solem. 153. & 154. Retro aſpicere in ea malum. 213. Pœnit. murus Eccleſiæ. 252. Pœnitentia vitæ arbor, & ſingulariter fructifera. 548. De pœnitentia Adami mirum. 549. Pœnitentiæ mulier obex. ibid. Pœnit. definitur. 558. Pœnitentia vt Chriſtus ſit amplexibus & oſculis. 594. Poſt innocentiam ad Euchar. pœnitentia ſolùm apta. 595. Eua manua pomum vitæ tantummodo decerpit. ibid. Pœnitentia vitæ gladius. 694. Quàm patula atque plana. 716. Pœnitentię quadragenarius vt numerus deſeruiat. 879

Politici.

Quàm vani. 89. Moderni quàm doloſi & viri diabolici. 481

Pontifex.

Pons Pontifex, & qualis Chriſtus. 690. Ab Adam vſque ad Noë Pontifices quot fluxerint. 824. 767. Pontifex nauis Petri Noë. 881. Coruis bellum, columbis pacem vt dare teneatur. 881. An mulier vlla Pontifex parturiendo reuelata. 924

Populi.

Duorum populorum alterna quænam ſors. 701. Depicti in Miſſæ ſacro. ibid.

Portugallum.

Portugallum non Portugallia cur regnum tale ſit dicendum. 43. Portugalli reſurrectionis occaſio memorata. 162. Qua via non mirabilis, ex Euchariſtica re quadam. 220. A Chriſto quàm reſpectum cum tribus rebus miris. 664. Portugalli quodnam ethymon, & Bracaræ, atque Portus illuſtrium ciuitatum. 833. Bracarę prima mundi Eccleſia, & ipſa cui dicata. 834. Portugallum cum miraculis Deiparæ & Gedeonis victoria inauſpicatum. 837. Portugalli caſus nouus quàm manu Dei peractus. 861. A quot & quibus factus. ibid. Cętubal quodnam oppidum in regno Portugalli. 910.

Prandium.

Prandium quare ſic vocatum. 802

Præceptum.

Decem præcepta mundi vita. 262. Præcep. affirmatiuum edendi ex ligno vitæ an fuerit Adamo. 371. Euchariſtic. vt ſit duplex, & quoties nos conſtringat. ibid. Præcepta cuſtodita vt homines cuſtodiant. 377. Præcepta quot, & leges. 388. Cur datum homini peccaturo, & ipſum perfracturo. 400 Adamo vt fuerit corona, & gloria, & etiam mundi gloria. 401. Attributa Dei in eo. ibid. Adamo tria, & qualia, & ipſa vt iam Moſayca. 402. Animantia quanam via præcepti ſint capacia. ibidem.

Præceptum ex ligno vitæ edendi primum & maximum. 403. & 406. Cur affirmatiuum, non negatiuum Euchar. & ligni vitæ; vtrumq; verò alio terroris communitum. 405. Ligni vitæ & Euchariſticum Diuina duo præcepta: Euchariſticum abſolutè; & Moſayca ſemidiuina loquendo rigoroſè. 406 Negatiua ſub affirmatiuis, non autem viceuerſa. 407. Decalogi vt præcepta Adamus iam habuerit, noſque præcepta illius dumtaxat habeamus. 407. Præcepta quæ moralia, iudicialia & ceremonialia, & vtrum primus homo hæc omnia iam acceperit. 407

Vt matrix præceptorum præceptum Adami fuerit. 408. Adamo loco proximi cur lignum mortis datum, & lignum vitæ loco Dei. ibid. Præcepta & Sacramenta Adamo cur impoſita ſolummodo in potentiis cibandi & generandi. 409. Præcep. dupliciter neceſſarium; vel de neceſſitate, vel de medio, & vtriuſque ligni vitæ de neceſſitate comprobatum. 409. Euchar. qua neceſſitate præcepto teneamur. 410. Vt naturale & ſine Eccleſiæ præcepto nos deuinciat. ibid. Præceptum de Euchar. vt medij neceſſarij. 411. Quos homines nunc liget obligaueritve vnquam. 412. De temporibus quibus obliget, obligaueritve priſcos. 414. & 415. Præceptum confitendi vtrum mala cōfeſſione ſufficiat adimpleri. 415. Adoranda, non ſcrutanda præcepta ſunt Diuina. 495. Fidei, Spei, & Charitatis præcepta à quonam tempore. 551. Scientia qualis ſit præcepta Dei ſeruare. 879. Præceptum generandi cur primis viris datum. 885. Præcepta quæ Iudaica nunc ligent Chriſtianos. 858

Prædicamentum.

Prædicamenta quot & qualia. 86. Deus, lux, & Euchar. vt in cunctis prædicamentis & in nullo collocentur. 86

Prædicator.

Obſcurus ſuggillatus. 12. Ex prædicationibus quod gaudium prædicatoribus ſit licitum. 15. Prædicatio & Euchariſtia quàm ſimiles & pares. 35. Vt Miſſæ præferatur aliquando prædicatio, & tamen de præcepto vt Miſſa non exiſtat. 411. Præcones cur ancillæ. 252. In euulgandis bonis caueant. 566. Quis primus prædicator, & prædicandi cur nam munus primarium in Dei Eccleſia. 778. Iſaias Euchar. eximius Prædicator. 989

Prælati.

Quales patres. 682

Prælia.

Præliis fauens Euchariſtia. 845

Præſentia.

Cur plus in Euchar. quàm in aliis Sacramentis præſentia Chriſti detur. 148. Ex priſcis ſacrificiis hæc præſentia confirmatur. 332.

Pretium.

Euchariſtia cur Dei pretium. 177

Primogeniti.

Primogenitis legis naturæ quæ fuerint priuilegia. 678. Adami filij omnes qua ratione primogeniti. 679. Primogeniti ad Sacerdotium tum temporis vt euecti. 685

Principium.

A verbo cur *Principium* incipiat ſcriptura 49 Principium eſt Euchariſtia. 63. Videatur verbum Chriſtus.

Probatio.

Cur hodie velut olim à criminibus non fiat per Euchar. Sacrament. 344. Probatio cui incumbat. 851. 933

Problema.

Quidnam ſit. 5

Promiſsio, & Promiſsionis terra.

Promiſſiones de rebus terrenis cur quondam Iudæis factæ. 33. Promiſſionis terra quæ, & quotonomis fuerit. 284. Quot ei climata, & in quo promiſſionis terra ſita. 287. Cor promittatur Euchar. de præſenti, & de futuro. 641. Promiſſiones generales à Deo factæ vt impleantur. 324

Prophani.

Qui, & quare à Phanis olim procul. 526

Propinare.

Propinare vini poculo ab Euchar. mos deſumptus. 362

Propitiatorium.

Propitiatorium templi Chriſtus. 601

Propoſitionis panes.

Cur per Sabbatha mutati propoſitionis panes veteres. 15. Propoſitionis cur nam menſa plena regibus, & coronis. 163. & 164

Pudenda.

Cur rebellione & Circuncisione caſtigata. 546. Vide Adam.

Puer & puritas.

Vt pueris ſit notum & Angelis ignotum Euchar. Sacrament. 55. Pueri dicti à puritate, & alia de hac re. 253. Vt imputæ Deæ Veneris ſint purè facta ſacra. 254. Qui pueri ad Euchar. vocentur Sacrament. 255. Pueruli baptizati vt panem Chriſti appetant. 386. Proficuus quantum pueris ſit cibus Euchariſticus. 386. Videatur infans.

Pulchritudo.

Deformitas ſuapte vt formæ pulchritudo. 145 Pulchritudo & plenitudo Eccleſiæ eſt Euchar. 202. & 311. Humana marceſcibilis, & forma nil deformius. 312. Morbus & orcus pulchritudo. ibid. Ad peccata cur inuitet, & eius definitio. 313. In curiis quantùm ſonet. ibid. Pulchra facies ab Euchar. 318. Et etiam à pane ſimplici. ibid. Qua vera pulchritudo, illiúſque encomia 319. Fons pulchritudinis Euchar. 356. De pulchritudine res pulchra. 459. Eiuſdem multa mala, & aliquod præconium. 532. Euchar. pulchritudo. 884

Prudentia.

Cur in pectore, & ipſa cancer ſit, aurigáque virtutum. 113. Prudentiores filij ſæculi cur filiis lucis ſint. 489

Purgatorium.

Purgatorij liberatio ab Euchar. Sacrament. 349. 362 363. Purgatorium quàm durabile. 718.

Purpura.

Quod purpuræ ſit ethymon. 418

Q

Qualitas.

VT lux & Euchar. ſine propriis qualitatibus appareant noſtris oculis. 87

Quantitas.

Vt in minima quantitate ſit lux & Euchar. 87 Cur ſub minima quantitate ſit verè corpus Chriſti. 133. In quo animæ atque corporis conſiſtant quantitates. 349. Quantitatis valde minimæ in Euchar. pulchra ratio. 508

Quieſco.

Euchariſtia in Sacramentis quieſcit bino modo. 877

Quotidie & quotidianum.

Quotidie communicandum, vt quotidie moriendum. 216. Quotidianus cur hic panis. ibid.

ibid. Quotidiana celabratio fidelium decor qualis. 347. Qootidiaous panis grates quotidianas ex ſe poſcit. 382. Qooridianum qua de cauſa Chriſtianum Sacrificium, quod multis explicatur. 723. 728

R

Rabies.

Rabies morbus definitur, paroxyſmis nouem conſtans. 507. Timori rabidis cur aqua, & cibus ſummo tædio. 516

Raptus.

Raptus & ecſtaſes ab Euchar. 774

Ratio.

Quare ſemper lex, non autem viceuerſa. 20

Rationale.

Rationale lac eſt Chriſtus. 349

Redemptio.

Cur inuentio à Chriſto nuncupetur. 99

Redditus.

Cur redditus dicantur prouentus annuales. 161.

Refficere.

Refficere, & non deficere lucis proprium & Euchariſtiæ. 87

Regimen.

Adriani & Antonini mirandus in regimine conſeoſus & diſſentio. 95

Regnum.

Preſbyteri Ioannis in fide cur tam fixum. 103 Regna nihil ſine Regibus. 147. Euchariſtia regnum Chriſti. 149. Vt regna ſiut nauigia, & regnatio nauigatio. 857. Vt regna naues ſcapeç, & longè infirmiora. 857 Coronæ quid regales, & quare Chriſti ex ioncis. ibid. Regnorum circa ruinam nonnolla ponderaoda. 868. In Europa cur vnum regnum & voa monarchia non poſſibilis. ibid. Regnandi prauus ardor. 917. Spirituale regnum ſumere quis regum primos auſus. 944. In regnis quæ ferina. 945. Pietate atque iuſtitia ſunt regna ſempiterna. 947. Videatur Rex, & Chriſti regnum, Euchar. verum regnum ſub verbis regni data. 984

Regula.

Nil volitum quin cognitum. 12. & 153. Tres regulæ ad Euchar. obſcura elucidanda. 30. Quæ regulæ Ticonij. 32. Regula quædam generalis ad explicandos quoſvis PP. qui figuræ in Euchar. Sacrament. meminerunt. 38. Propter quod vnum quodque tale, & illud magis. 101. 150. Regula alia pro vnitate notanda rerum omnium. 127. Qui non habet in bonis, luat in corpore. 187. Quod ſapit, nutrit, 350. 357. Qui per alium rem facit, per ſe facere videtur, vt ſeruiat Euchariſtiæ. 367. Fanores ſunt ampliandi. 370. Contrariorum eadem eſt oatura. 425. Nec rarum facit ratum, nec res priuata regulam. 411. Ars longa vita breuis. 426. Generale per ſpeciale & quomodo explicetur. 713. Promiſſiones non debentur, niſi conditionibus impletis. 714. Termini habiles requiſiti ad quæque facianda. ibid. Vt actus actiuorum in patiente ſint diſpoſito. ibid. Vt vtile per inutile haudquaquam vitietur. 19. Vſus malus vt abuſus, & aberratio mala ratio. 52

Religio virtus, & ſtatus.

Religioni quantùm literæ, ſtudiáque conueniant. 11. Seholaſtici in Religione quantopere fauendi. 12. Religio quod exilium deſertúmque ſit verè. 43. Religio Sacramentis ad culmen promouetur. 234. Religionis quæ vtilitas ſuccioctè delibata. 537. Religionis quæ inceptio, continuatio, & conſummatio. 758. Religionis pater Enos, & quando hoc ſit aggreſſus. 759. Per Chriſtum confirmatur. ibid. Religionis duplex ſenſus. 760. Reipublicę quàm fauens. ibid. Euchariſtia vera Religio. 761. Cur & rectè Caluiniſtarum religio ſecta dicta. ibidem. Religioſi contubernij, concordiæque res mira. ibid. Religionis tria vota à Chriſto varè tradita. 763. Illorum quæ neceſſitas. ibid. Tria ipſa Sacrificia, videoda locis propriis.

Religio quod Martyrium. 764. In ingreſſu Religioois cur remittantur culpæ & pœnæ. 766. Religio cur & quando ob irreligionem mundi cæpta. 767. Religionis perantiquæ perfectio & inſtituta; & quò ad nouitios quid mirandum. 768. Religio cur florere & deflorere ſimul cæperit. 769. Religio Noë arca & preſſiùs Franciſcana. 770. & 771. Vt de muris plus in eis, quàm de moribus agatur. ibid. Lectionis & ſtudij in Religione quænam commoda. 771. Carthuſiana vnde Religio ſit reliquis integrior. 772. Religio flos in mundo cum arida putatur. 773. Vetere noua quàm ſuperior, & raptibus inſignior. 774

Dominicaoa, Benedictina, & Ignatiana commendatæ. 780. & 781. Quinque vocaless quàm appoſitè vox habeat *Monaſterium.* 782. Religio pro ſtudiis quantopere inſtituta; & hæc illi quàm proficua. 783. Religionis Franciſcauæ & Prouinciæ Pietatis attentione caſus dignus, & imitatione longè dignior. 784. Religio paradiſus, & qualium voluptatum. 787. Religio Thabor moos. 788. De illa murmurare, vel pœnitere quod peccatum. 788. Illius ſummum meritum, & quare ſimile Baptiſmo. ibid. Peregrioationis in Religionis cur votum commutetur, non autem viceoerſa, & de Raligioſorum peregrioatiooibus. 789. In Religione occaſiooes quàm meliùs euitentur. 789. Loth caſus ponderatus, & Religioni accommodatus. 902. Vt contemptu Religionis labaſcat res exterior. 929

Religioſi.

Illiterati quæ monſtra ſint putandi. 11. Ex literis eis virtus. ibid. Ioanna de Cambry religioſa nuper mortua memoriæ commendabilis. 137. Religioſi verſus alium cuiuſdam quanta charitas. 246. Religioſis quale otium, triſtitia, & diſplicentia. 540. Religioſis qualitates quæ quatuor neceſſariæ. 770. Nouitij vt eligendi, & eis quales ſuut Magiſtri præficiendi. 771. P. Franciſcus de Villauiçoſa pertranſitum laudatus. 773. A capellis ſiue capuciis Religioſorum vt nomen ſumpſerint capellæ Eccleſiarum. 776. Miſſa ſolemnis eis prohibita, ſolemniórque eis hodie. ibid.

Religioſis quid debeatur in literarum inuentione. 778. Prædicatores mondi ſemper.

ibid. Religioſi literarum vt inuentores & ſeruatores. 779. & 780. Capucij illorum inſigne cur Doctoribus impoſitum. ibid. Ad inſulas quàm apti, ad regna dirigenda, ad legationes obeundas. 781. & 782. Ad canonizationem Religioſi quod fortius teſtimonium. ibid. Religioſi qui Eſſeni, Nazaræi, & Rechabitæ. 795. Qui Religioſi; qui & Monachi; qui mendicantes, & regulares. 460. Anachoretis cur Eccleſiæ à parochialibus diſtinctæ. 762. An ipſi in ſolitudine caruerint Euchariſtia, vel ipſam ſemper ſecum habuerint & quomodo. 762 Spectaculum priùs Deo & poſtea cur hominibus. 783. De eis nobile teſtimonium, & ſcriptores conteſtantes. ibid. Poſt mortem vt moriantur. 788. Vt mereantur vel cum dormiunt, & profeſſionem cum ſummo merito reiterare poſſint iugiter. 789. Religioſorum quare murmur ſit ſalis, atque aquæ. 790. In vita ad vitam aliam vt Enoch transferuntur. ibid. Vitæ & morti demirationi vt ſint Religioſi. 791. De Eſſenis Religioſis teſtimonium mirum Plinij. ibid. Religionem ingredientibus quis feruor neceſſarius. ibid. Religioſi quàm extremè extrema conſectentur. ibidem. Xauierius & Albuquerquius in India qui Præcones. 847

Remedium.

Quidnam ſit, & quale illius etymon. 242. Remedium vt teneatur cum morbis concordare. 233. & 242

Remiſsio.

Cur poſt panis petitionem remiſſio peccatorum. 709

Repræſentare.

Quid ſit verè. 30

Reſpicere.

Reſpicere in Deo quid, & de reſpectu in Portugallum. 665

Reſponſio & reſponſorium.

Reſponſorium ad Chriſti corpus ſepultum in Euchariſtia. 222. Reſponſio vt ſit ſtulto donanda, & deneganda. 501

Reſurrectio.

Reſurrectio vniuerſalis efficientet à Chriſti carne. 346

Reuerentia.

Euchariſtiæ vnde per orbem tam mira reuerentia. 642. De reuerentia circa Sacra & templa multa optima. 777

Robur.

Robur ſimul atque amor communicanti neceſſaria. 221

Rotundum.

Rotunda cur Euchariſtia. 71

Rex.

Quæ virga regum ſymbolum. 15. Cur Reges Iudæi vncti. 27. & 90. & 752. De regum conſiliariis ab eis quid notandum, & maximè obſeruandum. 89. Cur regis boni facies lucere ſemper debeat. 90. Rex vultu vitam confert. 93. Gubernet vt Sol regnum & omnia vt Sol inſpiciat. 95. Quis regum locus medius. ibid. Ferdinandus rex Catholicus tranſcurſim commendatus. 95. Longæ illis manus ſint, permaximè ad donandum. 96. Rex panis ſit ſuorum. ibid. Rex Codrus & Ioannes ſecundus Portugalli ibidem collaudati. Reges Galli concelebrati, curque in fide firmi. 103. S. Regis Ludouici humilitas, & pietas. ibid. Corona illius vbi, & Miracula Euchariſtica. 103. 104. Homines faciant quiqui volunt ab ipſis magnifieri. 152

Euchariſtia Sacramentorum cunctorũ quantùm Rex. 148. & 367. Perſarum regum menſa quàm epulis prædiues; & diues menſa regum ſignum. 149. Rex menſæ qui vocatus, in eáque Rex Chriſtus, & ibi Rex vocatus. 149. Inter Reges atque ſubditos dandi reddendique commercium. 150. Regina Saba typus Eccleſiæ. 156. Vt Reges dare debeant, tributáque exigere. 160. Tumultus contra regem regimine carentem deſcriptus eleganter. 161. Reges Soles atque corda commiſſi ſibi populi. 161 & 162. Luſitani de amore in populum laudati. ibidem. A regno cadunt reges tributis inhiantes. 162. Rex ſolus qui ſe regit; & reges faciens Euchariſtia. 163. Ad reges pro Euchariſtię defenſione cohortatio. 164 Adam primus mundi Rex, & alij illius temporis Euchar. deditiſſimi. ibidem. A domo regum in templum qui tranſitus antiquitus, & Ezechias cur in morte conuerſus ad parietem. 165. Chriſtiani multis rebus ad pacem compellati. 167. & 870

Reges ſigna Solis Chriſti, in quæ ingreditur venuſtiùs. 167. Regales ante oculos nil ſordidum ſe confert. 368. Reges agricolis in quo ſimiles. 278. Rex ſeruus coronatus. 470. Corona à corde, vt populorum coronam reges diligant. ibid. Vt infideles in vaſſallos. 582. Rex regum cur ſit Chriſtus cum titulo hoc in fœmore. 751. Aculeo caret regina apum. 752. Suorum patres reges, & Luſitani patres quales. ibidem.

Gladiis plenæ dapes regum. 858. Per cælum velut nauta ſe regat prudens Rex. ibid. De regum metu, atque periculis, & regnandi ardore multa. 861. Regalium fœminarum Luſitanarum quod præconium. 867. Regnandi prauus ardor. 917. Rex iuſtus quàm ſit rarus, & hoc nomine an quis dignus. 943. Qui reges Sacerdotes, & an regnum & Sacerdotium in vnum dari poſſint. 944. Qui reges dij habiti, & qui lepra flagellatus ob ſumptum Sacerdotium. ibid. Qui reges Machabæi. ibid. Sol ſolus rex, & quare, à quo hoc nomen *ſolium*. 945. De quibus reges ſint à Melchiſedech inſtructi rege. 947. Videantur Sol & paſtor. De regibus permulta, & præſertim de liberalitate, & illorum benignitate à pag. 975. Ioannes II. Portugalli, & alij commendati. 977. & 978. Suorum reges medici, & panis, atque pannus. à pag. 978. Dulcis verbis & vitæ prodigus vaſſalos quot habebit. 985. & 986. De regis liberalitate. 987

S

Sabbathum.

Vide diem ſeptimum. In ſabbatho licita quæ opera. 967

Sacerdotes

Sacerdotes & Sacerdotium ſub tempore innocentiæ, & lege naturali, ac tempore Gentilium.

Sacerdotes vbi Reges in populo Gentili. 165. Sacrificandi quæ frequentia in populo Gentili. 389. Sacerdotes quot & quales in tempore Innocentiæ. 392. & 677. Sacrificus cur dictus, & Sacrificiorum paratores apud Gentiles vt vocati. 676. In lege naturali vt primogeniti Sacerdotes. 677. Et etiam minores natu. 678. An Sacerdotes tūc potuerint à Sacerdotio remoueri. 679 Sacerdotium naturale an maius qoàm legale. 684. Patriarchæ vt filios ſuos crearint Sacerdotes. 950. Ex duobus Sacerdotiis cruento & incruento, legali & naturali quod potior Chriſti vmbra. 954

Sub lege data Moyſi.

Sacerdotes tantùm ſummus & Reges verè vncti. 27. Cur oleo mixto ſanguine inuncti Sacerdotes. 551. Ij Sacerdotes cur inſtitia, & noſtri induti ſalutari. 78. Vlceroſi à Sacrificiis Moſaycis amandati, & ſimul à Gentilibus. 254. Alij Sacerdotes præter Leuitas in lege demonſtrantur. 679. De Machabæorum Sacerdotio, & affinitate duarum tribuum Sacerdotalis & regalis. 680. Leuitarum & non Leuitarum Sacerdotum quod diſcrimen. 681. Duo Iudæis Summi Pontifices, & qualia illorum nomina. ibid. Vt ſe dicti Sacerdotes præceſſerint ſupremi. 682. Omnes Iudæi cur Sacerdotes in Sacrificio Paſchalis agni. 683

Sub lege Chriſtiana.

Sacerdotes Chriſtiani quàm gratiæ ditiores. 78. Preſbyteræ & Diaconiſſæ Eccleſiæ pri-mitiuæ an Ordine inſignitæ. 677. In lege Chriſti qui Sacerdotes, & an vel laici & ſæculares. 683. Omnis Sacerdotij origo Chriſtus. 684. Sacerdotium legis nouæ in veteri prædictum, & clarè demonſtratum, perpetuúmque probatum. 684. 685. Cur ſtolla à Sacerdote cancellata deferatur. 701. Huius Sacerdotij quæ æternitas. 729. 952. & 953. Sacerdotum eſt benedicere, & inde Sacerdotium Eccleſiæ comprobatur. 952. Videatur de hac re Melchiſedechi Sacerdotium.

Sacerdotum dignitas, & obligatio.

Sacerdotium Sol exiſtit, at regna ſtellæ & Luna. 50. Sole ipſo clariores Sacerdotes eſſe debent. 85. Benedictus & Franciſcus Aſſiſias & de Paula cur non fuerint Sacerdotes. ibid. Ex ordinibus ad ordinem officiúmque perdocti. 156. Quæ in corpore & in mente eiſdem neceſſaria. 157. Quàm debeant vigilare. 217. Quot præceptis & diebus ſacrificare teneantur. 388. Sacerdos fiat hoſtia, vt hoſtiam bene litet. 396. Sacerdotij quæ neceſſitas. 676. Sacerdotum qualis dignitas vel etiam ſuper Angelos; & quid ſentiendum de Sacramento per Angelum, vel per animam, vel per dæmonem collato, 677. Sacerdotum à Sacrificiis deuotio inauſpicata. 687. Ipſorum qualis pietas. 689. Sacrificium debet fieri qui offert Sacrificium. 691. & 694. Illorum caſtitas commendatur. 692. Sacerdos cur nam Abel vocetur, non Adamus. 693. A Gentilium Sacrificiis moneantur de munditie. 694. & 695. Sacerdos an ſe fructu priuare Miſſæ poſſit. 723. Quæ ſcientia, & an peccare ex ignorantia præſumatur. 733. Conſtantini mirum factum in decus Sacerdotum. 906. Illorum iudicium diſtrictiſſimum, & optimè deſcriptum. 971

Sacerdotum indignitas, & declinatio.

Cur hodie contemnantur, & quid ipſis ſit agendum ne amplius ſint contemptui. 157. Sacerdos non impeditus, nec celebrans quid agat. 351. & 388. Ex non Sacrificando cum graue ſit ſcandalum. 389. Intentio in Sacerdotibus vt poſſit claudicare. 654. Auaritia & mercatura taxata in Sacerdotibus. 691. Lignei & vitrei quondam calices, & aurei Sacerdotes, nunc autem viceuerſa. 695. Indignus Sacerdotio qui pauciesfacit Sacrum. 697. Sacerdos à ſæcularibus naturaliter impetitus, & aliquando à Sacerdotibus. 700. Peccata Sacerdotum nocentia cuncto populo. 704. Vt illud Cain praui. 732. Sacerdos quando ſit Sacrilegus & latro, & dæmone deterior. 733. Auari vt rumpant cælum. ibid. Ipſorum faſtus ſuggillatus. 734. & 770. Sacerdos malus notatus ſigno. 737

Sacra.

Familiaria Sacra quid. 445. Quid Sacra in cultu Dei, & lege data Moyſi. 632

Sacramenta ſub innocentia & lege naturali.

Cur vnum Sacrificium & duo Sacramenta in tempore innocentiæ. 296. Sacramenta in quibus congrua ſub tempore innocentiæ. 392. Sacramenta noſtra an forent Adamo non peccante. 394. Vide Adam, & Incarnatio. Ab ipſo mundi initio neceſſaria Sacramenta & Chriſti Sacramenta. 433. Videatur Fides. Legis naturæ an grauiora, & Moſaycis numeroſiora. 628. Naturæ legis quot Sacramenta & etiam quot Moſaycæ. 657. In quibus noſtra antiquis nobiliora & faciliora. 657. Quid & quomodo ſignificarint antiqua Sacramenta. 658

Sacramenta ſub lege Moyſis.

Sacramenta legis veteris non Moyſes ſed Deus condidit. 241. Quam gratiam priſca dederint, & cur gratiam non conferentes ad vitam neceſſaria. 629. Elementa cur à Paulo egena nuncupata. 632. & 658. Sacramentorum legis Moyſis cur vmbræ effectus fuerit. 655. Quæ Sacramenta pro puerulis & puellulis Hebræorum. 660. Quam gratiam ex ſeſe dederint ex opere operantis, quàm verò in Chriſti vmbram. 660. Inter imaginem atque vmbram quò ad Sacramenta quod diſcrimen. 661. Sanguis brutorum cur inefficax. ibid. Sacramenta & Sacrificia quoto tempore Iudæis ac gentibus durarint. 662. Sacramentum cur non manna, & antiqua cur iam multa. 666

Sub lege Chriſtiana.

Eccleſiæ Sacramenta figurata quondam omnia. 27. Per Tertullianum diuulgata. ibid. Hæc quales ſeptem claues, & ſeptem ſigilla Apoc. 32. Cum ſeptem donis, atque ſeptem Planetis vt conueniant. 102. Sacramenta ſexta ætate, & homo die ſexta. 135. Sacramenta ex Chriſti latere. 150. Hæc ipſa vaſa gratiæ. 236. & 471. & 649. Illorum

immediatè & quotnam modis Chtiſtus auctor.241. 242. Cur Deus immediatè hęc nunquam poſſet condere, & quid poſſit in hoc Eccleſia. 241. Sacramenta à Chriſti latere, & vtrum meritoriè, lucentiáque in Cruce, & Crux illorum quale inſtrumentum.243. Ex Chriſti latere quot rationib. ibid. & hæc à latera Redemptoris manare quidnam ſit.368. Sacramentorum quæ figuræ. 249. Noſtra ſignificant de præterito, de præſenti, & de futuro. 658. Ornamenta Chriſti ſponſæ, & cur ante Chriſtum non connenerint. 659. Intelligentiam Dei impertiunt, & alia multa commoda, ibid. Eccleſiæ ſeptem fulcra & ſemper neceſſaria.660. Vt gratiam largiantur ex opere operato. 663

Generatim hæc ponderata.

Cur ſigna atque ſignacula.32. Sacramentum, res Sacramenti, & res ac Sacramentum, vt ſint in Sacramentis. 65. Cur data in rebus vilibus ac etiam ſenſibilibus. 130.131. Cur columnæ domus ſint. 231. Iis ipſis quid cum domo.233, Cur Deus ſolus, vt eſt Trinus hæc condere potuerit, & cur in nomine Trinitatis, at Chriſti non ſint valida. 241. Sacramenta quando condita miraculis firmata. 269. Dant gratiam, vel puerilis. 337. Quæ viuorum, quæ mortuorum, 367. Sacramenta à dormientibus & quare videantur.457. Sacramenti quæ definitio. 611. Quæ ethymologia. 647

Sacramenta ad noſtram iuſtificationem, Sacrificia ad Dei honorem.619. Ab alio data ſunt, ab alio accepta; Sacrificia verò econtra.636, Sacramenta cur nunc multa Sacrificium tantùm vnicum. 639. Inferiora Sacrificiis. 647. Signorum quod ſine genus, & quæ ſigna ab iſtis deuia. 648. & 649. Peccata cur nam culpam, Sacramenta verò gratiam non poſſint ex ſe dare 649 De intentione, fide, & aliis, de iure neceſſariis vt bene conferantur.649. & 650. A malis cur ſint bona; ab hæreticiſqua valida, & quænam ſint hæreticis.651. 652. An gratia ex Sacramento ſine intentione comparetur. ibid. & infra. Abſque Miniſtri intentione character an impreſſus. 655. An Sacrum fieri poſſit de toto pane fori. 656. A quibus ſignis nota. ibid. Dicta etiam de rebus impiis. 656. An Sacramentum pedum lotio præcedens Euchar. 657. Obex quid in Sacrament. & quomodo collatur. 664 Poteſtas inſtituendi Sacramenta an delegabilia. 666. Sacrificiis cur maiora ad gratiam conferendam.667. Sacramen. cur in rebus, cum verba plus ſignificent. 671

Speciatim tractata.

Sacramentum de præterito, de præſenti & de futuro vt ferculum Euchariſticum.38. Eius creatio contra actualem & Paſſio contra originalem culpã.97. Euchar. Sacramentorũ perfectio & ſummus apex.365. Ante conditã Euchar. Sacramentis vnde gratia. ibid. Sacramentum debet fieri recipiens Sacramentum. 396. Baptiſmum tantùm & Euchar. cur Mater Dei ſuſceperit.411. Magna quatuor Sacramenta, ſed preſſiùs duo tantùm Euchar. & Matrimonium. 445

Euchar. Sacrament. tam vnicum, quàm ſeptuplex. 668. & 669. & cur vnicum pluſquam ſeptuplex. 670. Chriſtus vnicè hoc ſuſcepit. 669. Alia iſti ſubordinata, 670. De noſtrorum materia & forma ibidem. De eorumdem Sacramentorum ad inuicem differentiis. ibid. De differentiis ab antiquis. 670. De differentiis Euchar. à noſtris Sacrament. 671. De differentia huius Myſterij à Sacrificio & Sacramento in Cænaculo celebrato. 672. Euchar. in Sacramentis cur tantùm feſtum agitur. 674. Euchar. in Sacramentis quieſcit bino modo. 877

Sacramentalia.

Quidnam ſint. 632

Sacraria.

Sacraria & Tabernacula Eccleſiæ vnde nam orta, & qualiter variata.325. Quando thalamus vocata. ibid. In illis pro ægrotis ſeruatum ſemper Chriſti corpus. ibid. Quæ aliæ vtilitates. 326. Sacrarium ſummum omnium ſtomachus humanus. ibidem.

Sacrificia ſub innocentia, & lege naturali.

Cur vnum Sacrificium & duo Sacramenta in tempore innocentiæ. 296. Incruentum cur exercendum innocentia perdurante. 390. An plura tempore innocentiæ. 391. Vnum tantum & offerendum ex ſacro ligno vitæ. ibid. De iure ſunt naturæ. ibid. Ad Deum venerandum & loco ſecundario ad hominem ſoſpitandum. ibid. Priora rebus cunctis. 620. Adamo anne iam fuerint Moſayca Sacrificia.623. Trinitati ſemper tria à mundi natalitiis. ibid. Ab initio bipartita in cruenta & incruenta.390.623. & 624. Patuuli quo purificati in fide & cur parentum. 627. Sacrificia in lege naturæ quàm congruè Sacramenta.628. Inſtituta ad Dei honorem, & ex prioribus quæ gratia.629. Naturæ legis multa, & an plura quàm Moſaycæ; quàm varia, & cur varietas hæc Deum tangat neutiquam.631 632. Cur Dominus ſit odoratus Noëmi Sacrificium. 664. Cur Sacrificium primum panis, & eius perpetuitas. 685

Moſayca Sacrificia.

Sacrificia in domo propria, in templo, campóque Euchariſtici figura. 14. Cur olim tam multigena. 390. Quæ noctu Sacrificia in templo Deus voluerit. 560. & 627. Leproſi & pauperis idem Sacrum. 624. Quò ad materiam illorũ nomina, Victima, hoſtia, & immolatio, libatio, & libamenta. 624. Quò ad formam ſunt holocauſtum; Hoſtia pro peccato; Hoſtia pro delicto, & Pacifica duplex Hoſtia de quibus ſatis latè. 624. Cur manus ſuper hoſtiã.625. Moſayca vt denotarint Chriſtianos & Chriſti mortem, ac ſimul Euchar. ibid. Iudæos vt inſtruxerint in Deo trino modo. ibid. Sacrificia ſummus cultus, & cultus Dei diuiſus in Sacrificia, & Sacramenta, in Sacra, & obſeruantias. 632. Irrationalia iure multa. 638. Cruenta & incruenta è quibus rebus facta, & in ſingulis vt Chriſtus extiterit ſignatus, quò ad materiam & quò ad formam. 642. 643. Cur manus ſuper hoſtias & hodie ſuper hoſtiam. 644. Oratio

in

in Sacrificiis, exceptis Zelotypiæ, & Sacerdotis, cur adhibita. 670. Incruentum Sacrificium cruentis vel tunc latius. 682. Cur Agni ſacrificium non in templo, ſed in domibus dumtaxat Ieroſolymæ. 683. Cruenti vt incruentum vel etiam in Moyſis templo perfectio & conſummatio. 686. Cruenti forma, ſtyluſque. 687. Sacrificij maior pars ſub lege Sacerdotis. 723. Sacrificium pro ignorantia an vllum Sacerdotis 733. Sacrificia quænam quondam cum verbis malis facta. 777. Pro Sacrificiis in deſerto & Babylone quid Iudæis. 888. A Sacrificiis legis veteris ſplendet Eucharisticus. 907

Sacrificium Christianum.

Horrendum cur dicatur. 16. Ab illo vt pius Deus creationem mundi cæperit. 62. De Miſſæ Sacrificio cum Sole res illuſtris. 71. videatur Miſſa. Cur hodie in mundo vnicum. 81. Morte Chriſti & animaliũ ſuppleta mors mortalium. 620. Cur hoſtia in Sacrificio altaris eleuetur. ibid. Euchariſticum perfectum, & ſupplens quæque alia. 638. 639. Cur thuris nunc crematio dicatur Sacrificium. ibid. Cur vnicum & perfectum de neceſſitate Chriſtianum. ibidem. Cur oportuerit eſſe duplex Eccleſiæ Sacrificium. 640. 641. Cur mortis Chriſti ineſficax niſi applicatum per Euchariſticum. 640. & 641. Euchariſtia duorum paſſerum qua via Sacrificium. 642. Sacrificium Chriſtianum patenter demonſtratum. 684. Vnde valor Sacrificij vel creſcat vel decreſcat. 690. 712. Sacrificium quotidianum quotidie frequentandum. 697. & à pag. 723. De Sacrificij non applicati, vel applicati infructuosè, quid fructu ſentiendum. ibid. An bona in eo ſecũda intentio. ibid. De veritate & perpetuitate Chriſtiani Sacrificij à pag. 723. Vt in cunctis prædicamentis antiqua Sacrificia excedat Chriſtianum. 953. Excellentia illius altera ſuper omnia Sacrificia. ibid. De triplici materia illius latè à pag. 959. An Sacrificium dari poſſit in vna tantùm ſpecie, quantumuis hæc ſit vini. 962

In genere cuncta Sacrificia.

Sacrificium cunctis maius animarum zelus. 43. A Sacrificiis omnes gentes auſpicia capiebant. 62. Sacrificia quare ſemper de rebus melioribus ad vitam neceſſariis. 296. Sacrificium vt Sacramentum, & Sacramentum vt Sacrificium. 363. In interiora & exteriora, & quale melius, diſtributa. 389. & 390. Sacrificij quale ethymon, & in cruenta ac incruenta antiquitus diuiſa. 390. Ex duobus quale nobilius. 625. Neceſſe cur conſumi. 391. & 622. Sacrificium debet fieri qui offert Sacrificium. 396. Alligatura eſt ſalutaris. 620. Cur priora Sacramentis. 621. Ethymologia & definitio. ibid. Oblatio pro quo ſumpta. ibid. Cur in genere ſint ſigni, & cur notabili ſolemnitate perpetuò celebrata. ibid. Virtutes vt Sacrificia. ibid. Finis illorum Dei exaltatio, & noſtra humiliatio. 622

Conſecratio, oblatio, & conſumptio, illorum partes tres, & quænam principalior. 622. Præſanctificatorum quod Sacrificium. 623. Religionis columen Sacrificium. 627. An fides maior Sacrificiis. ibid. Sacrificia an ſolus Deus, vel homo poſſit condere. 630. Sacrificia & Sacramenta in quibus diſcernantur, & qualia digniora. 632. Sacrificia vt Sacramenta ſæpe fuerint antiquitus, ni tantùm in holocauſto. 633. Sacrificij partes quatuor. 635. Sacrificia quò ad meritum in triplici differentia. 725. Sacrificium cur adoratio, & cultus Dei ſit apex. 760

Sal.

Sal quare non in Miſſa cum olim miſſum fuerit in cuncta Sacrificia. 333. Cur ſine ſale agnus Paſchalis, cum fuerit Sacrificium. ibid. Sal quid in Sacrificiis, & quare ſemper miſſum. 688. De Sale cum Euchariſtia, & cur Baptiſmus verè teneat in aqua liquefacta. 970

Salem.

Quæ vrbs, & vbi. 943

Salus. Sanitas. Saluati.

Saluatis & ſaluandis lux gloriæ ex Euchar. 62. Euchariſtia tribus in legibus ſaluatio ſingularis. 62 Ex Chriſto ſalus vnica. 79. Et ſalus cũctis, ante & poſt ſe. 362. Saluandi cur tam pauci, damnandique tam multi. 810. Euchar. cur ſanati non plures videantur. 982

Samaritanus.

Samaritanus Chriſtus Adæ. 602

Sanctus.

Sanctorum circa merita ſtultum controuertere, 137. Vt ſancti mortui viuos protegant. 708

Sanguis.

In ſanguine cur anima, & hominis ſit vita. 345. Cur ſanguis ſæpe fuerit prohibitus pro cibo. 886. Cur Deo reſeruatus. ibid. In ſanguine Sacrificiorum Confeſſio indigetata. 887. Cur hodie non prohibitus. 888. Cur vetitus per Apoſtolos. 889

Sanſon.

Sanſonis ethymon pro Chriſto. 631

Sapientia.

Quis theſaurus. 9. Mercurius vt vir Sapiens, & ſoli ſit proxior, ac minima ſtellarum. 12. Stimulos & clauos vir ſapiẽs loqui debet. 13. Quatuor magnæ proprietates Diuinæ ſapientiæ. 224. Sapientia tantũ Deus eſſentialiter acceptus. ibid. Sapientia tantùm Filius perſonaliter intellectus. ibid. Sapientia cur Dei Filius, Verbum, conceptus, & notitia. ibid. Hęc Sapientia quàm æterna. 227. A Deo fluens in creaturas. ibid. Quot modis in Sacramentis Sapientia Dei colluceat. 233

Sapores.

Correſpondentes ſeptem donis in Euchar Sacrament. 314

Satietas, & ſatio.

Satietas animæ ex Euchar. 350. & 468. Famem ſatiat, & exſuſcitat. 767

Scandala.

Contra ſcandala in Euchariſtiam animaduerſio ſalutaris. 39. Euchariſtica deuotio ſcandalis vt aucta. 84. Amoris hæc ſtimuli. 88. Scandalo hæreticorum ex vitiis Catholicorum reſponſio peraccõmoda. 566. Scandala contra Deum vt tegant boni filij. 906. Quo pallio contegenda, & quibus pedum greſſibus. 907

Scientia.

Scientiarum natalitia admiratio & contemplatio. 2. Scientia ſemper creſcens, & quomodo in Eccleſia. 14. Scientiæ ſæculares quàm vtiles Theologo. 23. & 968. Scientia quænam inflet. 24. Theologiæ & Euchar. ſcientiæ vt reducantur. 40. Scientia tanquam mel vt debeat manducari. 305. Sciendi quæ dulcedo, & ideo quod periculum. 333. Scientię vt reducantur ad vnum tantùm punctum. 357. Principia earum vt ſup-

ponantur.419. An probentur aliquando. 427. In ſciendo quæ menſura.496. & 508. Mala potiùs neſcienda.498. Scientiarum quæ columnæ erectæ ante diluuium.778. Scientia qualis ſcire Dei præcepta cuſtodire. 879. Scire Chriſtum quantùm præſtet ſcientiis vniuerſis. 921

Scriptura Sacra.

Ad illam intelligendam idonei tantùm humiles.2. Illius quæ vtilitas, & quare mari rubro, ac columnæ deſerti ſimilis. ibid. Obſcura cur ſit ea. 7. & 10. Qualis thaſaurus.9. Scripturarum cur concordia, vt muſica diſcordet. 15. Mirabile teſtimonium pro illarũ concordantia, & quantùm hæc ſit Diuina.16. Scripturæ quæ euidentia, & vtrum corrigenda. 17. Illius puritas & veritas, & à Doctoribus vt exponatur.18. In ea an quid ſuperfluum; & vitæ liber quomodo in vtroque teſtamento. 20. De eius ſenſibus, verbo ſenſus.

Cuicunque fluuio vt ſimilis. 22. Scriptura liber vnicus, intus foriſque ſcriptus.32. Ipſius quanta ſit profunditas, & claritas.32. Simplicitas illius fœcunda atque laudabilis, & curioſitas ſterilis. 405.406. Ex Gentilibus Scripturæ egregia roboratio.64. Scripturæ quid ſuperfluum tribuere vt blaſphemum.123. Scripturas quinam modus ſit melior explanandi, & vt debeant in ſenſu proprio pro viribus exponi. 129. Scriptura liber vitæ, vt alij libri mortis. 423. Theologalibus plena virtutibus.437. Scriptura ſicut adamas vt adamante elaboretur. 580

Scriptor.

Scriptoris vtilis claritas, taxatáque obſcuritas,12. Quæ laus illorũ ſit auctores allegare. 13. Quod gaudium licitum ex ſcriptis.15. Erubeſcant qui ſcribunt, vel loquuntur ſine lege.19. Scribere & ſcripta corrigere quod onus.405. Vt digitis illuminentur Scriptores Euchariſtici, 92. Scriptores animaduerſi.124. Scriptores ab hæreticis Catholici quàm diſſiti. 604. & 605. Catholici quanam via elegantiores quàm hæretici. 606. Stylum qui depreſſerint. ibid. Quantopere ſequendæ illorum opiniones. 608. Inhoneſti ſugillati.925. & auari paulò ſupra. 835. Catholicorum quæ præconia. 932. Doctiores deplorati, & quidam viuens commendatus.933 Videatur verbum Doctores.

Scutum.

Scutum noſtrum vt Euchariſtia. 576

Sem.

Sem quintus Summus Pont.913. & 948. Vbi mortuus. ibid. Quis eum in Babyloniam deduxerit captiuum.919. Vtrum fuerit Gentilis.940. Vt non potuerit Abrahæ tempore rex eſſe Ieroſolymis. 941

Senſus.

Senſus quatuor Scripturæ qui ſint, & de hoc multa. 21. Senſus omnes vt decipiantur in Euchar. Sacrament. 798

Separatio.

Ab Euchar. quàm ægra viris piis. 271

Septem.

Septem ſigilla quænam ſint, ſeptem cornua & ſeptem oculi.32. & 33. Septem Sacramenta, ſeptem dona, & ſeptem planetæ vt ſymbolizent. 102. Iurare & ſeptenare vox eadem in Hebraico.231. Sacramenta cur ſint ſeptem. à 234. In hunc numerum qui latrent, & in illo purgationes Moſaycæ legis factæ.234. Eius laudes & prærogatiuæ vſque ad pag. 239. Cur numerus ſeptenarius dicatur ſingularis. 822

Sepulchrum.

In eo Chriſtus à mundi initio. 196. Sepulchrum centrum hominum.197. Euchar. Chriſti & noſtri ſepulchrum quale ſit, & communicans ſit ſimilis ſepulchro Redemptoris.197. Idem ſepulchrum ſignatum & nouum.201. Scala cæli.203 Frumentum ex puluere cuiuſdã ſepulchri.204. Sepulchrum vt Euchar. cum corpore & epitaphio.214. Sepulchro cur vir iuſtus vt triticum inferatur.220. Mauſolea quæ ſepulchra. 221. Quæ Cenotaphia & honoraria. ibid. Flores & corda ſuper ſepulchra, in verbo Flores & corda ſunt. Incendium cùm ſepulchrum. 579

Serpens.

Serpentis an tentatio initium culpæ Adæ, an alia prior cauſa.379. Quis ſerpens ille fuerit, & cur ſerpenti in pœnam datæ proprietates naturales.474. Diabolus ſub ſerpente & etiam quis diabolus.475. Serpentis quæ calliditas, & eius nouem qualitates. 481. Ante culpam gratus homini, & paradiſum anne intrauerit.482. Doloſus vel in curſu, & nocuus vel moroſus, ac in veneno vitam habens.488. Serpenti lingua trifida, & fœminæ priori. 498. Vt ſerpens & columba in vnum dari poſſint.501. Vt balſamo in ſerpente venenum exterminetur. 503. Ieiuni hominis ſaliua perit. ibid. & 588. Quando ſerpens oblatrauerit, & canis ſit locutus.504. Serpentes cum torquentur.505. Virginis facies an ſerpenti mulierem tentanti. 532. Eius maledictiones & ſententia. 587. Illius greſſus lapſus. ibid. Nuda mulieris planta perit. 588. Cur ſerpentes incantentur plus cunctis animantibus. ibid. Hominem timet nudum, & fugit. 594

Seruire & ſeruitus.

Seruire Deo regnare eſt, vel etiam ſupra Deum. 140. & 400 Seruitus pulſa ex Euchar. 524

Seth.

Seth quantæ ſanctimoniæ cum multis eius rebus. 742. & 743. Secundus Summus Pontif. ibid.

Signum.

Signum ſigni in Euchar. qua detur ratione. 639

Silentium.

Optimum ad Dei laudes. 798

Similitudo.

Similitudo Dei & hominis quàm lucida Euchar. 130. Similitudo Chriſti vultus ex Euchar. ſumptione an vnquam viſa fuerit. 138. Dei amor verſus homines cauſa ſimilitudinis, non ſimilitudo cauſa amoris.144. Videatur homo.

Sion.

Sion filia cur Ieroſolyma. 207

Situs.

Quis ſitus Chriſti corporis. 27

Socrates.

Cum ſole quid ei mitum. 83

Sodomia.

Sodomia & idolatria eodem nata tempore. 492. lex quædam & quędam alia aduerſus tale nefas. 492. Qui, & quare plus ei dediti. 493

Solis creatio atque perfectio.

Sol ſolus atque triplex vt ſimul Euchar. 65. Ex quibus tribus conſtet & Euchar. ex aliis tribus. ibid. In medio Planetarum, vt Euchar. in Sacramentorum à Deo collocatus. 62. Cur ita nuncupatus. 70. Occultat cuncta ſydera & ſolus per ſe lucet. ibid. Cur Phœbus appelletur. 85

Do

Digitized by Google

De nominibus eius, verbo nomen. In cunctis, & in nullo ex prædicamentis Philoſophiæ. 86. In Sole cuncta lumina. 357. Sol gaudens ſignis regiis. 177. Qui tamen ſic perfectus à cunctis viliipenditur. 84. Inferior muſca ipſe. 522. Et vmbra peccatoris. 916. Omiſſis multis vitiis, è quibus plus Deus agnitus. 84

Eius effectus & operatio.

Sol mundi verus Rex, illuſtriſſimus, & clariſſimus. 89. Ingenio claros facit, ſub horoſcopo ſuo natos, & gaudij vitæ eſt cauſa, ibidem. Sol magna quoque facit & homines magnanimos, zelantes, atque graues. 90. Cur vacuum non illuminet. 92. Criſtallum cur peruadat, nõ verò mollem lanam. 93. Cur Solis & Euchar. effectus non viſibiles. 93. Cur in concauos & criſtallinos exerceat viras ſuas. 94. Sol mundum vt Rex gubernat, & videt, atque audit. 95. & Euchariſtia. 93. Symbolum Regiæ pietatis. 98. Iuſtitiam docet, & Dei cultum. 99. Vt Deus percutit, & ſanat, & non receptus in ſe redit. 100. Pro ſignis vt diuerſis diuerſimodè operetur. ibid. Alia indurat, alia emollit. 101. Iuſtum hominem vt poſſit facere. ibid. Effectus eius ſeptem. 102. Inuiſit ſemper ſigna. 112. Sal pœnitentiæ à Sole veniens, & quale eorum prius. 153. Sol gaudet ſignis regiis. 177. Ob velocitatem dictus Spiritus. 876. Sol mundi qualis Rex, & qualis prędicator. 945

Sol cum Deo, & Euchar.

In cunctis præcedentibus colludit his duobus, ſed preſſiùs & diſtinctius ob diuiſionem hanc faciendam; Solem calcet qui voluerit ad Solem Dei accedere, vbi da Sole cum exoritur, & occidit quid mirum. 64. Similis Deo trino & vno. 71. Euchariſtia vt Sol rotunda. ibid. Dei attributa, nec non dotes animarum Beatarum in Sole & Euchar. 72. Sol tantùm luce ſua, & Deus videri poſſunt 82. Quid Socrati & Antonio acciderit cum Sole. 83. Statio Solis, & retroceſſio, Ioſue tempore & Ezechiæ in ferculo Euchar. 88. 89. Stat ob Ieſu vocem. 796. Quo ordine cæli ſigna dominentur ſupar hominem. 112. Quid Chriſtus Sol cum ſignis. 114. Menſa Solis quæ in ſabulo. 119. Vt menſa Solis Euchar. 120 Euchariſtia Soli annexa ob latitudinem & claritatem. 682

Sonus vocis.

Ad Sacra facienda quis ſonus cougruentior. 937

Spes.

Signata liliis. 353. Spei radix Euchar. & ipſa occulta radix, & ſimul Deus abſcõditus. 440. Spes humana peſtis, quæ perimit dum flat, & quæ pignori ſpes dentur. 441

Sponſa, & ſponſalia.

Euchar. ad inſtar Euæ, vbi creata mox deſponſata 443. Ex quo tempore ſibi Deus Eccleſiam deſponſauerit. 450. Sponſæ nomen vnde. ibid.

Spiritus.

Spiritus ſanctus quando clarè vocatus atque notus, 238. In mundi creatione & recreatione quid effecerit. 876.

Stella.

Stellæ cæli oculi à Deo vt vim deſumant. 89

Stomachus.

Stom. humanus nobilior vitæ arbore, arca teſtamenti, Sancto ſepulchro & Virginis vtero. 326. Stomachus altare vt ſancto Luciano. ibid.

Studeo.

Studendum & addiſcendum vel peda iam in tumulo. 11. Studiorum quæ pericula. 12. Studium vel ad virtutes quam vtile ſuapte. 23. & 24. Studentibus anta omnia quid ad ſciendum neceſſarium. 32. Studij Sacri fructus vt illi vitæ arboris. 41. Studentibus ſubtilitas vt nocua ſæpe ſit, Gentilium vel ex calculo. 490. Ad ſciendum virtus congrua. 605

Subſtantia.

Subſtantias in ſubſtantia perpetuò lux conuertit. 86. Cur ſubſtantia panis abeat, cum illa Chriſti aduenien s accidentia non ſuſtentet. 264

Sudarium.

Sudar. in Euchar. ſpecies Sacrament. 199

Superbia.

Lougè abatis. 277. Fermentum videatur. Cur Angelus & homo ſuperbia ſint prolapſi. 524

Symbolum.

Quid ſymbolum ſignificet, & quando aut cur compoſitum. 933. In Eccleſia tria & qualia. 934

Synagoga.

Synag. Chriſti ſponſa non autem concubina. 228 In quo diſſarat ab Eccleſia. ibid. Fame moriens ob defectum Euchariſtici frumanti. 173

T

Tabernaculum.

INuoluta cur tranſlata vtenſilia Tabernaculi. 7. Tria Chriſtus tabernacula, & qualia in mundo habuit. 903. Vide Sacraria.

Tabula.

Tabulæ legis quam connexæ ſuapte virgæ & mannæ. 819. Videantur lex, & arca.

Templum.

In templum Dei deuotio ſecundum cor Dei facit deuotos qualeſcunque. 164. Dei homo templum, verbo homo, & verbo paradiſus. In tempore innocentiæ dumtarat vnum, & quale. 300 & 392. Vnum templum cur Iudæis, quod illi ter in anno adire tenebantur. 300. Templi ſummi quæ traditio. 354. Tres portæ, & quæ in templo. 438. Simile terræ paradiſo. 600. Cur templi prima pars vocata *Sanctum ſaculi*, vel *ſanctum ſaculare*. 685. Templorum pauimentum vt verterint matronæ. 776. De reuerentia circa templa Gentilium ritus varij. 777. Templum extructum per Gentiles & in Gentilis viri area cur fuerit fundatum. 952

Tempus.

Cur agnus verno tempore in Mattio manducatus. Et æquinoctium poſt vernale ſit condita Euchar. 67. & 102. Vigeſima quinta die Martij creantur lux & Euchar. ibid. Ex Ægypto libaratio, Incarnatio, & Chriſti paſſio & agni manducatio, eodam menſe & die. 67. In ſuo tempore cur Chriſtus inſtituerit Euchariſtiam. 360

Tenebræ.

A luce definitæ. 19. A tenebris in fidalium Euchariſtia non comprebenſa, ſed ea ipſos comprehendẽs. 114. Euchar. non ſolùm illuminans, ſed & tenebras eliminans. 115. In tanebris cur conditum Euchar. Sacrament. 523

Tentatio.

Noſtra vt Adæ. 478. 520. & 521. Vt dæmon tentet homines ad inſtar primi hominis. 483. De tentatione & occaſione quid valde ponderandum. 902. In Euchar. perassiduè tentatio Chriſti viſa. 938

Terra.

Tarra & cælum vt Euchar. 63. Terra carens Euchar. inanis, atque vacua. 63. Cum cælo tarra

certans Euchar. beneficio, & florum venuſtate. 101. 102. Euchar. quid cum terra. 130. Per diluuium quàm deformata, & vt terra propter vitia virtutéſque mutetur. 288. In terra corpus Chriſti mirabiliùs quàm in cælo. 361

Tertullianus.

In Euchariſtiam à ſe explicatus. 30

Teſtamentum.

Teſtamento quantùm veteri ſit nouum præponendum. 10. Sigillo cur nam ſimile ſit vetus teſtamentum. ibid. Vtriuſque conſonantia. 48. Ad inuicem ſe occultant, ad inuicem ſe explicant. ibid. Se reſpiciunt vt Cherubim. 49. Lex Dei cur teſtamentum, æternúmque dicatur, & ipſa lex æterna. 407. Teſtamenta cur ſint duo, & leges tres exiſtant. 956

Teſtimonium.

Quid nam ſit, & à teſtatione in quo diſſimile. 6. Vnde dicatur, & quod mirabile. ibid. Teſtimonium pro Euchar. Bonauen. celeberrimum. 519 Aliud ſimile Ruperti. 524. Aliud ſimilis vigoris. 931

Theologia.

In quatuor partes, quatuor ſenſibus Scripturæ correſpondentes Theologia condiuiſa. 22. Illius primum initium collectũ ab Euchar. 25. Theologiæ conſummatio hoc ipſum Sacramentum. 25. Auctores qui Theolog. ad ſummam redegerunt. 42. Theolog. quàm ſit certa. 426. Theologicũ argumentũ conſtare quibus debeat. 427

Theſaurus.

Theſaurus Euchariſtia. 273

Thomas.

Tho. Apoſtolus *Sommelier de corps.* 985. D. Tho. de Euchar. quid dixerit ſub mortem. 43. Auctori iſtius operis quàm magnus auctor ſit. 197

Thronus.

Euchar. qualis thronus. 985

Thus & thuribulum.

Thus vnde ſic dicatur, & Deo alludens odor. 114. Quid ipſum in Sacrificiis. 688. & 689. Summi Sacerdotis vbi thuribulum. 819

Ticonius.

Quiſnam fuerit, & eius ſeptem regulæ. 32

Timor.

Timori præeat amor in ferculo Euchar. 456

Topazius.

Topazij mirum pro Euchar. 363

Tormenta.

Securis & patibuli tormenta in Euchar. 562

Traditio.

Traditionum qualis probatio. 933

Tributa.

Maioribus vt debita, & Euchariſtiæ à Sacramentis. 150. & 162. E quibus ipſa danda. 160. 161. Pro tributis & regalibus negotiis quid notandum. 162. De tributis Regis cuiuſdam Caſtellæ dictum mirum. ibidem.

Trinitas.

Ternarium Trinitati familiare & Euchariſtiæ. 54. Trinitatis Sol imago. 71. Trinitatis cur notitia in Gen. principio. 71. Trinitatem vt Iudęi prædicent, & templi candelabrum. 72. Vt Trinitas ex hominis creatione colluceſcat. 131. Trinitatis & Euchar. quàm magna ſit coniunctio. 143. Myſterium Trinitatis ab homine creato. 144. In fide Trinitatis conuerſus totus mundus, & Euchariſtiæ factus particeps. 154. Diuinis perſonis quid commune, & vt Filius creationis in eis ſit exemplar. 169. Trinitatis ex lege veteri illuſtre teſtimonium. 227. & 238. Nos creauit, & recreauit. 241. Trinitatis tantùm nomine cur valeant Sacramenta. ibid. Confirmat Trinitas Euchariſtiam. 436. Trinitate qua cecidimus, & quali reſurgamus. 521. Trinitatis quæ notitia in hominis punitione. 594. Homines docet hoc Myſterium. 626. Et Sacrificia vt hoc docuerint. 623 In deſcenſu ad turrim viſum. 918

Triſtitia.

Triſtitiæ & tædij mala. 540. Triſtitia quale ſignum. 739

Triticum.

In tritico quot Dij. Vide frumentum. 624

Triumphus.

Romani delibantur, & vnus Luſitanus. 847

Tunica.

Vbi tunica inconſutilis ſeruetur Redemptoris, & in quo ſignet Euchariſtiam. 273

Turris.

Euchariſtiæ quid cum turri. 325. Priores Euchariſticæ qui turris extructores. 931. Euchariſtia turris Dauid. 938

V

Vana gloria.

VT vacuis iuſit vanitas, & ingloriis vanagloria. 24

Vaſſallus.

Euchariſtiæ quinam ſint vaſſalli potiores. 149. Vaſſalli regum micis & reges vaſſallorum nutriti ſuper humeros. 161. Videatur Rex.

Velum, velamen, & velare.

Velamen Iudæis quale. 34. Cur Chriſtus velatus in Euchar. 200. & 441. Sub velo vt amans manſit. 456. Et crimina ne videat. ibid. Velum ſimul & candelabrum cur fuerint in templo. 523. Sub cortina Rex eſt Chriſtus, & quot vtilitatibus. 984

Velle, & volitum.

In magnis voluiſſe ſatis. 102. Omne volitum prius cognitum. 153

Venenum & venefica.

Veneno cum Euchar. commixto qui perierint. 344. Veneni ſummitas in regulo. 358. Veneno ſemper Deus antidotum cur liget. 404. Veneficia rei Catholicæ qua via ſuffragantia. 584

Ventus.

Ventorum qualis curſus, natura, atque cognitio. 652. & 853.

Verbum Dei.

Verbum Dei ſeu Filius Dei à Philone decantatus. 90. Quàm notum Iudæis reliquis. 226. Philonis aliud teſtimonium. ibid. Principium vt verbum Dei in Triade Sanctiſſima. ibid.

Verba.

Verborum quodnam ethymón, & veriora elegantiora 486. & 606. Non verbis ſed aduerbiis ſaluantur Chriſtiani. 487. Cur Moyſes poſt locutionem cum Verbo verba perdidit. 487. *Qui vt Deus*, & *Quia Deus*; fidelium duo verba. 496

Veritas.

Cum diuerſior tunc ſecurior. 34. Veritas ſimul & figura in Euchar. Sacramen. 37. Ad inuicem vt cohæreant 38. Cur veritas non ſeruetur tam rigidè vt figuræ. 39. Veritatis Euchariſticæ mirabilis probatio. 331. & 349. Subſiſtit per ſe veritas, mendacia per ſe corruunt. 486. Veritas quantùm dialectica potentior naturaliter. 491. A reis vt facienda. 553. Conuenit ſæpe cum figura.

figura. 665. Probatur veritas Euchar. in omnibus ætatibus. 667.

Vermis.

Chriſtus vermis in Euchar. 744

Veſtis.

Virtutum qualis veſtis. 453. Cœnatoria quænam fuerit, qua in Cœna Chriſtus vſus. 458. Circa Sacerdotum veſtes aliquid. ibid. Quæ pueris antiquitus admiſſis Euchar. 458. Quæ nobis ex Euchar. 547. Veſtimentum & alimentum Euchar. Sacrament. 594. Inueſtitura, & veſtis Chriſtus. 595. Veſtis & pannus panis ſacer. 755 Ob illum iam Hebræis non attrita veſtimenta. 981. Euchar. vel Beatis vt veſtimentum ſit in cælo. 981

Vetita.

Quæ vetita, plus cupita. 473

Victima.

Victimarum quæ ſit ratio, ac etiam ethymologia. 250. Vt Chriſtus ſub ſe claudat quaſcunque mundi victimas. ibid. Victima viua Deo viuo præ cunctis immolanda. 649. Quæ victimæ maiores, minores, & lactentes. ibid. Quæ victimæ apud ethnicos ineptæ ad Sacrificium, & de illarum inſpectione. 694. Victimæ aureæ, & porcæ aureæ. 695

Vidua.

Euchariſtia vt ſemper vidua, & nunquam à viro abſens. 77

Vindicta.

Quænam licita & viſa in viris Sanctis. 707

Vincentes.

Vincentibus datur Euchariſtia. 973

Vinum.

Cur vinum pluſquam panis memoretur in conuiuio Diuinæ ſapientiæ. 251. Noëmi vinum filius. 901. Secreti neſcium; luxuria mixtum; & multum latè ſœtens. ibid. Inceſti Loth ex vino prodigium demirandum. 902. Qui filij vini fuerint Noemo & ſancto Lotho. ibid. Cur vinum dictum merum, vbi agitur de mero & mixto vini imperio. 903. Vini altaris quis inuentor; quot laboribus paretur; vtque vinum ſit bibendum. ibid. Vt vinum Deum inebriet. 904. Inhonorans Noë vinum vt Chriſtus honorauerit. 905. Oracula vini Sacramentalis. 950. & 951. Quod vinum neceſſarium ad vini Sacrificium. 960. 961. An limphatum Melchiſedechianum. 961. Vini præconia & qualitates, vel etiam pro Sacrificio. 963. 964

Virga.

Quid virgæ ad Euchariſtiam. 586

Virginitas, & Virgines.

Virgines facit Euchar. 209. Vtrum virgines vel coniuges luxuria plus laborent. 448. Virginitas cur martyrium cum re pro Monialibus. 502 692. Virginitas duplex portio, & locus ſuper omnes. ibid. Virginitas Crux carnis, & etiam templi crux culminibus impoſita. 693. Vel Dei filium & matrem eius hęc virtus exaltauit. ibid.

Virtus.

Virtutes Theologales & Cardinales ab Euchar. 113. Theologales perficiuntur, & omnes promouentur Eccleſiæ Sacramentis. 235. Et maximè Euchariſtia. 353. Suadet hæc virtutes. 348. Vt virtutes Theologales habeamus modo inuerſo quàm illas Adam habuit. 437. Vt inuentæ in Euchar. in Cruce, & in vniuerſa Scriptura Sacra. ibid. A Theos ſic vocatæ. 438. Deo in quibus nos adumbrant, & animæ potentiis quantùm ſimiles. ibid. In cubo cur hæ poſitæ. 439. Theologales ab Euchariſtia. 522. Sol oriens ſemper virtus. 916. Virtus lapis pretioſus, æternus, viuus, cælicus. 934. Theologales quæ virtutes in animæ ædificio. 934

Viſus.

Viſus animæ quam nociuus. 768. Fœminarū peſtilens in Dei filios. 771. Vt viſus ſit frenandus, & fœminæ in neceſſariis occurſibus videndæ. 772

Vita.

Sacramentorum vt Euchar. 51. Ex Chriſto vita vnica. 79. A luce vt vita pendeat. 93. Vt vita ſemper necet, & vnde Chriſti carni ſit proprium vitam dare. 116. Vt corpus viuit anima, ſic corpus myſticū Euchariſtia. 131. Corporalis quantùm vita ſpirituali correſpondeat. 235. Æternam, non terrenam largitur Euchar. 319. Vitæ eſſentia vt Euchar. 320. Vt directè ex humanitate non ex Diuinitate illius veniat cum rebus aliquibus notandis. 320. Etiam vitam corporalem tuetur, & dilatat 321. Oliuæ præ arboribus & aquilæ præ auibus cur vitæ longioris. 322. Cur viuis ſolis vitam det vitæ Sacramentum. 324. Euchariſtica materia vitalis ex ſe ipſa. ibid. Euchar. vitæ arbor. 325. Vt vita mortem afferat. 328. & 591. & 809. Euchar. diu viuens B. Angela de Fulginio. 338. Viuorum & mortuorum vt vita corpus Chriſti. 344

Vt vitam non donare non valeat Euchar. 344. Vitam æternam vi det corporibus. 345. Cur cibus mortis manna, & Euchar. cibus vitæ. 345. Spes vitæ ab Euchariſtia 346. Vitatū cibus Euchar. 362. Vita an prima ab Euchar. 367. Vt viuere ſine Euchar. poſſibile ſit nobis, non autem ſine cibo. 410. Optabilis quàm ſit vita. 521. Cur vita ſæpe Chriſtus dicatur in Ioanne. 522. Euchar. mater viuentium. 591. Vita iugis ex Euchar. Eliæ, & ſancto Enoch. 786. Suſtentat abſque cibo. 804. & ſupra 350

Vlyſſipo.

Vlyſſipo Sion mons, vel etiam Bethlem altera. 206

Vmbra.

E quibus fiat vmbra. 79. Euchar. cur ſit vmbra. ibid. latè. Quas vmbras iſta ſecerit. 79. Vt vmbra Chriſti corporis deleret priſcas vmbras. ibid. Quas vmbras ablegauerit cum fecit Euchar. ibid. Ante meridiem cur in occidentem, & poſt meridiem in orientem vergentes Chriſti vmbræ. 81. Vt vmbra Chriſti fides ac etiam Chriſti corpus. 323. Vt nos obumbrent hæ vmbræ, & vitam largiantur. 323

Vnctio.

Vnctio nata ab Euchar. & ideo poſt collata; & an Vnctio poſt Euchar. aliquando data ſit. 160. Tollit reliquias peccatorum. ibid. Ter vnctus Dauid Rex, & quiuis Chriſtianus. ibidem.

Vnire, vnitas, & vnio.

Euchar. vt collum vnit. 113. Notanda quædam regula pro vnitate rerum omnium. 127. Vnitatis & charitatis à primo homine commendatio. 133. Sine vnitate cur non proſit Euchar. Sacramentum. 158. Vnio hominis cum Angelis vt fiat Euchar. & vnio hominis cum Chriſti in mutuis actionibus. 175. Vnio & gemma hoc Sacrament. ibid. Vt homo ſibi poſſit vniri in Euchar. 176. Vniri Deo finis hominis. 190. Diuinitati, & humanitati vt Chriſti adunamur. ibidem. Vnitas numerus Deo ſimilis, &

caput numerorum.262. Vnio Chriſti cum Euchar, quàm arcta, & vt vocanda. 263. Cum communicantibus quàm intima, Chriſtiferos faciens & Deiferos. 264. Vnitatis & Euchar. quæ fuerit neceſſitas. 272. Cur homo Deo vniatur, non autem viceuerſa. 273. Euchariſtiæ cur vnire, ſit potius reunire. 275. Voionis eſt coagulum; & Chriſto pluſquam nobis cur vniamur Chriſtiani. 276. Trinitati nos adunit. ibid. Cur aduniat diuidendo. 279. Ex multis vnum ex Euchar. 351. Sacrificium noſtrum iungit antiqua diſiungebant. 358. Omnes fideles vnum cum Chriſto, cum ſe Patri commendauit. 451. Vnionis & ligaminis Euchariſtici quid mirum. 761

Vocatus, & vocare.

Vocatus non videtur, qui non cõuocat ad Deum. 255. Ab Adamo vt homo ſit vocatus in Eccleſiam. 337. & 376. Voluntas quare propria conueniat tantùm Deo, & eius ſit corona. 400

Voluntas.

Infinita cur ſit tantùm voluntas noſtra condita. 193. Voluntatis vt Diuinæ ſit Dominus vir iuſtus. 219

Votum.

Euchar. vt ſit in voto implicito, & explicito. 410

Cur infantibus in voto, ſuperflua verò in re. 410

Vultus.

In vultu lucet vita, & quid hilaris, vel triſtis. 697

Vulnera.

Vulnera ſeptem per ſeptena curata Sacramenta. 236. Euchariſtiam vulnerare cuius claſſis ſit peccatum. 344

Vtilitas.

Vtilitas Sacramentorum materiæ quam eximia. 40. Huius operis quæ vtilitas. 41. Vitiota in domo Dei non rarò vtiliora. 46. An vtilis vel inutilis præſentia Chriſti corporis in Euchar. Sacrament. 332. De vtilitatibus Euchar. 659. Et præſentiæ Chriſti in ea. 717

Vxor.

Ab vxore quantùm veniat copia domus vel inopia. 134. Vir quiuis ſine vxore videtur ſine domo. 135. Vxorato Deus eſt vxor; & quare vxor plus dilecta ſepulta in Bethlem ſit. 159. Vxoris nomen vnde, & vxor Dei quæ vera, quæve etiam concubina, & harum differentia. 450

Z

Zelus.

Zelantes atque graues Euchar. & Sol vt fiant. 90. & 92. Zelotypia quod ſit malum 188. Quantus zelus atque amor inſtituentis Euchar. 451. Thus quare non crematum in facto zelotypiæ. 455. Zelotypus quàm Chriſtus in ferculo Euchariſtico. 456. Qua zelotypia in Euchariſtia proſpiciat per cancellos. 562 Zelotypia quanta Deo, vt ipſe ſolus nobis donaret vitæ bonum. 596

FINIS.

TERTIVS INDEX INDICATVS AD SACRAS CONCIONES.

Hic ſupervacaneus mihi viſus, cum compotes diſcurſus, diſcurſus velint proprios ad libitum contexere; & cum alius modus ſit facillimus pro hoc; videlicet ſi in indice locorum ſacri textus conſulantur illa loca quæ debent declamari; & alia quæque apta, & in indice verborum quæ verba ſunt appoſita, & ſimul quæ oppoſita; quò Concionator poſſit fluidè per varia diuagari, & ab ſcopo non deflectere.

Errata inter legendum pro indicibus aptandis inuenta ſic ſe habent.

IN Inquiſitoribus Luſitaniæ fol 575. loco Principis Theotonij, quem recuſaſſe munus dixi, Alexander mihi excidit, & ipſe Brigantinus, Ioannis Primi Ducis filius, qui Alexander vel in hoc à vita breuì abiit; ei ſucceſſit P. Caſtilho. In foliis neque ſemel, præſertim à fol. 900. de more erratum eſt. Nec rarò in locis factis ad margines appoſitis, quæ facilè per concordantiam reſtituentur veritati. Reliqua menda ſic corrigito; & primùm

In libri corpore.

Fol. 7 col. 2. linea 25 dealbata, lege, dealbabuntur. fol. 53 col. 1. lin 5 procreata, lege procreatam. fol. 144. col 2 lin. 5. à fin. iuſſa, lege. iuſſu. fol. 168 col. 2. B lin. 10. dare, lege, daret. fol 213 col. 2 lin. 1. Chriſtus, lege, Chriſti. fol. 293. col. 1. B ſeu oquilam, lege, ſeu aquilam. fol. 400 col. 2 C. lin 12 potius, lege, potitus fol 491 col. 1 D. lin 5 intolerabilem, lege, intolerabile. fol. 498 col. 2. B. ſignum, lege, lignum. fol. 503 col. 2. lin 9 poſtu, lege, paſtu fol 513. col 2 lin. 12. mundis, lege, mundi. fol. 516. col. 1 D. ſæcuil, lege, ſæculi fol 632. col. 2 lin. 4. à fin Sacrificium, lege, Sacramentum. fol. 671 col. 1. D. lin. 5. Eccleſiaſtici, lege, Eccleſiaſticæ. fol. 781. lin. 16. repletus, lege, repletis. fol. 785 col 2. C. lin 5. percalcebam, lege, percallebam. fol. 810. col. 2 B. lin. 17. Deos, lege, Dei. fol. 819 col. 2 lin penult. teſtimonus, lege, teſtimonij. fol 824 col 2. C. linea 1. appropinquantem, lege, iam appropinquans.

In locis marginalibus.

Fol. 60 col. 2. D. amatoriam, lege, amatoria. fol 63 col. 2 B Euchariſticus, lege, Euchariſtica fol. 74 col 1. D. deſcendat, lege. deſcendit. fol 79 col 1. A. & quibus, lege, ex quibus. fol. 156 col 2 recipiat, lege, recipiant fol 233 col 2. domus, lege, domui. fol. 287. arboris, lege, arbores. fol 341. col 2 B. quauis, lege, quali fol. 440 col. 1 B. lapidum, lege, lapida. fol. 444 col. 2. B. nuncopatum, lege, nuncupata. fol. 468. col 1. B. loquutum, lege, loquutus. fol. 747. col 2 D. in peroptimo, lege, ſit peroptimo. fol. 803. col. 2. A. delenda verba; & perdere. fol. 815. col 2. D diluuij, lege, Baptiſmi. fol. 822 col. 2. D. Sacrificiis, lege, Sacrificij. In Epiſtola dedicatoria, linea 7. à fine Mantaanus, lege, Mantuani.

A.T. 1315635

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google